UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00007150 6

LIBRARY
OF THE
University of Georgia.
U. OF GA. LIBRARIES
WITHDRAWN
JUL 1954

Revd George Proctor

ALCOVE 14
SHELF 6

PUB. TERENTII AFRI

COMŒDIÆ SEX.

VOL. II.

PUB. TERENTII AFRI

COMŒDIÆ SEX

EX EDITIONE WESTERHOVIANA

H872.5
T31

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.



VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1824.

34811

LIBRARY
JAN
13
1981
OF TORONTO
PA
6755
A2
1824
v.2

ACTUS V. SCENA I.

THAIS. PYTHIAS.

TH. PERGIN', scelesta, mecum perplexe loqui?
Scio; nescio; abiit; audivi; ego non affui.
Non tu istuc mihi dictura aperte es, quicquid est?
Virgo conscissa veste lacrymans obticet.
Eunuchus abiit; quamobrem? quid factum est? taces?
PY. Quid tibi ego dicam, misera? illum Eunuchum negant
Fuisse. TH. Quis fuit igitur? PY. Iste Chærea.
TH. Qui Chærea? PY. Iste ephebus, frater Phædriæ.
TH. Quid ais, venefica? PY. Atqui certo comperi.
TH. Quid is, obsecro, ad nos? quamobrem adductus est?
Py. Nescio;
Nisi amasse credo Pamphilam. TH. Hem! misera occidi.

TH. *Pergisne, scelerata, intricate atque obscure mecum loqui? Scio, nescio; audivi stuprum illi esse illatum: abfui, cum vitiata est. Nonne tu istud mihi declarabis quod ex te quæro, quicquid sit? Virgo lacerata veste præ pudore obticet; Eunuchus aufugit. Quamobrem aufugit? quid factum est? Cum hæc a te quæro, nihil quicquam respondes.* PY. *Quid ego infelix tibi amplius respondere possum? Dicunt illum minime Eunuchum fuisse.* TH. *Quis fuit igitur?* PY. *Iste Chærea.* TH. *Qui Chærea?* PY. *Iste adolescens, frater Phædriæ.* TH. *Quid ais, venefica?* PY. *At eum ipsum esse certo cognovi.* TH. *Cur ad nos, quæso, venit? Cur ad nos adductus est?* PY. *Nescio, nisi amore captum fuisse credo Pamphilæ.*

3 *Num tu* G. EM. *West.* Sic Guelf. 2. *Id* post 'quicquid' 3. Dat Br. *aperte es? Quicquid est, Virgo, &c.*—5 *Quod* Guelf. 2.—8 *Quis* id. Ms.—9 *Pro certo* Ms. Par. *Perl. Certe* Br. at, cum glossa ad hanc vocem in Br. sit *certe*, aut lectionem aut glossam male indicasse Bruns videtur.—10 *Ad nos, aut quamobrem adductus est?* Senarius hic impeditus optime procedit, quemadmodum legitur in Bem. *ad nos, quamobrem adductu'st:* ita et Vi. nisi quod habet *adductus* sine *est*. Fa. *Aut* in omnibus nostris est, uno excepto. Certe elegantiam suam hic habet. Et versus causa olim ejecit Bembinus Librarius. Lege, *ad me; aut quamobrem adductust.* Bent. Reponit Bent. *ad me*, quippe quod sola Thais domina sit. Sed miror, quam aberraverit V. D. qui nesciat pluralem numerum hujus pronominis sicut singularem promiscue usurpari. *Perl.* Proculdubio hoc non nescivit Bentleius: non erat adeo indoctus et imperitus ingenuarum literarum. Novit ac meminit. *Aut* dant Br. Perl. *Est* omittit Both.—11 Post 'occidi' ego non, ut multi, comma, sed cum West. punctum posui. *Perl.* Comma dant Br.

NOTÆ

4 *Virgo conscissa veste*] Thais breviter refert quæ sibi Pythias latius recensuerat.

Infelix! siquidem tu istæc vera prædicas.
Num id lacrymat virgo? PY. Id opinor. TH. Quid ais, sacrilega?
Istuccinè interminata sum, hinc abiens, tibi?
PY. Quid facerem? ita ut tu justi, soli credita 'st.
TH. Scelesta, lupo ovem commisisti: dispudet,
Sic mihi data esse verba. Quid illic hominis est?
PY. Hera mea, tace; tace, obsecro; salvæ sumus:
Habemus hominem ipsum. TH. Ubi is est? PY. Hem! ad sinistram:
Videsne? TH. Video. PY. Comprehendi jube, quantum potest.

TH. Hem! Misera interii, si tu infelix quidem ista vere commemoras. An ideo virgo lacrymas fundit? PY. *Id arbitror.* TH. *Quid ais, sacrilega? Nonne istud tibi abiens minata imperavi, ne vir quisquam ad eam adiret?* PY. *Quid facerem? ita ut imperasti, illi soli custodienda data est.* TH. *Pessima, lupo ovem tuendam dedisti. Valde me pudet, ita me delusam esse. Quæ hæc est species hominis?* PY. *Hera mea, sile, sile, obsecro; salvæ sumus; habemus hominem ipsum (Chæream) in nostra potestate.* TH. *Ubi is est?* PY. *Hem, videsne illum ad sinistram?* TH. *Video.* PY. *Manda in eum manum injici, tanquam in fugi-*

Bent. Bip. Colon dimidium *Z.* Nullum Both. qui dat *Hem miserum! Occidi Infelix, &c.*—12 *Ista vera*] O. l. s. *istæc vera.* Fa. Nostri quoque omnes *istæc.* Bent. *Vera tu istæc* Both.—14 *Istucne* Both.—15 Ms. Lips. *jussisti,* omisso *tu.* Eandem lect. ex Pall. et Paris. laudat Pareus. Et est in EP. *West. Ut tu justi*] *Jussisti* R. *Lind. Justi* sine *tu* Delph. *Jussisti* sine *tu* Br.—16 *Ovem lupo commisisti*] Qui *commisti* legunt, facile se ex hujus versus difficultate explicant: sed et Do. et o. l. s. *commisisti* habent. *Fa.* Nonius, v. Committere: 'Terentius Eun. Ovem commisisti lupo.' Sic et Ms. vetus. Acron ad Horat. Carm. I. 3. 'Commisit: Credidit. Terent. Ovem lupo commisisti.' Codices quoque universi *commisisti,* versu tamen indignante ex *vem lupo* pedem fieri seu Dactylum seu Anapæstum. At est qui ex culpa ipsa fiduciam sumat; et, quia admissa hic est, inde colligat familiarem et quotidianam fuisse. Magna demum isto pacto erit licentiarum seges. Repono, *ovem lupo commisi.* Nimirum Thais commisit jubendo, æque ac Pythias jussum faciendo. Inde quod sequitur, 'Sic mihi data esse verba,' non 'tibi.' *Ovém lupó;* utrumque in Arsi; et sic in pronuntiatione fit mora, ut oportet. Venia tamen indiget Terentius, qui in pede tertio finalem acuit. *Bent.* Bent. *commisi,* male. *Bip.* Vulg. *commisisti,* vel *commisti;* sed recte Bent. *commisi,* et sic Do. legisse apparet. *Both. Ovem lupo* Both. Bip. Perl. *Dis, pudet* Br. quem sic dedisse, etiam constat ex glossa ejus ad vocem *dis,* sc. testibus utor.—17 *Quid hominis illic est*] Non fere in ullo libro invenias hanc collocationem, sed eam quæ sequitur, *Quid illic hominis est?* ita et Donatus: Bembinus vero hoc amplius, pro *illic, illuc* habet. Vi. prius quidem *illuc* habebat, sed postea in *illic* mutatum est: eademque manu in margine ascriptum *illud:* quæ mihi lectio, id est, vel *illuc,* vel *illud,* magis placet, quam *illic.* Fa. *Illic* Z. *Q. i. h. est* dat Pythiæ Both.—18 *Hera mea, tace*] Nisi legas bis *tace,* versus non constat. *Er.* Ms. Lips. *Hera mea, tace, obsecro.* Leid. unus: *O hera mea, tace, tace, obsecro.* West. *Tace* semel dat Bip.—19 *Sinisteram* Bent. Both. Hic dat *Hom. ips.*

TH. Quid illo faciemus, stulta? PY. Quid facias, rogas?
Vide amabo! si non, cum aspicias, os impudens
Videtur. TH. Non est. PY. Tum quæ ejus confidentia 'st!

tivum. TH. *Quid illi faciemus comprehenso, inepta?* PY. *Quærisne quid facias? Vide, quæso, si non est insigniter impudens; ex aspectu sane videtur esse. Nonne talis est, qualem dico?* TH. *Non est.* PY. *Atque etiam qualis est ejus audacia.*

****

hab. Dividit Delph. sic: *sumus: hominem* | *Hab. ipsum. U. is est? Hem ad sinistram, non vides?* | *En. Video, &c.*—20 Nos ex Bem. *Videsne* et *Comprendi.* Fa. Libri nostri fere omnes *Viden* et *Comprehendi.* Bent. qui sic dat cum Br. Both. Perl. *Comprendi* Bip. *Potes* Guelf. 2.—21 *Q. illi faciemus, stulta?* PY. *Q. faciam*] Do. et Bem. pro *illi, illo;* pro *faciam, facias* habent: et hoc posterius habent aliqui alii l. s. etiam ex antiquis. *Fa. Illo faciemus* Fa. et alii recensuerunt. Sed in Mss. plusculis est *illi.* West. *Quid facias*] Variant Mss. *faciam, facias, faciemus,* legentes. *Id. Quid facias*] Hinc usque ad finem Scenæ omnia in G. tribuuntur Pythiæ. Nisi quod suprascriptum eadem, ut videtur, manu, esse libros, in quibus illa 'Non est' Thaidi, reliqua rursus Pythiæ tribuantur. Donatus itidem omnia Pythiæ tribuisse videtur. *Id. in Add.* Duo ex nostris *facias: illo* unus veterrimus et Pr. p. 1101. Ceteri *illi,* nescio an rectius. *Bent. Illo* Par. ed. *Perl. Illo* Fa. et alii optimi codd. Sed multi scripti et edd. *illi:* nec hoc damnamus. *Bip. Faciemus*] Sic olim in Ms. [sc. Br.] sed correctum in *faciam.* Bruns. In Br. est *illi. Illoc* Both.—22. 23 *Non est*] Varie hæc exhibentur. Sunt, qui Pythiæ tribuunt, sunt item qui Thaidi. Heinsius recensebat, TH. *Non.* PY. *Tum quæ ejus confidentia 'st?* Atque ita est in Ms. Lips. Tres Leidd. Pythiæ tribuunt, *Non est?* quomodo Par. et alii ediderunt. Mihi in mentem veniebat, Chærea propius accedente, Pythia vero interim in eum debacchante, Thaidem dixisse, *Non: st.* Acidalius legebat: *Monstrum! quæ ejus confidentia est?* Vereor, ne magis ingeniose, quam vere. *West. Os impudens, &c.* Hæc omnia sine interpositione personæ Thaidis in libris antiquis leguntur: quin et Donatus quoque hæc ipsa omnia personæ Pythiæ attribuit. Ergo hæc ita intelligenda sunt: Vide amabo, si non os impudens quidem videtur, non autem est. *Fa.* Atqui plurimi apud me Codices *Non est* Thaidi tribuunt. Lego: *Vide amabo si non, cum aspicias, os impudens Videtur.* TH. *Non.* PY. *Tum quæ ejus confidentiast?* Bent. Sensus talis: Vide impudentiam, vide aspectum, quemadmodum incedit. Os ergo impudens videtur, cum aspicias venire. Et, quasi aliquid meretrix dixerit, ita subjungit, *Non est?* quasi: Negas esse quod dico? Et, hoc ut confirmet, adjungit: Cur igitur tanta confidentia fretus incedit? *Eug. Non*] Vulg. *est.* Non habent Mur. Bent. Both. Atque *Non* West. Bent. Both. Thaidi bene tribuunt respondendum. *Perl. Non est*] Al. et hoc a Pythia dictum tribuunt Thaidi præter sensum. *Bip. Non est?* Br. Z. qui dant hæc verba Pythiæ.

ACTUS V. SCENA II.

CHÆREA. THAIS. PYTHIAS.

CH. APUD Antiphonem uterque, mater et pater,
Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
Introire possem, quin viderent me. Interim,
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam
Venit: ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum; inde item
In aliud, inde in aliud: ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed estne hæc Thais, quam video? ipsa 'st: hæreo:
Quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
TH. Adeamus: Bone vir, Dore, salve. Dic mihi,
Aufugistin'? CH. Hera, factum. TH. Satin' id tibi placet?
CH. Non. TH. Credin' te impune habiturum? CH. Unam hanc noxiam

CH. *In ædibus Antiphonis, et pater et mater ejus quasi consulto præsentes erant, cum ingressuri eramus, ita ut nullo modo introire possem, quin me viderent. Interea, dum ante fores sto, notus quidam mihi occurrit in via. Simul ac vidi, mox me in pedes conjeci quam citissime in angiportum quoddam solitarium; inde etiam in aliud, inde in aliud. Ita fugitando miserrimus fui, metuens ne quis me agnosceret. Sed estne hæc Thais, quam video? Ipsa est. Incertus sum animi quid agam? Verum quid mea refert? Quid faciet mihi?* TH. *Eamus ad eum. Bone vir Dore, salve. Dic mihi, fugistine domo?* CH. *Hera, id feci.* TH. *Hoccine fecisse tibi jucundum est?* CH. *Minime.* TH. *Credisne hoc impune et inultum*

---

1 *Pater et mater* Guelf. 1. 3. Br.—5 Quod est in libris quibusdam, *egomet in pedes*, possit videri natum ex antiqua scriptura, *ego med in pedes.* West. *Egomet in pedes* G. ET. EM. *Id. in Add.* Omnes antiqui libri *egomet;* cujus vocis extremam literam conjicit Lolgius esse debere *d*, et legendum *egomed in pedes.* Fa. Nostri quoque omnes *egomet:* vitiose pro *ego me.* Remittimus enim Lolgio Plautinam suam et opicam lectionem *ego med*, *med* pro *me.* Bent. *Egomed* Z. *Egomet* Delph.—6 *Quendam* J. et Venetus cod. *Perl.*—7 *Inde miserrimus Fugi fugitando* G. *West.*—8 *Fugi* et Guelf. 2.—9 *Harreo*] J. *pereo.* Perl. Non pungit post 'hæreo' Bip. at levissime Br. Both. Z.—10 *Ah quid faciam?*] Non fere invenias *Ah* in ullo l. s. sine quo stat optime versus, et nihil sensui deperit. *Fa.* Nec in nostris reperitur *Ah.* Bent.—12 Quid hic quærat vir doctus, cui numeri sanissimi suavissimique hic displicent, nescio. Ejus vero correctionem scio nemini placituram, CH. *Hera.* TH. *Aufugistin?* CH. *Factum.* Bent. *Factum*] J. et Venetus cod. *est.* Perl. *Placet*] J. *videtur.* Id. Correctioni Francisci Hare se opponit et Westerhovius. —13 Ms. Lips. et EP. *abiturum:* quomodo edidit St. et ex duobus Pall. citat

Mitte: si aliam admisero unquam, occidito.
TH. Num meam sævitiam veritus? CA. Non. TH. Quid igitur?
CH. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
TH. Quid feceras? CH. Paulúlum quiddam. PY. Eho! paulúlum, impudens?
An paulum hoc esse tibi videtur, virginem
Vitiare civem? CH. Conservam esse credidi.

tibi fore? CH. *Unum hoc delictum mihi remitte: si aliud unquam commisero ullum, interfici me jube.* TH. *Num meam duritiam et crudelitatem timuisti, adeo ut fugeres?* CH. *Non.* TH. *Quid igitur?* CH. *Timui ne ista (Pythias) me accusaret apud te.* TH. *Quam culpam feceras?* CH. *Levem quandam culpam.* PY. *Eho levem, impudens? An levem esse culpam æstimas, virgini civi vitium afferre.* CH. *Conservam meam esse putavi.* PY. *Conservam putasti? Vix mihi*

Pareus. Præstat tamen *habiturum*. *Noxiam* est in libris, quod quidem sciam, omnibus: nisi quod Franciscus Floridus Sabinus in defensione pro Laurentio Valla adversus Andream Alciatum legit *noxam*. Vide Opuscula de Latinitate JCtorum veterum, ex recensione Caroli Andreæ Dukeri, pag. 11. Sed et in Ms. Lips. est *noxam*. West. *Abiturum*] In aliquot antiquis exemplaribus, inter quæ est et Bembinum, legitur *habiturum:* quæ minime dubia est lectio. *Fa.* Nostri plerique *habiturum*. Bent. In quibusdam libb. legitur *te impune habiturum:* sed recte dicitur *impune. habere*. R. D. Male Alciatus *noxam*. Bip. *Noxiam* Ms. [sc. Br.] a pr. m. *Bruns.*—14 *Mitte, si aliam unquam admisero ullam, occidito*] Hanc lect. in nullo l. s. invenio. Sed hanc quæ sequitur in plerisque, *Amitte, si aliam admisero unquam, occidito:* quæ et elegans est compositio et versui optime serviens. *Fa.* Nostri quoque *Amitte*. Bent. Meliores edd. recte habent *Amitte*. R.D. Variant Mss. et Edd. *Mitte, Amitte, Dimitte, Omitte*. Metro adversatur *Mitte*. Placeret magis in hac inconstantia *Remitte*. Al. post 'unquam' ingerunt *ullam* contra codd. *Bip. Amitte* Br. quod positum est pro *Admitte*, uti ex sequenti *amisero* pro *admisero* clarum est. *Bruns. Amitte* Bent. Both. Bip. Perl. *Omitte* Z.—15 *Num meam sævitiam veritus es?*] Aliquot antiqui libri, et in iis Bembinus, item Donatus, non habent *es*. In libro scripto Donati legitur *sævitiem*, quod magis antiquum videtur. *Fa.* Etiam a nostris plerisque abest *es*. Sed quid versui fiet? Nam Faërni *Quïd* vel *saër* dissoluta nauseam excitant. Vir doctus in textum recipit *es*. Tu hanc corrigendi viam insiste: *Num meam sævitiam veritu's? Non. Non? quid igitur?* Bent. quem sequitur Both. nisi quod dat *veritus*, non *veritu's:* quod dat Perl. *Veritus es* Bip. Delph.—17. 18 Nisi legas *paulum*, versus non constat. *Er. Paulúlum quiddam. Eho paulúlum impudens?*] Et utrobique in hoc versu, et in sequenti legendum *paulum* ex Bembino, versusque ratione. *Fa.* Recte *paulum;* et sic unus ex nostris. Præterea pro *quiddam*, Chartaceus codex *quidem*. Repone, *Quid féceras? Paulúm quid. Eho paulum, impudens?* Jam vides, cur *paulum* acuat ultimam, nempe ob Encliticum *quid;* ut Græce Μικρόν τι. *Bent. Paulúlum* G. EM. *West.* Post *Paulum quiddam* sequitur in Guelf. 3. versus 15. *Perl. Eho, &c.*] Edd. West. et Zeunii tribuunt Thaidi, fortasse ex operarum errore. *Bruns.* Ipse correxit Westerhovius in Erratis. *Paulum* dant ter Both. Perl. *Paulúlum* dat ter Delph. et pro *hoc esse* exhibet *esse hoc.* —19 *Vitiare civem? Cónservam esse crédidi. Consérvam?*] Vides *Consérvam* in repetitione variare accentum: quod nusquam apud Nostrum fieri solet.

Py. Conservam ! vix me contineo, quin involem in
Capillum : monstrum ; etiam ultro derisum advenit.
Th. Abin' hinc, insana ? Py. Quid ita vero ? debeam,
Credo, isti quicquam furcifero, si id fecerim ;
Præsertim cum se servum fateatur tuum.
Th. Missa hæc faciamus. Non te dignum, Chærea,
Fecisti ; nam, etsi ego digna hac contumelia
Sum maxume, at tu indignus, qui faceres tamen.
Neque ædepol, quid nunc consilii capiam, scio,
De virgine istac : ita conturbasti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ita ut æquum fuerat, atque ut studui, tradere ;

tempero quin irruam in comam. Monstrum, etiam nos ut ludibrio habeat, ex industria huc advenit. Th. *Abi hinc, stulta.* Py. *Quasi vero ullam pœnam debeam isti furcifero, si involaverim in capillum ejus : præsertim cum non liberum, sed servum tuum se esse profiteatur.* Th. *Hæc inutilia omittamus. Non te facinus dignum admisisti, Chærea : nam, quamvis propter conditionem meam hac injuria maxime digna videar, tamen tu indignus es, qui eam mihi faceres ; neque per Pollucem nunc scio quale consilium capiam de ista virgine ; ita res meas confudisti omnes, ut eam nequeam suis talem, intactam, et virginem reddere, ita ut æquum fuerat, atque ut omni studio conata fui : ut integram gratiam inirem a Chremete*

Repono igitur : *Vitiúre cirem? Meúm consérvam credidi.* Bent.—20 *Contineo me* Both.—21 *Capillum monstro. Etiam, &c.* id. Interrogat Br. in fine.—22. 23 *Quid ita vero?*] Ms. Lips. aliique, *Quid ita vero abeam?* Ex glossa. G. ET. EM. ita exhibent : *Quid ita vero abeam? Credon' isti quicquam furcifero, Præsertim, &c.* West. Liber Bembinus, pro *Abi, Abin ;* pro *fecerim, fecero* habet. Ceterum, quod Donatus in expositione horum verborum *debeam, Credo, isti quicquam furcifero,* dicit subaudiri debere ' vero,' non video cur eam dictionem desideret, quæ, mutata tantum distinctione, præsto est ; si enim post ' Quid ita ' distinguas, remanet vox *vero* subsequentibus applicata, hoc modo : *Quid ita? Vero debeam, Credo, isti quicquam furcifero.* Fa. Unus ex nostris veterrimus *Abin, n* nunc eraso : omnes *fecerim ;* quod equidem prætulerim. *Bent. Abeam* pro *debeam* GM. *Id si fecerim* abest a Guelf. 1. 2. 3. *Perl. Si id fecerim* abesse non possunt. *Bruns.* Absunt et a Br. qui dat *Abi,* et cum Z. *Quid ita vero abeam?* omisso *debeam,* exhibet. Ante, non post, ' vero ' interrogat Bent.—25 *Ista* ante ' hæc ' Guelf. 3.—26 *Si* pro *etsi* Br. Bent. Z. Bip. Both.—27 *Non dignus* pro *indignus* Br.—30. 31 Sex e nostris Codices, et in iis vetustissimi, *ne possim :* unus etiam antiquus *neque ut studui.* Repone, *ut eam ne possim suis, Ita ut æquum fuerat, itaque ut studui, tradere.* Bent. *Ne* pro *non* dat Perl.

NOTÆ

27 *At tu indignus, qui faceres tamen*] Id est, non te decuit eam injuriam mihi facere, cum sis frater Phædriæ, mei amatoris, et diligenter ac liberaliter fueris institutus.

Ut solidum parerem hoc mihi beneficium, Chærea.
Ch. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore, Thais: sæpe ex hujusmodi re quapiam, et
Malo principio, magna familiaritas
Conflata est: quid si hoc quispiam voluit Deus?
Th. Equidem pol in eam partem accipioque, et volo.
Ch. Immo ita quæso. Unum hoc scito; contumeliæ
Non me fecisse causa, sed amoris. Th. Scio:
Et pol propterea mage nunc ignosco tibi.
Non adeo inhumano ingenio sum, Chærea,
Neque ita imperita, ut, quid amor valeat, nesciam.
Ch. Te quoque jam, Thais, ita me Di bene ament, amo.
Py. Tum pol tibi ab istoc, hera, cavendum intelligo.

et reliquis virginis cognatis, ut integrum et perfectum hoc beneficium conferrem in Chremetem et virginis cognatos. Ch. *At nunc exinde spero æternam fore inter nos omnes, me, illam, et te, benevolentiam, Thais; nam sæpe ex simili re aliqua turbulenta, atque ex malo principio, magna necessitudo et conjunctio contracta est. Quid si hoc, auctore aliquo Deo, factum est?* Th. *Equidem pol, in eam partem et accipio, et ita volo evenire.* Ch. *Quinimmo, ita ut accipias et velis, te rogo. Hoc unum scias velim, me non eo animo cum virgine rem habuisse, ut tibi injuriam facerem; sed ab amore ad id faciendum impulsum fuisse.* Th. *Scio, et per Pollucem propterea tibi libentius veniam do. Non adeo humanitatis expers sum, neque tam ignara, ut quanta sit amoris potentia non noverim.* Ch. *Te quoque jam, Thais, ita me Dii ament, nunc amo.* Py. *Etiam per Deos tibi metuendum, hera,*

—32 Ed. vet. c. figg. (quæ sæpius cum lectt. ET. et EM. conspirat) *hoc pararem.* Arridet *parare:* sed *Ut* impeditam efficit constructionem, et nomen *Chæreæ* in blanda et clemente oratione tota supervacuum videtur. Itaque rescribendum putamus *et* (quod priorem versum claudat) *Solidam hoc | para | re bene | ficio | ni gra | tiam.* Judicent alii an expellenda sit vulg. ut peregrina, nostraque civitatem mereatur. *Bip.* Bipontini conjunctione *Ut* gravantur: nos non ita. *Pararem* J. *Perl. Hoc parerem* Both. *Ut* collocant in versu priore Bip. Delph.—34 *Futuram* pro *Fore* Guelf. 3.—35 *Malo ex principio*] Præpositio *ex* abest ab omnibus antiquis libris. In reliquis collocata est ante dictionem *Malo*, ubi stare propter versum non potest: quare subdititiam rati sumus. *Fa.* Sex e nostris *Ex malo principio;* et recte fecit qui primus *Malo ex principio* edidit. *Bent. Malo ex pr.* Bip. Delph.—36 *Voluit quispiam* Bip. *Quispiam hoc* Both. Perl.—37 Duo Pall. non habent *que.* Sed 'que et' nostro amatur. *Perl. Quæ* pro *que* Br.—38 *Etiam* pro *ita* Perl. qui monet *ita* esse in Guelf. 2.—39 *Me non* Both.—40 *Magis* Br. et nostræ edd.—41 Nostri plerique omnes *sum ingenio:* unde reponendum, *Non adeo inhumano ego sum ingenio, Chærea.* Bent. Et sic dat Both. *Sum ingenio* Perl.—42 Ms. Lips. *Neque imperita.* Alii: *Neque tam imperita.* West. *Neque tam imperita*] Omnes fere antiqui libri et in iis Bembinus, *Neque ita imperita.* Fa. Nostri quoque omnes *ita.* Bent. *Tam* Guelf. 2. 3. et Delph. *Amor quid* Both. qui monet: '*Tam* B, Gu. 1. et Do. quod placet præ vulg. *ita.*'—44 Guyetus hic mire acutus est, legens contra fidem Codicum, *Tu pol tibi ab istoc, hera, cavendum attendito.* Addens pro ratione,

Ch. Non ausim. Py. Nihil tibi quicquam credo. Th. Desinas.
Ch. Nunc ego te in hac re mihi oro ut adjutrix sies.
Ego me tuæ commendo et committo fidei.
Te mihi patronam cupio, Thais; te obsecro:
Emoriar, si non hanc uxorem duxero.
Th. Tamen si pater. Ch. Quid? ah! volet, certo scio;
Civis modo hæc sit. Th. Paululum opperirier
Si vis, jam frater ipse hic aderit virginis:
Nutricem arcessitum iit, quæ illam aluit parvolam.
In cognoscendo tute ipse aderis, Chærea.
Ch. Ego vero maneo. Th. Vin' interea, dum is venit,

ab isto sentio, ne quam technam et fraudem faciat. Ch. *Non ausim, etiamsi velim (propter fratrem Phædriam).* Py. *Nullam fidem tuis dictis habeo.* Th. *Fac ut desinas, Pythias.* Ch. *Nunc in tuam, Thais, me do fidem, et in clientelam trado, teque obsecro ut in ducenda uxore Pamphila me juves. Te mihi patronam eligo, Thais; te per Deos obtestor: moriar omnino, si non hanc in uxorem accipio.* Th. *Tamen, si pater voluerit.* Ch. *Ah quid dubitas? Volet, probe scio; dummodo hæc sit civis.* Th. *Si paulisper vis expectare, mox ipse frater illius huc adventurus est, Chærea; nutricem ivit accersitum, quæ Pamphilam parvulam aluit. Tu ipse, dum de Pamphilæ origine inquiretur, præsens intereris.* Ch. *Ego vero expectabo, dum Chremes hic adsit.* Th. *Visne interea, dum is huc redit, domi*

τὸ *intelligo* parum ad sententiam facere. Scilicet non animadvertebat, in sensu latere illa, 'Si te quoque jam amat Chærea.' M. *Tum pol tibi ab isto Chærea cavendum intelligo.* Ms. Lips. *Tum pol ab istoc, hera, cavendum intelligo.* West. *Tum pol tibi ab isto*] Plerique l. s. etiam antiqui et Donatus *ab istoc* habent: quo quidem modo melius stat senarius: aut legendum, ut in Bembino, *carendum esse.* Fa. Tres ex nostris veterrimi, paulo melius, *Tum pol ab istoc tibi, hera, cavendum intellego.* Bent. Ita dant Both. Bip. Delph. Perl. *Chærea* pro *hera* Guelf. 1.—46 *Idem nunc ego* Ms. Lips. *West.*—47 Hujus versus et sequentis [sc. vs. 46.] ordinem ex l. s. o. commutamus, ut, qui nunc prior est, sit posterior. *Fa.* Sic et nostri et Edd. vett. *Bent.* Hic vs. anteit priorem [sc. vs. 46.] in GM. Br. Pall. al. At Fa. primus constituit ex l. s. ordinem, quem nunc habemus. *Perl. Fide* Both.—48 Hic versus Guyeto insititius videtur, sed præter rationem. *West. Cupio*] Omnes quotquot sunt l. s. *capio* habent: idque in aliquibus etiam Donati libris est: in aliquibus *cupio.* Fa. Nostri etiam omnes cum Edd. vett. *capio.* Bent. *Cupio* GC. *Perl.*—50 *T. si p. velit* EP. *West.* Distingue hoc modo: *Tamen si pater quid.* Ch. *Ah volet, certo scio.* Bent. quem sequitur Perl. et ita Both. nisi quod dat *Si pater tamen quid. Ah: quid? ah:* habet Br. *Certe* Guelf. 2.—52 *Hic ipse frater* Both.—53 *Parvam* Ms. Lips. *West. Accersitum* Bent. Delph. et sic Br. qui dat *it* pro *iit.*—54 *Ipse hic aderis* Ms. Lips. *West.* Sic Br. Delph. —55 *Visne interea dum is venit*] Ita aliqui libri habent, aliqui vero *dum venit is:* quæ variatio facit ut eam dictionem subdititiam putem: eo magis quod nec in Bembino est, ubi ita legitur, *Vin interea dum venit.* Fa. Nostri *Visne,* quod melius. *Bent. Visne int. dum venit* Br. Bent. Bip. Perl. et Both. qui dat

Domi opperiamur potius, quam hic ante ostium?
CH. Immo percupio. PY. Quam tu rem actura, obsecro, es?
TH. Nam quid ita? PY. Rogitas? hunc tu in ædeis cogitas
Recipere posthac? TH. Cur non? PY. Crede hoc meæ fidei;
Dabit hic aliquam pugnam denuo. TH. Au, tace, obsecro.
PY. Parum perspexisse ejus videre audaciam.
CH. Non faciam, Pythias. PY. Non pol credo, Chærea,
Nisi si commissum non erit. CH. Quin, Pythias,
Tu me servato. PY. Neque pol servandum tibi
Quicquam dare ausim, neque te servare: apage te.
TH. Adest optume ipse frater. CH. Perii hercle: obsecro,
Abeamus intro, Thais: nolo me in via
Cum hac veste videat. TH. Quamobrem tandem? an quia pudet?

maneamus, potius quam hic ante fores? CH. *Immo vehementer cupio.* PY. *Quidnam, quæso, nunc factura es?* TH. *Quidnam ita?* PY. *Tune quæris? An hunc tu, quæ ab eo delusa es, intro ædes posthac admittere cogitas?* TH. *Cur non?* PY. *Faciet aliquam turbam de integro; verbis meis fidem adhibe.* TH. *Au, tace, oro.* PY. *Non satis compertam habere videris ejus confidentiam.* CH. *Non faciam quod vereris, Pythias.* PY. *Non, per Pollucem, credo, Chærea, nisi postquam nihil a te mali factum fuisse compertum fuerit.* CH. *Immo, Pythias, tu me servato.* PY. *Neque per Deos tibi quicquam servandum dare ausim, neque te servare. Apage te a me.* TH. *Advenit opportune ipse frater Pamphilæ Chremes.* CH. *Perii mehercule. Obsecro, Thais, intro ædes eamus: nolo me in via ut Chremes ita vestitum videat.* TH. *Quamobrem tandem? an quia te pudet?* CH.

---

maneo vero.—56 Pall. tres *quam stemus ante ost. Stemus* glossatori haud dubie debemus. *Perl.*—58 Edit. *Nam quid,* atque sic mutatum in Br. *Bruns.* In Br. enim erat *Numquid.*—59 *Post hæc* Br. *Fide* Both.—60 *Pugnam aliquam* Br. Bent. Perl. *Pugnum hic aliquam* Both.—61 Mutarunt olim Magistri; ne Noster vetuste loquens discipulis displiceret. Revoca ipsius manum: *perspexe ejus mihi videre.* Bent. *Perspexe* Bip.—62 *Pol* non est in Bem. nisi recenti manu addita: quæ et impedit versum. *Fa.*—63 *Non fuerit* Ms. Lips. *West.* Par. Ms. *fuerit,* invito senario. Pall. tres *Pythia.* Perl.—64 *Servandum* abest Guelf. 2. nisi forte negligentia librarii omissum. *Perl.*—65 *De re* pro *dare* Br.—66 *Optime adest* Both. Delph. *Perii, hercle obsecro* Br.—68 *Quid* pro *quia* dat Both. qui monet: '*Quid* longe fortius invenerat Donatus: qui sic: ' Hæc interrogatio irrisionis plena est in eum, quem nihil pudet.'

CH. Id ipsum. PY. Id ipsum? virgo vero! TH. I præ; sequor.
Tu istic mane, ut Chremem introducas, Pythias. 70

Idipsum nempe est. PY. *Idipsum? Virgo vero vitiata an pudori fuit?* TH. *Præito; sequar: tu istic mane, Pythias, ut Chremetem domum introducas.*

Viden', hoc 'nihil' ad Terentianum *quid* referri?'—69 Editi vetustissimi *virgo vero vitiatu.* Mss. plusculi *sequar.* In G. suprascriptum: Corrupta est, cujus non pudet, et vestis pudet. Mox autem *sequar.* Ita et ET. EM. *West. Virgo vero*] Donatus non per interrogationem, sed affirmative legit, ut 'Egregiam vero laudem.' Dicente enim Chærea se nolle in via videri cum veste Eunuchi, subjicit Pythias: 'virgo vero:' quasi diceret: En qui sit virginalis pudoris. *Fa. Virgo vero!*] Stomachose hæc dicta. Fa. et Dac. præeunte Donato, εἰρωνικῶς in Chæream dictum accipiunt. *West. Sequar*] Antiqui libri, et Donatus, *sequor.* Fa. Plerique nostri quoque, *Sequor.* Recte: una enim cum eo egreditur e Scena. *Bent. V. vero*] Placet interrogatio. *Perl. V. vero*] Al. ironice sic dictum ipsum Chæream putant. Al. rectius trahunt ad virginem, cui vitium inferre ipsum non puduerit. *Bip. V. vero*] Mente supplendum est: ejus te nihil pudebat. *R. D.* Plenum punctum post 'vero' dant Z. Bip.

ACTUS V. SCENA III.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

PY. QUID? quid venire in mentem nunc possit mihi?
Quidnam? qui referam illi sacrilego gratiam,
Qui hunc supposuit nobis? CH. Move vero ocyus
Te, nutrix. SO. Moveo. CH. Video; sed nihil promoves.
PY. Jamne ostendisti signa nutrici? CH. Omnia. 5
PY. Amabo! quid ait? cognoscitne? CH. Ac memoriter.

PY. *Quid? quid in animo excogitare nunc possum ego? Quidnam? quomodo nunc scilicet par pari referam illi scelesto Parmenoni, qui hunc Chæream pro Eunucho nobis supposuit?* CH. *Move te vero citius, nutrix!* SO. *Moveo.* CH. *Video, te moves; sed nihil promoves.* PY. *Jamne, Chremes, ostendisti omnia signa cistellæ Sophronæ nutrici?* CH. *Omnia ostendi.* PY. *Obsecro, quid dicit? Agnoscitne illa?* CH. *Agnoscit, et memoriter recenset.* PY. *Grata, per Pollu-*

1 *Quicquid* pro *Quid? quid* Br.—2 O. l. s. *sacrilego illi.* Fa. Sic et nostri plerique omnes. *Bent.* Sic Br. et nostræ edd.—3 Repone *supposivit.* Bent. *Hunc qui* Both.—4 *Te, nutrix*] *Move vero ocyus, genetrix* R. *Lind. Tu nutrix* et *Ego moveo* Guelf. 2. *Nutrix, te* Both.—5 *An* pro *Jamne* Br.—6 *Ac memoriter*] Guyetus, *Ac me noverit.* Ms. Pal. [1.] *Ac me norit.* Præstat lectio vul-

Py. Bene, ædepol, narras; nam illi faveo virgini.
Ite intro: jamdudum hera vos expectat domi.
Virum bonum, eccum, Parmenonem incedere
Video. Vide, ut otiosus it, si Dis placet!
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione ut certum sciam:
Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

cem, narras; nam bene illi puellæ cupio. Introite, nam jam pridem Thais hera vos expectat domi. Ecce virum bonum Parmenonem video spatiari. Vide ut otiosus et securus ambulat. Spero me habituram facultatem, si Diis placet, quo eum arbitratu meo agitem, et anxium reddam.

gata. *West.*—10 Sunt veteres impressi, et manu exarati libri, in quibus est, *ut otiosus sit*. Ita Ms. Lips. et quinque Leidenses, cum omnibus Mss. Bœcleri, et EP. Præstat autem *it*, quia 'incedere' præcessit. *Id. Ut otiosus sit*] Bem. *it*, quamvis hoc verbum per *d* scriptum sit. *Fa.* Nostri omnes mendose *sit* habent. Eugraphius: 'Attende ut securus Parmeno ambulat et otiosus.' *Bent. Sit* Br. *Viden'* Delph.—11 Ap. Pr. p. 1143. Codex veterrimus habet, *hunc excruciem meo modo*. Recte. *Bent.* Sic Perl. *Meo qui hunc exc. modo* Both.—13 Repone *exeo*. Bent. *Exeo* Fa. eleganter dedit pro *exibo*. Both. qui illud exhibet. Faërnum id dedisse scribit et Zeunius: sed nescimus unde: ipse Bentleius non id fatetur.

ACTUS V. SCENA IV.

PARMENO. PYTHIAS.

Pa. Reviso, quidnam Chærea hic rerum gerat.
Quod si astu rem tractavit, Di vostram fidem!
Quantam et quam veram laudem capiet Parmeno!
Nam, ut mittam, quod ei amorem difficillimum, et
Carissimum, ab meretrice avara, virginem

Pa. *Redeo visum quas res hic agat Chærea. Quod si astute cœptum executus est, Dii, vestram fidem testor, quantam et quam veram laudem consequetur Parmeno! nam, ut taceam quod ei amorem difficillimum et magno pretio parandum a*

1 *Agat* pro *gerat* Guelf. 3. Br.—2 *Qui se* Guelf. 1.—3 *Quantum* Z. *Et* delet Both.—4 *Omittam*] *Mittam* Bem. *Fa.* Duo quoque ex nostris vetustissimi *mittam*. Bent. *Omittam* Perl.—5. 6 *Avara*] M. addit, *surripui*. quod

Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumtu, sine dispendio; tum hoc alterum,
Id vero est, quod ego mihi puto palmarium,
Me reperisse, quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia et mores posset noscere;
Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius;
Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans:

meretrice avara, virginem nimirum, quam perdite amabat, procuravi, et acquisitionem ejus perfeci sine difficultate, sine sumtu et impensis pecuniarum; id vero est gloriosum et palma dignum, quod mihi tribuo, quoniam rationem inveni qua adolescentulus possit meretricum ingenia et mores pernoscere, ut, cum tempestive illas penitus cognoverit, perpetuo odio eas prosequatur. Dum foris cœnant, nihil videtur tersius, et honestius, nihil magis ornatum nec magis lepidum. Quæ, cum epu-

et Rivius a se inventum merito glossam vocat. *West. Eam confeci sine molestia*] Non audiendus Donatus scribens ad gladiatores respici, et virginem intelligi adeo devictam, ut gravissimo vulnere occubuerit. Sensus enim est: Feci ut potiretur virgine, quam amabat. Est emphasis in τῷ 'confeci,' amplius quid sonante, quam, effeci. Id igitur vult: Effeci ei virginem suo modo fruendam. In plusculis Mss. est, *confeci ut potiretur*, ex glossa scilicet, observante Riv. *Id.* G. ET. EM. *Eam confeci uti potiretur sine molestia.* Donati sententiam firmare videtur Apuleius, qui 'interficere virginitatem' dixit. *Id. in Add.* Citato Donato, notat Bentleius: 'Vides, quantam veteribus Magistris molestiam hæc dederint: nec immerito; non enim aliter explicabis, nisi prius emendaveris. Ecce tibi rem confectam: *Nam, ut mittam, quod ei amorem difficillimum et Carissimum, a meretrice avara virginem Quo amabat, eum confeci sine molestia.* Ubi id habes, quod postulavit Do. 'Confeci,' expedivi amorem difficillimum et carissimum, quo amabat virginem ab meretrice avara. 'Amare a meretrice virginem,' h. e. in domo et familia meretricis. *A meretrice* omnes nostri, non *ab.* Eug. ad locum: 'Gloriatur, quod amorem ei difficillimum explicaverit, cujus partes enumerat: quod EUM confecit sine molestia,' &c. *Bent.* '*Quo amabat, eum* Bent. recte.' *Perl.* qui notat *Quam* pro *Quo* habere Guelf. 2. et *Quam amabo* dare Guelf. 1. Notat idem *ut potiretur* dare GM. qui, ut videtur, ea verba locat in fine versus. Audacter, nec tamen acute correxisse hos vv. Bentleium censet Bip. quæ vulg. omnino defendit, etiam vulgatum illud *ab*, quod contendit notare h. l. principium, l. unde fuerit illa difficultas et caritas. 'Vulgo *eam*, male;' ait Bothius, qui dat *eum*, 'præterea nihil mutandum censeo.' *A* Br.—10 *Meretricium* Guelf. 2.—11 *Cognoverit* Br. *Tum cognosceret* pro *cum cognorit* Guelf. 2.—13 *Neque magis comp.* Both. *Nec mage comp.* Bip.—14 Non audiendus Guy-

NOTÆ

8 *Palmarium*] Palmarius, a, um; quod est palma dignum: aliquando substantivum est et videtur poni pro victoria, l. 1. § 5. D. De extraordinariis cognitionib. his verbis; 'Honoraria summa peti poterit usque ad probabilem quantitatem; etsi nomine palmarii cautum est.' Id vocabulum sumtum a Gladiatoribus; nam victori Gladiatori is honos habebatur, ut coronatus palma laudes ferret.

Quæ, cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.
Harum videre ingluviem, sordes, inopiam ;
Quam inhonestæ solæ sint domi, atque avidæ cibi ;
Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent ;
Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis.

lantur, non vorant, sed lente et delicate suaviora quæque cum amatore suo mandunt : harum vero licet videre insatiabilem voracitatem, immunditias, egestatem, cum domi sunt. Quam obscœnæ, quam gulæ deditæ, quo pacto juris hesterni panem atrum deglutiunt. Hæc omnia didicisse non modo utile, sed salutiferum adolescentibus.

etus, versum hunc in Morboniam ablegans. Agnoscit Donatus, agnoscunt Codices Mss. Et, si oppositionis legem consideres, appositissimus est. Varro de R. R. III. 16. de apibus : ' Non, ut muscæ liguriunt, quod nemo has videt, ut illas in carne aut sanguine, aut adipe. Ideo modo considunt, in quo est sapor dulcis.' Malim, *In eo modo considunt.* Ubi P. Victorius annotat : ' Duo *rr* hoc verbum habere in optimis exemplaribus et hic, et apud Terentium observavi in Eunucho, *Quæ cum amatore suo cum cœnant, ligurriunt. Ligurriunt* enim, flosculos epularum carpunt, et delicatiores dapes studiose sectantur.' Sed et plusculi Mss. habent *ligurriunt.* In aliis est : *Quæ cum amatores suos vocant, liguriunt.* West. Lectio Vet. Cod. *cum amatores suos vocant, lig.* non mala. *Lind. Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt*] Tres antiquissimi libri *ligurriunt* per duo *r* scribunt. Posset ergo hic versus sustentari eliso per parellipsin altero ex eis : melius tamen est retrahere dictionem *suo ;* quæ nec in Vi. est nisi superaddita : nec sane sensui est necessaria. *Fa.* Libri fere omnes *cum amatore suo :* quod vir eruditus in textum admisit, et *liguriunt* scribit secunda brevi. Sed laterem profecto lavant, quicumque huic versui medicari cupiunt. Ex Lindenbrogii codice id colligas, Annotatiunculam, olim inter lineas factam, in textum postea irrepsisse ; et pro vario Librariorum captu in senarii numeros redactam. *Bent.* qui *ligurriunt* edidit et defendit : sed totum versum damnat et uncinis includit. ' Male,' ait Bip. ' hunc vs. dispungunt edd. a sqq. cum pars antecedentis sit, cui contraria sunt conseqq. Stultissime Bent. hunc vs. stultitiæ arguens expungit ut ingestum. *Ligurire* est, multo fastidio suaviora quæque degustare. Est a λίγυς, suavis ; non a λίχνος, gulosus.' *Quam cum a. c. cum ligurriunt* dat Both. notatque : ' Vulgo *Quæ cum a. cum c. ligurriunt :* quæ ita displicebant (merito autem displicebant) Bentleio, ut totum versiculum delere quam emendare mallet : nimis calide hoc quidem. Novum autem orationis membrum incipi verbis ' Nec magis,' maxime τῷ ' quicquam ' intelligitur : quod si abesset, recte uno tenore dicerentur illa : ' nil videtur mundius, Nec magis compositum, nec magis elegans :' nunc minus.' *Ligurriunt* Br. Eug. et Perl. qui omittit *suo.*—15 *Ingluviem*] Ita præstantissimæ editiones, St. Aldi, Junt. aliæque vetustiores, etiam EP. cum Mss. plurimis. Faërnus tamen tuetur *illuviem.* In Ms. Lips. est *inluviem.* Ita et duo Leidd. et fuit in tertio ; unde postea formatum *ingluviem.* Duo diserte, *illuviem.* West. Videtur ' ingluvies ' dicta quasi, inguluvies, a gula. G. et EM. *illuviem :* quod tuetur Gifanius in Ind. Lucret. *Id. in Add.* Paucissimos libros scriptos invenias, in quibus pro *ingluviem* non legatur *illuviem,* vel *inluviem,* ut in omnibus antiquis : et sane ita legendum esse etiam ipsa oppositorum ratio ordoque ostendit. *Fa.* Etiam ex nostris plerique *inluviem ;* et sententia id flagitat. *Bent. Illuviem*] *Ingluviem* habent deteriores libri. *R. D.* Bent. edidit *illuviem,* haud recte. *Bip. Illuviem* dant Br. Z. Both.—16 *Sint solæ* Both.—17 Linacer *cum jure* legit. *West.* Præpositione ' ex ' sic sæpe utuntur medici. *R. D.*—18 Mallet Guyetus in Scholiis Mss. *adolescentuli :* ut

PY. Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus,
Ulciscar, ut ne impune in nos illuseris. 20

PY. *Ego, per Pollucem, pro istis dictis et factis te, scelerose, ulciscar et puniam, ut non impune feras quod nos ludificatus fueris.*

ad solum Chæream referatur. *West. Nosse omnia hæc salus est adulescentulis*] Sentitne auris tua ingratum illud *salus est?* Si minus, at certe hoc concedes, vix bene Latine sic dici. Repono, *Nosse omnia hæc saluti est adulescentulis.* Bent. *Saluti* ergo dat Both.—19 *Pol pro istis te dictis* Ms. Lips. *West.*—20 Mallet Guy. in Scholiis Mss. *Ulciscar: ut ne impune in nos illuseris?* Id. *Impune in nos illuseris*] Melius ex Regiis unus, et ex Meadianis alter, *impune nos illuseris.* Bent. *Illuseris*] GM. hic finem habet Scenæ. *Perl. Ego pol...illuseris*] Pyth. regressa forsan v. 8. substitisse videtur, et secum loquenti Parm. aures præbuit: auditisque hæc ad spectatores dicit: dein exclamans de infortunio Chæreæ propius accedit. Unde Bent. scenam sequenti conjungit. Sed tamen novum metrum incipit a clamore Pythiæ. *Bip.* Hæc sequentibus conjungunt et Z. Both. Perl.

ACTUS V. SCENA V.

PYTHIAS. PARMENO.

PY. PROH fidem Deum! facinus fœdum! o infelicem adolescentulum!
O scelestum Parmenonem, qui istum huc adduxit! PA. Quid est?
PY. Miseret me: itaque, ut ne viderem, misera huc effugi foras.

PY. *Proh Deum fidem! facinus turpe et crudele! O infortunatum adolescentulum! O scelerosum Parmenonem, qui istum in hanc domum adduxit!* PA. *Quid est?* PY. *Adeo misericordia commota sum, ut, ne tam atrox tormentum cernerem, misera huc foras me subduxerim. Quæ infanda et sæva suppliciorum*

1 *Pro fidem Deum.* Solus Bem. habet hanc collocationem verborum: quamvis deinde, eadem fere manu, eorum inversio sit notata ab indicante legendum *Pro Deum fidem,* ut habent omnes alii libri et Donatus. In antiquissimis libris hæc superioribus junguntur in unam eandemque scenam. *Fa.* Servius ad Æn. II. 502. sic citat: *Pro Deum atque hominum fidem.* Fortasse an vera lectio est, *Pro Deum atque hominum, facinus fœdum.* Bent. *P. D. fidem* Br. Eug. Bent. Bip. Both. Perl.—3. 4 *Itaque ut ne viderem*] Recte Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 11. p. 723. conjungit omnia, et sine interrogatione verba 'Quæ futura ex. d. dicunt in eum indigna' refert ad 'viderem;' et sic edi-

Quæ futura exempla dicunt in eum indigna? PA. O Jupiter!
Quæ illæc turba 'st? numnam ego perii? adibo: quid istuc, Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? PY. Rogitas, audacissime?
Perdidisti istum, quem adduxti pro Eunucho, adolescentulum,
Dum studes dare verba nobis. PA. Quid ita? aut quid factum 'st? cedo.
PY. Dicam: virginem istam, Thaidi quæ hodie dono data 'st,
Scis eam hinc civem esse, et fratrem ejus esse apprime nobilem?
PA. Nescio. PY. Atqui sic inventa 'st: eam iste vitiavit miser.

exempla dicuntur in eum facienda esse! PA. *O Jupiter! quæ illa turbatio est? Egone occidi? accedam. Quid istud est, Pythias? quid quereris? in quo exempla gravia pœnarum edenda esse dicis?* PY. *An quæris, impudentissime? Exitium attulisti huic adolescentulo, quem pro Eunucho ad ædes nostras deduxisti, dum nos dolis circumvenire conaris.* PA. *Quid ita dicis? aut quid factum est? Dicito.* PY. *Dicam. Novistine virginem istam, quæ hodie dono data est Thaidi, civem esse hujus urbis; ejusque fratrem inter primos nobiles numerari?* PA. *Nescio.* PY. *Atqui esse eam civem Atticam compertum est. Hanc iste adolescentulus stu-*

---

dit Bent. [et Both.] *R. D.* Ms. Lips. *digna.* Perizonii ad Sanct. Min. IV. 11. n. 3. auctoritate motus, maximam distinctionem sustuli post 'foras.' *West. Ut ne*] *Id* [Br. et] Rom. cod. *Perl.* Maxima distinctione ad finem versus 3. pungunt Br. Bip. Perl. et post ' indigna ' Br. Post ' indigna ' admirandi signum exhibet Perl.—5 *Illæc*] GM. gl. *illa hæc.* Itid. Br. in textu. *Perl.* Vulg. *Quid istuc, Pythias? Quid ais,* minus recte. *Both.* qui levissime pungit in fine huj. vs. *Istic* Br.—6 *Rogas* Br.—7 *Istunc* Both.—9 *Hodie quæ dono*] Bem. *quæ hodie.* Fa. Atqui omnes nostri, *Thaidi, hodie quæ.* Recte; et gratior it versus: quod et vir doctus sensit. *Bent. Hodie quæ* Br. Delph. Both. Perl.—10 *Scis eam hinc civem esse*] Atqui hoc pacto *civem* in Thesi totum occultatur. Omnes fere nostri, *civem hinc?* Bent. *Et ejus fratrem apprime nobilem*] O. l. s. ita collocant, *fratrem ejus;* et Donatus quoque: ac præterea is ipse et libri scripti Terentii fere omnes, post ' ejus,' habent verbum *esse:* quod et versui necessarium est, et sermoni, quamvis geminatum videatur, non incommodum. *Fa.* Omnes etiam nostri, *fratrem ejus esse:* sed lege, *fratrem eii esse.* Nunc indicat, fratrem virgini esse; non sumit ut Parmenoni notum. Qui enim potuit hoc scire, qui ne ipsam quidem quæ esset sciret? *Bent. Scisne hinc esse civem, et fratrem ei esse* Both. *Scin' eam hinc civem esse, et ejus fratrem app. nobilem* Delph. *Scin'* etiam Bip. *Civem hinc* Perl. *Scis istam civem* videtur legisse Eug.—11 *Est* omittit Both.—12

Ille ubi hoc rescivit factum, frater violentissimus.
Pa. Quidnam fecit? Py. Colligavit primum eum miseris modis. Pa. Hem!
Colligavit? Py. Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.
Pa. Quid ais? Py. Nunc minatur porro, sese id, quod mœchis solet;
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. Pa. Qua audacia
Tantum facinus audet? Py. Quid ita tantum? Pa. An non tibi hoc maxumum est?
Quis homo pro mœcho unquam vidit in domo meretricia
Prehendi quenquam? Py. Nescio. Pa. At, ne hoc nesciatis, Pythias,

pravit miser. Ille frater ejus, impetuosus admodum, et ad vim inferendam promtissimus, ubi hoc inaudivit. Pa. *Quidnam fecit?* Py. *Constrinxit primum eum, in modum crudelem, aretis vinculis.* Pa. *Hem, colligavit?* Py. *Atque id, deprecante illum Thaide ne id faceret.* Pa. *Quid ais?* Py. *Nunc minitatur sese id facturum, quod adulteris fieri solet: quod sumi supplicium non adhuc vidi, neque videre velim.* Pa. *Quis ita audax, et temerarius, ut tantum facinus audeat?* Py. *Quid ita tantum ais?* Pa. *An non hoc maximum est? Quisquamne hominum unquam vidit ullum in ædibus meretricis corripi pro mœcho?* Py. *Hoc nescio.* Pa.

Ille ubi id r. f. Bem. non habet partic. *id*, nisi superadditam: qua demta, factum nomen erit, et perinde erit ac si diceret: Ubi rescivit rem: quod elegantius sine pronomine dici videtur. *Fa. Ille ubi rescivit factum*] Sic ex Bem. Faërnus, et sic ex Regiis unus. Ceteri omnes, *Ille ubi id rescivit factum.* Bent. *Id* vel *hoc* omittunt Br. Delph. Z. Both. *Id* pro *hoc* dant Bent. Bip. Perl. *Esse factum* Guelf. 2. 3.—13 Ms. Lips. *miseris nodis.* Sed erasa prima parte τοῦ *m.* Westerhovius. Bem. *Hem* in sequentem versum rejicit. Melius est eam interjectionem delere ex fide aliorum vetustorum librorum, versuumque ratione. *Fa.* Neque nostri agnoscunt *Hem.* Et præterea illud *Atque equidem*, quod libri constanter retinent, suo se indicio prodit. Lege, *Et quidem orante.* Bentleius. *Hem* omnes nostri, et apte in re atroci infertur trochaicus plenus. *Both. Hem* collocat Delph. versu 14. post 'Colligavit.' Omittunt Br. Bip.—14 *Colligavit eum* G. *Hæc* ad *ais* absunt a Ms. Lips. In EP. est *A. e. fecit orante.* West. *Quidem* Bent. pro *equidem*, recte. *Colligavit eum* Guelf. 2. *Eum ligavit* 3. *Perl.* qui cum Both. dat *Et quidem.*—15 *Sese id facturum* Ms. Lips. ET. [Guelf. 1.] *Minitatur* G. EM. [Delph.] *West.* Omnia hæc dat Br.—16 ET. junctim *Qua audacia facere tantum facinus audet?* West.—17 In G. suprascriptum: Alii libri hoc modo: *Annon tibi dehonestare tantum juvenem hoc maximum est?* Id. *Audet*] J. et Venetus cod. *facere:* non inepte. *Perl. Hoc* omittunt Bent. Bip. Delph. Both. Perl.—18 *Quis homo pro mœcho unquam vidit*] Vides *pro* acui, et *mœcho* in Thesi deprimi. Non ita Scena proxima vs. 22. 'Hunc pro mœcho postea.' Lege hic ergo, *Quis homo unquam pro mœcho vidit.* Ita voces singulæ recte feriuntur. *Bent.* Obsequuntur Both. Perl.—19 *Deprehendi* G. ET. EM.

Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium. Py. Hem,
Obsecro, an is est? Pa. Ne quam in illum Thais vim fieri sinat.
Atque adeo autem cur non egomet intro eo? Py. Vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, et tu pereas; nam hoc putant,
Quicquid factum est, ex te esse ortum. Pa. Quid igitur faciam miser?
Quidve incipiam? Ecce autem video rure redeuntem senem.
Dicam huic, an non? dicam hercle, etsi mihi magnum malum

Ac ne hoc ignoretis, Pythias, nuntio, denuntio vobis, illum esse nostri heri filium. Py. *Hem! quæso, an is est?* Pa. *Ne quam in illum violentiam exerceri Thais permittat. Immo etiam, cur non ego intro domum irrumpo?* Py. *Ne hoc facias: cave: nec enim illum juveris et te perditum iveris. Hoc enim credunt, te hujus, quod factum est, quantumcumque sit, esse auctorem.* Pa. *Quid igitur faciam, infelix? Quidve aggrediar? Ecce autem aspicio senem herum e villa in urbem revertentem. Num illi dicam filii periculum, an non? Nuntiabo per Herculem,*

West. Hic versus est octonarius iambicus, cum alii hujus scenæ sint trochaici catalectici; sed in dictione *Deprehendi* variant l. s. alii enim *Deprendi*, alii *Apprehendi*. Bem. et V. *Prehendi;* quæ mihi lectio probatur: ex qua facio *Prendi*, duas in unam priores syllabas contrahendo: præsertim cum aliquot libri eam partem ita contractam habeant in *Deprendi*. Fa. Duobus exceptis omnes nostri *Prehendi;* hoc est, ut Faërnus, *Prendi*. Bent. *Prendi* Bip. Both. *Deprendi* Delph. *Anne* pro *At*, *ne* Guelf. 2. et Z.—20 *Edico vobis*] GM. *et edico tibi*. Perl.—21 *Ne quam*, *&c.* Existimat Bœcl. Donatum hæc verba Pythiæ tribuere, laudatque. Certius id constaret, si integris vocibus expressa essent omnia Donati. Ubi enim dixerat, 'Quam bene providet Pythias!' addit: 'quæ equidem o. n. n. s. i. t.' Quodcumque fuerit, verba edicentis et interminantis Phædriæ esse videntur. Sin aliter capias, multum de vi verborum decedere necesse est. Neque aliter apte satis cohærent illa: 'Atque adeo autem cur non egomet intro eo?' Prohibiturus scilicet, ne vis fiat in Chæream. *West.* *Quis* pro *an is* Delph. *Eum* pro *illum* videtur legisse Eug. *Fieri vim* dat Both.—23 *Nam hoc ita* Guelf. 1.—24 Nostri fere omnes *a te*. Bent. Sic Br. Both.—25 *De rure* Guelf. 3.—26 Guy. in Scholiis Mss. *Dicam hercle, dicam.* West. Hic versus, qui ut ceteri Tetrameter esse debuit, toto pede brevior est. Sed præsto adest vir doctus, qui nulla neque in 'Dicam' neque in 'hercle' elisione facta pedem, sed lignenm, suppeditat. Quo vero exemplo nulla hic fiet elisio? Plauto, ait, hoc frequens. Miseret me profecto Plauti, qui omnibus erratis patronus accersitur. Tu mecum lege, *Dicam huic, an non dicam? dicam hercle, etsi mihi magnum malum.* Bent. Sequuntur Both. Perl. *Etiam* post 'hercle'

Scio paratum; sed necesse est, huic ut subveniat. Py. Sapis.
Ego abeo intro: tu isti narra omnem rem ordine, ut factum siet.

quamvis noverim mihi magnum malum inde datum iri; sed necesse est huic dicere, ut illi auxilietur. Py. *Sapis, qui hæc facturus sis. Ego intro domum eo. Tu hero tuo recense ex ordine, ut omnia facta sunt.*

Guelf. 3.—27 *Si sapis* Guelf. 2.—28 Mss. M. et Lips. *omnem ordinem.* Ita et EP. ET. aliæque, quas laudat Riv. In aliis varie. *Narrato* G. ET. EM. *West. Tu isti narrato omnem rem ordine ut factum siet*] In magnam difficultatem incidit et hic versus. Sed, cum Vi. et Bem. non *narrato* habeant, sed *narra:* cumque et ab his libris et ab omnibus aliis absit dictio *rem:* ita enim in omnibus legitur, *omnem ordinem, ut factum siet;* unus etiam, pro *omnem, omne* habeat; crediderim et versui commode et sermoni legendum, *Ego abeo intro: tu isti narra omne ordine, ut factum siet.* Quod autem *omne* absolute dici possit, ostendit Plautus in Amphitryone. *Fa.* Mire hic variant codices nostri. Recte Faërnus. *Bent. Sit* R. *Lind. Abeo; tu isti narrato ordine omne, uti f. siet* Both. *Narrato omnem ordinem ut factum sit* Br. *Narrato* Guelf. 1. 3. Delph. *Narrato ordine, ut* Bip. omissis *omnem rem.*

ACTUS V. SCENA VI.

LACHES. PARMENO.

La. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi,
Neque agri neque urbis odium me unquam percipit.
Ubi satias cœpit fieri, commuto locum.
Sed estne ille noster Parmeno? et certe ipsus est.
Quem præstolare, Parmeno, hic ante ostium? 5
Pa. Quis homo 'st? ehem, salvum te advenire, here, gaudeo.

La. *Ex meo suburbano prædio hanc commoditatem habeo, quod neque ruris neque urbis fastidium me unquam valde capit; ubi alterutrius cœpit satietas fieri, locum alterum altero muto. Sed estne ille noster servus Parmeno? et certe ipse est. Quem expectas, Parmeno, ante has fores?* Pa. *Quis homo me appellat? Ehem!*

3 *Simul comm. locum* M. *Satietas* ET. EM. *West.*—4 In R. *est* omittitur. *Lind.* Edit. add. *noster,* quod tanquam glossam habet codex. *Bruns.*—5 M. [Guelf. 2.] ET. EM. *ante ostium Thaidis.* In G. *τὸ Thaidis* suprascriptum est. *West. Præstolare*] GM. sup. script. *ris,* ut legatur *præstolaris.* Perl.—6 Ms. Lips. *salvom te advenisse gaudeo.* Ita et EP. aliæque vetustæ, sed addito, *here.*

LA. Quem præstolare? PA. Perii! lingua hæret metu.
LA. Hem! quid est? quid trepidas? satin' salve? dic mihi.
PA. Here, primum te arbitrari, quod res est, velim;
Quicquid hujus factum est, culpa non factum est mea.
LA. Quid? PA. Recte sane interrogasti: oportuit
Rem prænarrasse me. Emit quendam Phædria
Eunuchum, quem dono huic daret. LA. Cui? PA. Thaidi.
LA. Emit! perii hercle: quanti? PA. Viginti minis.
LA. Actum est. PA. Tum quandam fidicinam amat hic Chærea.
LA. Hem! quid? amat? an scit jam ille, quid meretrix siet?

salvum te redire, here, gaudeo. LA. *Quem expectas?* PA. *Occidi. Lingua hæret palato præ metu.* LA. *Hem! cur contremiscis? Satisne domi salvæ sunt res nostræ? Dic mihi.* PA. *Here, primum te arbitrari velim; quicquid hujus rei, de qua quæritur, factum est, culpa mea factum non est.* LA. *Quidnam est?* PA. *Recte quidem interrogasti: nam ante me narrasse oportuit rem quæ te absente evenit. Phædria emit quendam Eunuchum, quem donaret illi.* LA. *Cuinam?* PA. *Thaidi.* LA. *Occidi per Herculem. Quanto pretio?* PA. *Pretio viginti minarum.* LA. *Actum est de me.* PA. *Tum quandam Chærea fidicinam amat hic apud Thaidem.* LA. *Hem! quid? amat? an jam didicit quid sit meretrix?*

G. *salvom te advenire gaudeo, here.* West. Omnes nostri, uno excepto, *advenisse* cum Edd. vett. Præterea duo veterrimi et tertius bonæ notæ non habent *here*. Lege, *salvom te advenisse gaudeo.* Mox tertio abhinc versu 'here' habes: quod putide repeteretur. *Bent. Advenisse*] Sic rectius Bentleius. *Bip.* Bentleii totam lect. dant Br. Both. et Perl. qui monet *advenisse, here* dare Guelf. 2. *Hem.* Delph.—8 *Quid est?* quid *trepidas?*] Ita tres Leidd. et Bœcleri omnes. Alii junctim, *Quid est, quod trepidas? Satin' salve?* Ita Do. sed et Mss. et editi quidam. Ms. Lips. *Quid tu trepidas?* Ita et Leid. unus: unus vero, *Quid est, quod tu trepidas?* In aliis est *salvæ*. Ita Livius 1. 58. et XL. 8. In aliis *salve*. Ita Plautus et Sallustius Donato citati. *West.* Appone 'Hem' versui priori: et lege, *Quid est, quod tu trepidas? Tu* habent nostri plerique omnes. *Bent. Salvæ* Par. ed. *Perl.* Sic Delph. Both. *Quid est, quod trepidas* Both. *Quid est quod tu trepidas* Br. 'Hem' rejiciunt in versum 7. Bip. Both.—9 Mss. et edd. vett. quidam, *id quod res est.* West. Plerique ex nostris *id quod r. e.* Bent. *Id* dant Br. Bent. Delph. Bip. Both. Perl.—10 *Hujus quicquid* Both.—11 *Quid id est* Guelf. 2.—12 *Prænarrare* M. *West.* Sic Guelf. 2.—15 Repone, *amat hinc:* id est, eadem Thaidis domo. *Bent. Hinc* Bent. recte. *Perl.* qui id dat cum Both.—16 *Hem, quid? amat?*

NOTÆ

9 *Te arbitrari, quod res est, velim*] Se Parmeno excusat et purgat antequam accusetur; quæ orationis perturbatio animum male conscium arguit.

An in Astu venit? aliud ex alio malum.
Pa. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
La. Omitte de te dicere: ego te, furcifer,
Si vivo! sed istuc, quicquid est, primum expedi.
Pa. Is pro illo Eunucho ad Thaidem deductus est.
La. Pro Eunuchon'! Pa. Sic est: hunc pro mœcho postea
Comprehendere intus, et constrinxere. La. Occidi.
Pa. Audaciam meretricum specta. La. Numquid est
Aliud mali damnive, quod non dixeris,

An in astu (in urbem) ex Piræeo venit? Aliud ex alio malum oritur. Pa. *Here, ne me minacibus oculis intuearis; non ego eum ad hoc faciendum impuli.* La. *Desine de te verba facere; ego te, furcifer, si vitam Dii prorogent, male mulcabo: sed istud, quodcumque est, paucis verbis enarra.* Pa. *Is (Chærea) pro Eunucho Thaidi traditus est.* La. *An pro Eunucho?* Pa. *Sic est: hunc postea intus comprehenderunt et colligarerunt.* La. *Interii.* Pa. *Temeritatem meretricum considera.* La. *An aliud mali, damnive, quod non dixeris, adhuc tibi dicendum*

---

an scit jam ille quid meretrix siet] Vides *amat*, quod præsertim in repetitione acui debebat, in Thesi latere. Ergo 'Hem' priori versui appone, et lege, *Quid? amat? an jam scit ille quid meretrix siet?* Priscianus p. 1012. *Hem, amat? quid? an scit ille:* omisso *jam:* sic ibi et vetus codex. *Bent. Quid*] Mutatum in *quod*. Bruns. Bentleium sequitur Both.—17 Ms. Lips. *An in Astu venit aliud ex alio malum?* Eand. lect. ex libris Mss. et editis citat, sed improbat Rivius. Vide Donatum. *West.*—18 *Hoc* M. *Id.*—21 Ms. Lips. [Br.] et G. *ad Th. hunc.* Id. *Ad Thaidem hanc*] *Hanc* non est in Bembino, et certe superfluit, cum jam supra dixerit, 'huic Thaidi.' *Fa.* Nostri omnes, uno excepto, *hunc:* et sane amat Terentius syllabas ultimas liquefacere. Lege vero, *Is pro illo Eunucho ad Thaidem huc deductus est.* Supra II. 3. 60. ipse dicit Parmeno: 'Huc deductast ad meretricem Thaidem: ei dono datast.' Et nota, eum tam hic quam illic ante ostium Thaidis stetisse. *Bent.* Sequuntur Both. Perl.—23 *Comprendere* Both.—24 Totum vs. dat Lachi Both.

NOTÆ

17 *An in Astu venit*] Athenienses urbem suam Astu vocabant. Cicero primo de Legibus: 'Theseus,' inquit, 'eosdem migrare ex agris, et in Astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit.' Ἄστυ Græce significat urbem. Ceterum Athenæ in duas divisæ erant partes; urbem, quæ dicta Ἄστυ, et portum, qui Πειραιεὺς vocatus est: eas autem partes unus complectabatur ambitus; sed ita ut plebeii et democratiæ fautores in regione Piræei agerent; elegantiores nobilioresque Astu incolerent. A potiori igitur parte et ad portus discrimen Ἄστυ et Ἀστικοὺς nominabant Urbem et Urbanos.

19 *Furcifer*] Dicebatur servus, qui ob leve delictum cogebatur a domino ignominiæ magis, quam supplicii causa, in vicinia furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et prædicare peccatum suum, simulque monere ceteros ne simile quid admitterent.

Reliquom? PA. Tantum est. LA. Cesso huc introrum pere?
PA. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum;
Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse eventurum mali.
Nam jam diu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret his. Nunc reperit.

restat? PA. *Nihil præterea est.* LA. *Quid moror, quin intro has ædes impetum facio?* PA. *Certum est mihi magnum ex hac re impendere malum: sed necesse fuit hoc factum referre seni, ut filio suo Chæreæ succurreret. Ex hoc gaudeo hisce meretricibus, mei causa, aliquod malum factum iri: nam jam pridem aliquam causam optabat habere senex, ut aliquod insigne facinus in meretrices istas ederet: is nunc invenit.*

ius.—26 Forte *Relictum*. Er. *Introrumpere*] Alii *intro irrumpere*. Non. Marcellus: *intro rumpere*. G. *Cur cesso huc intror*. West. *Reliquom. Tantum est. Cesso huc intro irrumpere*] Bem. et Vi. et aliqui alii, *introrumpere*. Utroque modo versus stat, si in ' Cesso huc' synalœpha non fiat. *Fa.* Non in ' Cesso huc' cessat Synalœpha: sed *Reliqüom* est quadrisyllabon, ut alibi non raro. *Introrumpere* autem etiam Nonius hic legit v. Rumpere. *Bent. Relictum* defendit Both. ob accentum. *Cesson'* Delph. *Intro irrumpere* Br. —28 *Necesse*] Donato memoratum *necessus* defendit P. Victorius, legiturque in exemplo, quo usus est Guyetus, edit. Heidelb. 1587. *West.* In Bem. scriptum est *necessus*, quod et Do. admittit. *Fa.* Sane syllaba longa hic versum adjuvat. Sed *necessum* hic malim, ut sæpe apud Plautum. Donatus quidem agnoscit *necessus*, sed genere masculino ut *necessis*. Bent. *Necessum* Bip. *Fuit necessum* Both. *Fuit necessus* Perl.—29 *Venturum* M. *West. Me propter al. hisce event. mali* Both. *Esse* omittit et Perl. qui notat id habere Guelf. 2. 3.—31 Editi vetustissimi fere omnes cum Mss. quibusdam, [ut Br.] *faceret. Is nunc reperit.* Minus accurate. Ita tamen et Junt. et St. Aldinæ variant. *West. Quamobrem insigne aliquid faceret iis: nunc reperit*] Unus tantum ex nostris hoc ordine: duo cum vett. Edd. *insigne faceret aliquid;* plerique, *aliquid insigne faceret*. Repone certissime: *Quamobrem aliquid ægre faceret iis; nunc reperit. Aliquid mali insigne* ne Latinum quidem est. In altero quoque ordine legere poteris, *Quamobrem ægre faceret aliquid iis*. Bent. *Iis* Z. Delph. Bip. Both. et Perl. qui notat in Guelf. 3. esse *is nunc rep. causam.*

ACTUS V. SCENA VII.

PYTHIAS. PARMENO.

PY. NUNQUAM ædepol quicquam jamdiu, quod magis vellem evenire,

PY. *Nunquam ædepol quicquam jucundius, quod magis mihi optarem accidere,*

Mihi evenit, quam quod modo senex intro ad nos venit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, sciebam.
Pa. Quid hoc autem 'st? Py. Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.
Sed ubi, obsecro, is est? Pa. Men' quærit hæc? Py. Atque eccum video! Adibo.
Pa. Quid est, inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? Py. Perii:
Defessa jam sum misera te ridendo. Pa. Quid ita? Py. Rogitas?
Nunquam, pol, hominem stultiorem vidi, nec videbo. Ah,
Non possum satis narrare, quos ludos præbueris intus.

unquam accidit, quam quod modo senex Laches intro domum ad nos venit, falso existimans filium suum esse constrictum. Soli mihi risum præbuit, quæ causam, cur metueret, noveram. Pa. *Quid autem hoc est, quod loquitur Pythias?* Py. *Nunc propter id prodeo foras, ut Parmenonem adeam et alloquar; sed ubi quæso est?* Pa. *An me quærit hæc?* Py. *Atque ecce eum video: ad eum ibo.* Pa. *Quid est, insana? quid tibi vis? quid tam effuse rides? perseverasne ridere?* Py. *Risu morior: delassata sum misera jam te deridendo.* Pa. *Quid ita?* Py. *Quærisne? num ignoras? nunquam pol quenquam ineptiorem cognovi, nec cognoscam: ah, nequeo satis verbis exponere quos risus excitaveris intus in ædibus: atqui primo te*

2 *Quam senex quod intro ad nos modo* Both. Maximam distinctionem dat Br. post 'modo.'—3 *Scibam* Bent. Bip. Both.—4 *Id exeo* Ms. Lips. *West.* —5 In antiquis libris legitur affirmative, *Me quærit hæc.* Item, *Nunquam pol.* Fa. Sic et nostri. *Bent. Is* omittunt Br. Bent. Z. Both. Delph. *Me* dant hi omnes, cum Perl. Post 'hæc' non interrogant Bent. Both. Bip. Perl.—6 *Perii*] M. et Bœnd. cum edd. vetustissimis, *Ah, ah, eh, perii.* Defendit Adrianus Barlandus, Antesignanus resecat, ob metrum. *West. Quid tibi vis*] Lege, *q. t. est?* Bent. Vulgo *Quid est, inepta?* Sed *Quid* arbitror fuisse QUID; i. e. *Quid id:* certe versus poscit *Quid id est*, non *Quid est.* Both. *Ha, ha, he, perii* Guelf. 2. *Ahaheu, perii* 1.—7 *Rogas* Ms. Lips. *West. Deridendo* Guelf. 3.—8 *Ædepol* G. [et Guelf. 2.] *Vidi te* M. et Bœnd. *West. Stulticiorem* Br.—9 *Non pote satis narrare* alias. *Er.* Ms. Lips. et Bœnd. cum EP. *Non satis potest narrari.* Par. ex tribus Pall. et Paris. citat, *Non potest satis narrari.* Alii, *Non pote satis narrari.* West. Lege ordine paulum immutato: *Non possum satis narrare quos præbueris ludos intus.* Sed unde illud petitum est, *Non possum satis narrare?* Siquidem nostri universi, *Non satis potest narrari quos.* Quarum lectionum non (ut vir doctus opinatur) utraque commoda est: hæc enim posterior versum trucidat. Quod

NOTÆ

3 *Mihi solæ*] Vetuste pro, soli.
6 *Quid est, inepta? quid tibi vis*] Conspecto servo cœpit ancilla erumpere in risum, adeo ut sibi temperare non posset.

At etiam primo callidum et disertum credidi hominem.
Quid? illicone credere ea, quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi vestem vidit
Illam esse eum indutum pater? quid est? jam scis te periisse?
PA. Hem! quid dixti, pessuma? an mentita es? etiam rides?
Itan' lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere? PY. Nimium.

cautum, intelligentem, et facundum esse existimavi. PA. *Quid?* PY. *An statim fidem adhibere dictis meis debuisti? An te pœnitebat flagitium, quod te impulsore commisisset adolescens Chærea, nimis leve fuisse, nisi amplius miserum illum patri proderes et deferres? Nam quomodo eum affectum fuisse putas, ubi se vidit a patre deprehensum esse, in illa veste Eunuchi? quid est? scisne de te jam actum esse?* PA. *Hem! quid dixisti, deterrima? An mentita es, cum mihi dixisti Chæream a Chremete colligatum fuisse? etiam pergis ridere? Itane urbana et lepida existimari voluisti, scelesta, si nos ludibrio haberes?* PY. *Valde hoc visum est mihi lepidum.*

si hanc loquendi formam prætuleris, sic versui mederi possis, *Non satis potest narrarier, quos dederis ludos intus.* Sed prior illa lectio satis se commendat. *Bent. Non pote satis narrari* R. *Lind. Q. præb. l.*] GM. sup. script. *de sene quem fecisti domum ingredi.* Huic glossæ etiam in Br. adduntur hæc: *pulsantem ut senes solent.* Perl. Hæc tota glossa est in Br. unumque versum conficit, de quo ita Bruns: 'Totus versus abest edition. neque inter VV. LL. eum reperi.' *Non pote satis narrari* Both. Delph. *Non satis potest narrari* Br. *Non potest satis narrari* Both. qui notat: 'Al. *Non possum satis narrare:* quod Bent. præfert. Al. *Non satis pote.' Præb. ludos* Perl.—10 *Callidum et*] Nostri magno numero *ac*, et Edd. vett. *Bent.* Sic dat cum Br. et Perl. *Credidi te* Guelf. 3. *At te etiam* Both. qui *te* vulgo minus recte abesse censet. —11 PA. *Quid?* PY. *Illicone*] In antiquis libris et omnibus fere aliis etiam dictio 'Quid' Pythiæ tribuitur. *Fa.* Ita etiam nostri. *Bent.* Reddimus τὸ 'Quid' Pythiæ. *Bip. Illico nec reddere* Guelf. 3. Dat 'Quid' Pythiæ Guelf. 1.—13 *Miserum patri ni insuper etiam* Both.—14 Iterum jugulatur versus. Repone, *Nam quid illi credis tum animi.* Bent. Sequitur Perl.—15 M. et Bœnd. sed et quidam editi vetusti: PA. *Quid est?* PY. *Jam scis te periisse?* Præstat autem utrumque tribuere Pythiæ, et inferre ad consternatum Parmenonis vultum. *West. Quid est? jam scis*] Lege *Quid? jam scis.* Bent. *Quid*] Vulgo *quid est?* asperioribus numeris. Bent. *est* omisit, et sic B. *Both. Perisse* Br. Bent. Bip. Both. Post *periisse* non interrogat Z.—16 Scripti et editi quidam libri, *dixisti.* West. Non potest hic versus ullo modo stare, nisi *dixisti* legas; ut et in aliquibus libris scriptis Terentii et Donati invenio. *Fa.* Duo ex nostris *dixisti:* ceteri *dixti.* Et fortasse 'Hem' priori versui apponendum; et tum legas, *Quid dixti, pessuma? an mihi mentita es? etiam rides?* Bent. *Ehem* Delph. Bip. Both. *Dixisti* Bip. Both. Perl. *Qui* pro *quid* Guelf. 2.—17 *Nimium*] Libri quidam Mss. et editi, *Nimirum.* West. *Illudere* et *Nimirum* Par. p. var. *Perl. Nos irridere, scelus* videtur legisse

PA. Siquidem istuc impune habueris. PY. Verum? PA. Reddam hercle. PY. Credo.
Sed in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod minitare.
Tu jam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, et eundem indicas: uterque in te exempla edent.
PA. Nullus sum. PY. Hic pro illo munere tibi honos est habitus: abeo.
PA. Egomet meo indicio, miser, quasi sorex, hodie perii.

PA. *Si quidem id inultum tuleris, tum demum id lepidum tibi videri dicas.* PY. *Quasi vero id valde metuam.* PA. *Par tibi hercle referam.* PY. *Credo, sed in longam diem forte accidet illud, quod nobis minitaris: tu jam pendens e trabe vapulabis, qui imprudentem adolescentem spectatum et insignem flagitiis reddis, et eundem etiam prodis, et denuntias. Uterque, pater et filius, in te pœnas exercebunt, quæ sint documento ceteris, ne delinquant.* PA. *Perii.* PY. *Ejusmodi honos tibi et palmarium defertur, pro Eunucho, quem dono Thaidi adduxisti. Discedo.* PA. *Egomet me indicans sermonibus meis, quasi sorex occentu et strepitu se prodens, mihi perniciem attuli.*

Eug.—18 Ovidius plenius, Amor. I. 6. 23. 'Redde vicem.' Ita et Petronius non semel. Sed et in quibusdam libris est: *Reddam hercle vicem.* West. 'Verum' irridentis est, uti dein 'credo.' *Bip.* Non interrogant post 'Verum' Br. et nostræ edd.—19 Antiqui libri *minare.* Fa. Et plerique nostri. *Bent. Minitare* metro adversum. *Bip. Minare* Bent. Bip. Both. Perl.—20. 21 M. et Bœnd. cum quatuor Pall. et edd. veteribus, *denobilitas.* Scilicet et 'nobilis' et 'nobilito' in pejorem partem sumitur. *West.* In altero ex his numeri male se habent, in utroque sententia. Repone, *Tu jam pendebis, stulte, qui adulescentulum nobilitas Flagitiis, et patri indicas: uterque exempla in te edent.* Cur Chæream stultum vocet, nulla ratio est; quem intus ipsa noverat feliciter rem gerere. At Parmeno stultus, ut hic vs. 8. 'Nunquam pol hominem stultiorem vidi nec videbo.' Porro duo codices, Regius et Academicus, *et eundem patri indicas:* unde, ut fit, vox advena domesticam expulit. Nisi enim *patri* retineas, quid hic faciet *uterque*, et filius et pater, cum unus tantum nominetur? Denique nostri universi cum edd. vett. *exempla in te edent.* Bent. *Stulte* Bent. et Both. Vulg. *qui stultum adolescentulum:* non recte. GC. *qui stultum istum denobilitas adol.* Perl. Refingit Bent. *stulte, qui ad.* Sed jam satis stultitiam servo objecerat; et credas stultum hic dici ex amore et ex prima ætate imprudentem Chæream, non nisi auctore servo ad hæc impulsum. *Denobilitas* a Grammaticis fœdum est. Vulg. omittit *patri;* unde vero sic *uterque?* Bent. vero expungit *eundem;* in quo et omnes libb. conveniunt, nec metrum læditur. *Bip. Edet* Delph. *Exempla in te* Br. Bentleium omnino sequitur Both. Videtur Eug. legisse *adolescentem.*—22 Guyeto versus hic subdititius videtur: credo, quia parum intellexit. 'Pro illo munere,' pro Eunucho. *Bent. Abeo*] Explic. GM. *patre,* Br. *Chærea.* Longe aberrant. *Abeo* non est, ab illo: sed, discedo. *Perl. Habitus ab eo*] Hæc codicis nostri lectio ab aliis codd. nondum, quantum scio, prolata est. *Abeo* habet aliquid frigidi. *Bruns.*

ACTUS V. SCENA VIII.

GNATHO. THRASO.

GN. QUID nunc? qua spe, aut quo consilio, huc imus? quid inceptas, Thraso?

TH. Egone? ut Thaidi me dedam, et faciam quod jubeat.

GN. Quid est?

TH. Qui minus, quam Hercules servivit Omphalæ? GN. Exemplum placet.

GN. *Cur venimus huc, nunc cum Thais tibi irata est? quæ ibi spes est, quod consilium ut veniamus? Quod cœptum tuum est, Thraso?* TH. *Ut Thaidi me dedam victus, et faciam quæcumque imperabit.* GN. *Quid est?* TH. *Quare minus serviam Thaidi, quam Hercules servivit Omphale?* GN. *Exemplum mihi gratum*

1 Ms. Lips. *qua spe huc imus? aut quo consilio?* Ms. Lips. et G. *quid ceptas?* West. *Quid nunc*] Par. Ms. *facis.* Quod glossema censeo esse. *Perl. Ceptas*, i. e. *cœptas* B, C, Hel. ne de suo dedisse id Bentleium quis existimet. Vulg. male *inceptas.* Both. *Cœptas* et Br.—2. 3 *Quid est?* TH. *Qui minus, quam Hercules servivit Omphalæ*] Omnia hæc G. F. vellet dicta a Gnathone. Ego vero, si per Codd. liceret, omnia nec Thrasoni ascripserim, nec Gnathoni; sed putem, ordinem personarum esse turbatum; Thrasonemque, ubi dixisset, 'ut Th. me d. et f. q. j.' videntem Gnathonis admirantis vultum, mox subjunxisse, 'Quid est?' moxque Gnathonem, ne non adularetur in re quamlibet turpi, dixisse: 'Qui minus, q. H. s. Omphalæ?' demum Thrasonem, 'Exemplum placet.' Ad quæ Gnatho conversus ad spectatores, 'Utinam tibi c. v. s. caput!' Quæ sequuntur, optime tribuuntur Thrasoni. Alii, *Qui minus huic.* West. *Quid est*] Malim, *Quid ais?* Nam est admirantis. *Ais* monosyllabon, ut passim. *Bent.* Bent. *est* pro sua licentia emisit ac substituit *ais*, ut monosyllabum. Sed *Quid est* Thrasonicum nobis videtur. Quanquam ego in Guelf. 1. inveni *Quid dicis?* Quod Angli sane attingeret conjecturam. *Qui minus:* Par. p. var. *Quid m.* Totum mavult G. F. dici a Gnathone. At ego Thrasoni tribuo, quippe qui, uti supra Pyrrho, hic Herculi ipse se confert. *Perl.* Vulg. τὸ *Quid est?* quasi miranti Gnathoni tribuunt. Sed rectius sic quæsisset, *Quid ais?* quod Bent. pro lubitu rescripsit. Rectius vero Westerhovii sententiam amplectimur, qua is, persona Gnathonis omissa, Thrasoni et hæc cum seqq. tribuit. Miramur G. F. hæc omnia *Quid est . . . Omphalæ* dicta voluisse a Gnathone, quomodo et ed. recusa 1580. ad rationem Melanchth. et Erasmi habet. Et iidem tribuunt verba 'Ex. pl.' Thrasoni; quod ineptum. Sunt verba adulantis in os stulti; sed idem Gn. ad spectatores conversus et summissiori voce exemplum ad irrisionem Militis exequitur, 'Utinam,' &c. *Bip. Qui minus huic* Delph. Bip. *Dedam Thaidi me* Both. *Omphale* Eug. Notat Perl. *quid* pro *quod* esse in Guelf. 2. nisi velit

NOTÆ

3 *Quam Hercules servivit Omphalæ*] Omphales Lydiæ Reginæ amore captus Hercules eo se demisit, ut leonis exuvium, clavamque, et arma ipsi gestanda concederet: ipse vero muliebri habitu inter virgines neret.

Utinam tibi commitigari videam sandalio caput!
Sed fores crepuere ab ea. TH. Perii! quid hoc autem 'st mali?
Hunc ego nunquam videram etiam: quidnam properans hinc prosilit?

est. Utinam tibi videam demulceri calceamento caput. Sed quid? fores ejus strepuere. TH. *Perii! Quid autem hoc est mali? Hunc ego nunquam conspexeram: et nunc hic quidnam celerans hinc lætus foras exsilit?*

id in eo esse pro *Quid est?*—4 *Tibi* abest a G. EM. *West.* Et Guelf. 3.—5 *Sed fores crepuere ab ea. Perii.* THR. *Quid autem hoc est mali*] In o. l. s. *crepuerunt* legitur: et verbum 'Perii' Thrasoni attribuitur, quemadmodum et apud Donatum est. Verba autem quæ sequuntur ita collocantur, *quid hoc autem'st m.* Ita versus, qui trochaicus est, optime constat, eliso ex 'quid' *d.* Fa. Sic et nostri libri. *Bent.* Τὸ 'Perii' aptius ego cum Er. Gnathoni perturbato exclamandum do, quam, quod vulgo fit, Thrasoni. *Perl. Crepuerunt* Br. Bip. Both. Perl. Dat Delph. *Sed quid? fores crepuere ab ea: quid autem hoc est mali?*—6 *Et jam hic quidnam properans prosilit*] Antiqui libri, *et jam quidnam hic properans prosilit?* Fa. *Hunc ego nunquam videram: et jam quidnam hic properans prosilit*] In antiquis libris *etiam* ab *et jam* distingui nequit. Melius alii hic interpungunt, *Hunc ego nunquam videram etiam:* i. e. adhuc: ut infra: 'Nunquam etiam fui usquam.' Servius ad Æn. XI. 352. 'Etiam, pro, Adhuc: ut Terent. Hunc ego nunquam videram etiam.' Porro pro *hic properans*, alii *hinc* malunt, ut tres habent ex nostris Codices; vir doctus ex conjectura *huc.* Nodum in scirpo quærunt: *hic* pronomen est, non adverbium. *Bent. Hic*] Al. *hinc.* GM. *hic:* sed ab sec. m. insertum. *Perl. Hic properans* Bent. Both. Perl. et sic Br. qui distinguit ante, non post, *etiam. Et jam hic quidnam properans* Z.

NOTÆ

4 *Commitigari videam sandalio caput*] Sandalium est calceamentum muliebre, quo Omphale Herculem, si pensum in lanificio non absolvisset, cædere solebat.

5 *Quid hoc autem 'st mali*] Eunuchi habitu Chærea, sed virili confidentia, prosilit e domo Thaidis, et Militem velut novi rivalis terret aspectu.

ACTUS V. SCENA IX.

CHÆREA. PARMENO. PHÆDRIA. GNATHO. THRASO.

CH. O POPULARES! ecquis me vivit hodie fortunatior?

CH. *O populares viri, o cives, ecquis hodie extat me beatior? Nemo unus per*

1 Lege cum codicibus nostris præter duos universis, *hodie vivit.* Bent.

Nemo hercle quisquam ; nam in me plane Di potestatem suam
Omnem ostendere ; cui tam subito tot contigerint commoda.
PA. Quid hic lætus est? CH. O Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector! scin' me in quibus sim gaudiis ?
Scis Pamphilam meam inventam civem? PA. Audivi. CH. Scis sponsam mihi?
PA. Bene, ita me Di ament, factum. GN. Audin' tu illum, quid ait? CH. Tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo : una 'st domus.
Thais patri se commendavit in clientelam et fidem ;

Herculem : nam in me omnino Dii specimen dederunt suæ potestatis ; cui tam subito tot simul et cumulate bona contigerunt. PA. *Quamobrem hic lætitia exultat?* CH. *O Parmeno mi, o omnium mearum voluptatum inventor, inceptor, perfector, scisne quibus abundo gaudiis? Scisne Pamphilam meam agnitam fuisse civem Atticam?* PA. *Inaudivi.* CH. *Scisne promissam mihi in uxorem?* PA. *Bene, ita me Dii ament, factum.* GN. *Audisne, Thraso, quid ille dicit?* CH. *Tum autem gaudeo, Phædriæ fratri meo omnem amorem ex toto acquisitum esse sine metu cujusquam rivalis. Una est familia. Thais se in clientelam et fidem patris dedit.*

Sic Perl. et sic Both. qui dat *fortunatior? hercle | Nemo quisquam : nam in me plane Di pot. s. omnem | Ostenderunt, cui tam subito tot congruerint commoda.*— 2 *Potestatem*] Par. p. var. *potentiam.* Perl.—3 *Contigere* G. EM. Alii, *congruerint :* de qua voce vide Festum. Ms. Lips. *commodo.* Alii, *bona.* West. *Contigere* Guelf. 1. *Cito* pro *subito* 3. *Perl. Congruerint*] Sic dedit Faërnus, nec quicquam annotat. Abeat in malam rem istud *congruerint.* Codices, quantum est ubique, *contigerint* vel *contigerunt.* Lege *contigerint,* hoc est, contingere possent : si enim *contigerunt ;* nulla potestas Deorum, sed Fortunæ tantum ostendetur. *Bent. Contigere* placet. *Congruerint* Fa. præter codd. fecerat : quod huc non congruit. *Bip.* Vulg. legitur *contigerint* pro eo, quod ex melioribus libb. protulit Fa. *congruerint.* B *congruerunt,* quod et ipsum ferri potest. *Both. Contigerunt* Br. *Congruerint* Delph.—4 *O mi Parmeno* Both. *Qui* pro *Quid* Guelf. 2.—5 Al. *scisne.* Perl.—6 *Civem inventam* Both. *Scin Pamphilam* Br.—7 EP. *ament, bene factum.* G. [et Br.] *Dii bene ament, factum.* G. ET. *Audin' tu hic quid ait?* West. Lege ex o. l. s. et Do. *Audin' tu hic quid ait?* Fa. Sic et nostri quoque. *Bent. Amabunt* Guelf. 3. *Hic* pro *illum* 2. 3. *Aud. tu quid hic ait* 1. *Perl. Hic* pro *illum* Br. Bent. Both. Bip.—8 In nullo libro hanc collocationem invenio ; sed in omnibus fere et Donato, hanc quæ sequitur : *esse amorem omnem, &c.* Fa. Sic et in nostris. *Bent.* qui eam dat cum Br. Bip. Perl. *Omnem amorem esse* Both.—9. 10 Sic Fa. Sed omnes nostri, uno excepto, *Thais se pátri commendavit :* ut vel ipso accentu personæ dignitas intelligatur. Porro distinctio mutanda est : *Thais se patri commendavit : in clientelam et fidem Nobis dedit se.*

Nobis dedit se. Pa. Fratris igitur Thais tota 'st? Ch. Scilicet.

Pa. Jam hoc aliud est quod gaudeamus: miles pellitur foras.

Ch. Tum tu, frater ubi ubi est, fac quamprimum hæc audiat. Pa. Visam domum.

Th. Numquid, Gnatho, dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim?

Gn. Sine dubio, opinor. Ch. Quid commemorem primum, aut laudem maxume?

Illumne, qui mihi consilium dedit, ut facerem; an me, qui ausus sim

Pa. *Fratris tui igitur Thais tota est in potestate?* Ch. *Omnino.* Pa. *Jam alia insuper nobis causa gaudii. Thraso excluditur a Thaide.* Ch. *Tu, Parmeno, da operam ut Phædria frater, ubicumque sit, hæc resciat.* Pa. *Visam domum, num is forte ibi sit.* Th. *Numquid, Gnatho, dubitas me periisse?* Gn. *Non dubito; immo, certo credo.* Ch. *Quid primum memorem, aut quem laudibus extollam? illumne qui mihi suasit, ut facinus exequerer? an me, qui ausus fuerim illud aggre-*

Bent. *In client. et*] Par. in marg. *in* Andr. II. 1. 3. *Perl.* Bentleiana distinctio est in Bip. et Both. et sic in Delph. At fere silemus de lectt. ed. Delph. quando per ejus Interpretationem satis sunt manifestæ.—11 Ms. Lips. G. EP. *pelletur.* Par. ex duobus Mss. citat, *quia miles pelletur foras.* West. Quatuor ex nostris *pellitur;* ceteri omnes *pelletur.* Concinnius hoc, et ad sensum et ad numeros. *Bent. Pelletur* R. *Lind.* Sic Br. Bip. Both. —12 Glar. et G. F. cum Guy. præferunt *domi,* quomodo est in M. et Bœnd. cum edd. vetustis. In quibus ita Donatus: *Visam d.* unde vix conficias, *domi* legerit, an *domum.* Hoc Latinius videtur dictum. Ms. Lips. et Tr. *visam domum.* Ita et Leid. unus. *West.* In principio hujus versus adde dictionem *Tu* ex Bem. Alii libri habent *Tum tu:* quod stare non potest. *Fa.* Nostri omnes mendose, *Tum tu.* Bent. *Hoc* Guelf. 2. *Ut audiat* 3. *Perl. Domum* defendit Bip. *Tu* pro *Tum tu* Bent. Z. Both.—13. 14 *Numquid, Gnatho, dubitas quin ego perpetuo perierim? Sine | Dubio opinor. Quid commemorem primum? aut quem laudem maxime*] Alia lectio est in Bem. Nam is solus, post 'Gnatho,' habet *tu;* item, post *ego, nunc,* licet deletum. Pronomen vero *quem* non habet: atque in his duobus postremis o. l. s. consentiunt, id est, ut dictionem *nunc* habeant, *quem* vero non habeant. Sed in Bem. ita ordinati sunt hi duo versus: *Numquid, Gnatho, tu dubitas quin ego nunc perpetuo perierim? | Sine dubio opinor. Quid commemorem primum aut laudem maxime?* Faërnus. Nostri *quem* non habent, *nunc* habent; utrumque recte: sed illud male, quod careant *tu.* Bent. *Tu dubitas* Both. Cum voce 'Sine' claudit hunc vs. Delph. ut et Bip. quæ ad 'Visam domum' sic notat: 'Abitio sic Parmenonis mutat scenam. Restant ab altera parte Thraso cum Gnathone, ab altera Chr. secum loquentes.' Bip. igitur versu nostro 13. incipit Scenam decimam. *Quem laudem* Delph.—15 *Illum qui* Ms. Lips. *Illum qui dedit mihi consilium* G. ET. EM. *West. Illum qui mihi dedit consilium*] Bem. *Illumne;* quod expeditiorem reddit versum: qui tamen et juxta vulgatam lect. utcumque sustentari potest. *Fa. Illumne qui mihi dedit consilium ut facerem; an me qui ausus sim*] Sic Fa. ex

Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit;
Quæ tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem?
An mei patris festivitatem, et facilitatem? o Jupiter!
Serva, obsecro, hæc nobis bona. PH. Di vostram fidem! incredibilia
Parmeno modo quæ narravit: sed ubi est frater? CH. Præsto adest.
PH. Gaudeo. CH. Satis credo: nihil est Thaide hac tua, frater, dignius
Quod ametur: ita nostræ est omni fautrix familiæ.
PH. Mihi illam laudas? TH. Perii! quanto minus spei est, tanto magis amo.

di? an partem laudis tribuam fortunæ quæ direxit? quæ tot tantasque res opportune uno absolvit die? an mei patris humanitatem et comitatem? O Jupiter, fac precor ut perpetua sint nobis hæc bona. PH. *Dii vestram fidem! quæ modo Parmeno incredibilia commemoravit? Sed ubi est frater?* CH. *Præsto est; hic præsens est.* PH. *Lætor.* CH. *Vere credo. Nulla est mulier tua illa Thaide dignior, quæ ametur, frater; ita favet nostræ omni familiæ.* PH. *Mihi vero illam laudas, qui hanc amo et quanti sit scio?* TH. *Occidi. Quanto minus spei restat,*

Bembino: sed non attendit ad versum hiantem, *qui ausus sim:* ubi synalœpha cessat, plane contra artem. Et quidem in promtu est *qui ausus siem* reponere: sed, si antea recte 'dedit,' et postea 'gubernatrix fuit;' tum hic necesse est *ausus sum*, ut alter ex Meadianis habet. Repone igitur, *an me qui id ausus sum.* Bent. In uno cod. Bent. *ausum sum*, probe. *An illum* Guelf. 3. *Perl. Illum* Br. *Mihi* delet Both. *Dedit consilium* dant Br. Z. Bent. Bip. Delph. *Qui id ausus sim* Bip. Delph. *Qui id a. sum* Both.—16 *Gubernator* mallet Guy. Vulgatam tuetur West. *Congubernatrix* Ms. Lips.—17 Par. p. var. *hunc* pro *unum.* Perl.—18 *Felicit.* pro *facilit.* Guelf. 1. 'An' rejiciunt in versum 17. Delph. et Bip.—19 *Di*] Hic quibusdam [inter quos Dac. numerabis] initium est novæ Scenæ. *West.* Vulgo sine distinctione *S. o. h. nobis bona* (vel *bona nobis*). *Di, &c.* quasi una hæc Scena esset, quod falsum arguit versus 12. *Both.* qui voce 'Di' novam Scenam inchoat, et sic dividit: *Di, vostram fidem! incredibile, P. m. quod narravit!* | *Set ubi est frater? Præsto adest.* | *Gaudeo, &c.* Monet Fa. *bona nobis* esse in o. l. s. et Bent. ita esse in suis. Sic dant Br. Bent. Perl. Voce 'bona' Scenam claudunt GM. et Guelf. 1. et voce 'Di' incipit Bip. Scenam undecimam. Notat Bruns: '*Di*] Inchoat versus novam lineam, quasi initium sit novæ Scenæ.' *Incredib. sunt* Guelf. 3.—20 *Præsto est* Guelf. 3. et Delph.—21-23 *Nihil est Thaide tua dignius*] Desunt hic post dictionem 'Thaide' duo verba, quæ in o. l. s. sunt, *hac frater.* Et in sequenti versu Bem. habet, *ita nostræ omnis est fautrix f.* et recte: dicemus enim, Sum fautor tui, quod in casu dandi non temere reperias. Versus autem ita in trochaicos ordinamus: *Gaudeo. Satis credo: nihil est Thaide hac, frater, tua* | *Dignius quod ametur, ita nostræ omni'st fautrix familiæ.* | *Mihi illam laudas? Perii: quanto minus spei est, tanto magis amo.* Fa. Nostri omnes *hac frater* habent; unus tantum *omnis* cum Bembino. Vide vero superstitio quid facit. Ut faveat Bembino Faërnus, negat *Sum fautor tibi* bene Latine dici. Quid

Obsecro, Gnatho, in te spes est. Gn. Quid vis faciam? Th. Perfice hoc
Precibus, pretio, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.
Gn. Difficile est. Th. Si quid collibuit, novi te. Hoc si effeceris,
Quodvis donum et præmium a me optato, id optatum feres.
Gn. Itane? Th. Sic erit. Gn. Si efficio hoc, postulo, ut mihi tua domus,

tanto magis amore ardeo. Obtestor te, Gnatho, omnem spem in te posui. Gn. *Quid vis faciam?* Th. *Perfice precibus, pretio, ut mihi aliquis locus tandem restet certus, in amore Thaidis.* Gn. *Difficillime id fieri potest.* Th. *Novi ingenium tuum; si tibi quid placet, id facile efficis: si hoc mihi adeptus fueris, cujusvis doni et præmii optionem tibi do. Opta, optatum a me accipies.* Gn. *Itane ais?* Th. *Aio.* Gn. *Si hoc efficio, postulo ut tuæ domus mihi semper fores apertæ sint; sive*

---

ergo illud est, Hec. II. Prol. vs. 40. 'Facite ut vestra auctoritas Meæ auctoritati fautrix adjutrixque sit.' Ceterum, post 'familiæ,' ex omnibus fere libris et Edd. vett. pone, *Hui, Mihi illam laudas?* Quod egregie juvat sententiam. *Bent.* Riv. *Hui, mihi illam laudas?* præfert ex codd. emendatioribus. Ms. Lips. *quanto minus spei est mihi.* West. *Mihi illam laudas?*] Bent. ex libb. s. *Hui.* Sed omitt. Fa. West. Lind. al. *Perl.* qui notat *Hui mihi* legere Guelf. 1. *Mihi Thaidem illam laudas* videtur legisse Eug. Dat Br. *hac, frater, tua,* et *omni est,* et *Hui mihi,* et *quanto minus mihi spei est.* Delph. et Bip. claudunt versum 20. voce 'Gaudeo,' et dant *hac, frater, tua.* Delph. claudit versum 22. verbis *Hui mihi,* et ordinat *quanto spei est minu'.* Bip. dat *omni est,* et terminat versum 22. voce *Hui.* Dant Bent. et Both. *omni est:* et claudunt versum 22. voce *Hui.* Dat et Both. *quanto spe minus,* omisso *est.* 'Dignius' collocant in versu 22. Bent. Both. Perl. et dant *hac, frater, tua.* —24 *Quid vis? faciam.* Ita dant Par. Perl.—25 *Tandem*] Ita legit Schottus, Nod. Cic. IV. 18. Gebhardus *tamen,* ad Ciceronis Fam. VII. 31. *West. Aliqua in parte tamen* Delph. *In parte ut hæream* Both.—26 Duo Leidd. et Bœnd. *Si quid collibuit tibi, est facile, novi te.* West. Hic optimi Faërni diligentiam desidero. Codex enim Bembinus, ipso Bembo teste, non *conlibuit,* ut nostri, sed *conlibitum* habet. Donatus, tam in Edd. vett. quam codice scripto: 'Siquid tibi collibitum est,' Ellipsis: pro *Siquid collibitum est, efficis.* Repone ergo, *Difficile est. Siquid collibitumst, novi te.* Bent. *Si quid collibitum 'st*] Ita Do. [et Both. et ipse Perl.] *Collibitum est facile* Guelf. 2. *Si quid tibi* 3. et *cognovi.* Perl.—27 *Quodvis donum et præmium a me optato*] Lectum olim etiam ἀσυνδέτως, teste Donato. Et ita exhibet editio Aldina, et quædam aliæ. Sunt libri, in quibus est, *donum in præmium.* In aliis, *donum a me et præmium optato.* West. Contra Donati distinctionem facit ipse Terentius supra, II. 3. 60. 61. 63. 66. Consule Burmannum ad Ov. Met. II. 44. *Id. in Add. Donum, pr.*] Al. *et.* Extrud. Par. Mur. Bent. al. Lectum olim ἀσυνδέτως. *Perl.* Vulg. *Quodvis donum et pr.* putide. Bent. copulam omittere satis habuit. *Both.* qui dat *Quodvis donum præmio a me, &c.* Notat Bruns: '*Quodvis*] Mutat in *Quidvis.*' *Et* omittunt Br. Eug. Bip. Perl.—28 Quidam libri, *ut tua mihi domus:* elegantius. *West. Si hoc efficio*] L. s. et Donatus, *Si efficio hoc.* Fa. Nostri quoque omnes *efficio hoc;* et bona eo-

Te præsente, absente, pateat; invocato ut sit locus
Semper. TH. Do fidem, futurum. GN. Accingar. PH. Quem hic ego audio? 30
O Thraso! TH. Salvete. PH. Tu fortasse, quæ facta hic sint, nescis.
TH. Scio. PH. Cur ergo in his ego te conspicor regionibus?
TH. Vobis fretus. PH. Scin' quam fretus? Miles, edico tibi,
Si te in platea offendero hac post unquam, quod dicas mihi,

adsis, sive absis; ut mensæ tuæ mihi semper locus aliquis relinquatur vacuus, etsi non invitatus fuerim. TH. *Polliceor tibi, meamque fidem obligo, hoc ita fore ut petis.* GN. *Aggrediar.* PH. *Quem hic ego audio? O Thraso, tune hic es?* TH. *Salvi estote.* PH. *Tu fortasse ignoras, quæ hic facta fuerint.* TH. *Minime ignoro.* PH. *Cur ergo in his urbis partibus te conspectui meo offers? cur non hinc abis?* TH. *Vobis confisus hic adsum.* PH. *Scis quam confidere debeas? Miles, denuntio tibi, si posthac te unquam in hac platea forte obvium habuero; nihil causæ*

rum pars, *tua mihi domus.* Concinnius, ut 'Mihi' in Arsi sit. *Bent. Si efficio, hoc postulo ut tua mihi* Br. *Hoc si efficio* Delph. et *tua mihi* cum Bip. Both. Perl.—29 *Te præsente, te absente* EP. *West. Et absente* Guelf. 3. atque *et* post 'invoc.' *Perl.*—30 *Do fidem ita futurum*] Delevimus dictionem *ita*, quæ in Bem. et aliquot aliis libris non est; sine qua et versus et sensus optime constant. *Fa.* Neque in nostris est *ita. Do fidem futurum:* ut in 'fidem' elevatio et mora fiat. *Do fidem ita futurum;* vix audis hic 'fidem,' sine quo cetera nihili sunt. *Bent.* O. l. s. quotquot sunt, *Quem ego hic audio?* nec versus repugnat, si in dictione 'Quem' non fiat collisio. *Fa.* Sic et nostri: non fit hic collisio, quia 'Quem' in ictu est, in principio Anapæsti. *Bent. Ita* habet Delph. *Facturum* Guelf. 3. *Ego hic* Br. Bip. Both.—31. 32 Suspicor carmen inversione ordinis depravatum. Constabit, si sic legas: *O Thraso, salvete: tu fortassis hic quæ facta sunt nescis. Scio, cur ergo in his te conspicor regionibus?* Ut *ego* elidatur. *Er. Conspicor*] Ms. Lips. *conspicio.* West. *Cur te ergo in his ego conspicio* R. et Vet. Cod. *Lind.* Hi versus in libro tantum Bembino juxta vulgatam lectionem leguntur: nisi quod pro *conspicor* habet *conspicior.* Alii antiqui libri habent *conspicor* cum Donato: et in superioribus, *quæ facta hic sient.* Præterea et antiqui et recentes omnes libri et Donatus ita ferme verba collocata, versusque ordinatos habent: *O Thraso. Salvete. Tu fortasse quæ facta hic sient Nescis. Scio. Cur te ergo in his ego conspicor regionibus?* Fa. Ita dant Bent. Bip. Delph. *Cur te ergo in his ego conspicio* Br. Dat Bothius: *Eho, Thraso, ... Salvete. Tu fortasse, quæ facta hic scient, Nescis. Scio. Cur ergo in his te ego conspicor reg.* Perl. legit *Tu fortasse, quæ facta hic scient, Nescis,* et notat *scient* esse in Guelf. 3. et *ergo tu* in 2.—33 *Scis*] Repone ex omnibus libb. et edd. vett. *Scin.* Et fortasse legendum est *Vobis fretum. Scin quam fretum?* Nisi cum

NOTÆ

32 *In his regionibus*] Gallice; *en ces quartiers.* regio in vicos, vici in ædes divisi Nam Urbs in regiones, sunt.

Alium quærebam, iter hac habui, periisti. Gn. Eia, haud sic decet.
Ph. Dictum est. Gn. Non cognosco vestrum tam superbum. Ph. Sic erit.
Gn. Prius audite paucis; quod cum dixero, si placuerit,
Facitote. Ph. Audiamus. Gn. Tu concede paulum istuc, Thraso.
Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,
Me, hujus quicquid facio, id facere maxume causa mea:
Verum idem si vobis prodest, vos non facere, inscitia 'st.

erit, quod dicas mihi: Quendam alium quærebam, aut, Iter mihi hac fuit; illico peribis. Gn. *Eia non sic convenit facere.* Ph. *Satis hoc sufficiat dictum tibi fuisse.* Gn. *Non vos cognosco tam superbos esse.* Ph. *Sic fiet.* Gn. *Prius audite quæ breviter dicam: hæc ubi dixero, si grata fuerint, facite.* Ph. *Audiamus.* Gn. *Tu abscede paululum istuc, Thraso. Primum hoc vos rogo, ut mihi credatis, me, quicquid in hac re facio, in primis mei gratia id facere: verum, si idem quoque vobis utile est, stultitia est, si id non faciatis.* Ph. *Quidnam hoc est?*

Donato solœcismum dicas, stulto et militi convenientem. *Bent. O Miles* Guelf. 3.—34 *Si in platea hac te offendero post unquam, nihil dicas mihi*] O. l. s. quotquot sunt, ita habent: *Si te in platea offendero hac, post unquam nihil est quod dicas mihi:* ita versus esset trochaicus hypercatalecticus, cujusmodi et alibi apud Terentium inveniuntur. Quare, si quis hinc detrahere quid velit, ut versum faciat catalecticum, negabo ex sola ratione versus id facere licere, nisi testimonium librorum scriptorum afferat. Nos ergo ex Bembini auctoritate hunc locum emendamus, detrahendo has duas dictiones, *nihil est:* quam lectionem et Donatus hic et supra Scena 7. actus quarti, si bene consideretur in libris scriptis, licet ex parte corruptis, tenet. Puto ego illa duo verba *nihil est* ab aliquo inculcata, qui non intellexerit Terentii modum loquendi. Hic enim adverbium 'quod' significat id, quod vulgo dicimus, quantum ad id. *Fa.* Omnes nostri *nihil est quod.* Perperam. Elegans hic est usus particulæ 'quod.' *Bent. Unquam*] In Pall. teste Par. *nihil est.* Perl. Legit Delph. quod est in initio huj. Notæ, nisi quod habet *nihil quod. Nihil est quod* Br.—35 *Heia* Br. Bent. Both. Perl.—36 *Vostrum genus* tres Pall. *Perl.*—38 Lege *paulum.* Bent. *Auditote* Guelf. 3. *Huic,* omisso *istuc,* 2. *Perl. Paulum* dant Bip. Delph. Both. Perl.—39 *Volo* Ms. Lips. G. EM. *West.* Antiqui libri et Do. ita collocant, *vos ambos credere.* Fa. Duo tantum ex nostris *credere ambos:* quod tamen, vel sine illis, versus sibi vindicaret. Porro omnes habent *volo,* non *velim.* Et sic Edd. vett. *Bent. Volo* R. et vett. libb. *Lind. Ambos credere* Br. Bip. Delph. *Volo* Br. Bent. Delph. Both. et Perl. qui monet *velim* esse in Guelf. 3.—40 *Faciam* G. EM. *West. Faciam* libri omnes cum edd. vett. *Bent. Faciam* Vet. Cod. *Lind.* Sic Br. Bent. Delph. Bip. Both. et Perl. qui notat *facio* esse in Guelf. 3.—41 *Verum id si vobis*] O. l. s. et Donatus, *Verum si idem:* nec versus repug-

NOTÆ

38 *Tu concede paulum istuc, Thraso*] rari audiat. Id facit Gnatho, ne Miles se vitupe-

PH. Quid id est? GN. Militem ego rivalem recipiendum
censeo. PH. Hem!
Recipiendum! GN. Cogita modo. Tu hercle cum illa,
Phædria,
Et libenter vivis; etenim bene libenter victitas.
Quod des, paulum est; et necesse est multum accipere
Thaidem, 45

GN. *Ego, ut competitorem Militem in amore tibi esse patiaris, Phædria, tibi expedire arbitror.* PH. *Hem! ut competitorem patiar?* GN. *Cogita modo, Phædria: tu mehercule cum Thaide laute et sumtuose convivaris; nam etiam delicatis et amplis conviviis delectari soles. Quod vero ei des, parum tibi est; et necesse est*

nat, si synalœpha non fiat. *Fa. Si idem* Br. Bent. Z. Bip. Perl. *Id* post 'vos' Guelf. 1.—42 *Rivalem ego*] Do. et o. l. s. præter Bembinum, *ego rivalem*, meliore numero et compositione. *Fa.* Nostri omnes, *ego rivalem.* Et pro *Quid est* quinque cum Edd. vett. *Quid id est?* Bent. *Quid est* Br. Bip. Z. *Em* Br.—43-45 *Ph. Hem, Recipiundum*] Hoc Chæreæ tribue: 'Hem' solum Phædriæ; qui præ indignatione nihil respondet, sed vultu consilium spernit. *Bent.* Ms. Lips. *benivolenter victitas.* Guyeto, *etenim bene libenter victitas. Quod des, paulum est,* ineptorum interpolatorum additamenta sunt. Inepte, ne quid gravius dicam. *West. Tu hercle cum illa, Phædria, Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas, Quod des paululum est, necesse est multum accipere Thaidem*] Dictio *etenim* in multis libris est in duas divisa: et sane ratio sermonis exigit, ut, postquam *et* præcessit, aliud *et* sequatur: nam illud *et*, quod sequitur in principio sequentis versus, *Et quod des paululum, et necesse est multum accipere Thaidem*, omnes antiqui libri et multi alii ex recentibus non habent. Omnes vero quotquot sunt, post *paulum*, habent verbum *est*, et post id in contextu Bembini non est conjunctio *et;* qua demta, versui commodius est. *Fa.* Omnes nostri cum Edd. vett. habent *et necesse*, tres autem *paulum* pro *paululum: Quod des paulum est, et necesse est.* Pro *Et libenter vivis*, unus ex Regiis *Ut libenter.* Lege et distingue, *Tu hercle cum illa, Phædria, Ut libenter vivis (et enim bene libenter victitas) Quod des paulumst, et necesse est multum accipere Thaidem. Ut vivis;* hoc est, prout vivis. Ut tu laute, sumtuose, cum ea vivis quotidie, necesse est, ut illa multum accipiat; tibi vero paulum est quod des. Quid jam difficultatis est? Sed exoritur vir eruditus, qui omnia hic conturbet: neget *libenter vivere* pro, laute, hilariter hic dici, sed libenter cum illa; neget *bene libenter* una jungi, sed *libenter* subdistingui, Libens, Volens, *bene victitas.* Quid ergo illud prisci Catonis c. 156. 'Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter?' Quid quod Cicero De Finibus II. 8. de Lælio et Gallonio? Hunc nempe Gurgitem 'libenter cœnasse' fateri omnes; 'bene' cœnasse, Lælium et omnes qui recte sapiunt negare. Sed piget in his morari; nec ejus hariolationem *et etiam* pro *et enim*, nec trajectionem 'hercle' in versum sequentem vacat excutere. Febriculosæ hæ correctiunculæ, quasi herbæ solstitiales, paulisper fuere. *Bent.* Ex Bent. conjectura legendum est *Ut libenter vivis:* deinde parenthesi includenda verba *etenim bene lib. victitas.* R. D. PH. *Hem!* CH. *Recipiendum*] L. antiq. PH. *Hem recipiendum.* Hanc oration. a Bent. inter duas personas contra o. codd. divisam ac distinctam recepi quidem in textum, sed parum abest, ut ab ingenioso Viro tam scite persuadente ad vulg. lectionem recedam. *Victitas, et* Guelf. 2. *Perl.* Bent. ex uno Cod. contra ceteros omnes rescribens *Ut*, dein (*et enim — victitas*) intercludens,

Ut tuo amori suppeditare possit sine sumtu tuo.
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo
Nemo 'st: principio et habet quod det, et dat nemo largius.
Fatuus est, insulsus, tardus: stertit noctesque et dies.
Neque tu istum metuas ne amet mulier: facile pellas, ubi velis.
Ph. Quid agimus? Gn. Præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto:

multum aliunde lucrari Thaidem, ut tuo amori satisfaciat, nulloque pretio hoc tibi constet. Ad hæc autem omnia, nemo est magis idoneus, nec magis utilis tibi, quam hic Thraso. Principio multum largiri potest, et nemo est qui det largius. Stolidus est, illepidus, ignarus, somno dies noctesque immersus est; neque timendum est ne a muliere magis quam tu ametur; facile illum expulseris, quandocumque libebit. Ph. *Quid nobis agendum est?* Gn. *Insuper hoc quoque, quod ego præcipuum*

sermonem interficit, et ipse Harii libita ad h. l. reprehendit. Sapientius disjungi vult Fa. *et enim*, ut respondeat hoc et priori. *Enim* h. l. sane: quod rem eleganter auget. *Quod des: Et*, quod male recepit Heins. abest a libb. antiquis, et a metro respuitur. *Bip.* quæ dat *Quod des paulum est, necesse est m. &c.* Legit Bothius: *Et lubenter vivis* (*etenim bene lubenter victitas*), *Et, quod des, paulum est, necesse est, multum accipere Thaidem. Tuo ut, &c.* Sic Delph. dat: *Et lib. vivis* (*etenim b. lib. victitas*) *Et quod des paulum, et necesse est, &c. Paululum* exhibent Br. Z. *Et enim* Perl.—46. 47 Alii legunt, *suppeditari:* perperam. *West.* Spondeo tibi, me veram Poëtæ manum reduxisse: *Ut tuo amori suppeditare possint sine sumtu tuo Omnia hæc; magis opportunus.* Suppeditare, intransitive, est Suppetere, sufficere. Exempla sunt obvia. Siquis tamen malit, legat hic *suppeditari*, ut ex nostris duo. *Bent. Sine sumtu tuo. Ad*] Post 'tuo' distinguunt West. ac Mur. recte. Al. continuant sermonem perplexe. *Perl. Nec magis*] *Et* pro *nec* Guelf. 3. quod corrector, deleto illo, adjecit. *Id.* Omissis nugis, s. ausis Bentleii, subvenimus potius sqq. aptius intercidendo. *Bip.* quæ dat *Ut tuo amori suppeditare possit sine sumtu tuo ad Omnia hæc, magis opportunus, nec magis, &c.* Dat Bothius: *Tuo ut amori suppeditare possint sine sumtu tuo Omnia, magis opportunus nec magis, &c.* Dat Delph. *Sine sumtu tuo; ad Omnia hæc magis, &c.* Ceterum notat Bruns: '*Ex usu tuo, Nemo*] Edit. sine distinctione.' Cum Br. distinguunt Bent. Perl.—48 *Nemo 'st*] Ms. Lips. *Nemo potest.* West. Sic Br. *Nemo potest esse* Guelf. 2.—49 Bem. et nonnulli alii, mihi probati, libri, non habent copulam *que.* Fa. *Noctes et*, sine *que*, omnes nostri, duobus exceptis. Sed illud etiam vide, ut decrescat sententia; 'tardus' quippe minoris contumeliæ est, quam aut 'fatuus' aut 'insulsus.' Senserunt hoc veteres Magistri; itaque exponunt: 'Tardus in venerem; qui non facile explicet venerem; quæ res meretricibus odiosa est.' Apage hoc; et repone, *Fatuus est, insulsus, bardus, stertit noctes et dies.* Nonius tamen, v. Tardus, hunc locum citat; et sic habetur apud Asconium p. 69. *Noctes et dies* R. *Lind.* Bent. eleganti, sed non necessaria conjectura legit *bardus.* R. D. Bentleium sequitur Both.—50 *Tu* abest post 'Neque' a Guelf. 2. *Perl.* Id omittunt et Br. Bent. Bip. Dat Both. *Ne istunc metuas ne. Pellas facile* Delph.—51 *Quid agimus?*] Omnino hoc Chæreæ tribuendum; qui cum sponsam haberet Pamphilam, nec Thaidis amore teneretur, prior ad consentiendum erat, quam frater. *Bent.* Bent. frustra id Chæreæ tribuit. *Bip.*

Accipit hominem nemo mèlius prorsus, neque prolixius.
Ph. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est. Ch. Idem ego arbitror.
Gn. Recte facitis. Unum etiam hoc vos oro, ut me in vestrum gregem
Recipiatis: satis diu hoc jam saxum volvo. Ph. Recipimus.
Ch. Ac libenter. Gn. At ego pro istoc, Phædria, et tu, Chærea,
Hunc comedendum et deridendum vobis propino. Ch. Placet.

existimo; nemo hominem convivio excipit liberalius, neque lautius et magnificentius. Ph. *Nimirum hoc homine omni modo nobis usus est.* Ch. *Idem judico.* Gn. *Recte vobis prospicitis. Unum etiam est quod a vobis postulo, ut me in vestram sodalitatem admittatis. Satis diu hunc lapidem molior: jamdiu id conor.* Ph. *Admittimus.* Ch. *Idque libenti animo facimus.* Gn. *At ego pro ista gratia, Phædria, tuque, Chærea, hunc Militem vobis comedendum et deridendum propino: hunc vobis trado, ut ejus sumtibus lauta et copiosa convivia faciatis, eique ex solito*

—52 In tribus antiquis libris legitur *homo nemo.* Ita 'Accipit' absolute intelligendum est: et sic quoque stat versus, assignando primæ sedi trochæum. *Fa.* Recte *homo nemo;* ut ex nostris aliquot; etsi novem fere in diversas partes abeant. Nonius, v. Accipere, habet *Accipit hominem.* Sed ibi codex scriptus 900. annorum, *homo.* Servius quoque *homo* ad Æn. III. 353. *Prorsum,* non *prorsus* plerique omnes: quod certe inter 'melius' et 'prolixius' ideo concinnius est, quod ingratus iste sibilus evitetur. *Bent. Acc. hominem nemo prorsum neque* Br. *Melius* abesse non posse notat Bruns. *Nemo melius prorsum* Bent. Bip. Both.—53 Muta personarum vicem, et prius da Chæreæ, posterius Phædriæ; qui, ut Thaidis amator, ad consensum tardior esse debet. Neque aliter Donatus. *Bent.* Accedunt Both. Perl. *Ego* omittit Delph.—54 Ab omnibus nostris et Edd. vett. abest *hoc.* Recte: et sic citat locum Servius ad Æn. XI. 352. *Bent.* Omittit et Br.—55 In Ms. Lips. τῷ *volvo* suprascriptum, *verso.* Quomodo et Cicero videtur legisse, Tusc. Quæst. I. 5. 'Num illud, quod Sisyphu' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum?' In EP. est, *jam hoc saxum volvo.* West. *Hocjam s. vorso*] Msti nostri prorsus omnes cum Edd. vett. *jam hoc.* Concinnius *satis diu jam.* Sed illud, quod dedit Faërnus, unde venit? Pet. *verso,* ceteri *volvo.* Prætulit illud fortasse quis, ex Ciceronе Tusc. I. 4. Quasi non a Virgilio major auctoritas, Æn. VI. 616. 'Saxum ingens volvunt alii, radiisve rotarum Districti pendent.' *Bent.* Quidam Mss. *verso,* quod nec displicet. *Bip. Sat* Bip. *Jam hoc* Br. Perl. *Verso* Br.—56 *Lubenter* Br. Both. Perl. *Isto* Bent. Perl.—57 Ms. Lips. legit: *comedendum et bibendum vobis præbebo.* Sed τῷ *bibendum* suprascriptum, *deridendum.* Et Fabrini edidit, *bibendum.* EP. *deridendum vobis præbebo.* Et τὸ *præbebo* ex

NOTÆ

57 *Propino*] Græcus in conviviis mos fuit, prægustandi vinum, priusquam poculum alteri traderetur: unde προπίνων et propinare dicuntur; propinantes autem sublatum poculum ostentabant, nominantes cui erant illud tradituri.

PH. Dignus est. GN. Thraso! ubi vis, accede. TH. Obsecro te, quid agimus?
GN. Quid? isti te ignorabant: postquam eis mores ostendi tuos,
Et collaudavi secundum facta et virtutes tuas,
Impetravi. TH. Bene fecisti: gratiam habeo maxumam.
Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.
GN. Dixin' ego in hoc inesse vobis Atticam elegantiam?

illudatis. CH. *Gratum hoc nobis est.* PH. *Dignus est, Thraso, qui sic tractetur.* GN. *Thraso, quando libebit, accede.* TH. *Amabo, quid egisti?* GN. *Isti ingenium tuum non cognoverant: postquam eis exposui mores tuos, teque etiam laudibus extuli, prout facta tua et virtutes merentur, impetravi ab eis quod volebas.* TH. *Bene meritus es de me: gratiam habeo maximam. Nunquam etiam, ubicumque fui, ullus extitit, qui me summo amore non complecteretur.* GN. *Nonne ita est, ut vobis dixi, Thrasonis eloquentiam esse plane Atticam?* PH. *Nihil, Gnatho,*

duobus Mss. laudat Pareus, ex tribus *præbeo:* quod magno conatu defendit Muretus. Cicero autem 'comedendi' verbo passim hoc sensu utitur. Et Plautus. *West.* Recentissimus quisque, et pessimus liber, *præbeo:* Bembinus vero et omnes alii antiqui *propino* habent, ut in lectione vulgata. Ita et Donatus, qui dicit Gnathonem facete sic dixisse, ut parasitum, et ut qui de convivio loqueretur. Atqui, si dixisset, *deridendum præbeo*, quid faceti esset in dicto? nec versui propterea timendum, quod *propino* primam corripiat; nam et eandem producit Martialis. *Fa.* Pudet me nostrorum codicum, qui *præbebo* vel *præbeo* habent, uno tantum alterove excepto. *Propino* sine dubio recte. Sed aliud est quod miror tot sagaces Interpretes præteriisse. Quid enim hoc, *Propino comedendum et deridendum?* Qualis vero *propinatio*, ubi nulla potus mentio est? Qualis porro utilitas in stulto homine *deridendo?* Tædium hoc magis, quam aut lucrum aut voluptas esset. Non patiar tam deforme mendum diutius hic inolescere. Lego enim, *Hunc comedendum et ebibendum vobis propino. Placet.* Jam habet Gnatho, quod eis propinet. Res prodigi nepotis non minus exhauritur vino præbendo, quam cibo: æque ebibitur homo ejusmodi, ac comeditur: æque exsugitur quis et exsorbetur, quam devoratur. Quid, quod *deridere* non est vitæ parasiticæ: aut ipsi deridentur, aut aliis arrident. Nonius v. Propinare: 'Terentius Eunucho: *Hunc vobis comedendum et bibendum et deridendum propino.*' Vides versum ultra terminos excurrere: et veri admodum simile est, duplicem hujus loci lectionem ab homine minime malo esse positam, tam veterem *et ebibendum*, quam noviciam *et deridendum.* Bent. *Præbebo* R. sed *propino* in plerisque libb. *Lind.* Fatendum est *deridendum propinare* non nisi per duram catachresin dici; verumtamen hæc a parasito per vernilitatem quandam dicta videntur. *R. D.* Vulg. defendit Bip. Bentleium sequitur Bothius. *Præbebo* Br. *Præbeo* Delph. —58 *Accede, ubi vis* Both. *Ita dignus est* Br. qui *te* omittit.—59 *Sed* ante 'postquam' Guelf. 2. 3.—61 Repone *fecistis.* Bent. quem sequitur Both. —62 Omnes fere nostri cum vett. Edd. *quin me amarint.* Recte. *Bent.* Sic Br. *Me omnes quin* Both.—63 M. *vobis in hoc esse.* Magna Msstorum pars et ET. EM. cum Donato legit, *eloquentiam.* Sed et Erasmus in Adag. Martial. IV. 86. 1. *West. Atticum eloquentium*] Ita omnes recentes libri, cum Donato: sed antiqui, *elegantium:* quod magis videtur hui loco, et personæ

PH. Nihil prætermissum est. Ite hac. Ω Vos valete, et plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

omissum est a te, de Thrasonis virtutibus scilicet. Ita hac omnes. Vos valete et plaudite.

Calliopius recensui.

Militis convenire, si Atticam elegantiam intelligas, pro lepore sermonis Attici. *Fa.* Nostri omnes *eloquentiam* cum Edd. vett. *Bent.* Pall. teste Par. *eloquentiam.* Itid. GM. In GC. fallit scriptura. *Perl.* Ex antiquis codd. rectius suasit Faërn. *eleguntiam.* Bip. *Eloquentiam* Br. *Vobis in hoc esse* Bip. Delph. *Esse* pro *inesse* Bent. Z. Both. Perl.—64 Ms. Lips. *Nihil præter promissum est* CIↃ *vos valete plaudite. Calliopius recensui.* Leidensium unus: *ω vos valete.* Mss. plurimi legunt, ut edidi. Si cum Mureto et Fabriciis legas, *Nihil præter promissum est*, Phædria per jocum confirmabit id, quod de Thrasone dixerat Gnatho. Atque ita ediderunt Juntæ, Fr. Raphelengius, alii. *Ite hac:* EP. *Ite hac. ω vos valete plaudite.* Quod vero in quibusdam libris legeretur, *Ite hac o vos valete et plaudite*, inde natum autumat G. F. *Ite hac omnes*, quod est in quibusdam Mss. et editis. *West.* G. illa 'Ite hac' Gnathoni tribuit; 'sed et ET. EM. *Id in Add. Nihil prætermissum est. Ite hac omnes. Vos valete et plaudite*] Nullus omnino liber scriptus habet dictionem *omnes;* qua demta, non stat versus. Antiqui omnes hanc continent lectionem, *Nihil præter promissum est. Ite hac. Vos valete et plaudite:* quo quidem modo versus contracta dictione 'Nihil' in unam syllabam, optimus est trochaicus. Nunc, qui sit horum verborum sensus, videndum est: et puto hunc esse, ut interroganti Gnathoni, 'Dixin ego in hoc esse vobis Atticam elegantiam,' plus respondeat Phædria, dicendo, *Nihil præter promissum est*, quam si responderet, 'Dixisti:' dicendo enim *nihil præter promissum est*, et Gnathonem promisisse, et Thrasonem præstare significat: si enim nihil præter promissum est, ergo omnia sunt ut promissa sunt. Sane in libro Victoriano antiquum glossema in margine ascriptum est in hunc modum: Omnia promisso tuo respondent, et nihil extra illud est. *Faërnus.* Veterrimi ex nostris etiam, *Nihil præter promissum est.* Bent. *Ite hac*] L. antiq. *omnes.* Sed nullus lib. script. id quod Fa. monet, hab. *omnes.* Habet autem GC. quem ille non vidit. Post vocem 'hac' sequitur in GM. pro glossa: ad domum illius; et in contextu signum aut lit. In GM. et Guelf. 2. 3. finem faciunt verba: *Calliopius recensui.* Perl. *Præter missum*] Edit. *promissum*, probante Bent. et sic etiam in Ms. a pr. m. quod perperam correctum est. *Bruns.* Omittit Br. *et*, et ita Fabulam claudit: *Terentii Afri Eunuchus explicit: Calliopius recensuit. Præter promissum* dant Bent. Z. Bip. Both. Delph. Ω non habent Bent. Bip. Both. Perl. Delph.

FINIS EUNUCHI.

PUB. TERENTII

HEAUTONTIMORUMENOS. †

ACTA [1] LUDIS MEGALENSIBUS, L. CORNELIO LENTULO L. [2] VALERIO FLACCO ÆDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT [3] L. [4] AMBIVIUS TURPIO ET [5] L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII. GRÆCA EST MENANDRU. ACTA PRIMUM [6] TIBIIS IMPARIBUS; DEINDE DUABUS DEXTRIS. ACTA [7] III. [8] EDITA [9] M. JUVENTIO ET M. SEMPRONIO COSS.[1]

1 Hanc Epigraphen incipiunt Bent. et Both. ab illis verbis: ‘Græca est Menandru.’—2 *Et L.* Delph.—3 *Egere* Br. *Egit* Bent. Bip. Both. Delph. qui omnes omittunt *et L. Attilius Præn.*—4 *L.* nesciunt Bent. Bip. Both.—5 *Et* omittit Br. qui verba sequentia *τὸ Prænestinus* sic exhibet: *Græca Menandri prima, acta secunda modos fecit Flaccus clauditibiis duabus dextris M. Junio T. Sempronio consulibus.*—6 *Acta I.* Delph.—7 *Actast* Bent.—8 *Acta etiam III.* Delph. *Acta etiam tertio* Bip.—9 *Edita* omittunt Bent. Bip. Both. Delph.—1 *Ti. Sempronio, M. Juventio* Bip. *M. Juventio, Ti Sempronio* Bent. Both. *M. Juventio et Ti. Sempronio* Delph. In titulo, ait Erasmus, *C. Cornelio* alias legitur *T. Sempronio.* Inscriptio sic videtur Goveano legenda: *Publ. Terentii Afri Heaut. Græca est Menandrou. Acta l. M. L. C. Lent. L. V. F. æ. cur. Egit L. A. T. Modos fecit Clau. Flaccus, Clau. Filius tibiis paribus. Acta deinde duabus dextris. Acta etiam tertio. Edita T. Sempronio Graccho, M. Juventio Helua Coss.*

NOTÆ

† Hæc Fabula Græca Menandri, Latina facta a Terentio, nomen Græcum retinuit, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id est, seipsum puniens. Acta est Ludis Sacris Cybeles, magnæ Deorum matris: L. Cornelio Lentulo, L. Valerio Flacco, Ædilibus Curulibus. Egit Ambivius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudii (filius supple). Acta primum tibiis imparibus; hoc est, dextra et sinistra: deinde duabus dextris. Prior est modus Phrygius, alter Lydius, ut diximus. Quod cum fiebat, ascribi Scenæ solebat M. M. C. Mutantur Modi Cantici. Acta etiam tertio, M. Juventio et M. Sempronio Consulibus.

Expositio Tituli. Acta est id est recitata est ludis Megalensibus Lucio Cornelio Lentulo Lucio Valerio ædilibus curulibus. Egere: fecerunt vel administraverunt hos ludos Megalenses in Græcia quando ista fabula Menandri Heautontimorumenos recitata est Lucius Ambivius Turpio Lucius Attilius Prænestinus. Græca Menandri prima. Ita est jungendum. Acta est Græca fabula Menandri prima apud Megalem civitatem istis supra dictis officium gerentibus super ædes curiales Romæ. Acta secunda. Modos fecit Flaccus clauditibiis duabus dextris Marco Junio Tito Sempronio Consulatum gerentibus Romæ. Flaccus vero modulavit eam. Appellatur autem hæc fabula Heautontimorumenos quod Latine sonat se ipsum excrucians sive in suam ipsam excruciationem permanens. Introducit enim in hac fabula quendam senem nomine Menedemum qui nimio opere ac labore semet ipsum excruciavit præ dolore eo quod filium suum severa increpatione a se fugasset dum pergeret frequenter ad scortum. Venditis enim pæne omnibus, quæ habebat, accepit rastrum cœpitque agrum excolere nimia instantia. Quem dum alius senex nomine Chremes interrogavit quid hoc esset quod se die nocteque ita cruciaret enarravitque ei omnem ordinem rei cumque hortaretur eum paululum requiescere, obtineri non potuit. Dicebat enim: sine ut sumat filius meus de me pœnas. At vero in proximo requievit, quoniam filius ejus reversus est. Cetera quæ ipse Poëta miro modo dilatat, sequentia manifestabunt. Hanc autem fabulam sicut et ceteras Menander prius Græco sermone composuit. Postea præsens comicus Latinis novam reddidit moreque suo in prologis maledictis æmulorum respondit.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

Chremes, *senex, Clitiphonis pater. A* χρέμπτεσθαι, *screare, quod senes screare soleant.*

Clitipho, *adolescens, Chremetis filius. A* κλειτὸς, *inclytus, et* φῶς, *lux: q. d. inclytum lumen.*

Syrus, *servus Chremetis. A patria Syria dictus.*

Menedemus, *senex, Cliniæ pater. A* μένος, *robur, et* δῆμος, *populus: q. d. robur populi.*

Clinia, *adolescens, Menedemi filius. A* κλίνω, *inclino. Vel a* κλίνη, *lectus nuptialis; nam Antiphilam uxorem duxit.*

Dromo, *servus Menedemi. A* δρόμος, *cursus.*

Sostrata, *Chremetis uxor. A* σώζω, *servo, ut quæ filiam exponi jussam conservavit.*

Bacchis, *amica Clitiphonis. A* βάκχος, *propter ebrietatem vel insaniam.*

PHRYGIA, *ancilla. A patria nominata.*
NUTRIX.
ANTIPHILA, *amica Cliniæ. Ab ἀντὶ, contra, et φίλη, amica. Quasi contra et vicissim amans.*

C. SULPICII APOLLINARIS PERIOCHA[1]

IN TERENTII HEAUTONTIMORUMENON.

In militiam proficisci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater:
Animique sese angebat, facti pœnitens.
Mox ut reversus est, clam[2] patrem divortitur
Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.
Cum arcesseret cupitam[3] Antiphilam Clinia,
Ut ejus Bacchis venit amica,[4] ac servolæ
Habitum gerens Antiphila, factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho: hic technis Syri,[5]
Decem minas meretriculæ aufert a sene.

Pater Menedemus, justo severior, Cliniam filium coëgit victum jurgiis, cum Antiphilam amaret, ad bellum ire; et ipse Menedemus, pœnitentia ductus talis duritiei, seipsum cruciabat in animo. Statim ut ipse Clinia rediit militia, nesciente patre divertit, et se recipit apud Clitiphonem, Chremetis filium. Is Clitipho captus erat amore Bacchidis meretricis. Cum Clinia accersitum misisset Antiphilam, cujus videndæ ingenti desiderio flagrabat, Bacchis etiam venit cum Antiphila, quæ servili habitu induta est, quasi foret Bacchidis serva. Id factum fuit, ut hanc rem patri suo occultaret Clitipho, ne ille animadverteret Bacchidem a se amari. Hic Clitipho a Chremete extorquet pro Bacchide amica decem minas, arte et astu-

---

1 Hoc argumentum, et Prologus, æque ac tota Comœdia in Ms. junctis versibus exarata est. *Bruns.*—2 *Mox ut, reversus, clam* Both. qui notat: 'Legitur *reversus est*, m. l., nisi scribas *reversust*, quod duriusculum in novo auctore.' Al. *patre devertitur* vel *divertitur.*—3 Al. *accesseret cupitum. Accesseret* Br.—4 Both. *Item alius venit Bacchis amica.*—5 In Ms. sic scriptum est,

NOTÆ

10 *Decem minas*] Scriptores Latini, pariter et Græci, drachma et denario promiscue utuntur: denarius autem Romanus valet sex assibus nostris Turonensibus, ut drachma Attica. Mina Attica habet centum drachmas: igitur decem minæ Atticæ valent 100. Coronatis nostris, sive trecentis libris Turonensibus: nam mina decem coronatis æquivalet.


U. OF GA. LIBRARIES
APR 21 1911
WITHDRAWN

Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam[6] Clitipho uxorem accipit.[7]

tia Syri servi. Antiphila reperitur soror Clitiphonis, et filia Chremetis. Clinia hanc duxit uxorem; Clitipho aliam accipit, dimissa Bacchide.

tecgnis siri. Bruns.—6 Vulg. *aliam,* minus bene. *Both.* qui legit *illam.*—7 *Uxorem ducit* Bent.

JO. CALPHURNII BRIXIENSIS VIRI CLARISSIMI

IN P. SEXTI TERENTII

HEAUTONTIMORUMENON PROLEGOMENA.

Hæc Fabula, Menandri Græca: quæ facta a Terentio Latina, nomen idem observavit, ne Græci nominis euphoniam perderet: quod Terentius minus laudis existimaret propria scribere, quam Græca transferre. Nomen habet a sene seipsum excruciante ob filii absentiam: quem amantem, duritia sua in militiam proficisci compulerat: ἑαυτὸν τιμωρούμενος, Latine, seipsum excrucians interpretatur. Illud animadvertendum, omnes Terentianas fabulas ex utroque genere mistas, præter hanc. Nam comœdiæ aut motoriæ sunt, aut statariæ, aut mistæ. Motoriæ, turbulentæ: statariæ, quietiores: mistæ, ex utroque actu consistentes. In hac, quæ plurimum delectat et actu et stylo, primæ partes sunt Menedemi et Chremetis: secundæ Cliniæ et Clitiphonis: tertiæ Syri: et sic deinceps. Hæc etiam, ut ceteræ, quinque actus habet, Prologum concitatum. Nam et se purgat, et in lædendis adversariis est occupatus. Argumentum quoque non simplicis negotii habet, nec unius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, ut in fabulis.*

* Ms. et editi vett. præter Lind. *ut* videtur lectio. *West.* *in ceteris fabulis.* Quæ omnino vera

ARGUMENTUM EJUSDEM.

Chremes gravidæ uxori olim interminatus, si puellam pareret, nolle tolli. At illa clam anui Corinthiæ nutriendam dedit. Hanc adultam Clinia, invito patre, amare cœpit; cujus duritia et assiduis jurgiis in militiam proficisci compulsus est. Postea facti patrem Menedemum adeo pœnituit, ut omnia venderet, et agrum emeret, in eoque se exerceret: ut sic filii injuriam ulcisceretur. Paulo post revertitur Clinia, et clam patre devertitur apud

Clitiphonem, qui et ipse amabat scortum Bacchidem. Mittit arcessitum cupitam Antiphilam Clinia: cum qua et Bacchis una venit. Hanc adolescentes Cliniæ amicam simulant Syri technis. Antiphila ad matrem deducitur: cujus occasione Syrus decem minas meretriculæ aufert a Chremete. Dehinc Antiphila Clitiphonis soror reperitur, et Cliniæ in uxorem datur. Chremes Bacchidem a Clitiphone amari animadvertit: irascitur: minitatur: sed, et Menedemo adhortante, filio ignoscit: et aliam illi dat conjugem. In primo actu agitur de conjunctione senum, scilicet Menedemi et Chremetis; simul et de amicitia et familiaritate adolescentium; in qua Clitipho ardentissimus ostenditur. Secundus actus continet, quemadmodum adolescentes amicas receperint; simul et Syri callidum consilium. Tertius actus exprimit Syri fallaciam in Chremem, ut Bacchidem credat Cliniæ esse amicam, et Antiphilam arrhaboni Bacchidi relictam esse putet pro argento, quod anum Corinthiam meretrici debere finxit. In quarto actu agitur de recognitione Antiphilæ, et de extorsione argenti, quod Bacchidi Clitipho promiserat. Quintus actus continet omnium rerum conversionem ad jucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum: et quemadmodum Antiphilam uxorem Clinia duxerit: Clitipho vero, dimissa Bacchide, aliam acceperit.

PROLOGUS.

Ne cui sit vestrum mirum, cur parteis seni
Poëta dederit, quæ sunt adolescentium,
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra Græca, integram comœdiam
Hodie sum acturus, Heautontimorumenon;
Duplex quæ ex argumento facta 'st simplici.

Ne quis vestrum, qui auditis, miretur, cur Terentius noster Poëta mihi seni dederit officium recitandi Prologi, quod solet fieri ab adolescentibus: causam primum vobis aperiam; deinde enarrabo, quare in scenam prodierim. Ego sum hodie recitaturus hanc Comœdiam integram, nominatam Heautontimorumenon, translatam ex integra Græca Menandri Comœdia, quæ facta est duplex (nimirum quia in hac Comœdia duo sunt filii-familias amatores, duæ amicæ, duo senes, duo servi, quæ omnia in Menandro erant simplicia) ex simplici argumento, quod præbuit Menedemus, se labore et dolore macerans. Indicavi recenter esse ex Græca tra-

1 In GM. lego, inquit Perl. ni scriptura fallor, *præcipuas*.—2 Br. *adolescentum*.—3 Viri sagacissimi, sed audacia sæpe præcipites, Palmerius et Guyetus, inverso ordine legunt: *Id dicam deinde: primum quod veni eloquar*. Bent. Ita quoque lectionem Guyeti, sed improbans, citat Perl. West. tamen inquit, 'Reponit Guyetus, Goveanum secutus: *Id deinde dicam: primum quod veni eloquar*.' Pro *quod* Par. in marg. ex Pall. scribit *quo*. EP. habet *quid*.—6 Guy. ex Bem. legit *duplici*: sed notant Fa. et Bent. id in

Novam esse ostendi, et quæ esset: nunc qui scripserit,
Et cuja Græca sit, ni partem maxumam
Existimarem scire vestrum, id dicerem.
Nunc, quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me, non prologum.
Vestrum judicium fecit; me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.

ductam, et quo nomine vocaretur. Nunc, nisi arbitrarer plerosque vestrum, qui hic adestis, scire, qui composuerit, et cujus auctoris ea sit, id significarem. Nunc brevi sermone dicam, quamobrem has partes agendi apud vos susceperim, et hanc orationem recitandam didicerim. Poëta Terentius voluit me Oratoris officio fungi, ut hunc defenderem ab adversariis, et ab eorum insectationibus vestra protectione tutus esset, non Prologi præfationem agentis. Ipse Poëta voluit, ut, orata ejus causa, judicaretis inter ipsum et adversarios, meque recitatorem pro se vobis exhibuit. Sed hic Actor (ego nempe qui ago, recito hanc Comœdiam) tantum ex ornatu loquendi et suavitate pronuntiandi consequetur, quantum Poëta valuit apte invenire (id est, Actor studebit pronuntiatione sua vobis placere, sicut Poëta sua commoda inventione et artificio argumenti) qui composuit hanc orationem quam

eodem lib. mutatum in, *simplici;* quomodo et Eug. legit. Invertunt ordinem Tan. Faber et Bent. legentes, *Simplex...duplici:* verissime, censente Ruhnkenio. Lessing. *Simplex...simplici.*—7 Suspectum mihi semper visum τὸ *nunc*, tanto magis, quia continuo sequitur, ' Nunc quamobrem has partes didicerim.' Crediderim fere, scripsisse Poëtam, *nam qui s.* optime, si quid video, sensu. Firmat conjecturam Guy. in Glossis Mss. *West.* Ita quoque habet Both.—11 Alii *esse voluit.* In Br. τὸ *esse* deest, et τὰ *paucis dabo* versum incipiunt.—13 Pro *Sed* legendum censet Bent. *Si*, quod probat Both. Quærit West. ' quid, si per interrogationem legatur: *Sed...dicturus sum?*'—

NOTÆ

11 *Oratorem voluit esse me*] Id est, oratione a vobis petere, ut ne plus possit oratio iniquorum quam bonorum; ut æqui sitis; ut crescendi copiam faciatis iis qui novas exhibent Comœdias; æquo animo adsitis, ut liceat per silentium statariam agere Comœdiam.

Non Prologum] Orator est, cui causa defendenda datur: talem se esse Actor hujus Comœdiæ declarat; non Prologi recitatorem, qui argumentum narret; sed qui pro Terentio causam apud Spectatores dicat, adversus rumores, a Lucio Lavinio malevolo ceterisque adversariis contra Poëtam sparsos.

13 *Sed hic actor tantum poterit a facundia*] Commendatio est sumta a personis Actoris et Poëtæ: et hic esse sensus videtur: Quamvis Poëtæ inventio in hac Comœdia sit admodum artificiosa, et oratio commode excogitata, ut nihil aptius et facundius esse possit; Actor tamen ita eleganter eam pronuntiatione, voce, et gestu corporis exprimet, ut eam gratam et insignem magis efficiat.

Nam quod rumores distulerunt malevoli,
Multas contaminasse Græcas, dum facit
Paucas Latinas; factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere: et deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod malevolus vetus poëta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicum ingenio fretum, haud natura sua;
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit; quamobrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit, quam æquum, oratio.
Facite æqui sitis: date crescendi copiam,
Novarum qui spectandi faciunt copiam
Sine vitiis; ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fecit servo currenti in via

sum pronuntiaturus. Nam, quod invidi divulgaverunt sermones, ipsum Poëtam Terentium maculasse et corrupisse multas Comœdias Græcas, quando fecit paucas Latinas: hic non inficiatur a se factum esse, ut ex multis Græcis paucæ componerentur Latinæ; seque non pœnitere affirmat, et se deinde itidem facturum opinatur: habet enim auctores bonos, Nævium, Plautum, et ceteros Poëtas Comicos. Qua imitatione putat sibi licere idem facere, quod illi fecerunt. Tum deinde, quantum ad id pertinet quod vetus Poëta ille L. Lavinius malignus suis detractionibus jactitat, Terentium animum appulisse subito ad studium Musarum et ad scribendas Comœdias, confisum potius ingenio et industria suorum familiarium, Scipionis et Lælii, quam sua natura et arte; in hoc vestrum judicium et vestra sententia pondus et auctoritatem habebit. Quapropter oro vos omnes ne sermo iniquorum plus valeat, quam sermo bonorum et justorum. Curate, ut ex æquitate vestra hunc rem arbitremini. Facite potestatem ut augeatur et incrementum capiat eorum fama et favor, qui dant copiam et facultatem spectandi novas Fabulas Comicas, nullis erroribus et vitiis inquinatas. Ne Lavinius putet hæc dici sui causa; cum non ita multo antehac fecit in suo poëmate, ut populus decederet, et locum daret servo fatuo

17 Sensus videtur commendare lectionem Faërni, quam Bent. quoque secutus est, *facit*, pro *fecit*. Zeun.—18 'Lege,' inquit Bent. 'cum omnibus nostris et edd. vett. *id esse factum hic non negat.*' Ita quoque Br. et Perl. Bothius *factum id esse hic n. n.*—19 Recte solius Bembini fide ejecit *id* Fa. quippe in priore commate est, 'id esse factum.' Quam inficete autem, 'id esse factum, neque id pigere?' Sed aliud præterea muta: *id esse factum non n. Neque se pigere, et deinde factum iri autumat.* Bent.—23 Lege, inquit idem, cum nostris fere omnibus et edd. vett. *R. a. s. se a. hunc m.*—26 In Bem. est *quare:* in Vict. autem ascriptum in modum variæ lectionis, *vel quare.* Vetustiores nostri omnes, inquit Bent. *quare*, non *quamobrem. Quare* etiam exhibent Br. EP. Perl. Both.—30 Mss. et editi quidam, *nec ille.*—32 Interpretes

Decesse populum: cur insano serviat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias novas, nisi finem maledictis facit.
Adeste æquo animo; date potestatem, mihi
Statariam agere ut liceat per silentium;
Ne semper servus currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Avarus leno, assidue agendi sint mihi,
Clamore summo, cum labore maxumo.
Mea causa causam hanc justam esse animum inducite,
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.

discurrenti per plateam contra decorum. Quasi vero populus obsequi et cedere debeat mancipio dementi. De Lavinii erroribus Poëta pluribus aget, quando edet alias novas fabulas, nisi finem imponit detractionibus et dictis contumeliosis. Attenti estote et favete mente placida et quieta. Concedite ut usque ad exitum cum silentio vestro possim recitare hanc Comœdiam stataria, quæ motus non habet, neque turbas: ne semper servus festinans, senex ira motus, parasitus vorax, calumniator impudens, leno pecuniæ avidus, mihi, qui senex sum, et quietem quæro, assidue sint repræsentandi cum vociferatione magna et defatigatione. O vos spectatores! mei causa, credite justam esse causam, cur petam, ut vos cum silentio attenti sitis, et ut in agendo aliqua parte laboris sublevet; ne mihi semper exhibendi sint, vel servus currens, vel senex iratus, vel parasitus edax, vel calumniator

frustra se torquent in hanc lectionem explicando. Verissima est Perizonii emendatio, *Dixisse p.* Nam Terentius Luscio Lavinio vitio vertit quod populum in scena induxerit cum servo loquentem. *R. D.* Approbat Bent. Editi vetustiss. ex Mss. quibusdam, *Decessisse.* 'Qui hoc loco *serviam* legi volunt, nescio quem sensum Poëtæ affingunt.' *West.*—37 GC. a dictionibus *irat. sen.* incipit versum sequentem.—39 GM. *seni.* Itid. Br. omisso *mihi.* Sed illa vox, *seni,* aut pro glossa primo fuisse, aut deinde in textum irrepsisse, aut denique per incuriam librarii e vs. 43. huc reducta videtur. *Perl.* Ms. Lips. EP. ET. et EV. 1. cum quibusdam aliis etiam exhibent *seni.*—43

NOTÆ

31 *Qui nuper fecit servo currenti*] Lavinium perstringit, qui in quadam Comœdia servum furentem et discurrentem per vicos expresserat, et populum illius impetui cedentem: quod contra decorum est, disconvenientes Comœdiæ, et nimis Tragicum, furentes in scenam Comicam inducere.

36 *Statariam agere*] Romana Comœdia etiam dividitur in statariam, motoriam, et mixtam: in prima res sunt quietiores; in altera magis turbulentæ; in tertia utrumque concurrit. Motoria est Amphitryo Plauti; stataria ejusdem Cistellaria; mixta Eunuchus Terentii. Hanc Comœdiam Poëta ait esse statariam.

41 *Mea causa*] Actor postulat, ut ejus opera inserviat potius agendis Comœdiis stataris, quam motoriis, cum Actor ipse sit senex, cui parci debeat.

Nam nunc novas qui scribunt, nihil parcunt seni:
Si qua laboriosa 'st, ad me curritur;
Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
In hac est pura oratio. Experimini,
In utramque partem ingenium quid possit meum.
Si nunquam avare pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum,
Quam maxume servire vestris commodis;
Exemplum statuite in me, ut adolescentuli
Vobis placere studeant potius, quam sibi.

impudens, vel leno avarus. Nam Poëtæ, qui novas Comœdias nunc faciunt, nullam mei servi, veteris Actoris rationem habent, et difficiliores ut agam Comœdias mihi mandant. Si qua Comœdia hujusmodi est, ut in ea recitanda multum laboris exigatur, ad me venitur, ut eam agam: sin facilis est actu, si non motoria est, sed stataria, aliis Actoribus mandatur agenda. In hac stataria Comœdia sermo est nitidus et purus. Periculum facite, tam in Comœdiis lenibus, quam laboriosis; tam in statariis, quam motoriis; quæ sint ingenii mei vires in utrisque recitandis. Si quidem nunquam caro pretio artem meam æstimavi, et mihi putavi hoc lucrum ingens esse vestris commodis inservire et prospicere; exemplum in me proponite, et ita mihi favete, ut juvenes Actores prodituri vobis potius, quam sibi oblectationem afferre conentur, et potius gratiæ vestræ demerendæ, quam quæstus sui causa artem comicam exerceant.

Libri quidam scripti et impressi, *mihi*.—44 Bem. *Si quæ:* quod legendum censet Malaspina, auctoritate vett. exemplar. et ratione carminis. Mureti lectionem, *Laboriosa si qua est*, laudat F. F. 'Bentleius metri causa edidit, *Si quæ*. Promiscue dicitur 'si qui' et 'si quis,' 'si quæ' et 'si qua.' V. interpret. ad Cic. ad Attic. IV. 2. 'si quæ vis esset facta:' et Bent. ad Hor. Ep. II. 6.' *R. D. Si quæ* Both. Z. Mss. quidam et impressi vetustiss. *decurritur*.—45 In quibusdam codd. *Sin levis est*. Bem. et plerique alii libb. *Si lenis*.—49 ET. et EM. *In animum induxi meum*.—51 Hos binos versus Guy. immerito addititios vocat. *West*.

ACTUS I. SCENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

CH. QUANQUAM hæc inter nos nuper notitia admodum 'st,

CH. *Quanquam hæc notitia admodum nova inter nos est; inde nata, quod præ-*

1 Videtur hæc vera lectio, quia minus trita, quam quæ ab aliis libris præfertur, *nupera notitia*. Et ita citat Cic. Fin. II. 4. Quanquam versus utrum-

Inde adeo, quod agrum in proxumo hic mercatus es,
Nec rei fere sane amplius quicquam fuit;
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,
Facit, ut te audacter moneam, et familiariter;
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, et præter quam res te adhortatur tua.
Nam proh Deum atque hominum fidem! quid vis tibi?
Quid quæris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, ut conjicio: agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretii majoris, nemo habet;
Servos complureis: proinde quasi nemo siet,
Ita tute attente illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum revortor, quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. Denique

dium in hac vicinia emisti: nec ulla certe prior causa alia est ejus notitiæ: ceterum vel virtus tua, vel vicinitas, quod non in extrema parte amicitiæ pono, me inducit, ut te familiariter et libere moneam, te mihi videri contra senilem tuam ætatem gerere, et præter quam utilitas tua suadet. Nam proh Deorum atque hominum fidem! quid vis, aut quid petis? explevisti annum sexagesimum, aut eum excedis, ut conjecto; nemo possidet agrum fertiliorem, neque pluris æstimatum in confinibus, neque plura mancipia, quam tu, habet; tamen tu ipse illorum officia facis; animo tam attento, quasi nullos habeas. Nunquam tam mane exeo, neque redeo domum tam sero, ut non videam te pala aut alio ferramento terram eruere in agro tuo, aut arando laborare, aut aliquod onus gerere: denique nullum relaxas tempus, quin

---

que recipit. *West.*—4 Quidam Mss. *mea vicinitas.*—5 *Propinqua*, obscure quidem: quod sentiens Bent. reponebat: *Quod ego esse in aliqua parte.* Vide, an nos melius, *propinqui.* Both. Lectionem Bentleii exhibet Perl. et *aliqua* legisse videtur Eug.—6 Br. *familiaritate.*—10 Mss. quidam: *Aut quid quæris*, haud male, censente Both.—11 Delendum *eo* monet Bent. et legendum: *Aut plus, ut conjicio*, quomodo et Both. EP. non agnoscit τὸ *ut.*—12 Al. *preti.*—13 An *complures* idem quod *plures*, gradu comparativo? Nusquam id lectum. Repone vel cum Guy. *Servi complures:* subintellige, *sunt tibi:* vel mecum, *Servos non plures.* Servius ad Æn. II. 247. 'Duæ negativæ apud Latinos faciunt unam confirmativam. Etsi Terentius Græco more dixerit: 'Agrum in his regionibus Meliorem neque preti majoris nemo habet.'' Ergo ut *neque* dixit, ita et *non* more Græco. *Bent.* Emendationem Guyeti sequitur Both. Br. legit *quamplures.* 'Hanc comparativi formam,' inquit Perl. 'esse negat Bent. Et Guy. legi mavult: *Servi complures*, sc. tibi sunt. At nos potius ex superiorib. referre suademus, *nemo habet*, vs. 12. *nemo* h. l. sc. servorum.' 'Non indignantis et objurgantis magis est *proinde quasi*, quam si *perinde quasi* dixisset, quod existimant G. et F. F. nam et hoc libri quidam præferunt.' *West.*—14 'Omnes nostri,' inquit Bent. 'cum edd. vett. *Ita attente tute.*' *Et fungere* Guelf. 2.—17 Cicero de Fin. I. 1. ita citat hunc

Nullum remittis tempus; neque te respicis.
Hæc non voluptati tibi esse, satis certo scio.
At enim dices, Me, quantum hic operis fiat, pœnitet.

semper te fatiges, nec tuæ parcis valetudini. Pro certo compertum habeo hæc ad delectationem tuam non fieri. At enim dices: Tædet me operis, quod fit hic a

locum, ut τὸ *denique* non sit initium novæ sententiæ, sed claudat superiorem. Terentius autem promiscue usurpat. Quanquam Donatus ad Phorm. I. 2. 71. notat: 'more suo Terentius, *denique* posuit in fine sensus. Sic in Heaut. 'Fodere, aut arare, aut aliquid facere denique;' ut sit *denique*, vel deinde, vel ad postremum.' Secutus autem sum distinctionem trium vetustiss. edd. EP. ET. EV. I. tum Rob. Stephani, Fabrini, et aliorum; quam et observatam videre me memini in G., cum inviserem ad Cl. Virum, Joh. Theod. Schalbruchium, Gymn. Amstelod. Professorem: post cujus obitum Cod. illo potitus video me recte meminisse: sed et in ET. et EM. τὸ *denique* inchoat novam sententiam: sed in utraque pro ferre legitur *facere*. Unde ipse Grævius ita legit ad Cic. Fam. x. 21. Accedunt Mss. Leidd. Lips. Tr. Bodl. et Bænd. Et sane non videtur magis ex loco Ciceronis confici, τὸ *denique* h. l. finire sententiam, quam Eun. III. 1. 42. 'Risu omnes, qui aderant, emoriri: denique Metuebant omnes jam me.' Quæ verba ita citat Priscianus Instit. Grammat. lib. x. *Risu emoriri omnes denique.* West. *Ferre* hic perinde foret ac portare, gestare. Quis vero sic loquentem ferat? Lege cum edd. vett. et uno ex nostris, *facere:* alius utrumque habet *facere, ferre.* Eug. 'Hic est labor ille plurimus; quo quotidie aut fodere invenitur, aut aliquid facere.' Ita Cicero de Fin. I. 1. locum hunc citans *denique* prioribus apponit; licet ibi editum sit *ferre.* Atqui si *ferre* legeris, necessario illud *denique* sequentibus apponetur. *Bent.* Etsi Bent. lectionem *aut aliquid facere denique*, quam reperit in uno cod. et vett. edd. et quæ a Donato ad Phorm. I. 2. 71. est expressa, sensus gratia præferendam putat: vulgaris tamen lectio, cum et Ciceronis auctoritate de Fin. I. 1. et sensus præstantia comprobetur, haud dubie retineri debet. Nam ferre aliquid, seu gestare, laboribus rusticis probe convenit. Ceterum post *denique* interpungendum est. Nam Terentius hanc particulam solet in fine sententiæ ponere ut Phorm. l. l. et Eun. I. 2. 78. *Zeun.* Pro *ferre* recte Bent. ex libris antiquis revocavit *facere.* R. D. *Facere* quoque probat Both. Do. ad Phorm. I. 2. 71. legit *al. facere denique*, quod Bent. præfert. Sed *al. facere* non augendi causa dicitur, cf. Andr. I. 5. 24. Quare malumus *ferre*, idque cum Mss. (ap. West.) EP. ET. EM. Arg. c. fiss. R. Steph. Fabrini, Rivio, Er. Mel. Heins. West. dispungimus a *denique;* uti Eun. III. 1. 42. *Editor Bip.* Abest *denique* Guelf. 2.—19 Al. indunt *tibi*, quod e glossa in Mss. irrepsisse videtur; certe senarium interficit. *Ed. Bip.* Deest quoque in Both. Sed probant et defendunt Bent. Fa.—20 *At enim te, q. h. o. fiat, pœnitet.* Sic e Mss. quibusdam recipimus: sic salvus est senarius; sic et Noster inf. IV. 3. 35. Ad. v. 3. 44. et sic Cic. formulam 'at enim' adhibet in objectione, cui statim respondeat. Pro glossa igitur nobis est, quod vulgo ingeritur, *At enim dices me.* Sed Bem. et Do. ad Eun. v. 7. non habent *me*, quod proinde omisit Fa. Alii intercludunt. Bent. cum Mur. omittit *dices*, et retinet *me.* In hac inconstantia nostrum magis placet. *Ed. Bip.* Codd. agnoscunt *dices*, neque sane intelligo, cur hoc Bent. expunctum voluerit potius quam *operis* (v. enim: *hic operis fiat*), quod minime necessarium est ad sensum, magisque offendit propter statim sequentia: 'Quod in opere faciundo.' Ex-

NOTÆ

20 *At enim dices*] Anthypophora; responsio ad ea quæ objici possent.

Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
Me. Chreme, tantumne est ab re tua otii tibi,
Aliena ut cures, eaque, nihil quæ ad te attinent?
Ch. Homo sum: humani nihil a me alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta.
Rectum est? ego ut faciam: non est? te ut deterream.
Me. Mihi sic est usus: tibi ut opus facto 'st, face.
Ch. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? Me. Mihi.
Ch. Si quid laboris est, nollem: sed quid istuc mali est,

servis meis, qui nimis cessare solent; ideo operi manum libet admovere. At, si sumas id laboris, quod perdis operando in agro, in illis incitandis ad opus faciendum, magis utilitati tuæ prospicias. Me. *O Chreme! tantumne tibi vacat a tuis negotiis, ut de alienis solicitus sis; et præsertim de his quæ nihil ad te spectant?* Ch. *Ego me hominem esse cognosco; nihil, quod ad hominem pertinet, ad me non pertinere arbitror. Vel monendi causa, vel inquirendi, me hæc tibi dicere puta: inquirendi causa, ut, si hoc quod facis rectum est, ego quoque sic faciam: monendi causa, ut, si rectum non est, id facere tibi dissuadeam.* Me. *Utile est mihi sic facere: tu facito ut tibi opus esse putas.* Ch. *An utile est cuiquam homini, ut se torqueat et affligat?* Me. *Mihi id utile est.* Ch. *Si quis labor esset necessarius, nollem te reprehendere; sed quod infortunium est istuc quod pateris? obsecro, quid*

---

pressi cod. C. *Both.* Qui igitur legit: *At dices enim: me quantum hic f. p.* Alii habent: *A. c. d. m. q. h. ab operis f. p.* Br. *At dices enim m. q. h. o. f. p.*—21 *Quid* Guelf. 1. 2.—23 In Bem. et aliquibus aliis libb. ita hæc verba sunt collocata: *Chreme tantumne ab re tua 'st.* et ita etiam a Cic. citantur lib. XII. ad Att. Ita quoque habent Bent. Perl. Bip. Bothius legit, *Tantumne ab re tua tibi est oti, Chreme.*—24 Omnes codd. Bent. Br. Bœnd. cum edd. vett. et Perl. Both. *ea quæ nihil ad te attinent.* Abest *ea* Guelf. 2.—25 Duo ex nostris, *nihil a me:* ceteri perperam, *a me nihil.* Bent. 'Omnes libb. scripti,' inquit Fa. '*nihil a me.*' Br. G. et Both. tamen, *a me nihil.* G. quoque *humanum.*—26 Abest *Vel* Guelf. 2. 'In quibusdam Mss. *movere.* Sic And. v. 4. 18. præstat autem *monere.*' West.—27 *Non ut deterream.* Lege *non est, te ut deterream.* Hunc locum, præterquam quod duarum dictionum defectus in omnibus impressis corruperat, etiam obscurabat confusa distinctio: sic etiam distinguendum est; *Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream.* Fa. Lectionem Faërni probat Bent. sed per interrogationem pronuntiare monet. Ut habent Both. Bip. Ceteræ edd. ap. nos sine interrogat. legunt. In Guelf. 2. abest *ego.*—28 Br. *tibi ut est opus facto.*—30 *Si quid laboris est, nollem: s. q. i. m. est?* Sic codd. omnes, versu ipso frustra reclamante. Tu ei suppetias vel sic ferto, *S. q. labori est, nollem: s. q. i. m. est?* vel sic potius, *Si quid laboris, nollem:* ejecto *est.* Genitivus ideo placet, quia sequitur, 'quid mali.' Trin. v. 2. 57. 'Si quid tibi, pater, laboris. Nihil evenit, ne time. Bene re gesta salvos redeo.' Eat nunc Guyetus; et ut spurium Terentioque indignum expungat. *Bent.* 'Hunc vs. Guy. et Bœcl. spreverunt, parum inde boni sensus elici posse fatentes. Sed mihi quidem videtur sententia aperta, et post *nollem,* quod abrupte dixerat

Quæso? quid de te tantum meruisti? Me. Eheu!
Ch. Ne lacryma: atque istuc, quicquid est, fac me ut sciam:
Ne retice: ne verere: crede, inquam, mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.
Me. Scire hoc vis? Ch. Hac quidem causa, qua dixi tibi.
Me. Dicetur. Ch. At istos rastros interea tamen
Appone: ne labora. Me. Minime. Ch. Quam rem agis?
Me. Sine me vacivom tempus ne quod duim mihi
Laboris. Ch. Non sinam, inquam. Me. Ah! Non æquum facis.

tam male de te meruisti, ut te tam perdite afflictes? Me. *Eheu me miserum!* Ch. *Noli flere; fac ut sciam: istud quicquid est, noli celare; ne time, mihi fidem habe: levabo te hac molestia, aut consolationem dando, aut consulendo, aut reipsa tibi operam navando.* Me. *Vis scire quid hoc est?* Ch. *Ita certe volo, propter hanc causam, quam tibi dixi, videlicet ut te juvem.* Me. *Dicetur tibi.* Ch. *At interim, dum dices, depone istos rastros.* Me. *Minime sum depositurus.* Ch. *Ne laborare pergas; quid agis te ita macerando?* Me. *Patere me laborare, ut nullo non tempore labore me exerceam.* Ch. *Non patiar, inquam.* Me. *Ah! inique agis, qui mihi laboranti impedimento sis.* Ch. *Hui! obsecro, tam ponderosos*

Chremes, repetend. esse ex vs. 26. ‘ vel monere, vel percontari.’ Bent. omitt. *est* [post *laboris*]. Sed bis positum more videtur Terentii.’ *Perl. Est* omittit quoque Both. ‘ Quis non indignetur, hunc vs. Guyeto spurium videri, et Terentio indignum? Bœclero itidem parum boni sensus hinc elici posse visum. Muretus, cui sententia satis aperta non erat, sensum tamen feliciter expressit.’ *West.* Br. Perl. Bip. Both. interrogationem ponunt post *mali est*, et omittunt post *Quæso.*—31 Guyetus ut hianti versui succurrat, *meruistid? Eheu.* Vir eruditus, ‘ *meruisti*,’ inquit, ‘ non elidit ultimam.’ Facilis sane curandi ratio: sed ex arte necesse est, ut elidat. Aliud adhuc tentat, *meruisti? Eheu heu.* Sane *Eheu*, si *Eheu heu* pro bono dactylo veniet. Tu corrige, *Oieï:* et vide nos ad Eunuchum IV. 4. 47. *Bent.* Lectionem Bentleii dant Perl. Both. In ed. Bip. legitur *Heu hoi.* GM. *eheu;* ubi sup. script. *dolentis.*—33 Prava hic interpunctio est, ex falsa interpretatione nata. Repone: *Ne retice: ne verere: crede inquam mihi. Aut c.* Bent.—35 Vulg. *hac causa equidem.*—36 Ch. *istos rastros . . . . depone* vulg. ‘ Ex om. libb. script. lege, *at istos.* Ex Bem. vero et plerisque aliis, maxime antiquis, *appone:* quod idem est quod *depone.*’ Fa. ‘ Nostri omnes,’ inquit Bent. ‘ *at istos;* et ex eis meliores *appone.*’ *Dic tibi* Guelf. 1. *Tibi* post *Dicetur* 2. 3. Ibid. abest *at* 2. *Tantum* pro *tamen* 1.—38 Quidam Mss. et editi [Br. Z.] non agnoscunt *τὸ me.* West. ‘ Vs. hic nullo modo, ut quidem nunc legitur, sustentari potest: mendum est in dictione *vacuum*, cujus loco Bem. habuit *vocivom*, quod postea emendatum est in *vacivom*, quod idem est quod *vacuum;* quæ dictio a Planto usurpatur in Pseudolo: ‘ Fac sis vacivas Pseudole ædis aurium.” *Fa.* ‘ Bene hic Bem. *vacivom.* Nostri omnes *vacuum.* Mutarunt, ut cetera, magistri.’ *Bent.* Br. G. ET. et EM.

Ch. Hui, tam graves hos, quæso? Me. Sic meritum 'st meum.
Ch. Nunc loquere. Me. Filium unicum adolescentulum
Habeo: ah! quid dixi habere me? immo habui, Chreme:
Nunc habeam, necne, incertum est. Ch. Quid ita istuc?
Me. Scies.
Est e Corintho hic advena anus paupercula:
Ejus filiam ille amare cœpit perdite,
Prope jam ut pro uxore haberet: hæc clam me omnia.
Ubi rem rescivi, cœpi non humanitus,
Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli,
Tractare; sed vi, et via pervolgata patrum.
Quotidie accusabam: Hem, tibine hæc diutius
Licere speras facere, me vivo patre,

portas hos rastros? Me. *Pœna, qua dignus sum, sic postulat.* Ch. *Nunc explica causam, cur te crucies.* Me. *Est mihi filius unicus adolescentulus. Ah! quid dixi, mihi esse, o Chreme? sed fuit mihi antehac: nunc utrum sit, necne, dubium est.* Ch. *Cur istud ita est, ut nunc non habeas filium?* Me. *Audies. Vetula egena, peregrina ex Corintho, urbe Achaiæ, habitat in hoc oppido. Ille filius meus captus est amore nimis vehementi filiæ hujus vetulæ, adeo ut fere jam haberet eam pro uxore. Fecit hæc omnia, me nesciente. Ubi id cognovi, repente cœpi tractare animum filii mei, ægrum amore, inhumane et inclementer, neque ut debui; sed objurgabam eum quotidie violenter et more communi patrum. Hem! dicebam; an credis tibi permitti hujusmodi, quæ facis, longiori tempore facere, me vivente,*

---

vacuum.—42 Ms. Lips. Br. Guelf. 3. EP. Both. *At quid d.* Ms. Bodl. *At quod d.* EP. non agnoscit *τὸ immo.*—43 Abest *ita* Guelf. 2.—45 Bodl. *E. f. iste a. c. virginem.* G. GM. Br. Perl. *virginem.* Bœnd. ET. EM. *perdite virginem.* GC. Bip. Z. Both. *a. c. perdite.* 'Sic aliquot ex nostris, *perdite:* alii, *virginem:* nonnulli utrumque, *perdite virginem:* alii, *virginem perdite.* Ex his duabus quæ deterior erit lectio, 'Dede neci; melior vacua sine regnet in aula.' Equidem *virginem* retineo; quippe quæ mox invenietur Chremetis filia. At isto *perdite* nihil est opus; quippe id satis exprimunt quæ sequuntur, 'Prope jam ut pro uxore haberet.'' *Bent.*—47 Varie in Mss. et editis antiquis legitur, *Ubi rem rescivi, Ubi rem scivi, Ubi id rescivi, Ubi rescivi.* West. 'Legerim cum Mss. nonnullis et editis vetustissimis, *humaniter,* quomodo et Diomedem legisse observat Riv. Quanquam in EV. 2. *humanitus* apud Diomedem reperio. In quatuor tamen Mss. Leidd. Tr. G. et Bodl. impressisque vetustiss. est *humanitus.* In Leid. 5. dubie scriptum, *humanit'.* Ita et in Bœnd. Nonius 'humanitus' et 'humaniter' *ἰσοδύναμα* facit.' *Idem.*—49 Vulgata *vi et via* excedit senarium; et quid opus est *vi* ad accusandum. Ortum nobis videtur *vi* ex ambigue lecto *via.* cf. vero Plaut. Merc. 1. 1. 46. quem Noster imitatus est. *Bip.* '*Sed vi et via pervulgata p.* male eliso *vi,* quod, si locum haberet, præcipuum sibi accentum posceret, *via* autem *μονοσυλλάβως* pronuntiato, quomodo ap. Terent. nunquam. Aberranti igitur oculis librario debentur verba *vi et;* pro *pervulgata* autem scribendum *pro vulgata* i. e. secundum vulgatam patrum viam, maxime, ne cæsura legitima versus

Amicam ut habeas prope jam in uxoris loco?
Erras, si id credis, et me ignoras, Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum, quod te dignum 'st, facies: sed, si id non facis,
Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero.
Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.
Ego, istuc ætatis, non amori operam dabam,
Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem; atque ibi
Simul rem, et belli gloriam, armis reperi.
Postremo adeo res rediit: adolescentulus,
Sæpe eadem et graviter audiendo, victus est.
Et ætate putavit me, et benevolentia,
Plus scire et providere, quam se ipsum sibi.
In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.

videlicet ut habeas amicam vice uxoris? Falleris opinione tua, si putas tibi hæc per me licere, nec meam nosti voluntatem, Clinia. Ego volo te nominari filium meum, interea dum facies officium, quod te decet: at, si talem non te præstas, ego excogitabo id, quod honestum et æquum est me agere contra te. Certe istud, quod facis, ex nulla causa nascitur, præterquam ex desidia et nimia cessatione. Ego cum essem ea ætate, qua tu es, non indulgebam amori, sed discessi ex patria in Asiam, quia pauper eram, atque ibi mihi acquisivi armis pariter divitias et laudem. Tandem res eo plane deducta est; adolescentulus defatigatus fuit assiduas objurgationes audiendo, et eadem verba gravia et probra. Existimavit me ea quæ decent intelligere melius, et certius consulere, quæ e re sua essent, quam is ipse, propter ætatem meam. Profectus est in Asium ad Regem Persarum, ut ei militaret.

careat. 'Pro' et 'per' sæpissime confunduntur in codd.' *Both.*—52 Vulg. *uxoris in.* Abest *in* Guelf. 2.—55 Bac. conject. *facis.* Atque verum est, præsens temp. cum *Dum* jungi, præsertim cum præsens item antecesserit. *Perl.*—57 Vulg. *nisi ex nimio otio.* Bent. reponit, *nimio ex otio.* Ita quoque Perl. Bothius legit, *N. a. ex re i. nimio nisi fit otio.* Abest *nisi* mendose Guelf. 2.—59 GM. p. var. *miseriam.* Perl.—60 Ita post Goveanum et Fa. Guyetus. Vulgo: *armis belli.* West. *Armis belli* dant Br. Bent. Z. Engraphius et Br. habent, *Simul et rem et gloriam.* Both. *S. remque et b. g. a. r.* '*Ibi simul r. et g. a. r.* Vulg. *ibi* jungitur vs. priori, qui sic excedit. Igitur illud seq. initium esse jubemus, delendo *belli*, quod supervacuum. Vett. scr. et edd. habent *armis belli;* manifestum glossema, e quo Gov. et Fa. perperam fecere vulgatum.' *Bip.* '*Repperi:* rectè; non *reperi.*' Perl.—61 *Ad id* pro *adeo* Guelf. 1.—63 *Putavit me ætate et benevolentia.* Aliquot libri ita habent, *et ætate:* quod et elegantiæ conducit, et versui: non enim habebit tantum hiatum: quamvis et sic quoque non oportebit facere synalœpham in *me et:* ut in secunda sede sit dactylus: vel certe dissolvenda erit diphthongus. *Fa.* 'Nostri fere omnes, *et ætate.* Ceterum si Bembo ipsi fides est, codex suus habuit, *et ætate et sapientia.* Sed Fa. qui codici illi nimium favebat, hoc tacuit. Recte, ut omnes, *benevolentia.* Hoc refer ad 'providere;' 'ætate' ad 'Plus scire.'' *Bent. Putavit me et ætate* dant Br. Bent.

CH. Quid ais! ME. Clam me profectus, menses treis abest.
CH. Ambo accusandi; etsi illud inceptum tamen
Animi est pudentis signum, et non instrenui.
ME. Ubi comperi ex iis, qui ei fuere conscii,
Domum revortor mœstus, atque animo fere
Perturbato, atque incerto præ ægritudine:
Assido; accurrunt servi, soccos detrahunt;
Video alios festinare, lectos sternere,
Cœnam apparare: pro se quisque sedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.
Ubi video hæc, cœpi cogitare: Hem! tot mea

CH. *Quid ais?* ME. *Abiit, me inscio; absens est jam per tres menses.* CH. *Ambo estis culpandi; quamvis hoc filii tui propositum animi verecundi est indicium, immo fortis et strenui.* ME. *Postquam cognovi ex sodalibus eum discessisse, qui id sciebant; domum redeo tristis, atque animo penitus commoto et perplexo præ animi dolore; sedeo: servi celeriter ad me accedunt: educunt pedibus calceamenta. Video alios properare, parare lectulos discubitorios, cœnam curare: quisque pro virili sua parte efficiebat diligenter, ut mihi mitigarent hunc tristitiam. Postquam vidi, quæ servi faciebant, considerare cœpi: Hem! tot servi sunt anxii mei*

Perl. Both. Z. Bip. Script. *boniv.* pro *benev.* Guelf. 1.—66 Sic dedit Fa. sed nostri universi cum vett. edd. *Clam me est profectus: menses tres abest.* Certe si hæc disjungas, paternum animum et affectum magis expresseris. *Bent.* Bothius legit, *Profectus clam me est; m. t. a.*—67 Z. *et si.*—69 Nostri omnes, *qui fuere ei conscii.* Recte. Quippe Trochæus in ista sede ne Græcis quidem ipsis placet. *Bent.* Ita quoque Br. Perl. Both.—71 Sic a vett. edd. et a Fa. est. Sed nostri, uno excepto, omnes *Conturbato;* quod certe plus est quam *Perturbato.* Codex Acad. 900. annorum *incerti* habet; CCC. a manu prima *inerti.* Anne igitur legendum, *Conturbato atque inerti præ ægritudine? Inerti*, omnis consilii experti. *Bent. Conturbato* habent Ms. Lips. Bodl. Br. EP. Perl. Both. *Perturbato* Guelf. 1. 2. Bip. Z.—72 M. et Bœnd. *Adsideo.* Ita et in Mss. Bœcleri duobus, et in EP. ET. EV. 1.—73 Si jam 'videt;' cur versu abhinc tertio narrat, 'Ubi video?' Hoc non est venæ Terentianæ, præsertim in diverbio tam elaborato. Repone, *Inde alii f. l. s.* Hoc Lectoris indoli relinquam; nec, quod in promtu est, exemplis firmabo. *Bent.* Idem censet et legit Both. 'Bent. delet *Video*, quasi superfluum propt. 'Ubi video,' vs. 76. Non probatur.' *Perl.* 'Guy. in glossis Mss. *lectom sternere*, quod scilicet solus esset Menedemus.' *West.*—74 *Cœnam parare.* Edit. *apparare*, et sic nunc Ms. *Bruns.*—75 *Faciebant.* Sic repon. Bent. Both. et sic notavit olim G. F. Probatur quoque hæc lect. ob 'lenirent.' *Perl. Ut* post *quo* Guelf. 2.—76 Bent. post *video* distinguit. Sed

NOTÆ

66 *Quid ais*] Admirantis potius, quam interrogantis.

72 *Soccos*] Socci sunt calceamenta humilia, quibus maxime utebantur Comœdi; sicut Cothurni proprii Tragœdorum, altiores soccis.

Solius soliciti sint causa, ut me unum expleant?
Ancillæ tot me vestiant? sumtus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea 'st,
Eum ego hinc ejeci miserum injustitia mea.
Malo quidem me dignum quovis deputem,
Si id faciam: nam usque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens patria ob meas injurias,
Interea usque illi de me supplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi serviens.
Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: corrasi omnia,
Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico

solius gratia, ut mihi soli satisfaciant, et morem gerant. An æquum est, ut tot ancillæ vestibus me induant? ut ego tantas impensas solus domi faciam? ego, inquam, qui expuli meis ædibus unicum filium Cliniam, misere afflictum injuria, quem conveniebat uti æqualiter his sumtibus et servis, aut etiam magis; quod ætas juvenilis ad utendum his est aptior. Certe existimem me quavis pœna dignum esse, si his bonis solus uiar; nam, quamdiu filius deget vitam illam arumnosam, exul a patria propter meas contumelias, interea tamdiu dabo illi assidue pœnas, conficiens me ærumnis, acquirens laboriose, parcens vitæ et genio, serviens illi in colendo agro. Facio omnino ut deliberavi. Nihil domi meæ reliqui, vas nec vestimentum: omnem collegi supellectilem; venales proposui, ac vendidi omnes ancillas, servos, præ-

---

alios magis commode puto post *hæc*. Perl. In quibusdam Mss. et EP. ET. EV. 1. Bip. *mei*. Ita et Valla.—77 *Soliciti sunt causa*. Ex sequentibus 'vestiant,' 'faciam' apparet hic legendum, *soliciti sint*. Vidit hoc T. Faber, et recte vir eruditus ei accessit. *Bent*. Perl. legit *sunt*, et notat 'al. *sint*, perperam.' *Sunt* dant Br. Z. Bothius legit, *S. sint soliciti, me unum ut expleant, Ancillæ*. —79 Repone ex ipsius orationis tenore et filo: *T. e. s. faciam: qui g. u.* Nisi hoc feceris, pro *ejeci*, legas *ejiciam* aut *ejexim*. Sed illud melius. *Bent*. 'Vulg. *sed gnatum*, solito errore. Vid. ad Prol. 13. *si*, etsi.' *Both*. *Qui* dat Perl.—80 *In* pro *uti* Guelf. 2.—82 *E. e. ejeci hinc*. Melior numerus est in Bem. et aliquibus aliis, *E. e. hinc ejeci*. Fa. 'Unus tantum ex nostris, *ejeci hinc:* ceteri recte, *hinc ejeci*.' Bent. 'Suavior sonat hæc collocatio Bent. quam quæ vulgo est, *E. e. ejeci hinc*.' Perl.—84 *V. i. incolit*. Bem. *colit*, V. et Vi. *colet:* quod et placet. *Fa*. 'Meliores nostri *colet*, ut Nonius v. 'colere:' ceteri *incolet*.' Bent. 'Incolit. Alias *incolet*.' Er.—85 Animadvertis, credo, illud *patria* sine ullo accentu, ut nullius significationis, transmitti. Ne hoc sic abeat, reponere possis, *Inopém, carentem pátria ob meas injúrias*. 'Vitam patria carentem;' ut Horat. Carm. 1. 31. 'Nec turpem senectam Degere, nec cithara carentem.' Nonius tamen v. Colere *carens* habet; et sic ibi codex noster veterrimus. Forte ab auctore erat, *Inops carensque patria*. Bent. 'Inopem, car. patr. ob m. i. pessime obscurato verbo *patria*.' Both. qui legit, *Patria carens, inops, ob m. i.*—87 Sic edd. vett. et ex codd. nostris unus: ceteri *parcens, quærens*. Bent.—88 G. *prorsus nihil, &c.*—90

Faciundo facilè sumtum exercerent suum :
Omnes produxi ac vendidi : inscripsi illico
Ædeis mercede ; quasi talenta ad quindecim
Coëgi ; agrum hunc mercatus sum ; hic me exerceo.
Decrevi tantisper me minus injuriæ,
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser ;
Nec fas esse ulla me voluptate hic frui,

ter eos qui bene collocarent operam, et demererentur impensas suas in rure exercendo : proscripsi protinus domum venalem pretio, apponens inscriptionem ad fores ; comparavi prope quindecim talenta : hunc emi fundum : fatigo me in hoc agro. O Chreme ! judicavi me minus iniquum esse et injurium in filium, interea dum in miseria versabor ; nec mihi licere hic aliquam voluptatem capere, nisi postquam

Linacer, *in opere r.* West.—91 Non convenit inter Interpretes, *exercerent* legendum sit, an *exerceant*. Utrumque est in Mss. et editis probatissimis. Possit et *exercent* legi : quomodo est in Tr. et Leidd. uno. Mur. Var. Lect. VIII. 13. ex sententia Dionysii Lambini legit *exsarcirent*. Guy. *exsercirent*, q. d. resarcirent, pensarent. Turnebus Advers. III. 5. ita *exsercirent* se ait legere, ut *exercerent* non damnet, adducens verba Ambrosii, Offic. lib. II. ' Sed direptione alicujus, et amissione patrimonii in eam recidere injuriam, ut sumtum exercere non queat.' Kockertus in Indice *rictum exercerent* legit. *West.* ' *Sumtum exerceant suum. Exercerent*, quod et elegantius et numerosius est, habent tres antiquissimi libri.' *Fa.* ' Reponendum hic *exsercirent*, ut primus, opinor, vidit Janus Palmerius, acutissimo vir ingenio. [Jam ante Palmerium id vidit Dionys. Lambinus, qui teste Mureto Var. Lect. VII. 13. legebat *exsarcirent* : male tamen etiam *sumtum* corrigens in *victum*. Reizius.] Atque esto, ut S. Ambrosius ter quaterque ea phrasi usus sit, ' Sumtum suum exercere :' nempe ante ejus ætatem jam hunc Terentii locum interpolaverant Magistri ; ne verbo obsoleto discipulos male loqui docerent. Coloniensis codex apud Palmerium a prima manu, *sumtum exercirent suum* : alter apud eundem, *sumtum exerciunt suum*. Bem. teste ipso Bembo, hoc in margine ascriptum habuit, *exercerent, resarcirent*. Atqui qui sic primus interpretatus est, proculdubio legebat *exercirent*. Paulus in Epitoma Festi : *Exercirent, sarcirent*. Unde hoc nisi ex hoc Terentii loco ? et vix dubites, quin apud Festum ipsum locus totus adductus fuerit.' *Bent.* ' *S. exercerent*. Non dubitandum est, quin felicissime correxerint viri eruditi *s. exercirent* antique pro *exsarcirent* i. e. compensarent.' *R. D. Exsercirent* Bent. Both.—93 *Inscripsi i. Ædes : mercedem q. t.* Hæc est Bembi collocatio et distinctio simul. GM. et Br. *mercede*. Perl. *Talenta duodecim* absque *quasi* Guelf. 2.—97 Mss. quidam,

NOTÆ

93 *Talenta quindecim coëgi*] Talentum apud Athenienses erat pecuniæ summa, valens sexcentis Coronatis Gallicis ; eratque duplex, minus et majus. De minore talento Attico, quod sexaginta minas continebat, hic agitur. Majus continebat 80. minas. ' Coëgi,' id est, in unum redegi : inde coactiones argentariæ sunt collectiones pecuniarum, et coactores, *des receveurs particuliers*. Quindecim Talenta conficiunt summam novem millium Coronatorum Gallicorum.

Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps.
Ch. Ingenio te esse in liberos leni puto,
Et illum obsequentem, si quis recte aut commode
Tractaret. Verum neque tu illum satis noveras,
Nec te ille: hocque fit ubi non vere vivitur.
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes,
Nec tibi ille 'st credere ausus, quæ est æquom patri;
Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi.
Me. Ita res est, fateor: peccatum a me maxumum est.

filius meus, hæres, et bonorum particeps, huc reversus fuerit incolumis. Ch. *Puto te esse natura miti in liberos, et filium esse obsequentem, si quis cum eo ageret leniter et convenienter; sed tu nec satis exploraveras ejus ingenium, nec ille tuum perspexerat. Non vivitur ibi recte et quiete, ubi mores invicem ignoti sunt. Tu nunquam indicasti, quanti eum æstimares, et ille veritus est tibi committere consilia, quæ æquum est patri communicare filium: quod si factum esset, hæ molestiæ nunquam tibi contigissent.* Me. *Eo modo, quo dicis, res se habet, confiteor; gravissi-*

****

Nefas. West. Abest *hic* Guelf. 2. Abest quoque Br.—101 *Neque.* Revocavi hanc vocem ex ed. Junt. Ald. St. et his multo vetustioribus. Vulgo *nec.* Variant Mss. *West.* 'Codd. nostri magno numero, *neque tu illum.* Repone, *V. neque illum tú s. n. Nec te ille.* Et *ille* et *tu* accentu elevari debent. *Bent.* —102 Mss. quidam, cum tribus Leidd. G. et ET. *hoc ibi fit, u. n. v. v.* Assentior Mureto, legenti, *hoc ubi fit, ibi non vere vivitur.* Quorum verborum sensus præ altero illo multo planior est. Atque ita est in Tr. q. d. Ubi nec pater filium, nec filius patrem satis novit, ibi non vere vivitur. Sic Adelph. v. 9. 30. Sed et ita ex Mss. edidit Fabrini. *West.* '*Nec te ille: hocque fit, ubi non vere vivitur.* Sic a Fa. est: sed versus misere claudicat: ut vel Librarii senserunt: quorum alii *hoc ibi fit*, alii *hoc qui fit*; Bem. solus, *hocque fit.* Repone, *Nec te ille; hoc quod fit, ubi non vere vivitur.*' Bent. '*Hocque fit:* mendose. Plerique codd. in his nostrorum vetustissimus (nam is mihi videtur C): *hoc ibi fit:* alii Mss. *hoc qui fit*, unde Bent. *hoc quod fit.* Sequor equidem Hel. et sic pridem Mur.' *Both. Hoc quod* Perl. *Hoc qui* Br. *Ubi fit, ibi* Guelf. 2.—104 Vulg. *Neque ille tibi ausus est credere.* Br. *Nec tibi credere est ausus.* Bœnd. *quod est æquum.* GM. *rite* et sup. script. *vere.*—106 *Alia* pro *Ita* Guelf. 2. Ita ex Mss. et editis veteribus recensuit Heinsius, estque ita in Mss. quatuor Leidd. sed et ex V. et Bem. laudat Jac. Perizonius, Vir Cl. ad Sanct. Min. iv. 4. num. 86. expletque: 'Illud negotium, quod negotium peccatum a me est, est maximum.' Mss. quidam: *fateor, peccatum meum maximum esse.* Alii, cum Bœnd. *fateor, peccatum meum maximum est.* Tr. *peccatum maximum meum est.* Alii, *peccatum a me maxime est.* Lind. ex Vet. Cod. citat, *peccatum meum.* West. Vict. *maxime.* Ita quoque Both. qui notat,

NOTÆ

98 *Meus particeps*] Id est, hæres meus. Justinianus Imperator in Institutionibus Juris lib. II. tit. 19. sic ait: 'Sed sui quidem hæredes appellantur; quia domestici hæredes sunt, et, vivo quoque patre, quodammodo domini existimantur.' Unde passim servi in Comœdiis filios dominorum heros minores vocant, et servus Abraham Isaacum dominum suum appellat, cap. XXIV. Genes. vers. 65.

CH. Menedeme, at porro recte spero, et illum tibi
Salvom affuturum esse hic, confido, propediem.
ME. Utinam ita Di faxint! CH. Facient: nunc, si commodum est,
Dionysia hic sunt hodie; apud me sis volo.
ME. Non possum. CH. Cur non? quæso, tandem aliquantulum
Tibi parce: idem absens facere te hoc vult filius.
ME. Non convenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipsum fugere. CH. Siccine est sententia?
ME. Sic. CH. Bene vale. ME. Et tu. CH. Lacrymas excussit mihi,

me erravi. CH. *At, o Menedeme! certe spero et credo illum brevi salvum, et bene valentem ad te venturum.* ME. *Utinam ita Dii faciant.* CH. *Efficient, ut filium recuperes. Nunc, si tibi est opportunum et gratum, volo venias hodie apud me: Bacchanalia hic celebrantur.* ME. *Non possum.* CH. *Cur non? Aliquantum, quæso, tuos remitte labores. Clinia filius tuus etiam absens idem precatur.* ME. *Non decet nunc me cessare a labore, qui illum laborare coëgerim.* CHR. *Itane decrevisti?* ME. *Ita.* CH. *Sis valens et sanus.* ME. *Tu quoque, Chreme.* CH.

' vulg. *maxumum*, vitiose.' *Maxumum* dant Br. Perl. Bent. Bip. Z.—107 *Recte spero illum tibi salvum adfuturum.* Post *spero*, o. l. s. habent conjunctionem *et:* ita post *spero* distinguendum, neque id verbum ad sequentia referendum, sed absolutum relinquendum, hoc modo: *Menedeme at porro recte spero; et illum tibi Salvum affuturum esse hic confido propediem.* Fa. ' Delemus *et* ante *illum*, quod et metro adversum, nec opus est.' *Bip.* Lind. legit et distinguit, *Menedeme, at porro recte spero; illum tibi Salvum, &c.*—109 Vulg. *Utinam Di ita faxint.* Br. et alii *faciant.* Bothius non agnoscit τὸ *ita*, ut etiam Calphurnius. ' Omnes fere nostri, *nunc si est commodum:* magis ex more auctoris.' *Bent. Sed nunc com. est* Guelf. 2.—110 Al. distingu. *Dion. hic sunt: hodie a. m.*—113 Ita exhibeo ex Mss. Et ita in quatuor codd. Pall. legebat Par. Accedunt ex editis Junt. Aldd. et his vetustiores. Alii, post Faërnum, *impellerim.* Antesignanus, *impullerim;* quam epenthesin laudat Glar. Atque ita de Farnabii Lege Pedia nullum est periculum. *West.* ' Versum hunc esse impeditum omnes vident: mendum est in verbo *impulerim;* quo stante, aut deest una syllaba senario, aut est trochæus in quinta, qui pes in hunc versum non cadit: quæ difficultates vitantur ex antiqua lectione libri Vaticani, in quo erat *impellerim;* sed deinde abrasis mediis literis mutatum in *impulerim;* sic tamen ut prior lectio conjici possit. Idem factum et in Vict. nisi quod hic habebat *impelerim* per unum *l.*' Fa. ' *Ad laborem impellerim.* Sic dedit Fa. nostri omnes *impulerim:* quo versus quidem claudicat. Repone, *laborem hinc pepulerim.*' Bent. GM. *compulerim.* Both. *impellerem.*—

NOTÆ

110 *Dionysia hic sunt*] Ludi sunt, festi dies in honorem Dionysii, id est Bacchi Latinis, qui et Liber dicitur; unde Bacchanalia, Liberalia: Græcis sunt Dionysia.

Miseretque me ejus. Sed, ut dici tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam ut veniat. Ibo, visam si domi est.
Nihil opus fuit monitore: jamdudum domi
Præsto apud me esse aiunt: egomet convivas moror.
Ibo adeo hinc intro: sed quid crepuerunt fores
Hinc a me? quisnam egreditur? huc concessero.

Me lacrymari coëgit, et ejus valde misereor; verum, dum adhuc aliquid diei superest, oportet me admonere hunc vicinum Phaniam, ut veniat ad cœnum. Ibo visum, si est domi. Nihil opus fuit ad cœnam vocatore. Dicunt eum adesse jamdudum domi apud me. Egomet in mora sum convivis iis, qui ad cœnam vocati sunt. Ibo hinc intro domum: sed quid janua, et a quo aperiente stridit? quis exit a domo mea? Huc intro me conferam.

116 Mss. quidam: *Sed, ut dixi, tempus est:* male. Vid. inf. I. 2. 38. *West.*—117 Quod testatus est Lindenbrogius, '*τὸ oportet* in omnibus veteribus Libris deesse;' idem ego de nostris testor, ab omnibus id abesse, præterquam duobus ex recentissimis, qui *Monere me oportet* habent. Unde hoc evenisse dicas? nisi quod olim verbum aliquod hinc exciderit; quod nunc suæ sedi restituo: *Set ut diei tempus est, Tempust monere me hunc vicinum Phaniam.* 'Tempus est monere:' ut Hec. IV. 2. 21. 'Tempus est concedere.' Ex verbis duobus continuis alterutrum excidere, solenne est. *Bent.* *Oportet* abest Br.—118 *Ibo ut visam.* Ex fide omnium l. s. deleo particulam *ut.* Fa. 'Nostri tamen, demtis quatuor, omnes *ut* habent; nisi quod ex Medianis alter, *ibo et visam.*' Bent.—120 Al. *Aiunt mæsto a. m. esse.* Both. *Præsto mi esse aiunt.*—121 Ultimum vs. Guy. deleri vult, advocans auctoritatem Georgii Fabricii. Is vero non tantum dicit, quædam Mss. eam non agnoscere, sed et laudat a figuris Comicis, et in Pal. exhiberi ait. Me *τὸ hinc* iteratum paulo offendit, tanto magis, quod in Libris nonnullis reperi, *hic a me.* Integrum igitur locum ita ordinaverim: *ibo adeo hinc intro. Sed quid crepuerunt fores? hic a me quisnam egreditur?* Sane 'egredi ab aliquo' Comicum est et Tereutianum. Distinctionem firmant præstantissimæ edd. Junt. Ald. St. aliæ. Bœnd. *ibo adeo hic intro.* Et mox, *hinc a me quisnam egreditur?* West. *Adeo* abest Br.—122 *Quinam* Guelf. 2. et Br.

ACTUS I. SCENA II.

CLITIPHO. CHREMES.

Cl. Nihil adhuc est, quod vereare, Clinia: haudquaquam etiam cessant:

Cl. *O Clinia, nihil est propter quod timeas Antiphilam non venturam. Nondum*

Et illam simul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie scio:
Proin' tu solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, mittas.
Ch. Quicum loquitur filius?
Cl. Pater adest, quem volui: adibo. Pater, opportune advenis.
Ch. Quid id est? Cl. Hunc Menedemum nostin', nostrum vicinum? Ch. Probe.
Cl. Huic filium scis esse? Ch. Audivi esse in Asia. Cl. Non est, pater:
Apud nos est. Ch. Quid ais! Cl. Advenientem, e navi egredientem, illico
Abduxi ad cœnam: nam mihi magna cum eo jam inde usque a pueritia

etiam illa et Dromo servus, qui ad eam accersendam missus est, nimium diu morantur; et scio illam hodie affuturam hic una cum nuntio Dromone: ideo depelle hanc curam falso conceptam, quæ angit animum tuum. Ch. *Quem alloquitur filius?* Cl. *Pater advenit, quem desideravi. Ad eum ibo. O Pater, accedis tempestive.* Ch. *Quid illud est, propter quod tempestive accedo?* Cl. *Nostine hunc Menedemum vicinum nostrum?* Ch. *Recte novi eum.* Cl. *Scis eum habere filium?* Ch. *Audivi eum esse in Asia.* Cl. *O Pater, non est in Asia; in ædibus nostris est.* Ch. *Quid dicis?* Cl. *Continuo eum ad cœnam duxi exeuntem e navi: nam*

---

1 *Aut* pro *haud* Guelf. 2.—2 Versus hic novem pedum est: qui, si ex eo demas pronomen *ego*, quod neque in Bem. est, neque in plerisque aliis, adhuc tamen remanet impeditus, nisi *tibi* in unam syllabam contrahas, et, quod frequentius est, in dictione *illam* prima corripiatur, eliso uno *l*: hoc modo versus erit octonarius iambicus. *Fa.* 'Hic abest a Regio Chartaceo: et a vetere Lindenbrogii utrumque abest, *hic ego*. Recte.' *Bent.*—3 *Proin opinionem* Guelf. 1. *Quæ quenquam excruciet omittas* 2. *Omittas* Br. Guelf. 1. —6 Crediderim, *τὸ id* additum ob metrum; et est in Tr. deest in tribus Leidd. *West.* 'Meliores nostri et plures, *Quid id est?*' Bent.—7 *Audivi in Asia.* Hic deest verbum *esse*, quod omn. libb. script. habent post dictionem *Asia*, præter Bem. qui post *audivi*: quod numero magis quadrat. *Fa.* 'Nostri pæne omnes cum Bem. *audivi esse:* et post subdistingue, *H. f. s. esse? Audivi esse: in Asia N. e. p.*' Bent.—8 *Venientem e navi.* Om. l. s. *advenientem:* nec vs. repugnat, si ex *apud*, *d* abjicias. *Fa.*—9 In quibusdam Mss. et edd. *Adduxi:* quomodo et Pr. lib. VII. legit: quanquan in Prisciani Mss. esse *Abduxi*, F. F. testatur. *West.* 'Male in nonnullis edd. legitur *Adduxi.*' R. D. Quatuor ex vetustioribus nostris non habent *magna:* recte: sic enim versus rotunde exit, *Abduxi a. c. nam mihi c. e. j. i. a. p.* et sententia

NOTÆ

1 *Nihil adhuc est, quod vereare, Clinia*] Hoc principium indicat, de qua re sint inter se locuti adolescentes, Clinia et Clitipho.

Fuit semper familiaritas. Ch. Voluptatem magnam nuntias.
Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie, amplius;
Ut hanc lætitiam nec opinanti primus ei objicerem domi:
Atque etiam nunc tempus est. Cl. Cave faxis; non opus est, pater.
Ch. Quapropter? Cl. Quia enim incertum 'st etiam, quid se faciat: modo venit.
Timet omnia, patris iram et animum amicæ, se erga ut siet, suæ:
Eam misere amat: propter eam hæc turba, atque abitio evenit. Ch. Scio.
Cl. Nunc servolum ad eam in urbem misit, et ego nostrum una Syrum.
Ch. Quid narrat? Cl. Quid ille? se miserum esse. Ch. Miserum? quem minus credere 'st?

mihi magna semper fuit cum eo amicitia a tenera usque ætate. Ch. *Affers mihi nuntium lætum. Quam vellem Menedemum, quem invitaveram hodie, nobiscum epulari, præter alios convivas, ut insperatum hoc gaudium primus ei offerrem. Adhuc satis tempestivum est eum invitare.* Cl. *O Pater! vide ne id facias: non convenit eum hic esse.* Ch. *Quare?* Cl. *Quia dubium est adhuc quid Clinia intendat facere de se. Modo advenit; timet omnia; indignationem patris; et dubitat quo animo amica sua sit nunc erga se. Eam amat vehementer. Hæc discordia inter eum et patrem, et profectio in Asiam contigit ejus causa.* Ch. *Hæc omnia mihi nota sunt.* Cl. *Jussit servum Dromonem eam quæsitum ire, et ego servum nostrum Syrum simul misi.* Ch. *Quid novi refert?* Cl. *Quæris, quid dicit? ait se esse infortunatum.* Ch. *Quem minus credendum est esse, quam ille est?*

---

sibi sufficit, sine illo *magna*.' Bent. *Magna* abest Br. Both. Alii, *a pueris*, quod probat G. F.—10 Al. *Semper fuit*. ' Hic sequitur in utroque cod. Goth. versus, ' Quid narrat,' &c. qui vulgo ponitur in edd. et codd. post hinc octo; confuse tamen, ut opinor, cum hic inconvenientius abruptus, illic positus aptius videatur. Sed et West. notat, ' integrum hunc vs. in M. esse ante vs. 11. locatum.' Etiam itid. invenio in uno Guelf.' *Perl.*—11 Τὸ *hodie* ejicit Guy. nec agnoscit Nonius Marcellus. Seu vero absit, seu adsit, nihil decedit metro. *West.* Non agnoscunt Br. Bent. Both. Perl. notat, ' al. omitt. *hodie*, perperam.'—12 Al. *primum*, mendose. *Perl.* ' Om. libb. script. ita habent, *p. objicerem ei. d.* præter Bem. in quo omnino non erat dictio *ei;* sed deinde superaddita est, quæ tamen mihi non placet.' *Fa. Ei* abest Both. Bip.—13 Schmied. omittit *etiam*, male, judice Perl. Reponendum monet Bent. *A. e. n. satis tempori'st. C. faxis, non est opus, pater.* Bothius legit, *nunc satis tempori est. Cave faxis: non opus, pater.* ' Bent. temere corrumpit *satis tempori est.*' Bip.—14 Mss. quidam et impressi, *quid de se faciat.*

Quid reliqui 'st, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias;
Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.
Cl. Immo ille fuit senex importunus semper: et nunc nihil magis
Vereor, quam ne quid in illum iratus plus satis faxit, pater.
Ch. Illene? sed reprimam me: nam in metu esse hunc, illi est utile.

Quid deest, quod non habeat ea, quæ certe a vulgo censentur esse bona in homine? Habet patrem et matrem, patriam salvam, amicos, natalium claritudinem, propinquos, opes, et divitias: atque hæc omnia talia sunt, qualis animus ejus, qui ea tenet: atque utilia ei, qui scit illis frui, ut decet; illi vero, qui his abutitur, nocua sunt et mala vere tunc dicuntur. Cl. *Sed ille senex Menedemus fuit semper acerbus et molestus; et nunc nihil magis timeo, quam ne ille, plus æquo succensens, aliquid faciat adversus filium.* Ch. *Illene Menedemus? sed linguam cohibebo, neque dicam quod sentio, patrem nempe posthac facturum, quodcumque libuerit filio. Certe utile est Clitiphoni, hunc Clinian vereri patrem, et permanere in timore.* Cl. *Quid*

—16 *Turbatio* Guelf. 3.—18 Recte codd. quos vidi universi, *miserum se esse. Miserum?* Bent. ' Ad verba Virgilii Ecl. x. 46. ' nec sit mihi credere,' Servius vulgo editur ex Heautont. citare, *Miserumque minus credere est.* Barbare. Scripsit, *Miserum! quem minus credere est?*' West. Br. habet, *Miserum quem m. c. est?*—19 Cod. A *reliquum est;* haud male. *Both.* Ms. Lips. Bodl. Br. Guelf. 1. EP. ET. EV. 1. *esse in homine.*—20 Gov. et hic et And. IV. 5. 2. *ditias* legendum esse contendit, ut scilicet durior elisio evitetur. *West.* Ita quoque Par.—21 Vulg. *Atque,* prorsus invita sententia. *Both.* qui legit, *At hæc. Animus est qui* Br.—23 Ch. *Immo ille senex fuit importunus semper et nunc nihil magis.* Ita quidem optime stat octonarius, contracto *nihil* in unam syllabam: sed nullus est liber scriptus, qui ita habeat, sed ad unum omnes, *Immo ille fuit senex importunus semper,* meliore collocatione, et numero non repugnante, si vel ex *semper r* abjicias, vel *τὸ senex* in unam syllabam contrahas. *Fa.* Abest *ille* a quibusdam.—24 Br. *faxit pater.* ' Intererat sententiæ, *κόμματος* signum ante hanc vocem poni, neque enim nominandi casus est *τοῦ faxit,* quomodo in omnibus, quas vidi, vidi autem plurimas et præstantissimas, editionibus expressum reperi, sed vocandi, quo Chremetem compellat Clitipho. Sic supra versu 13. ' Cave faxis; non opus est, pater.'' *West.*—25 Both. *nam metuisse hunc.*—26 Mss. quidam et editi: *Quid tu te-*

NOTÆ

22 *Qui uti scit, ei bona*] De bonis externis loquitur, sive bonis fortunæ, quæ sunt nobilitas, bona fama, honor, divitiæ, *πολυφιλία καὶ χρηστοφιλία,* amicitia cum multis bonisque, *πολιτεκνία καὶ εὐτεκνία,* liberorum multitudo et bonitas. Quæ dicuntur *ἀδιάφορα,* indifferentia, neque bona neque mala; sed sunt bona bene his utenti; mala male utenti.

25 *Sed reprimam me*] Hæc submissa voce Chremes protulit, ne audiret

CL. Quid tute tecum? CH. Dicam: ut ut erat, mansum tamen oportuit.
Fortasse aliquantum iniquior erat præter ejus lubidinem:
Pateretur; nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere?
Et quod illum insimulat durum, id non est: nam parentum injuriæ
Uniusmodi sunt ferme: paulo qui est homo tolerabilis.
Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier:

dicis apud te? CH. *Dicam: utcumque res erat, oportebat filium domi manere, nec patrem deserere. Fortasse pater erat aliquanto severior contra effrænem filii voluptatem: at ille pati debebat: quem enim alium toleraret, si patrem suum non pateretur? Utrum rationi consentaneum erat, hunc patrem vivere ex arbitrio filii? an hanc filium ex voluntate patris? et, quod Clinia accusat patrem Menedemum, ut asperum et morosum; id non est verum; nam parentum facta aspera et injuriæ in filios sunt unius fere generis, nec dissimilia: verum inter illos qui æquiores sunt, et qui facilius tolerari possunt: filios quidem permittunt scorta visere, et convicia inire; sed non sæpius et frequenter fieri ea permittunt: parce impensas suppedi-*

cum. Bœnd. *ut ut erat pater.*—27 Hæc cum Latinissime sint dicta, nescio qua audacia legit Guy. *Fortasse aliquanto iniquior erat pater: ejus lubidinem pateretur?* Quidam Codices Mss. et impressi: *propter ejus lubidinem.* West. 'Nostri omnes *aliquanto* vel *aliquando:* sed recte *aliquantum.*' Bent. Br. Both. et Bip. dant *aliquanto.*—28 Bœnd. *non fert.*—30 Bembi codex, si ipsi fides, *insimulant* habuit. Recte. *Bent.* Probat quoque Perl. et Bip.—31 Guy. legit, *Hujusmodi:* quod itidem in Mss. quibusdam reperi: et laudat Canterus ex cod. antiquo. *West.* '*Hujusmodi.* Sic B, Hel. quod præstat ambiguo *Uniusmodi* vulgatarum.' *Both.* Br. *Unius modi.*—32 M. pro *nolunt* exhibet *non vult.* Et mox, *Præbet:* quomodo et Arg. legit, et ET. Ms. Lips. non agnoscit alterum *nolunt*, uti neque EP. *West. Scortari non vult,*

NOTÆ

filius.

30 *Parentum injuriæ Uniusmodi sunt*] Id sibi vult, patres duros inter se omnes similes esse, aspere exercere imperium in liberos, atque omnia animi laxamenta prohibere. At pater, qui paulo æquior et tolerabilior est, aliqua sane patitur, sed non crebro fieri. Commentator Horatii Satira 2. lib. 1. refert Catonem Censorium, cum vidisset hominem honestum ex fornice exeuntem, laudasse, cum existimaret libidinem sine crimine compescendam esse: at postea cum frequentius eum ex eodem lupanari exeuntem advertisset, Adolescens, inquit, ego te laudavi, quod interdum huc venires, non quod hic habitares. Inter Ethnicos sapientissimi non putabant peccare, qui fœminis ad hoc venalibus uterentur, ut apparet ex XV. cap. Actuum Apostolorum: sed eodem capite omnis fornicatio prohibetur.

Præbent exigue sumtum: atque hæc sunt tamen ad virtutem omnia.
Verum ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,
Necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia: hoc
Scitum est; periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.
Cl. Ita credo. Ch. Ego ibo hinc intro, ut videam nobis quid cœnæ siet.
Tu, ut tempus est diei, vide sis, ne quo hinc abeas longius.

tant, et tamen omnia, quæ faciunt, virtutis causa faciunt: nam, postquam animus humanus irretitus est voluptatibus obscœnis, necesse est, o Clitipho, ut similia consilia ineantur, et locum habeant. Hoc est enimvero prudenter factum, ex aliorum eventu sumere consilium; aliorum exemplis erudiri sapientissimum est et utilissimum. Cl. *Existimo esse ita ut dicis.* Ch. *Ego ibo intro domum, ut sciam quid ad cœnam paratum sit. Tu, Clitipho, dum adhuc dies est, noli discedere hinc longius.*

crebro convivarier Guelf. 1. *Non vult* 2.—33 *Et ea sunt tamen ad v. o.* Bem. sine conjunctione habet dict. *hæc*, alii cum conjunct. *atque:* quod et placet. *Fa.* 'Nostri omnes, *atque hæc sunt.*' Bent.—34 Al. *Verum animus ubi.*—35 GM. Perl. *consilia sequi consimilia: hoc Scitum est.* Guelf. 2. *similia.* 'Bent. in fine addidit *hoc.* Unde nescio.' *Zeun.* Both. *hoc* omittit.—36 Br. *Hoc scitum est.* 'Verum est, quod unus ex Regiis hic habet, et scena sequente vs. 9. duo, *tibi quid ex usu siet.*' Bent. 'Recte Bent. *quid* ex Mss. reposuit pro *quod:* nam *quod* ad ipsum modo periculum respicit, *quid* ad alia similia atque ad alia etiam contraria.' *R. D.*—37 Nullus l. s. hanc habet collocationem, sed omnes ita, *ut videam cenæ quid nobis sit,* vel *siet.* Solus Bem. *quid in cen siet:* deinde deleto *in*, post *cen* superadditum est *e*, ut fieret *cene.* Ego legendum puto, *quid in cenam siet:* ut et in Andria, 'ferre obolo in cenam seni:' nec versus repugnat, si ex *quid*, elidas *d.* Fa. 'Ita summo consensu libri exhibent. Guy. tamen reponit, *nobis quid in cœnam siet.* Credo quod And. II. 2. 32. legitur, 'Olera et pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.' Ubi vero Latine satis *cœnæ* dici non poterat. Inde adeo non sunt hæ locutiones parallelæ. EP. *nobis cœnæ quid siet.*' West. 'Nostri universi, *nobis cœnæ quid siet.*' Bent. '*Cœnæ quid nobis siet.* Ita verba ordinantur in cod. A, melius quam in vulgatis, ubi sic *nobis q. c. s.*' Both. *Quid sit nobis* Guelf. 1.

ACTUS II. SCENA I.

CLITIPHO.

Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices!

Cl. *Quam patres sunt acerbi et importuni censores in omnes juvenes, et arbi-*

Qui æquum esse censent, nos jam a pueris illico nasci senes;
Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, nunc quæ est, non quæ olim fuit.
Mihi si unquam filius erit, næ, ille facili me utetur patre;
Nam et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccati locus:
Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perii! is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora!
Nunc ait, Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet:
Astutus! næ ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam.
Magis nunc me amicæ dicta stimulant: Da mihi, atque affer mihi;

trantur esse justum nos nasci sapientes, mores seniles habentes statim a pueritia, neque nos esse participes harum rerum, quas juvenilis ætas affert. Hi ex sua cupiditate quæ nunc est, non quæ olim fuit, cum adolescentes erant, modum nobis imponunt atque imperant. Si unquam filius mihi natus fuerit, certe is me patrem experietur mitem et benignum; nam facultas dabitur mihi cognoscendi peccata ejus, et ignoscendi ei. Non faciam sicut pater meus, qui mihi declarat, quod sentit, per alterius exemplum. Perditus sum præ nimia ejus importunitate. Is postquam bibit paulo largius, quæ facta sua commemorat mihi! Nunc dicit: Delige tibi exempla ex aliorum eventis, quæ tibi sint utilia: cautus scilicet. Certe ille non intelligit quam ad ejus sermonem surdus sim, quasi fabulam narret. Verba Bacchidis amicæ me magis instigant: Da mihi munus hoc, atque affer aliquid novi. At-

Notat Mur. male h. l. *Actus* novi factum esse principium, cum vix *Scenæ* novæ sit locus. Chremes enim solus ingreditur domum, Clitiphone in proscenio manente. Quem secutus Guy. in Notis Mss. dicit: 'Si rem attente consideres, erit hæc Actus primi Scena tertia.' *West.* 'Ita in om. script. codd. hi Actus distinguuntur: quod tamen aliis displicuisse video.' *Lind.* In ed. Both. nulla distinctio in novum Actum vel novam Scenam hoc loco apparet.—2 Nec Bem. nec plerique alii habent particulam *jam*. Fa. 'Atqui omnes nostri cum vett. edd. habent *jam:* nec abesse potest sine detrimento.' *Bent.*—3 Al. *rerum esse*. R. *quas adolescentia sinit*.—4 Guy. præter fidem codicum vs. hunc insititium vocat. *West.* Al. *quæ est nunc*.—5 M. *me ille facillime utetur patre*. Ms. Lips. *næ ille facillime utetur patre*. GM. *facillimo*. Br. *Mihin' si unquam f. erit, ne ille facillime uteretur patre?* Notat tamen Bruns, 'Edit. *utetur* et in Ms. literæ *r e* punctis infra positis deletæ sunt. Edit. sine interrogatione quæ omnino abesse debet.'—6 Mss. quidam *peccatis*. Ita et editi antiquissimi. *West.*—8 Both. *Perii, is mi ubi*. 'Guy. vs. hunc expungit, sed merito indignante Bœclero, quem sibi ceteroquin passim habet obsequentem.' *West.*—9 *Periclum* non *periculum* exigit ratio octonarii, ut et in Bem. est. *Fa.* Br. *facito tibi, quod*. Reponit Bent. *quid*, ut sup. 1. 2. 36. Hic vs. anteit nostro priori in Guelf. 1.—10 *Narrat* omisso *mihi*. Idem.

Cui quid respondeam nihil habeo; neque me quisquam est miserior:
Nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen
Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.
Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.
Tum, quod dem ei, RECTE est; nam, nihil esse mihi, religio 'st dicere.
Hoc ego mali non pridem inveni; neque etiamdum scit pater.

que ad hæc nescio quid respondere debeam, neque quisquam est infelicior me. Nam hic Clinia, etsi etiam anxius est, et solicitus de rebus suis, attamen possidet amicam honeste et caste educatam, nesciam astutiarum meretricum. Mea est opulenta, petens assidue, petulans, magnifice se gerens in omnibus, sumtus avida, spectata, et insignis. Præterea unde ei munera faciam mihi non liquet. Nam religioso metu impedior dicere, me nihil habere, quod ei dem. Non dudum nactus sum hanc Bacchidem nequitia insignem, neque adhuc pater rescivit me isto malo laborare.

—12 Aliquot ex nostris: *Cui quod respondeam.* Sine dubio recte. *Bent.* 'Vulg. *habeo*, verbo 'nil' obmutescente: sæpe confunduntur inter se 'habeo' et 'habebo.'' *Both.* qui legit, *Cui, quod respondeam, nil habebo. Quod* dat quoque Perl. *Nec* pro *neque* Guelf. 3.—13 Vulg. *Nam Clinia hic, etsi is suarum rerum.* Sosipater Grammaticus *satis agitat* legit. Verum ex *satagit, at tamen* possit videri natum, *satagitat, tamen.* Inde porro *satis agitat, tamen.* West. 'Pro *satagit attamen* quondam lectum esse *sat agitat tamen*, patet e Charisio p. 193. Rectissime.' *Bent.* 'Non esse opinor, quod a vulgata cum Bent. recedamus.' *Perl.* GM. habet, *sat agit at tamen.*—14 Vix ferre possum *artis* posteriorem hic acuere, cum prior longa sit. Quare inducor, ut ab auctore fuisse credam, *ignaram rei meretriciæ.* Bent. Bothius legit, *Pudice eductam et artis habet ignarurem meretriciæ.*—15 Guy. volebat *patens*, h. e. aditu facilis. *Perl.* Repone certissime, inquit Bent. *Meast petax, procax.*—16 'Fortasse *Dum.*' Lenzius. *Nihil quidem esse* Gu. 1. ap. Both. qui ipse legit, *Tum, quod dem,—recte est ('nihil' enim esse, religio est mihi dicere).—Hoc ego, &c.*

NOTÆ

16 *Tum, quod dem ei, recte est*] Recte, pro, nihil, Veteres boni ominis causa dicebant. Idem Terentius in Eunucho: 'Rogo numquid velit. Recte, inquit. Abeo.' Plautus in Mercatore, Act. II. Scen. 3. 'DE. Unde incedis? quid festinas, gnate mi? CH. Recte, pater.'

Nam, nihil esse, religio est dicere] Religio pro metu accipitur, ut testatur Servius in illud lib. VIII. Æneidos: 'Jam tum religio pavidos terrebat agrestes Dira loci.' Metus vicissim sumitur pro religione a Veteribus; certe idem Virgilius VII. Æneidos de lauro dixit: 'Multosque metu servata per annos.' In quem locum ita Servius: 'Metu, id est, religione quæ nascitur per timorem:' nempe juxta illud Arbitri: 'Primus in orbe Deos fecit timor.'

ACTUS II. SCENA II.

CLINIA. CLITIPHO.

CLIN. Si mihi secundæ res de amore meo essent, jamdudum, scio,
Venissent: sed vereor, ne mulier, me absente, hic corrupta sit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant;
Locus, occasio, ætas, mater, cujus sub imperio 'st, mala;
Cui nihil jam præter pretium dulce 'st. CLIT. Clinia.
CLIN. Hei misero mihi!
CLIT. Etiam caves, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens?

CL. *Si res, quæ ad amorem meum spectant, prospere se haberent, non dubito quin jampridem Antiphila, et servi qui eam accersiverunt, venissent: sed metuo ne Antiphila pecuniarum largitione expugnata alium amatorem acceperit, dum absens fui. Multæ suspiciones simul in mentem veniunt, quæ me inducunt ad credendum sic esse: locus in quo est, ubi prava habet exempla petulantiæ; opportunitas ut corrumpatur, quia formosa est, et nota; ætas florida, quæ plerumque lubrica; mater improba, sub cujus potestate est, cui nihil suavius est pecunia et mercede.* CLI. *O Clinia.* CL. *Me miserum!* CLI. *Vide ne quis ex ædibus patris egrediens forte*

Hæc Goveano et Mureto est Scena I. sed quam immerito, Bœcl. disserit. Guyeto in glossis Mss. est Act. I. Sc. IV. *West.* In Both. est Act. II. Sc. I. et incipit, *Secundæ si de amore meo res mi essent, jamdudum, scio.*—2 Pro *Venissent* repone *Venisset:* ut inf. vs. 9. 'adesset.' *Bent.* '*Ne me absente mulier corrupta sit.* Libb. script. alii alia collocatione; omnes tamen habent adverbium *hic.*' Fa. 'Vulg. *hic corrupta sit,* minus quidem usitate.' *Both.* qui legit, *Venisset; set v. n. mulier, me absente hinc, c. s.*—3 Palmerius et alii *exangeant.* Est autem *exaugeant* in Bodl. Tr. G. et tribus Leidd. Bent. reponendum monet, *C. m. opinionem hanc quæ mihi animo exaugeant.* 'Bent. reposuit *opinionem, &c.* bene quidem, quod *opinionem,* minus bene, quod *animo;* nam hoc quidem frigidiusculum mihi videtur. Facile *mi anc* (nam *h* litera, præsertim ab Italis, omitti solet) *nimium* transiit in *mihi animum,* nec raro 'nimius' et 'animus' inter se commutantur.' *Both.* qui igitur legit, *opinionem quæ mi hanc nimium exaugeant.* Editor Bip. in lectionem Bent. notat: 'Mollius fuisset *mi in animo.* Sed facessant hæc:' et addit, 'Leid. 1. voci *exaug.* superscriptum habet *diminuant,* tanquam *ex* esset privativum. Nobis, si quid emendandum sit, placeret *metum* pro *animum.* Sed feramus vulg.'—4 Al. *Occasio, locus . . . sub imperio cujus est, m.*—6 M. G. cum ET. et EM. *cave.* Br. *caves:*

NOTÆ

3 *Exaugeant* [*exangeant*] Pro, exangant. Sic Veteres loquebantur. 'Claudeo,' pro, claudo; 'viveo,' pro, vivo; 'diceo,' pro, dico. Nævius: Tibi, dum vivebo, fidelis ero.' Idem: 'Primum quod dicebo, recte: secundum quod dicebo, eo melius.'

CLIN. Faciam : sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali.

CLIT. Pergin' istuc prius dijudicare, quam scis, quid veri siet ?

CLIN. Si nihil mali esset, jam hic adessent. CLIT. Jam aderunt. CLIN. Quando istuc erit?

CLIT. Non cogitas, hinc longule esse? et nosti mores mulierum: 10

Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. CLIN. O Clitipho,

aspiciat te. CL. *Cavebo; sed certe cor mihi prædivinat nescio quid infortunii.* CLI. *Perseverasne discernere hoc curiosius, antequam noscas quid erit?* CL. *Si nihil adversi esset, huc Antiphila cum servis jam venisset.* CLI. *Statim advenient.* CL. *Quando?* CLI. *Non consideras eam procul hinc habitare? Cognoscis consuetudinem fœminarum; dum pectuntur, dum ornant comas, dum formam parant vario cultu, in his faciendis annum conterunt.* CL. *O Clitipho! timeo.* CLI. *Ad te*

---

sed notat Bruns : ' Lectio codicis mutata in *cave.*' ' Omnes libri et edd. vett. *hic.* Recte.' *Bent.* Ita quoque Br. Perl. Both. Abest præpositio *a* Guelf. 2.—8 M. G. Lips. Br. ET. EM. Perl. *quam scias.* ' Omnes fere nostri cum vett. edd. *scias* pro *scis.* Unde promtum est emendare : *quam scias quid rei siet.* Etiam Guy. recte vidit *rei;* licet in reliquis versum corruperit.' *Bent.* ' Vulg. *quid veri siet,* omnino pessime : castigavit Guy. probante Bent. s. infra, hoc quidem admonente IV. 7. 2. vulg. quoque *Pergin' istuc :* sed ita nescias, iambicumne an trochaicum legere incipias.' *Both.* qui igitur dat, *Pergisne id p. d. quam scias, quid re siet.*—9 *Adessent* R. quo Dac. est usa, sed M. Lips. G. ET. et EM. *adesset,* et mox *aderit.* Utrumque est in vetustiss. impressis. *West.* ' Lege ex nostris pæne omnibus cum edd. vett. *adesset ... aderit.* Corrige quoque, *Quando istuc jam erit?*' Bent. Probat Perl. et idem mallet Dac. non male, judice West. ' Bent. *Quando istuc jam erit?* ingeniose, modo *jam* melius collocari posset : nam ita quidem vix audiretur.' *Both. Adesset ... aderit* dant Br. Bip. Both. Abest *jam* posterius Guelf. 2. 3.—10 Ita plusculi et præstantissimi Libri. Calphurnius aliique, *longius abesse.* ET. et EV. 1. *Et nostin' mores mulierum?* quæ lectio verior videtur. Quia enim interrogatio præcesserat, *non cogitas, hinc longule esse? ἐμφατικώτερον* erat, hæc rursus per interrogationem exprimere. *West.* ' Nostri universi *longius abesse.* Mutarunt Magistri, ne discipuli obsoleto tum *longule* uterentur.' *Bent.* G. Br. Pall. ET. et EM. habent *longius.* Guelf. 2. et Br. *abesse.*—11 Exhibeo lectionem Cod. Gemblacensis, laudatam Illustrissimo Josepho Scaligero, quem vide. Ceterum Petrus Colvius legit, *molliuntur.* Sed et ita legendum esse contendit apud Plautum, Truc. II. 2. 54. ' Molliendis rem coëgit.' Vulgo *muniendis.* Adde Calphurn. Summi Viri, Lipsius et Scaliger, *molendis.* Lindenbruchius itidem passive dictum autumat ab eo, quod est, ' molere,' significatu turpi ; itidem inductus verbis Plautinis, loc. cit. itidemque *molendis* legens. Merito autem vapulat a Barthio, Advers. XII. 10. *Comuntur.* M. *comantur.* Ita et G. F. legit ex Ms. sed et est in Bodl. et editis antiquis ; quam lectionem Barthius loc. cit. *ἐκ τοῦ conantur* natam existimat, legitque, *conantur.* Firmat autem lectionem Advers. XIV. 1. verbis Virgilii, Æn. IV. 133. ' Reginam thalamo cunctantem

Timeo. CLIT. Respira: eccum Dromonem cum Syro, una adsunt tibi.

redi; ecce Dromonem cum Syro; mox tibi præsto sunt.

ad limina primi Pœnorum expectant.' Plurimi autem Mss. legunt *conantur*, quod est *παράλληλον τοῦ moliuntur*. Fabrini legens *comuntur* vertit: *mentre che elle si acconciono el capo*. West. 'Donatus ad Hec. IV. 3. 5. *comuntur* legit. G. *conantur*. Sed ET. et EM. *comantur*. Adde Barth. Animadv. in Stat. Thebaid. vs. 804.' *Idem in Addend.* 'Pro *comuntur* omnes fere l. s. habent *conantur*: et in his Bem. Bas. Vi. Alii, sed pauci, *comantur*: nullus, quem viderim, *comuntur*: quare *conantur* repono, quod synonymum est verbi *moliuntur*. Fa. 'Plerique etiam nostri *conantur*. An ille legit, aut legendum hic est, *dum cunctantur?* Non puto.' *Bent.* 'Codd. A, Hel. *comantur*, B, *comuntur*, C, *conantur*, recte, ut jam repositum.' *Both.* '*Dum conantur*. Ita potissima scriptorum codd. pars: in R. tamen *comantur* erat. Sed alterum rectius puto, ad moram mulierum notandum.' *Lind.* '*Comuntur*. Sic Par. Mur. etsi parum codicum auctoritate muniti. GC. *conantur*. Sed interest scire, quod notat Mur. 'vetustiores 'comare' dixisse, ubi posteri comere.' Omnino autem est 'comere' mulierum, 'conari' magis virorum.' *Perl.* *Comuntur* dat Bip. *Z. conantur*.—12 Distingue post *una*. *Una: adsunt tibi*. Bent. Ita quoque *Perl.* Br. *una adsunt, tibi*.

ACTUS II. SCENA III.

SYRUS. DROMO. CLITIPHO. CLINIA.

SY. AIN' tu? DR. Sic est. SY. Verum interea, dum sermones cædimus,
Illæ sunt relictæ. CLIT. Mulier tibi adest; audin', Clinia?
CLIN. Ego vero audio nunc demum, et video, et valeo, Clitipho.

SY. *Dicisne, illas in propinquo esse?* DR. *Sic est, ut dico.* SY. *Interea dum colloquimur, illæ mulieres, Bacchis et Antiphila, relictæ sunt.* CLI. *Ad te appropinquat mulier, quam tantopere desideras. Audisne servos loquentes, Clinia?* CL. *O Clitipho, certe nunc tandem eos audio, et aspicio, et sanus sum, pulso timore.*

3 Pro *video* reponendum monet Bent. *vivo*. Improbat Both.—4 Hæc vulgo

NOTÆ

1 *Ain' tu*] Exordiuntur servi, quasi plura jam inter se collocuti sint.

Sermones cædimus] A Græcis hæc phrasis sumta est; eos enim ita dicere solitos monet Priscianus lib. XVIII. scilicet, *κόπτειν λόγους*, cædere sermones.

Dr. Minime mirum, adeo impeditæ sunt: ancillarum gregem
Ducunt secum. Clin. Perii! unde illi sunt ancillæ?
Clit. Men' rogas?
Sy. Non oportuit relictas: portant quid rerum! Clin. Hei mihi!
Sy. Aurum, vestem: et vesperascit, et non noverunt viam.
Factum a nobis stulte est: abi dum tu, Dromo, illis obviam,
Propera: quid stas? Clin. Væ misero mihi, quanta de spe decidi!
Clit. Quid istuc? quæ res te solicitat autem? Clin. Rogitas quid siet?
Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam ego cum una ancillula
Hic reliqui: unde ea esse censes? Clit. Vah! nunc demum intelligo.

Dr. *Non est mirum eas tamdiu moratas esse; tam sunt occupatæ; ducunt in comitatu suo catervam famularum.* Cl. *Nullus sum; unde tot ancillas Antiphila acquisivit?* Cli. *Quærisne a me unde tot illi sint ancillæ?* Sy. *Non oportuit illas, Bacchidem et Antiphilam, incomitatas relinquere; tum magnam rerum copiam secum ferunt.* Cl. *Væ mihi misero!* Sy. *Aurum, vestem; et vespera imminet; iter ignorant; et imprudenter fecimus, qui eas comitati non simus. Tu, Dromo, abi ergo celeriter obviam illis. Festina; quid cunctaris?* Cl. *Quam miser ego sum! quanta spe frustratus sum!* Cli. *Quid hoc rei est? quid te solicitum reddit?* Cl. *Quæris quid sit? Videsne illam (Antiphilam) ancillis, auro, veste instructam, quam ego discedens reliqui hic cum una servula? Unde opinaris has res illam acquisivisse?* Cli. *Vah! tandem cognosco quid te solicitat.* Sy. *Dii boni,*

nunc tribuuntur Syro; sed Dromonis verba sunt, respondentis ad illa Syri: 'Verum interea dum sermones cædimus, Illæ sunt relictæ.' Unde ita recensuit Heinsius, probat Glar. viditque Guy. in R. sed manu secunda Dr. Tr. Sy. *Minime mirum est.* Juntæ, Aldus, Rob. Stephanus, Raphelengius, Fabrini, alii Clitiphoni tribuunt. Mss. variant. *West.* Syro tribuunt Br. Bent. Both. Z.—6 Vulg. *quid rerum?* sed codd. affirmative: dedi igitur *quod*, i. e. ob id rerum, quod portant. *Both.* Signum exclamationis dant Perl. Bip.—8 Ms. Lips. *abi tu, Dromo, dum.*—9 *Propere: quid stas?* Ubaldinus Bandinellus legebat *Propera*, quod et nos in aliquibus libris invenimus, inter quos Victoriano, licet deinde abraso *a*, substitutum fuerit *e*: et sane *Propera* majoris instantiæ est. *Fa.* 'Nostri plerique omnes, *Propere:* quod rectius est.' *Bent. Propere* quoque Ms. Lips. Bodl. Br. 'Alii omittunt *de*, sine sensus et metri dispendio.' *West.*—10 Legendum monet Bent. *Qui istuc. Qui istuc* lit. *d*, ut videtur, abrasa. Guelf. 1. M. *solicitant.*—11 Quanto infelicius tentat locum Guy. legens, *Viden' ut.* West. Distinguunt Fa. Bent. Perl. *Viden tu? ... vestem, quam.* Both. *tu* omittit. Abest *ancillula* Guelf. 1. *Ancilla* habet 2.—12 Quidam Mss. et editi vetustiss. *unde esse censes?* omisso

Sy. Di boni, quid turbæ est! ædes nostræ vix capient, scio.
Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro miserius?
Sed video, eccos, quos volebam. Clin. O Jupiter! ubinam est fides?
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Collocupletasti te, Antiphila; et me in his deseruisti malis;
Propter quam in summa infamia sum, et meo patri minus obsequens;
Cujus nunc pudet me, et miseret; qui harum mores cantabat mihi,
Monuisse frustra; neque potuisse unquam ab hac me expellere.

quæ turba mulierum! vix poterunt recipi in nostras ædes, quantum intelligo. Quid edent? quid ebibent? quid erit miserius nostro sene Chremete, quem tanta turba terrefaciet? Ecce hic video adolescentes, quos quærebam. Cl. *O Jupiter! ubinam invenietur fides, et constantia? Dum ego desipiens propter te peregre profectus sum vagus, patria privatus, O Antiphila, tu interea loci, me absente, opulentam te fecisti, et me dereliquisti in hac miseria: tu, propter quam amisi famam, et minus obtemperans fui voluntati patris, cujus causa nunc pudore et miseratione vehementer commoveor: qui frequenter culpabat mihi mores harum meretricum: itane est, ut me frustra monuerit, nec potuerit unquam me abducere ab hujus Antiphilæ amore?*

---

ea.—13 Abest *scio* Guelf. 1.—14 Guy. *quid et bibent. Bibent* Guelf. 2. Pro *sene* al. *seni.*—15 *Sed video ecquos volebam* Guelf. 1. Legit Bent. ordine inverso, *Sed ecquos v. quos volebam.* Ita quoque Br. Perl.—17 Mss. et editi quidam, *Conlocupletasti, Antiphila, te, et me.*—18 Abest *sum* posterius Guelf. 2. *Et meo patri minus sum obsequens.* Sic recte dedit Fa. nihil tamen adnotans. Nostri omnes sine *sum* habent, *minus obsequens.* Riv., vir egregius, cum libris Scriptis tum Donati loco fidens, ejecit, quod in Edito quodam repererat, *sum:* et postea Guy. ex Fa. rursus ejecit. Do. ad Phorm. II. 3. 61. 'Potius quam lites secter, aut quam te audiam:' 'Bis,' inquit, 'posuit *quam:* ut in Heaut. 'Propter quam in summa infamia sum, et meo patri minus obsequens:' et 'Cepi rationem ut neque tu egeres neque hæc posses perdere.'' Ita et olim et postea editi, qui bonum Rivium deceperunt. Correxisse oportuit *minus sum obsequens*, et *neque ut hæc.* Hoc enim voluit Do. in Phorm. bis positum *quam*, ut in Heaut. bis positum *sum*, bis *ut.* Bent.—19 *Meritricum* post *harum* Guelf. 2.—20 *Dolet* ante *monuisse* Guelf. 1. 3. Br. EM. 'Mss. quidam et editi vetustissimi, *Monuisse frustra, dolet.* Ex glossa interpolatoris, sensum hujus vs. non videntis, qui sat commodus est, si τὸ 'pudet' rursus subaudias.' *West.* 'Post *potuisse* omnes fere l. s. habent pronomen *eum;* quod et placet, maxime propter versum.' *Fa.* 'Dormitabat hic bonus Fa. volebat, credo, Ante, non Post *potuisse:* nam ita nostri omnes: et ni ita fiat, versus non juvatur, sed jugulatur. Sed quid sodes illud est? *Expellere me ab hac?* Expellere e loco, domo, urbe, finibus,

Quod tamen nunc faciam: tum, cum gratum mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. SY. Hic de nostris verbis errat videlicet,
Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis:
Nam et vita est eadem, et animus te erga idem, ac fuit;
Quantum ex ipsa re conjecturam cepimus.
CLIN. Quid est, obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium 'st
Quod malim, quam me hoc falso suspicarier.
SY. Hoc primum, ut ne quid hujus rerum ignores; anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit:
Ea obiit mortem: hoc ipsa in itinere alteræ

Attamen nunc ab ea me abstraham, qui tunc, cum mihi patris gratiam conciliare potui, eam relinquere nolui. Nemo vivit me infelicior. SY. *Hic Clinia errat propter verba, quæ hic locuti sumus. O Clinia! de tuo aliter judicas amore, quam æquum est: nam modus vivendi hujus puellæ idem est, et animus ejus idem est erga te, ac prius fuit; quantum ex ipsa re conjiciendo scire potuimus.* CL. *Quæso quid est quod dicis? Nihil enim est ex omnibus rebus, quod mihi gratius sit quam me in falsam suspicionem venisse.* SY. *Inprimis hoc te scire velim, ne quicquam rerum Antiphilæ ignores: vetula illa mulier, quæ ante hoc tempus credita est ejus mater, non fuit: ea vetula mortua est. Hoc inaudivi forte, dum ipsa Antiphila id*

passim habes: Expellere ab amica nusquam. Credas potius ab auctore esse, *ab hac me avellere.* Sed et hoc Magistrorum facinus est, qui verba omnia antiquæ indolis e Terentio ejecta cupiebant. Tu repone, *Monuisse frustra: neque eum potuisse unquam ab hac me aspellere.*' Bent. '*Expellere.* Hic interrogationis notam poni vult Guy. miraturque, neminem ante se id vidisse. Verum ita neque proxime præcedens, neque sequens vs. satis cohæret.' *West.* Both. *potuisse me unquam ab h. expellere.* Guelf. 3. *ab hac re.* Bip. *potuisse eum unquam me ab hac exp.*—21 Guy. citra rationem hunc vs. expungit. In quibusdam libb. est: *Q. tandem nunc faciam,* sensu nihilo deteriore. *West.* 'Vulg. legitur, *Quod tamen nunc;* sed opponi debent *jam nunc* et *tunc,* neque committendum, ut *nunc* lateat in thesi. Cf. 324.' *Both.* qui dat *Quod jam nunc f.*—25 *Cepimus.* Hanc lect. tuetur Riv. contra aliorum Mss. *fecimus:* quod post Fa. laudat Guy. in glossis Mss. In Ms. Lips. est *accepimus.* West. 'Solus Bem. *fecimus;* omnes alii quotquot sunt, *cepimus:* quam et veram lect. arbitror: licet et illa altera stare possit.' *Fa.* 'Deserit hic Bem. suum Fa. Ego vero ex illo *fecimus* ascisco; quamvis nostri etiam omnes *cepimus.* Nusquam aliter Noster.' *Bent.* Hel. *facimus. Cepimus* dant Br. Both. Z. *Fecimus* Bip. Perl.—26 Both. *Quid id obsecro, est?*—28 *Scias* post *primum* Guelf. 3. '*Primum dicam* Ms. Par.' *Perl.* 'Non audiendus Guy. expungens *τὸ rerum.*' West.—30 *Hoc ipsa in itinere alteræ.* Sic habet et Priscianus p. 678. Tamen hæc a Magistris interpolata esse vehemens suspicio est. Bis tantum *iter* in casu obliquo Noster usurpat, hic et in Phormione. Hic, et CCC. et ex Regiis unus *ex ipsa* habent: præterea Reg.

Dum narrat, forte audivi. CLIT. Quænam est altera?
SY. Mane: hoc, quod cœpi, primum enarrem, Clitipho:
Post istuc veniam. CLIT. Propera. SY. Jam primum omnium,
Ubi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores:
Anus quædam prodit: hæc ubi aperuit ostium,
Continuo hic se conjecit intro: ego consequor.
Anus foribus obdit pessulum; ad lanam redit.
Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,
Quo studio vitam suam te absente exegerit,
Ubi de improviso interventum est mulieri:
Nam ea res dedit tum existumandi copiam
Quotidianæ vitæ consuetudinem,

retulit in via alteri fœminæ. CLI. *Quænam est hæc altera, cui dicis eam hoc narrasse?* SY. *Desine interrogare, et sine prius recitem hoc quod cœpi dicere. Ad id quod quæris respondebo.* CLI. *Festina.* SY. *Jam primum omnium, postquam perventum est ad domum puellæ, Dromo pulsat ostium; quædam anus egreditur; postquam hæc anus reclusit fores, continuo hic Dromo intro se immisit; ego cum ipso intro tanquam ejus comes; anus opponit obicem ostio, et claudit illud: revertitur ad lanificium exercendum. Ex hac re agnosci potuit, aut nunquam ex alia, quo exercitio vitam suam traduxerit, dum absens fuisti, cum ad mulierem in medio opere ejus ex insperato venimus. Nam talis inopinatus interventus dedit facultatem æstimandi nobis, quam consuetudinem vitæ quotidianæ habuerit. Con-*

---

hoc inter lineas. Repone, *ex ipsa in itere hoc, alteræ*. Bent.—33 *Ad istuc* Guelf. 3.—34 *Pulsat* G. EM. *Pulsitat* ET. ' Vulg. *Dromo pultat fores*, pravis numeris et male acuto *est*, occultato vero in thesi τῷ *Dromo*. Codd. A et B *pulsitat*, egregie.' *Both.* qui legit, *pulsitat Dromo fores*. Par. *pulsat*.—35 Al. *aperit*, quod improbat Both.—36 Sic quidem libri: tu tamen repone, *Continuo hic se intro conjicit*. Bent. Ita quoque Both. Perl.—38 Bem. et nonnulli alii, *Hic:* quod et magis placet: nam quod sequitur, *aut nusquam alibi* requirit, *Hic* præcessisse, non autem *Hinc*. Fa. ' Sic in GM. apice quidem mihi viso *Hic*. Al. *Hic*.' Perl. ' Mss. quidam, cum ET. EM. *haud usquam*. Bodl. *haud nusquam*. Et τὸ *haud* in Ms. Lips. sed secunda manu. Ita et EP. Præstat lectio, quam exhibeo.' *West*. ' Pro *aut nusquam*, quod unus tantum ex nostris habet, duo *haud nusquam:* ceteri magno numero *haud usquam*.' Bent. Br. *haud usquam*. Sed notat Bruns. ' alii *nusquam*, et sic olim lectum fuit in Ms. sed nunc deleta est prima litera vocis *nusquam*.' *Haud* pro *aut* Guelf. 1. 3. *Et* fin. 2.—41 ' Unus ex Regiis, numeris melioribus, *N. ea tum res d. e. copiam*. Ceterum tolle distinctionem post *copiam*. Bent. ' Par. in marg. *locum* pro *copiam*.' Perl.

NOTÆ

30 *Alteræ Dum narrat*] Ullæ, nullæ, solæ, totæ, aliæ, alteræ, pro, Ulli, nulli, soli, toti, alii, alteri, in fœminino genere apud Antiquos in usu fuisse invenimus.

Quæ, cujusque ingenium ut sit, declarat maxume:
Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Ejus anuis causa, opinor, quæ erat mortua;
Sine auro, tum ornatam, ita uti quæ ornantur sibi;
Nulla mala re esse expolitam muliebri;
Capillus passus, prolixus, circum caput

suetudo ostendit perspicue qualiter natura cujusque sit. Ipsam forte reperimus telam texentem attente; indutam mediocriter veste lugubri, propter anum, puto, quæ mortua erat; nudam auro, eo modo quo solent illæ mulieres quæ ornantur, ut sibi solis placeant, non amatoribus, nulla cerussa, nullo artificio genas fucatam; crinis

—46 G. EP. EM. *anus.* Gellius loc. cit. legit, *quæ est mortua.* West. V. C. *quæ tum erat.* Lind. Ita quoque Guelf. 2.—47 *S. a. t. ornatam, uti q. o. s.* Om. libb. script. præter Bem. præponunt dict. *ita:* quomodo etiam melius habet senarius. Sed si Bem. sequamur, non erit facienda collisio in *ornatam, uti.* Fa. ‘ Omnes nostri, uno demto, *ita uti:* et indignor unius Bembini causa versum a Fa. contrucidatum.’ *Bent.* ‘ EP. *ornatur sibi.* Ita et Ms. Lips. ubi suprascriptum, ‘ non amatoribus.’ Quo magis inficete Guy. hunc vs. expungit.’ *West. Ornatur* Br. ‘ V. C. *formantur.*’ Lind.—48 Phorm. 1. 2. 55. Sunt ex codd. vett. qui legunt: *Nulla malum re expolitam muliebri.* Ita unus Mss. Leidd. G. et Ms. Lips. cui suprascriptum, ‘ maxillam illius.’ Itaque legit Calphurnius: sed et Antesignanus ita edidit, vertitque, *son visaige de nul fard de femme poly:* et ET. EM. Dubito autem, an satis recte. Malim igitur: *Nulla mala re expolitam muliebri,* deleto *esse.* Hanc enim vocem si maxime metrum admittit, Latinitas non admittit. Quis enim dixerit: *Offendimus mulierem studiose texentem telam, mediocriter vestitam, sibi ornatam, mala re muliebri non esse expolitam?* Tum neque Aldus, neque Juntæ agnoscunt τὸ *esse,* neque his antiquiores codd. impressi. Fr. F. legit: *Nulla re malas expolita muliebri.* West. ‘ Libri omnes, quotquot sunt, post vocem *re,* habent verbum *esse.* in reliquis Bem. cum vulgata lectione consentit: alii vero omnes pro *mala,* habent *malam;* cum expositione addita, ‘ id est, maxillam:’ quod quam ineptum sit omnes vident: quod si cui tamen hæc recens lectio placeat, nos antiquam sequemur.’ *Fa.* ‘ Sex ex vetustioribus nostris *malam:* duo cum vett. edd. non habent *esse:* unus ordine inverso *expolitam esse.* Etiam hic versus Magistrorum ungues passus est. Guy. suo more, cum non caperet, ineptum et spurium pronuntiat. Quid si poëtæ manum restituimus? Ecquid erit præmii? Principio, illud *esse* absurde hic positum est, ad versum sustentandum: *esse* nullum hic locum habet. Repone id, quod Magistri ejecerunt, *N. mala re interpolatam muliebri.* Bent. ‘ Vulg. *N. mala re esse exp. m.* Sed *esse* ex sequente *ex*— natum esse, cum hic alienissimum sit, statim colligitur: jam vero laborat versus, atqui codd. nostri omnes, item Faërniani præter Bem. et Bentleii sex, *malam,* non *mala:* hic igitur latebat vitium. ‘ Malacus,’ ‘ malacum pallium,’ ‘ malacissare,’ Plautus. Verbum ignotius cito depravatum fuit.’ *Both.* qui igitur dat: *Nullaque mulaca re exp. m.* GM. GC. Br. *malam. Et* post *Nulla* Guelf. 3. Non hab. *esse* 2. *Nulla mala re interpolatam m.* Bip.—49 Par. *C. sparsus* pr. var. *Perl.* ‘ Pro *Capillus passus,* tres ex nostris

NOTÆ

46 *Ejus anuis causa*] ‘ Anuis,’ genitivus casus, priscis usurpatus.

Rejectus negligenter: pax! CLIN. Syre mi, obsecro,
Ne me in lætitiam frustra conjicias. SY. Anus
Subtemen nebat: præterea una ancillula
Erat; ea texebat una, pannis obsita,
Neglecta, immunda illuvie. CLIT. Si hæc sunt, Clinia,
Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?
Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam et sordidam?
Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxiam,
Cum ejus tam negliguntur internuntii:
Nam disciplina est eisdem, munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.
CLIN. Perge, obsecro te, et cave, ne falsam gratiam
Studeas inire. Quid ait, ubi me nominas?

ejus erat sparsus, longus, nulla cura circa caput immissus. CL. *Mi Syre, precor ne me inducas in lætitiam falso.* SY. *Anus nebat subtemen, filum torquebat quod in tela texenda stamen intercurrit. Præter eam anum una servula texebat simul, pannosa, squalida, fœdis immunditiis horrida.* CLI. *O Clinia, si Syrus vera narrat, ita ut credo, quis est te beatior? Scisne hanc ancillulam, de qua iste loquitur servus, ut inculta et sordibus turpi? Ingens indicium est dominam ipsius esse sine culpa, cum, qui ei inserviunt in nuntiis ferendis ad amatores, tam negligenter se curant et parant. Nam præceptum in arte amandi hoc amatores observant, qui captant accessum ad dominas, ut ancillas primum muneribus sibi concilient.* CL. *Precor, persequere inceptam narrationem, et vide ne de industria captes mendacio meam benevolentiam. Quando me nominasti, quid dixit ipsa Antiphila?* SY.

pro varia lectione, at in ipso textu duo, *sparsus*. Accedat Ausonii auctoritas, in fine Idyll. XII. ' Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilæ: Pax.' Hinc certum est, legisse eum *Capillus sparsus*. Porro illud *prolixus* non placet. Repone *promissus*.' Bent. Improbat Both. qui reponit *prodigus*. Improbant quoque Bip. Perl.—50 Sic Pr. quæ vera est lectio. *Lind.* Legendum monet Bent. *Rejectus negligenter, pax.* ' *Pax.* Hoc male servo attribuitur.' *Both.* qui igitur legit: *R. negligentur.* CLIN. *Pax, Syre mi, o.* Z. habet *R. n.* CLIN. *Syre mi o.*—52 M. GM. et EP. cum Calphurnio, *Subtegmen.* Al. *ancilla.*—54. 55 M. *Si hæc vera sunt Clinia, ita u. c.* Both. *Vera hæc, Clinia, Si sunt, ut credo.* ' V. C. *ita ut hic dicit.*' Lind. *Hic dicit* pro *credo* Guelf. 3. *Hic dicitur* pro *credo* 2.—56 Recte discedit Bœcl. a Guy. hunc vs. delente. Porro autem ita distinxerim: *Scin' tu? hanc quam dicit sordidatam et sordidam, M.* West. ' *Scin' tu* omnes nostri, sicut et Ms. Lindenbrogii: et sic solet Comicus. vulg. *Scin' hanc. Sordidæ...dominæ.* vulg. inepte, *sordidatam et sordidam.*' Both. GM. invert. *sordidam et sordidatam.* Bent. Perl. *tu* omittunt.—57 Pall. et alii *noxam.*—58 Quidam libb. vett. *Cum ejus tam negligenter vestiantur internuntii.* Quod glossema videtur, nec a Terentio profectum. *West.* Bent. legit *Cum tam negligitur ejus internuntia.*—59 *Nam disciplina est iisdem.* Quærunt et dubitant Interpretes de *iisdem.* Quid si legendum sit, *Nam disciplina est sectæ?* Bent.—60 Pall. *quæ* pro *qui.* —61 Absunt voculæ *te* et *ne* Guelf. 2.—63 Hel. *diximus.* Al. *rediisse.*—

Sy. Ubi dicimus redisse te, et rogare uti
Veniret ad te, mulier telam deserit
Continuo, et lacrymis opplet os totum sibi; ut
Facile scires, desiderio id fieri tuo.
Clin. Præ gaudio, ita me Di ament, ubi sim, nescio:
Ita timui. Clit. At ego nihil esse scibam, Clinia.
Agedum vicissim, Syre, dic quæ illa 'st altera?
Sy. Adducimus tuam Bacchidem. Clit. Hem! quid? Bacchidem?
Eho sceleste, quo illam ducis? Sy. Quo illam ego? ad nos scilicet.
Clit. Ad patremne? Sy. Ad eum ipsum. Clit. O hominis impudentem audaciam!
Sy. Heus! Non fit sine periclo facinus magnum et memorabile.

Quando nuntiavimus te reversum esse peregre, teque eam precari, ut ad te viseret; illico puella abjecit telam quam texebat, et lacrymis totam faciem perfudit, adeo ut clare intelligeres, id fieri amore et cupiditate tui videndi. Cl. *Ita mihi Dii sint propitii, non sum apud me, præ nimia lætitia; adeo metui prius.* Cli. *At, o Clinia, ego sciebam nullam esse causam, cur metueres. O Syre, agedum refer quæ est illa altera.* Sy. *Adducimus tuam amicam Bacchidem.* Cli. *Hem! quid? Bacchidem adducitis? Eho, o flagitiose! quo ducis illam?* Sy. *Quo illam duco, rogas? certe ad ædes nostras.* Cli. *Utrum ducis illam apud patrem?* Sy. *Ad eum ipsum duco.* Cli. *O impudentem audaciam scelerati hominis!* Sy. *Heus tu, res insignis et memoranda non sine discrimine geritur.* Cli. *Illud vide: tu,*

64 Fa. Guy. ex Bem. *desinit*. Quod forte elegantius. *West*. 'Nostri omnes *deserit*: et sic Fa. in textu. Placet tamen *desinit*.' Bent.—65 Vulg. *os t. sibi, Ut facile scires, d. i. fieri tuo*, prorsus inconcinne. B. *scias;* sed id requireret *factum esse*, non *fieri*. Both. qui ergo dat, *os totum, tuo Ut f. scires d. i. fieri*.—70 Do. in Adelph. IV. 4. legit *Abducimus:* quod magis proprium dicit esse, quam *Adducimus*. Fa. 'Nostri omnes *Adducimus:* nec audimus hic Donatum.' *Bent*.—71 Vulg. *ducis*: sed B, Gu. 1. Hel. et Lindenbrogii liber (nam *abducis* manifesto falsum) *adducis*, proprie et vere. *Both. Adducis* Guelf. 2.—73 In Bem. dictio *heus* præcedenti versui ascribitur: *memorabile* vero, non cum conjunctione *et*, sed cum negatione *nec*, positum est hoc modo, *nec memorabile:* ita conjicio et in Vi. fuisse; sed deinde *nec* mutatum est in *et*. Fa. 'Nostri omnes cum Eug. *et* habent: ut opinor rectius. Corrector, credo, Bembini cod. *nec* posuit, ut versum lacerum resarciret. Alio modo Guy. hoc procurat: *Non fit sine p. magnum facinus et memorabile*. Ego vero hanc viam insisto: *N. f. s. p. facinus magnum et commemorabile*. Porro autem nostri omnes cum edd. vett. *heus tu;* non tantum *heus*, ut Fa. Recte; ut versus quadratus et plenus sit.' *Bent*. 'Vulg. inconcinne *magnum et memorabile*, ego scriptos sequor, *nec memorabile* habentes.' *Both*. 'Quidam codd. scripti et impressi legunt, *Nec fit*, et mox, *nec*

Clit. Hoc vide! in mea vita tu tibi laudem is quæsitum, scelus;
Ubi si paululum modo quid te fugerit, ego perierim.
Quid illo facias? Sy. At enim. Clit. Quid enim? Sy. Si sinas, dicam. Clin. Sine.
Clit. Sino. Sy. Ita res est hæc nunc, quasi cum— Clit. Quas, malum, ambages mihi
Narrare occipit? Clin. Syre, verum hic dicit; mitte: ad rem redi.
Sy. Enimvero reticere nequeo: multimodis injurius,
Clitipho, es; neque ferri potis es. Clin. Audiendum hercle est: tace.

sceleste, studes laudem quærere in vitæ meæ periculo. In qua re facienda si quid etiam tantillum erraveris, de me actum erit. Quid facias illo? Sy. *At vero nullum erit periculum.* Cli. *Quid, vero, non erit?* Sy. *Dicam, si patiaris.* Cl. *Permitte ut dicat.* Cli. *Permitto.* Sy. *Ita se res nunc habet, quasi cum.* Cli. *Quas, o malum! verborum circuitiones incipit mihi recitare?* Cl. *O Syre, Clitipho verum dicit; omitte ista tam longa sermonis diverticula; revertere ad propositum.* Sy. *Certe non possum continere, quin dicam quod sentio; Clitipho est iniquus et molestus multis de causis, atque intolerabilis.* Cl. *Mehercule oportet illum*

---

memorabile. Præstat lect. vulgata.' *West.*—74 Scribendum monet Bent. *scelus?* per interrogationem.—75 Omitt. *si* et add. *modo* post *paul.* Guelf. 2. Al. *tete.*—76 Hærent in *illo* interp. et Bent. id temere mutat in *illa.* Bip. *Illa* quoque Perl. CCC. et ex Regiis unus, *dico:* unde locum sic refingo: *Si sinis, dico. Sine.*' Bent. Ita quoque Both. qui notat: '*sinis,* quod dedit Bent. liquido perscriptum legitur in cod. B.'—77 Libri quidam Mss. et editi antiqui, *quasi cum illa.* Tr. *Quas mihi ambages, malum, Narrare occipit? Mitte atque redi.* Sy. *Enimvero reticere nequeo. Multis modis injurius est Clitipho: neque ferri potis est.* Clin. *Audiendum hercle est: tace.* Clit. *Quid est?* Sy. *Vis amare, vis potiri.* Quæ posteriora, ab illis, *multis modis,* etiam sunt in uno Leidd. Sed et Bodl. *West.*—78 M. *mitte ista.* 'V. C. *mitte ista: atque ad.*' Lind.—79 Ita placebat Fa. Itaque recensuit Heinsius. Alii, *est,* quasi non ad Clitiphonem, sed de Clitiphone sermo sit. Aliter vero per totam Scenam. Libri quidam, *multis modis:* quod neminem animadvertisse contra metri rationem esse miratur Mur. *West.*—80 *Clitipho est, neque f. potis est.* Bem. *Clitipho es, neque f. potes:* sed *potis es* exigit ratio trochaici. *Fa.* 'Nostri perperam *est, est.* Ceterum post *tace* nostri omnes addunt, Clit. *Quid est?* nisi quod ex Regiis unus id habeat, loco τοῦ *tace.* Apparet olim varie lectum esse, ab his *tace,* ab illis *Quid est?*' Bent. 'Omnes fere codd. post *tace* addunt, Clit. *quid est?* cod. autem noster B, *quid id est?* optime.' *Both.* 'Putem integrum locum ita esse ordinandum: Clit. *Quas, malum, ambages mihi Narrare occipit?* Clin. *S. v. h. d. . . . . Audiendum hercle est.* Clin. *Tace.* Clit. *Quid est?* Sy. *Quid est? vis amare.* Habetque hæc lect. auctoritatem Mss. sensu commodo et perspicuo. Sane ita in Ms. Colonienſi legisse se testatur J. Gulielmius. Sed et ita exhibent G. EP. ET. EV. 1. Et in M. est, Clit. *Quid est?* in EM. Clit. *Quid est? tace.* Sy. *Quid est? vis amare.*' West. 'GM. *Clitipho, quid est?*' Perl. *Clitipho, quid est?* Sy. *Quid est! vis, &c.*

SY. Vis amare; vis potiri; vis, quod des illi, effici:
Tuum esse in potiundo periclum non vis: haud stulte sapis;
Siquidem id sapere 'st, velle te id, quod non potest contingere:
Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.
Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide;
Etsi consilium, quod cepi, rectum esse et tutum scio:
Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia 'st.
Tum, quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inveniam via;
Quod ut efficerem, orando surdas jam aures reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? CLIT. Siquidem hoc fit. SY. Siquidem! experiundo scies.
CLIT. Age, age, cedo istuc tuum consilium: quid id est?
SY. Assimulabimus,

audire, Clitipho; sile. SY. *Vis amator esse: vis compos esse amicæ: vis quæri et inveniri quæ illi dones: nullum vis subire periculum, ut fruaris amica: non inepte sapis, si sapere est velle evenire quod non potesi. Aut pericula suscipienda sunt cum his commodis; amare, potiri scilicet amica, invenire quod illi detur: aut illa commoda sunt relinquenda cum periculis. Nunc cogita et delibera utram harum conditionum præoptas; aut cum amica periculum suscipere; aut eam recusare una cum periculo; quamvis pro certo sciam, hoc consilium, quod inivi, esse idoneum, et expers periculi; nam factu est facile mihi, ut Bacchis amica tua sit una tecum in domo patris, sine timore; deinde, hac eadem ratione, pecuniam reperiam quam promisisti amicæ: quod ut efficerem, etiam atque etiam rogitando aures mihi jam obtuderas, et obstupefeceras. Quid aliud et melius consilium tibi dari cupis?* CL. *Si quidem hoc quod dicis efficies, res se bene habet.* SY. *Dicis: si quidem hoc efficies; et videris dubitare: videbis id fieri reipsa.* CL. *Eia, age, dic, quale est*

Guelf. 1. 2.—82 Both. *Tum, esse in p.*—83 Br. non distinguit post *id.*—84 *Mittenda* dant Bent. Bip. Perl. Bothius legit, *A. hæcce c. i. s. trahenda, a. i. c. h. mittenda s.* et notat, 'vulg. *hæc*, quasi sic quoque iambicus esset vs. obscurato quidem verbo gravissimo. Elegantem lectionem *trahenda* itidem debes libro Helmstadiensi: nam vulg. ex int. legitur *habenda*.'—86 Nostri omnes, *Etsi hoc consilium.* Repone, *Etsi c. hoc.* Bent.—87 Hunc vs. Par. uncinis inclusit. *Perl.* Vulg. *Nam apud p. tua a.* Bothius legit, *N. a. p. amica tecum ut sine metu s. c. e.*—88 *T. q. argentum illi:* sic A. vulg. *T. q. illi argentum;* minus bene. *Both.*—90 Reponendum monet Bent. *Q. alid tibi vis. S. h. fiet.* Br. *vis tibi?* CLIN. Sed notat Bruns: 'Edit. tribuunt Clitiphoni. Recte.'—92

Tuam amicam hujus esse. CLIT. Pulchre: cedo quid hic faciet sua?
An ea quoque dicetur hujus, si una hæc dedecori est parum?
SY. Immo ad tuam matrem abducetur. CLIT. Quid eo?
SY. Longum 'st, Clitipho,
Si tibi narrem. Quamobrem id faciam, vera causa est.
CLIT. Fabulæ! 95
Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.
SY. Mane. Habeo aliud, si istud metuis; quod ambo confiteamini
Sine periclo esse. CLIT. Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi. SY. Maxume.
Ibo obviam hinc: dicam ut revortantur domum. CLIT. Hem!

istud tuum consilium? SY. *Fingemus Bacchidem esse amicam Cliniæ.* CL. *Belle dicis. Quid vero rei aget hic Antiphila? An ea quoque dicetur esse amica Cliniæ, si hæc una non satis affert ei dedecoris, et magis decet eum habere duas?* SY. *Sed ducetur Antiphila ad Sostratam matrem tuam; non hic manebit.* CLI. *Quid tum, si ad Sostratam matrem ducetur?* SY. *O Clitipho, prolixior sermo est, si mihi dicendum sit tibi, cur id faciam: non sine justa causa suadeo ut Antiphila deducatur ad matrem tuam.* CLI. *Sunt nugæ; nihil stabile satis in tuo consilio video, propter quod sit mihi utile hunc timorem subire, ut amica mea sit apud patrem.* SY. *Mane, audi quod dicturus sum, scio aliud consilium, si istud times; quod quidem ambo confiteamini expers esse periculi.* CLI. *Rogo, excogita tale consilium, quale dicis.* SY. *Libentissime: ibo obviam illis mulieribus: dicam eis ut in ædes*

Bodl. *Hujus esse amicam*, ex glossa. *West.* ' *Tuam amicam hujus esse amicam.* Aliqui libb. non habent *amicam*, nisi semel in principio : quæ geminata et superfluit sensui, et impedit versum.' *Fa.* ' Abest [*amicam*] ab uno ex nostris et ab edd. vett.' *Bent.* *Quid hic suam* pro *fac. sua* Guelf. 2.—93 *Eane quoque* Both.—94 Libri quidam scripti et impressi, *deducetur*. West. Ita quoque legendum monet Bent. Bothius habet, *Immo ad matrem deducetur.* —95 Secutus sum distinctionem F. Fabricii. Vulg. *C. Si tibi narrem, quamobrem id faciam: vera causa est.* West. Vulgatam distinctionem sequuntur Bent. Bip. Perl. Z. Both.—97 Bent. reponit, *si iste est metus:* frustra, cens. Bip.—98 Mss. plusculi, *Istiusmodi, quæso.* West. ' Vulg. *hujusmodi*, invitis nostris omnibus et Lindenbrogiano, qui, *istiusmodi*, quod contemnentis, adeoque verius h. l. Versui timebant librarii.' *Both.* ' Par. pr. var. *istiusmodi.*' Perl.—99 Mss. quidam et editi veteres fortasse rectius, *I. o. his.* Quidam *I. o. huic: dicam u. revortatur d.* West. ' *Hinc* ineptum hic est: unde in uno ex nostris, et in edd. vett. est *his.* Sed adhuc magis ineptum illud *revortantur.* Repone *I. o. huic; d. u. revortatur d.* Hoc jamdudum correxeram : nunc autem in altero ex Meadianis clare et sine litura sic scriptum reperio.' *Bent.* ' Rectissime Bent. e Mss. legit *I. o. huic*, i. e. Bacchidi.' *R. D.*

Quid dixti? Sy. Ademtum tibi jam faxo omnem metum,
In aurem utramvis otiose ut dormias. 101
Clit. Quid ago nunc? Clin. Tune? quod boni est.
Clit. Syre, dic modo
Verum. Sy. Age modo, hodie sero, ac nequicquam voles.
Clin. Datur: fruare dum licet, nam nescias,
Ejus sit potestas posthac, an nunquam tibi. 105
Clit. Syre, inquam. Sy. Perge porro; tamen istuc ago.

suas revertantur. Cli. *Hem! Quid dixisti?* Sy. *Jam auferam omnem ex animo metum, ut tranquille, absque solicitudine, somnum capias.* Cli. *Quid facio nunc?* Cl. *Tune quæris quid facias? tibi aliquid boni fortuna offert; fruere eo, dum licet.* Cli. *O Syre, dic nunc vere mihi, quid facere debeo.* Sy. *Agedum modo, age nunc; nam hodie tarde ac frustra voles agere, si differas.* Cl. *Conceditur tibi frui amica; fruere, dum per occasionem licet; nam ignoras an posthac ejus rei tibi facultas detur.* Cli. *Syre, inquam.* Sy. *Perge ultra in me revo-*

Al. *quid boni est.* Guelf. 2. *quod.*—103 Al. disting. *Syre, dic modo: verum.*—101 Alii, *Datur modo fruere.* Utroque modo metrum constat. *West.* 'Sic dedit Fa. et sic habent, qui supersunt codices. Primus vidit Mur. *est* hic (post verba *quod boni*) delendum esse; et Cliniæ sermonem, *Quod boni datur, fruare dum licet*, interrumpi; dum Clitipho cum Syro suam rem agit. Partem veri vidit; partem reliquam nunc absolvo. Bis enim Cliniæ oratio præciditur. Eugraphii auctoritate, [Vide Not. Var.] et ipsius sententiæ ductu, sic versus hos constituo: *Quid ago nunc?* Clin. *Tune? quod boni—* Clit. *Syre, dic modo Verum.* Syr. *Age modo: hodie sero ac nequicquam voles.* Clin. *Di dant, fruare dum licet: nam nescias—* Clit. *Syre, inquam.* Syr. *Perge porro, tamen istuc ago.* Clin. *Ejus sit potestas posthac an numquam tibi.* Clit. *Verum hercle istuc est: Syre, Syre, inquam, heus heus Syre.* Hanc addidi notam —, ut verba interrumpi indicarem. Ceterum, quod versus qui in Scriptis Editisque quartus est, nunc a me quintus sit; non jam Eugraphium appello, sed rem ipsam. Pro *Datur*, quod codices habent, reposui *Di dant.*' Bent. qui etiam ulterius notat, 'nullus ex nostris habet *modo.*' *Dum licet. Nam licet* Br. ubi notat Bruns. 'hæc vox [*licet* posterius] expuncta est in codice: male, me judice, quoniam sequens *tamen* ad eam referri videtur.' 'Verbis *quod boni*, interruptis quidem, sed non disjungendis, male additum *est*, quod Mur. delendum esse vidit, recteque omittunt Bent. et Millerus, cum verbum ipsum mox sequatur, *quod boni... datur*' Bip. Non intelligo, inquit Both. cur reponat Bent. *Di dant* pro *Datur.*—105. 106 Hos duos vss. transposite reddunt Bent. Bip. Perl. Both. *Si* post *Ejus*, et

NOTÆ

101 *In utramvis aurem otiose ut dormias*] In utramvis aurem dormire, est, animo otioso securoque esse. Eodem sensu dixit Plinius: 'Nihil est, quod in dextram aurem, fiducia mei, dormias.' Admonent medici ut, in primo somno, in aurem dextram incumbamus; cum experrecti redormire cupimus, ut in sinistram. Qui autem levi somno uti vult, in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat.

106 *Syre, inquam*] Clitipho revocat Syrum discedentem.

CLIT. Verum hercle istuc est. Syre, Syre inquam, heus, heus, Syre.
SY. Concaluit: quid vis? CLIT. Redi, redi. SY. Adsum: dic quid est?
Jam hoc quoque negabis tibi placere? CLIT. Immo, Syre,
Et me, et meum amorem, et famam permitto tibi.
Tu es judex: ne quid accusandus sis, vide.
SY. Ridiculum est, te istuc me admonere, Clitipho;
Quasi istic minor mea res agatur, quam tua.
Hic si quid nobis forte adversi evenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera:
Quapropter hæc res neutiquam neglectui est mihi.
Sed istunc exora, ut suam esse assimulet. CLIN. Scilicet

cando; nihilominus mulieribus obviam eo, amicam tuam remissurus. CLI. *Per Herculem verum dicis; Syre, Syre, inquam; heus, heus, Syre.* SY. *Hominem excitavi: quid petis?* CLI. *Revertere, revertere.* SY. *Præsto sum; dic quare me revocas. Jam statim etiam negabis hoc tibi jucundum esse, ut amica veniat, et non domum revertatur.* CLI. *Quin potius, o Syre, tibi trado etiam me et meum amorem et existimationem meam; arbitrum te constituo. Cave ne in aliqua re sis reprehendendus.* SY. *O Clitipho, res digna risu est, mihi hoc præcipere, quasi minus de meo periculo agatur, quam de tuo in hac re, si forte quicquam non prospere successerit: a patre verbis objurgaberis; ego verberibus cædar: idcirco hæc res, quam cogito agere, nullo modo a me negligitur; sed persuade Cliniæ, ut fingat*

---

unquam pro *nunq.* Guelf. 1. *Agam* 2. *Istuc tamen age* EP.—107 *Syre, Syre, inquam.* Quæ sequuntur in edit. *heus heus Syre* textui Ms. absunt, et margini ascripta sunt, forte alia manu. *Bruns.*—109 Non interrogant post *placere* Bent. Bip. Z. Perl.—110 *Et famam.* Hæc absunt a Ms. Lips. *West.*—111 Sic omnes codd. et sic quasi Terentianum et ideo rectum accipimus. Quomodo vero Syrus est judex? aut cur videat, ne accusandus sit? quis enim accusare solet judicem suum? Repone: *Tu es inlex.* Bent. '*Judex.* Lectio indubitata, sufficit commode ad sensum. Tamen revocat Anglus, quod miraberis, *inlex* Plautinum.' *Perl. Judex* probat Both.—112 Idem omittit *est.* —113 Vett. edd. *minus res mea:* unus ex Regiis, *minor res mea.* Repone, *Quasi istic mea res minor.* Bent.—115 G. ET. EM. *homini huic.*—116 Al. *Quapropter neutiquam hæc res.* Guelf. 1. *ne utique* divisim. Br. *ne utiquam.* '*Ne utiquam.* Sic plane codd. B et C, non, ut vulg. conjuncte: *neutiquam:* recte quidem: nam *ne* elidituir, animadvertente etiam Fa. Vid. ad And. 302.' *Both.* Bent. Perl. *neglectu* legunt. Z. *neglectu'st.* Delph. *neglecta est.*—117 *Sed istum exora.* Bem. Bas. et multi alii *Sed istunc:* versus sustentatur rationibus totiens repetitis. *Fa.* Omnes quoque Bent. *istunc.* 'Vulg. *scilicet,* non recte, et *istunc:* codd. B et C *istum,* quod suavius.' *Both. Istum* habet

NOTÆ

108 *Concaluit*] Hæc Syrus clam loquitur, vel ad spectatores.

Facturum me esse: in eum jam res rediit locum,
Ut sit necesse. CLIT. Amo te merito, Clinia.
CLIN. Verum illa ne quid titubet. SY. Perdocta 'st probe.
CLIN. At hoc demiror, qui tam facile potueris
Persuadere illi, quæ solet quos spernere!
SY. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est
Primum: nam quendam misere offendi militem,
Ejus noctem orantem: hæc arte tractabat virum,
Ut illius animum cupidum inopia incenderet;
Eademque ut esset apud te ob hoc quam gratissima.

tuam amicam esse suam. CL. *Profecto res perrenit in eum statum, ut necesse sit facere me, quod suadet Syrus; ut simulem tuam amicam esse meam.* CLI. *O Clinia! amo te, ita de me meritus es; verum metuo ne in aliquo Bacchis hæsitet et verbis se prodat.* SY. *Peritissima illa est talium dissimulationum.* CLI. *Sed illud valde mirum est mihi, quomodo potueris persuadere illi tam facile ut veniret, quæ (Bacchis) solet despicere quales amatores!* SY. *Conveni eam opportune, quod est præcipuum in omnibus rebus; nam apud eam inveni quendam miserum militem obsecrantem, ut ejus noctu copia sibi esset. Hæc agebat cum hoc milite astutia meretricia ita subtiliter, ut animum illius, amore captum et cupidine, sui desiderio, cum sui copiam non permitteret, inflammaret, utque eadem opera maxume placeret*

Delph.—118 Edd. vett. et ex nostris duo: *jam res:* ceteri *res jam,* excepto uno, qui, ut prævideram legendum, recte habuit: *F. m. e. in eum res rediit jam l.* Bent.—119 Nostri *necesse:* cum tamen Bem. *necessus,* ut Eun. v. 5. 28. repono hic, ut illic, *necessum.* Idem. *Necesse* Guelf. 1. 'F. F. *merito amo te,* ne vocalis in *te* corripiatur.' *West.* Ita et Delph.—121 Bodl. *Ad hoc d.* —122 Plusculi Mss. legunt, *quosque.* West.—124 Mss. et edd. quidam cum Calph. *miserum quendam o. ibi m.* Ita et Bodl. G. et ET. EM. *Idem.* '*Misere quendam.* Magis placet collocatio, quæ est in Bem. *quendam misere.*' Fa. '*Misere offendi* ut juncta veniant, non placet: vel ob ipsum ambignum. Sed nostri omnes sic habent, *N. miserum q. o. m.* Recte. Plerique habent *o. ibi m.* atque ita citat Servius ad Æn. I. 661.' *Bent. Miserum q. o. ibi m.* Br. Perl. *Q. misere o. ibi m.* Bip. *Q. miserum o. i. m.* Both.—125 *Hæc arte tractabat virum.* Varie hæc et binos proximos versus legi et explicari, notum ex Interpretibus. Malim, si per Codices liceret, *Hæc ea arte t. v. Ut i. a. c. i. incenderet: Ea denique, ut esset apud te hoc quam gratissima.* Dixit autem, *Arte tractabat,* uti Eun. v. 4. 2. 'Quod si astu rem tractavit.' *West.*—126 EP. *accenderet.* Bothius legit, *Ut cupidum illius inopia animum incend.* —127 *Ob hoc.* Voces suspectæ, quas tamen agnoscunt Mss. quidam et editorum præstantissimi. In Bem. est: *Eademque ut esset apud te hoc quam gratissimum.* Dixit autem *eadem,* pro, una, simul: quod Plauto familiare. EP. *ob hoc quam gratissima.* West. 'Varie legitur hic locus in l. s. sed optime, judicio meo, in Bem. *apud te hoc quam gratissimum.*' Fa. 'Egregie hic Bem. nostri enim omnes, *gratissima.*' Bent. 'Vulg.

NOTÆ

124 *Miserum militem*] Delusum arte meretricia.

Sed heus tu! vide sis, ne quid imprudens ruas:
Patrem novisti, ad has res quam sit perspicax:
Ego te autem novi, quam esse soleas impotens:
Inversa verba, eversas cervices tuas,
Gemitus, screatus, tussis, risus, abstine.
CLIT. Laudabis. SY. Vide sis! CLIT. Tutemet mirabere.
SY. Sed quam cito sunt consecutæ mulieres!
CLIT. Ubi sunt? cur retines? SY. Jam nunc hæc non est tua.
CLIT. Scio; apud patrem: at nunc interim. SY. Nihilo magis.
CLIT. Sine. SY. Non sinam, inquam. CLIT. Quæso, paulisper. SY. Veto.
CLIT. Saltem salutare. SY. Abeas, si sapis. CLIT. Eo. Quid istic? SY. Manebit. CLIT. O hominem felicem! SY. Ambula.

tibi, propter talem militis repulsam. Sed, heus tu, cave si vis, ne in aliquem errorem incautus incidas. Tibi exploratum est, quam pater tuus sit acutus in his rebus perspiciendis; ego quoque probe novi quam sis impotens affectuum tuorum moderator. Nota mihi sunt verba tua præpostere prolata, et ambigua, cervicis inflexio in sinistram partem (quod signum est amantis et impudici stulti). Mitte suspiria et singultus, screatus, tussim, risum. CLI. *Laudabis meos gestus.* SY. *Cave si vis.* CLI. *Tutemet me miraberis, et meum agendi rationem.* SY. *Sed quam velociter nos assecutæ sunt mulieres! (ironice.)* CLI. *Ubi sunt? cur retines eas, neque sinis nos earum præsentia delectari?* SY. *Jam nunc hæc Bacchis non est amica tua; memineris ejus rei, de qua inter nos nunc convenit.* CLI. *Scio quod coram patre simulandum est eam esse amicam Cliniæ; sed interea, priusquam ad patrem eatur, sine mea ut sit.* SY. *Non plus nunc est tua, quam apud patrem.* CLI. *Permitte.* SY. *Non permittam, inquam.* CLI. *Quæso, paulisper id concede.* SY. *Te hac re prohibeo.* CLI. *Saltem sine ut eam salutem.* SY. *Discede, si prudens es.* CLI. *Discedo. Quid iste faciet Clinia?* SY. *Remanebit.* CLI. *O hominem fortunatum Cliniam! qui maneat cum amica.* SY. *Perge, quamvis invitus.*

---

apud te hoc quam. Codd. nostri et vett. edd. *ob hoc.* Sed supervacanea hæc pessimeque collocata, ut vel hinc, supposititia esse, intelligas. *Eadem:* una opera. Vid. ad Eun. Prol. 7. Bem. *gratissimum*, quod invita sententia recepit Bent.' *Both.* qui igitur legit, *apud te quam gratissima.* Bembi lect. dant Perl. Delph. vulgatam Bip. Z.—131 *Inversas* Br.—132 Juvat lectio quorundam libb. in quibus est, *tusses.* West. *Tusses* dant Perl. Both.—137 Both. legit *non sino, inquam.*—138 In duobus antiquiss. libris, Bem. et V. est *sapias*; quod et versui convenit. *Fa.* Nostri omnes mendose *sapis.* Bent. *Sapias* dat Both. 'Mss. quidam et editi, *Eho, Quid istic?*' West.—139 *Clinia* post *manebit* Guelf. 3.

ACTUS II. SCENA IV.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRUS.

BAC. Ædepol, mea te Antiphila laudo, et fortunatam judico,
Id cum studuisti, isti formæ ut mores consimiles forent:
Minimeque, ita me Di ament, miror, si te sibi quisque expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.
Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero,
Omniumque adeo vostrarum, volgus quæ abs se segregant;
Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haud mirabile 'st.
Nam expedit bonas esse vobis: nos, quibuscum est res, non sinunt.
Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt:
Hæc ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt.
Nisi si prospectum interea aliquid est, desertæ vivimus.

BA. *Per ædem Pollucis, o cara Antiphila, laudem tibi tribuo, et te felicem esse censeo; quod omni studio curavisti, ut mores tui essent convenientes et conformes pulchritudini et venustati corporis. Nec mirum est mihi (ita me Dii adjuvent) si te quisque exoptat suam esse; nam sermo tuus fuit mihi index ingenii tui: et, cum apud me animo meditor rationem vitæ tuæ, atque etiam omnium vestrarum juvencularum, quæ summovent a suo consortio amatorum multitudinem, mirum non est vos esse tales, quales estis, et nos non esse vestri similes: nam vobis conducit et commodum est probæ esse vitæ; illi amatores, quibuscum habemus consuetudinem, non permittunt nos esse vobis similes, quia incitati nostra pulchritudine nos diligunt; postquam iste decor amissus est, illi ad alias amicas a nobis deficiunt. Interea, nisi, dum floret forma nostra, et ab illis observamur, aliquid provisum est nobis, exigendo ab illis pecunias; vitam agimus derelictæ et abjectæ. Postquam vobis*

---

2 *Dum* pro *cum* Guelf. 2. Abest *isti* 1. Both. *studuisti, illi.* Alii *mores ut.* —3 In libris nonnullis est *quisquam.* Probat Both.—5 Delph. *Adeoque vostrarum omnium.*—7 *Esse istiusmodi.* Mss. quidam non agnoscunt τὸ *esse.* West. —8 Mss. quidam et impressi, *bonis.* Idem. '*Vobis esse bonas.* In o. l. s. ita est, *bonas esse vobis.*' Fa. 'Sic et nostri plerique *bonas esse vobis;* et sic Nonius v. 'expedire.' Nihilo tamen minus repone, *bonis esse vobis.*' Bent. *Bonis* dant Perl. Both.—9 *Nos.* Primo legebatur *nobis,* postea correctum. *Bruns.*—10 Dubiam lectionem facit Bem. in quo est, *imminuta.* Videtur autem locus expressus e Plaut. Mostell. I. 3. 43. 'Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum, atque uni modo gessi morem; Qui pol me, ubi ætate hoc caput colorem commutavit, Reliquit, deseruitque me. tibi idem futurum, crede.' Sed et præstantissimæ edd., Venetæ veteres, Junt. Ald. St. aliæ exhibent, *immutata.* West. *Imminuta* probat Fa. et dant Bip. Z.—11 Mss. plusculi:

Vobis cum uno semel ubi ætatem agere decretum 'st viro,
Cujus mos maxume 'st consimilis vostrum, hi se ad vos applicant.
Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini,
Ut nunquam ulla amori vestro incidere possit calamitas.
AN. Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedulo,
Ut ex illius commodo meum compararem commodum.
CL. Ah!
Ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis:
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves,
Præterquam tui carendum quod erat. SY. Credo. CL. Syre, vix suffero.
Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui!

semel constitutum est tempus vitæ traducere una pariter cum unico viro, cujus vivendi modus admodum convenit moribus vestris; tales viri vobis animos adjiciunt. Hac vero gratia fidei mutuæ ultro citroque obligamini; ita ut nulla clades miseriæ unquam possit evenire vestro amori. AN. *Nescio quid aliæ faciant; me certe scio semper omni studio curasse, ut nullum perciperem commodum, nisi ex commodo illius.* CL. *Vah! ergo, mea Antiphila, tu sola causa es meî reditus in patriam: nam, dum longe abfui a te, omnes ærumnæ, quas toleravi, fuere mihi leves assidua tui cogitatione; nisi quod desiderio tui videndi afficiebar.* SY. *Credo ita esse, quod dicis.* CL. *Difficulter fero, o Syre, quod in ea sum angustia, ut libere colloquî cum Antiphila non concedatur mihi. Hocne tolerare possum, ut mihi non licitum sit modo meo et ex voluntate me gerere?* SY. *Quin etiam, ut patrem tuum*

Nisi p. i. a. nobis est. Ita et edd. vetustissimæ. *West.* Ita quoque omnes Bent. sed ipse reponendum monet, *Nisi p. interea a nobis est.*—12 Sunt Mss. et edit. præferentes *simul ἀντὶ τοῦ semel.* Perperam, opinor. *West. Semel* probant Fa. Bent.—14 Guyeto hic vs. spurius est, et turbans ceterorum sensum. Bœclero τὸ *vero* suspectum est. Legit igitur vel *ultro*, vel *vestrum.* In vulgato major emphasis. Dixit autem *utrique ab utrisque*, uti Phorm. v. 3. 17. 'Uterque utrique est cordi.' *West. Ab utrisque* absunt a G. Sed ab EM. integer versus. *Id. in Addend.* Non hab. *ab utrisque* Guelf. 2.—15 Vulg. *Ut nunquam ulla*, minus bene. Both. qui legit, *Nulla ut unquam.*—16 Aliqui libb. ita collocant, *me scio quidem semper.* GM. *me scio semper quidem.*—17 Guy. τὸ *illius* mutat in *alius.* Temere. *Ah!* Mss. quidam et editi, *Vah.* Prius præstat, ob metrum. *West.* 'CLIN. *Vah.* In Bem. est *ah:* ut et exigit vs.' *Fa.* 'Nostri omnes mendose *Vah.*' Bent. In Br. *Vah* incipit vs. sequentem.—18 G. ET. EM. *Vah mea Ant.* Guelf. 2. *reducere* pro *reducem.*—19 Ita vulg. pravis accentibus rhetoricis. Gu. 1. omittit verba *abs te.* Both. qui legit, *N. d. absum, mihi l. fuerunt omnes, q. c. l.*—20 *Syre, vix suffero, &c.* Tan. Faber non Cliniæ hæc tribuit, sed Clitiphoni. Improbant West. Bent. Bip.—21 Mss. quidam et editi vetustissimi: *ingenio.* West. 'CCC. *ingenium:* ceteri perperam *ingenio.*' Bent. *Ingenio* Br.—22

Sy. Immo, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.

Bac. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? An. Ah! retine me, obsecro.

Bac. Amabo, quid tibi est? An. Disperii! perii misera! Bac. Quid stupes,

Antiphila? An. Videon' Cliniam, an non? Bac. Quem vides? 25

Cl. Salve, anime mi. An. O mi expectate, salve. Cl. Ut vales?

An. Salvum advenisse gaudeo. Cl. Teneone te,

Antiphila, maxume animo exoptata meo?

animadverti animatum esse erga te, tibi molestus erit, ac negotium facesset, si te cognoverit adhuc amare. Ba. *Quisnam est ille juvenis, qui nos aspicit?* An. *Ah Bacchis! oro te, retine me, ne cadam.* Ba. *Per amorem rogo te, quid habes?* An. *Occidi, præ amore sum impos mei.* Ba. *Infelix ego perdita sum. O Antiphila, cur ita attonita es et consternata?* An. *Utrum video amicum meum Cliniam, an non?* Ba. *Quem intueris?* Cl. *O Antiphila! meum corculum! mea vita! salvam te esse quam gaudeo!* An. *O mi optate Clinia, salve!* Cl. *Quo modo te habes?* An. *Lætitia singulari afficior, quod te reducem et incolumem cerno.* Cl. *O Antiphila, tantopere desiderata amori meo! tene adhuc*

Duras dabit. Guy. hunc vs. spurium vocat. Palmerius audacius *puras* legit. *West.* 'Guy. suo more totum vs. spurium esse et delendum pronuntiat. Prius tamen quam deleatur, vide an nos melius quid afferamus, *I. u. p. t. v. partes diu e. d. d.*' Bent. 'Vulg. *t. v. d. e. h. diu etiam duras d.* quæ mendosa esse, omnes confitentur. Bent. deletis verbis *esse habitum*, ex conjectura dedit, *vidi, partes*, nimis pro arbitrio.' *Both.* qui ipse dat, *vidi ex abitu tuo, etiam se durum dabit.* Emendationem Bent. reprobat Bip. et lect. vulgatam defendit. 'Versus conclamatus nec sine meliorum Mstorum ope restituendus.' *R. D. Partes* probat Perl.—23 Quidam libb. [G. et EM. nomine memorat in Add.] legunt *intuetur*. West.—24 M. cod. Lips. Bœcleri omnes, et Bodl. G. [Guelf. 2.] *Disperii misera.* Ita et EP. ET. cum vetere anonyma. Vulgo: An. *Disperii!* Ba. *Perii, misera!* EM. *Perii misera!* West.—26 Alii, *O mi Clinia.* Ms. Lips. et M. *O mi expectate Clinia.* Ita et EP. ET. EV. 1. *Idem. O mi expectate Clinia* Br. Both. Bip. Bent. Guelf. 1. 2. 3. *O mi Clinia* Perl.—27 *Salvum venisse*] Alias *advenisse.* Er. *Te* post *salvum* Guelf. 3.—28 Optime staret senarius, si *exoptatam* legeretur: et ita scripsisse Terentium existimo. *Fa.* Bodl. *spectata.* Ms. Lips. *expectata.* 'Recte Fa. *exoptatam;* nostri licet omnes *exoptata* vel *exspectata;* sed in ceteris male rem gessit. Sic ab eo hi versus constituti sunt: *Amabo quid tibi est.* A. *disperii.* B. *perii misera: quid stupes Antiphila?* A. *videon Cliniam an non?* B. *quem vides!* Cl. *Salve anime mi.* A. *o mi Clinia, salve.* Cl. *ut vales?* An. *Salvum venisse gaudeo.* Cl. *teneone te, Antiphila, maxume animo exoptata meo?* Ubi in versu primo *perii misera* male assignatur Bacchidi. Nostri omnes, A. *disperii misera.* B. *quid stupes.* Recte quidem additum *perii*, versu ipso postulante; sed tum totum illud, *disperii, perii misera* Antiphilæ est. Plaut. Merc. IV. 1. 15. 'Disperii, perii misera, væ miseræ mihi.' Versu tertio

Sy. Ite intro: nam vos jamdudum expectat senex.

meam possideo? Sy. *Intro concedite; nam jam pridem senex Chremes vos expectat.*

pro *O mi Clinia*, Codices nostri omnes *O mi expectate Clinia:* quod nullo modo repudiandum fuit. In quarto nostri omnes *advenisse*, quod melius. Ceterum ut versus a me ordinentur, textus ipse satis docet: Ba. *Amabo quid tibi est?* A. *disperii, perii misera.* B. *quid stupes, Antiphila?* A. *videon Cliniam, an non?* B. *quem vides?* Cl. *salve anime mi.* An. *O mi exspectate Clinia, salve.* Cl. *ut vales?* An. *Salvum advenisse gaudeo.* Cl. *teneone te, Antiphila, maxume animo exoptatam meo?* Bent. *Exoptato* Guelf. 1. *Expectata* Br. *Exoptatam* Both. Perl.—29 Abest *jam dudum* Guelf. 3.

ACTUS III. SCENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

Ch. Luciscit hoc jam: cesso pultare ostium
Vicini? primum ex me ut sciat sibi filium
Redisse; etsi adolescentem hoc nolle intelligo.
Verum cum videam miserum hunc tam excruciarier
Ejus abitu, celem tam insperatum gaudium,
Cum illi pericli nihil ex indicio siet?
Haud faciam: nam, quod potero, adjutabo senem;

Ch. *Dies advenit. Quare tardo nunc pulsare has fores vicini Menedemi? ut primum a me fiat certior, filium peregre reversum esse sibi: quamvis noverim Cliniam nolle ut pater sciat eum venisse; sed, cum videam hunc miseriis afflictum patrem adeo vexari discessu filii, an reticere debeam gaudium tam inexpectatum, cum nihil ex hac indicatione imprudeat periculosum juveni? Non celabo senem; nam juvabo eum quoad potero; sicut cerno filium*

1 Unus ex nostris 900. annorum *Luciscit:* ceteri *Lucescit.* Bent. Br. *Lucescit*, qui etiam non interpungit post *hoc jam. Lucescit* Guelf. 3. *Hoc cur jam cesso* 1. 2.—2 Sustuli post *Vicini* cum Par. notam interrogandi, quæ vulgo posita est. *Perl.* Non interrogant etiam Br. Both. ‘ Mss. quidam, *primo:* quod tuetur Tan. Faber. Sic sup. I. 2. 12.’ *West.* Bem. *e me.* Fa. ‘ Nostri omnes *ex me:* et recte.’ *Bent.*—3 Deest *etiam* Vult ergo legi *etiamsi.* Bruns. —4 Pro *cruciarier* Bent. edidit cum Fa. *excruciarier.* Zeun. *Cruc.* Both.—6 *Cum ei nihil periculi ex indicio siet.* Miror, unde hoc habuerit Fa. Nostri omnes melius, tam ad versum quam sententiam: *C. illi p. n. e. i. s. Illi* hic necessarium est: nam Cliniam intelligit, non Menedemum. *Bent.*—7 M.G. et EA. ET. EM. *quantum potero.* Est autem *quod* idem cum ‘quoad,’ καθ’ ὅσον. Mss. quidam et editi, *adjuvabo.* West. ‘ *Quam potero.* In Bem. Vi. et Bas. et præterea nonnullis aliis, attestante Jo. Rivio, legitur *quod potero. Quod* autem accipitur pro ‘ quantum,’ itaque exponitur in marg. libri Bem.’ *Fa.* ‘ Vet. cod. *qua potero, adjuvabo s.*’ Lind. *Quantum* pro *quod* Guelf. 2. *Adjuvabo* GM. Br.—

Ita ut filium meum amico atque æquali suo
Video inservire, et socium esse in negotiis;
Nos quoque senes est æquom senibus obsequi.
Me. Aut ego profecto ingenio egregie ad miserias
Natus sum: aut illud falsum est, quod volgo audio
Dici, diem adimere ægritudinem hominibus:
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo; et quanto diutius
Abest, magis cupio tanto, et magis desidero.
Ch. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.
Menedeme, salve: nuntium apporto tibi,
Cujus maxume te fieri participem cupis.
Me. Num quidnam de gnato meo audisti, Chreme?
Ch. Valet, atque vivit. Me. Ubinam est, quæso? Ch.
Apud me domi.

meum Clitiphonem præsto esse amico ac ætate parili Cliniæ, ejus filio, in omnibus: eo etiam modo justum est, nos senes inservire senibus. Me. *Certe, aut ego valde a natura comparatus sum ad infelicitatem perferendam, aut illud non est verum quod audio dici; scilicet, tempus auferre mœrorem hominibus. Nam certe augetur quotidie animi molestia quam habeo ex absentia filii; et, quanto longius absens est, tanto majori cupiditate afficior, ejusque desiderio teneor.* Ch. *Sed aspicio Menedemum egressum extra domum: accedam ad eum, et compellabo. O Menedeme, salvus sis: rem gratam nuntiatum tibi venio, et quo impertiri magnopere desideras.* Me. *O Chreme, nonne aliquid rescivisti de filio Clinia?* Ch. *Sanus est.* Me. *Obsecro, ubi est?* Ch. *Domi meæ.* Me. *Domi tuæ meus gnatus*

---

8 Vi. Bas. Bip. Delph. *Item ut.*—11 Palmerius solicitat τὸ *ingenio*, tuetur Acidalius. In Bem. et quibusdam aliis libb. est, *ingenio egregio.* Mss. et editi quidam *ad miseriam.* West. ‘ *Egregie ad miseriam.* Perspicue mihi melior videtur lect. libri Bem. *egregio ad miserias:* quæ dictio, *miserias*, etiam in lib. Decurtato est.’ *Fa.* ‘ Nostri omnes, uno recentiore excepto, *miseriam;* et plerique *egregie.* Equidem *miseriam* hic prætulerim.’ *Bent.* ‘ Vulg. *egregio*, quatuor deinceps vocibus *o* litera terminatis, haud pro Terentiana elegantia. *Miseriam* A, Hel. vulg. *miserias*, minus significanter.’ Both. qui cum hoc vs. novam scenam incipit. *Miseriam* dant Br. Perl.—13 Equidem vix crediderim admisisse Terentium, ut *diem*, quod in Emphasi esse debuit, sine accentu quasi mutum transmiserit. Fortasse olim correctorias manus passus est hic locus. Vide an sic melius exierit: *Aut ego profecto ingenio egregio ad miseriam Sum, aut illud falsumst, vulgo quod dici audio, Diem tandem adimere ægritudinem omnibus.* Bent. ‘ Vulg. *Dici diem*, quo merito offensus criticus Anglus expunxit *Dici*, reposuitque, *Diem tandem*, durissime. Scripsimus autem *Die*, veterum more: nam *Dici* semper baccheus est.’ *Both. Dicere* Guelf. 2.—14 Ms. Lips. et EA. non agnoscunt τὸ *quidem.* West. Abest Br. Guelf. 2.—15 Abest *et* Br. *Quantum* Guelf. 2.—16 *Magis cupio.* Hæc absunt a M. *West.*—17 ‘ *Adibo atque alloquar* G. EM.’ *West.* ‘ *Adibo, alloquar.* Bem. et Bas. *ibo:* quod magis versui servit.’ *Fa.* Omnes quoque Bent. *ibo, alloquar. Adibo atque* Guelf. 2.—21 Me. *Quæso ubinam?* O. l. s.

ME. Meus gnatus! CH. Sic est. ME. Venit! CH. Certe. ME. Clinia
Meus venit! CH. Dixi. ME. Eamus: duc me ad eum, obsecro.
CH. Non vult te scire se redisse etiam, et tuum
Conspectum fugitat, propter peccatum; tum hoc timet,
Ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit.
ME. Non tu ei dixisti, ut essem? CH. Non. ME. Quamobrem, Chreme?
CH. Quia pessume istoc in te atque in illum consulis,
Si te tam leni et victo animo esse ostenderis.
ME. Non possum: satis jam, satis pater durus fui. CH. Ah!
Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia.
In eandem fraudem, ex hac re, atque ex illa, incides.
Primum; olim potius, quam paterere filium

est? CH. *Ita est.* ME. *Venit?* CH. *Certe.* ME. *Rediit meus filius?* CH. *Jam satis dixi eum venisse.* ME. *Eamus; oro ut ducas eo, ubi est.* CH. *Non vult te suum reditum scire; etiam tuam præsentiam evitat, propter culpam amoris a te prohibiti: deinde hoc formidat ne tua pristina illa severitas gravior facta sit.* ME. *An non dixisti ei qualiter me haberem?* CH. *Non dixi.* ME. *O Chreme, quare non dixisti?* CH. *Quia pessimum consilium capis adversus te et filium, si te gesseris erga eum tam indulgenti et fracto animo.* ME. *Non possum aliter me gerere. Fui plusquam æquum est acerbus.* CH. *Ah Menedeme, nimis propendes in utramque partem, in duritiam et indulgentiam; peccas vel nimia benignitate vel tenacitate: utraque tibi pariter fraudi erit. Olim perterrefecisti filium, potiusquam*

quotquot sunt, ita habent, *Ubinam est, quæso?* Fa. ‘Mss. quidam, et EA. *Hic apud me domi.*’ West. ‘Nostri omnes, *Hic apud me domi.* Repone: *Apud me hic domi.*’ Bent. ‘Vet. cod. *Apud me domi est.*’ Lind. Br. *Hic apud me domi. Hic* ante *apud* Guelf. 2. 3. ‘Plerique Mss. et edd. vett. redundantius, *Hic ap. me domi.* Fa. omisit *hic*, nec sic vs. constat. Nos retinemus illud, et rejicimus glossema *ap. me* ex Eun. IV. 6. 9. ingestum.’ *Bip.*—22 *Sic ita est* Guelf. 1. *Ita est* 2.—24 Distinguit Br. post *redisse: redisse, etiam et.*—25 Corrige pravam distinctionem, hoc modo: *Conspectum fugitat: propter peccatum hoc timet.* Bent. Probat Perl. In Bip. legitur: *C. f. ob peccatum: t. h. t. Tum* omittunt Z. Perl.—26 *Illa antiqua.* Bem. et Vi. *antiqua illa:* quæ elegantior videtur collocatio. *Fa.* ‘Nostri omnes *illa antiqua.* Nescias utrum malis.’ *Bent.* ‘Vet. cod. *adaucta siet.*’ Lind.—28 Codd. Bent. *in illum.* In libb. antiq. non est hoc alterum *in.* Perl.—29 Vet. cod. *Qui te.* Lind. ‘*Et victo esse animo.* O. l. s. *et v. a. esse.*’ Fa. ‘*Animo*, quod minime oportuit, in Thesi delitescit. Ergo recte habet, *et v. esse a.*’ Bent. Ita quoque Both.—30 Both. *at* pro *ah.*—31 Lege, ut meliores fiant numeri, *V. utramque in partem.* Bent.—33 *Atque illac incides* Both.—

Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
Proterruisti hinc: ea coacta ingratiis
Post illa cœpit victum volgo quærere.
Nunc cum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quidvis dare cupis: nam, ut tu scias,
Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet:
Primum, jam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste atque auro. Satrapes si siet
Amator, nunquam sufferre ejus sumtus queat;
Nedum tu possis. ME. Estne ea intus? CH. Sit rogas?
Sensi: namque ei unam cœnam atque ejus comitibus

permitteres eum itare ad hanc puellam, quæ tunc victu tenui acquiescebat, et cui omnia placebant, quæ illi dabantur. Ex eo tempore compulsa fuit invito animo, ut vitam inopem toleraret, corpus vulgare. Nunc, quando filius tuus non potest ea potiri sine tuo gravi damno, paratus es dare libenter quidlibet quod petatur: in dando ultra modum largior es: nam ne ignores quam egregie ornata atque apparata sit ad ruinam fortunarum tuarum et filii: primum nunc duxit secum plusquam decem ancillas onustas vestibus aureisque ornamentis. Si Satrapa vel Præfectus Provinciæ sit amator ejus puellæ, nunquam queat sustinere impensas faciendas ejus causa; tantum abest, ut tu his sufficere possis. ME. *Eane est in domo tua?* CH. *Quærisne, an sit apud me? Satis percepi eam ibi esse. Nam ei atque ancillis quæ sunt in ejus*

34 *Potius.* Hæc vox abest a M. *West.*—35 Gov. et Mur. *C. filium quam paterere.* Idem. Glar. et Guy. inverso ordine, *Primum olim potius commeare filium Quam paterere ad mulierculam.* Quomodo numeri quidem meliores, sed sententia impeditior fit. Nos aliam emendandi viam institimus, ad Horat. Serm. II. 5. 79. *Commetare ad mulierculam, quæ paululo.* Bent. *Commetare* probat Bip. Vulgatum tenet Burmann. ad Sueton. Claud. cap. 18.—37 Mss. quidam, et EA. *Perterruisti.* West. *Ea re* Guelf. 2.—39 Alii legunt *detrimento.*—43 Vulg. *Oneratas,* frequentissimo librariorum lapsu. Both. qui igitur legit *Ornatas. Et* pro *atque* Guelf. 2. 'Un. cod. *satrapas* ap. Bent. qui inde facit, eliso *s, satrapa.*' Perl. Ita quoque Bip. Both.—44 Vulg. *Sufferre ejus sumtus.* Sed displicet τὸ *ejus,* e quo versus laborat. Tum sine dubio imitatus Cic. ad Fam. X. 10. extr. scribit: 'non si Varronis thes. haberem, sufficere sumtui possem.' Sic enim cum P. Man. ex duobus vetustis verius ibi legimus, quam vulg. *subsistere sumtui,* quod perperam tuetur Gron. ad Liv. XXVII. 7. Sed et h. l. ap. Ter. in ed. vet. c. figg. est *sufficere ejus sumtus.* verba 'sufficere,' 'sufferre,' 'subsistere,' sæpius permixta. Nostra ratio Cic. et Ter. reconciliat. Cf. inf. ad Scen. II. 34.' *Bip.* qui inde legit, *sufficere is sumtui. Sufferre* defendit Perl.—45 Linacer, *Si sit, rogas?* h. e. an sit. Ita et Mss. quidam, et editi vetustissimi. *West.* 'Al. Mss. et edd. *si sit,* repugnante metro.' *Bip. Si sit* Guelf. 2.—46 *Nam ei*

NOTÆ

37 *Ingratiis*] Adverbialiter ponitur, id est, invito animo.

Dedi; quod si iterum mihi sit danda, actum siet.
Nam ut alia omittam, pytissando modo mihi
Quid vini absumsit! sic hoc, dicens; asperum,
Pater, hoc est; aliud lenius sodes vide.
Relevi dolia omnia, omnes serias;
Omnes solicitos habui: atque hæc una nox.
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?

comitatu unam cœnam præbui; quæ si iterum præbenda sit, nihil mihi relinquetur ex bonis. Nam, ut præteream alia, quæ impensa sunt; leviter degustando vinum tentandi gratia, quantum vini exhaustum est mihi, cum dicerent: Hoc vinum est acerbum; aliud mitius præbe, quæso. Considera, o Menedeme; aperui omnes cados, omnes amphoras et vasa fictilia in quibus vinum asservabatur; omnes servos meos variis ministeriis occupavi: atque hæc una tantum nocte facta sunt. Quid te putas fore, cujus corrodent substantiam et facultates tam frequenter? sic me Dii

---

unam cœnam. Omn. libb. script. *nam unam ei c.* Fa. 'Nostri quoque, *nam unam ei.* Scribe *ei.*' Bent. *Nam unam ei* Br. Bip.—47 Mss. quidam *Q. s. i. sit dandum.* West. 'Vulg. *Dedi: quod si.* Sed cod. C: *quæ si*, procul dubio vere.' *Both.*—48 *Pitissando.* In Bem. *pytisando* scriptum est per *y* in prima syllaba, et per unicum *s*; licet deinde alterum adjectum sit. Vi. et Decurtatus *pytissando* per duo *s* habent; item V. et Bas. sed hi duo cum aspiratione post *t.* Fa. 'Ut Bem. ita cod. noster 900. annorum *pytisando*: quod recipimus: versus certe eo pacto ad Græcorum numeros accedit.' *Bent. Pitiss.* Bip.—49 Pro *Quid, quid,* Bent. cum Fa. recte non nisi unum *quid* edidit. *Zeun.* Non distinguit post *hoc* Br. Bothius legit: *Q. v. absumsit: Sic hoc! dicens.*—50 Antesignanus distinguit, *Pater, hoc est, aliud lenius: sodes vide, Relevi.* 'Aliud agebat qui pro *aliud lenius,* maluit *illud lenius.* Ceterum pro *vide* Nonius v. asperum *para* habet. Non accedo. *Vide,* ex tua cella; *para,* ex taberna pete.' *Bent.* Distinguit Br. *Pater, hoc est aliud lenius: Sodes: vide.*—51 Eug. et Diomedes Grammaticus, *Relivi.* Pr. Instit. Grammat. lib. x. *Relevi omnia dolia mea, omnes s.* West. '*Relivi dolia*] Bent. cum Fa. *Relevi* edidit. Rectius. Nam nisi certe legas *relini,* forma *Relivi* videtur abhorrere ab analogia linguæ.' *Zeun.*—52 Ita libri nunc omnes: sed et versus et sententiæ ipsius causa repone, *Omnis s. habuit; a. h. u. n.* Bent. 'Vulg. *O. s. habui,* m. l. verbo *solicitos* obscurato. Bent. *habuit;* sed potior Mureti ratio.' *Both.* qui dat, *O. habui s.* Ita et Bip. 'Legendum de Bentleii conjectura *O. habuit s.*' R. D. M. et Bœnd. cum EA. *hæc fuit u. n.* West. —53 Mss. quidam, *facturum.* Idem.—54 *Ita me Di amabunt, ut tuarum mise-*

NOTÆ

48 *Pytissando*] Id est, expressis labris expuendo, dum quis saporem vini probat.

51 *Relevi dolia omnia, omnes serias*] Dolia fuerunt Romanis vasa majora vino servando præcipue idonea, quæ maxime fictilia erant; nam Plinius refert, doliis, quibus hodie utimur, tantum in Alpibus suo tempore homines uti cœpisse. Seria est vas vinarium fictile oblongum. Relinere est, aperire quod oblitum obturatumque erat, soluta argilla aut gypso, quo erant oblita.

Sic me Di amabunt, ut me tuarum miseritum est,
Menedeme, fortunarum. ME. Faciat quod lubet:
Sumat, consumat, perdat, decretum 'st pati,
Dum illum modo habeam mecum. CH. Si certum est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Ut ne scientem sentiat te id sibi dare.
ME. Quid faciam? CH. Quidvis potius, quam quod cogitas:
Per alium quemvis ut des: falli te sinas
Technis per servulum; etsi subsensi id quoque,
Illos ibi esse, et id agere inter se clanculum.
Syrus cum illo vestro consusurrat! conferunt
Consilia adolescentes: et tibi perdere

ament, ut tuorum bonorum jacturæ commiseratione moveor. ME. *Faciat filius meus ex animi sui sententia; sponte capiat, et quantum volet exhauriat, ad nihilum redigat; decrevi hæc omnia ferre, dummodo ejus præsentia fruar.* CH. *Si ita constitutum est tibi facere, censeo id multum ad vestram rem interesse, ut ille existimet, te nesciente vel decepto, tantum sibi sumtuum concedi facere.* ME. *Quid agam?* CH. *Quodlibet aliud, potius quam id quod constituisti; scilicet pati, ut sumat, consumat, perdat; ut, quod illi dari vis, des per quemlibet alium, patiaris te deludi fallaciis per servulum: quamvis etiam aliquo modo percepi, illos, nempe servos, in eo totos esse, et moliri clam fraudes inter se, ut te fallant. Syrus cum Dromone submissa voce colloquitur: filii nostri communicant invicem consilia. Melius est tibi*

---

vitum est. Non *Ita*, sed *Sic* est in o. l. s. et post *ut*, additur *me*. Fa. 'Sic et nostri. Guy. pro *amabunt* reponit *amassint*: recte quidem; si aut codices juberent, aut postularet sermo. Sed Plaut. Pœn. I. 3. 30. 'Ita me Di amabunt.' et IV. 2. 47. 'Diespiter me sic amabit.' *Bent.*—55 *Quid* Guelf. 1. *Libet* Br.—58 *Sic facere id permagni.* Pro *id*, *illud* legitur in Bem. Bas. Vi. et multis aliis, ut et ratio versus requirit. *Fa.* 'Sic et nostri.' *Bent.* *Illud id*, pronom. *illud* relato ad superiora, Guelf. 2.—59 Ita edidi, secutus auctoritatem Guyeti. Sed et ita est in Tr. In uno Leid. legitur, *Ut nesciente s. t. i. s. dari.* Vulgo, *U. nescientem.* West. 'Pal. Guy. Bœcl. Vir doctus; recte omnes, *Ut ne scientem.* Nimirum vel, ut illi, *ne scientem sentiat*; vel, ut æque bene, *nescientem censeat.* Certe utrumque, et *nescientem* et *sentiat* stare una vix possunt.' *Bent.* 'Legendum, *U. ne scientem s.*' R. D. *Ut nescientem* Br. Bip. Z. *Dari* Guelf. 3.—60 *Hoc* ante *quod*. Id.—63 Aliquot libb. inter quos Bem. Bas. Vi. hæc habent sine conjunctione, quod et elegantiæ et versui servit. *Fa.* 'Etiam a nostris abest *et*; et tamen in textu Faërni subsistit. Nos nostro jure exultatum mittimus.' *Bent.* *Et* abest Br. Both. Delph.—64. 65 Omnes fere antiqui libri *consusurrant*: quod vero sequitur, *conferunt Consilia adulescentes*, in Bem. est *ad adulescentes*: ut et versus exposcit. Forte legendum est, ut conjicit Lolgius, *Consiliad adulescentes*: ut *d*, interponatur hiatus vitandi causa, sicut in 'med erga.' *Fa.* 'Illud Lolgii nescio cujus *Consiliad* ad morboniam relegandum est. Lege ex Bem. *consusurrant, conferunt Consilia ad adulescentes.*' Bent. Lectionem Bembi probat Ruhnken. et dant Both. Perl. Bip. nisi quod Both. τὸ *illo* omittit.—67

Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.
Non nunc de pecunia agitur: sed illud, quomodo
Minimo periclo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum ille intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, et prius
Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium; hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!
Tibi autem porro ut non sit suave vivere:
Nam deteriores omnes sumus licentia.
Quodcumque inciderit in mentem, volet: neque id
Putabit, pravum an rectum siet, quod petet.

perdere talentum eorum technis, quam minam te filio indulgentiorem ostendendo. Nunc non agitur utrum pecuniam largiaris filio, necne; sed illud, quo pacto illi largienda sit, minimo incommodo: nam, si filius tuus perceperit voluntatem tuam; videlicet te prius perditurum vitam tuam atque omnem pecuniam quam filium abire sinas; hui, quam magnum aditum aperueris ad luxum ac libidinem! adeo ut certe non sit tibi jucundum vivere; nam deteriores evadimus nimia libertate. Filius tuus volet omne quod ei in mentem venerit; neque considerabit, an id, quod postula-

---

Edd. quædam vetustæ, in quibus Junt. et Ald. non agnoscunt *τὸ de:* quod nec in Gambarelli Observationibus editum. Mss. variant. *West. De* omittunt Bent. Bip. Perl. Both.—68 Vulg. *periclo id demus:* putide. *Both.* qui igitur *id* omittit.—69 Libb. antiq. *is.* GM. *intellex. ille*, contra iambum. *Perl.* —71 *Amittis* Br. *Illum* pro *filium* Guelf. 3.—72 Reponit Bent. *Q. eji f. a. nequitiem p.* 'Vulg. abest *ei*, requisitum id quidem ab opposito 'Tibi,' proptereaque etiam assumendum, ne non elisi verbi *nequitiem* accentus offendat, sequente vocali, retrahatur. Bent. *Q. eji f.* sed dialyses has et similes 'eji,' 'reii,' 'speii,' 'hospitaï,' 'Cliniaï' elegantem neque Epicorum obsoletiora sectantem usurpasse Nostrum, admodum dubia est res: accedit quod isto pacto vox gravissima *Quantam* elideretur.' *Both.* qui inde legit, *ad nequitiem ei p. Nequitiem* dant Perl. Z. *Nequitiam* GM. Br. Bip.—73 Elegans hic versus Guyeto ut spurius expungitur. *West.*—74 Scholiastes ad Hor. Carm. I. 19. 3. legit, *corruptiores sumus o. l.* e corrupto, ut videtur, codice. *Idem.* 'Pro *fimus* Bent. edidit *sumus:* minus eleganter.' *Zeun.*—75. 76 G. R. et vet. cod. ap. Lind. *Quod cuique cumque.* Br. *Quo cui quæcumque.* 'In his duobus versibus magna variarum lectionum est seges; ut in nothis et subdititiis solet evenire. Veteres plerique nostri: *Quod cuique cumque inciderit in mentem volet; Neque id putavit, pravum an rectum sic petet.* Alii *Quod cuicumque;* alii *sit quod petet.* Tolle totum hoc panni vulgaris assumentum. Ex notula aliqua olim in textum irrepsit sententiola generalis. Nam illud *cuique* satis declarat ad solum Cliniam, ut oportuit, hoc non pertinere. Postea pro captu suo singuli in versus redigere laborarunt. Miror equidem Guyetum, qui tot bonos versus ejecerit, hos insulsos tam patienter tulisse: sed miseror Virum eruditum, qui id multis verbis agit, ut ex malis pejores faciat.' *Bent. P. p. a. r. quod petet, siet.* Omnes fere l. s. *P. p. a. r. sit, quod petet:* aliqui, *an rectum siet:* quod tamen non adjuvat versum. In uno tantum libro est, *pravumque an rectum:* quo quidem modo stat optime senarius.' *Fa.* 'Alias *petit.*' Er. Bothius legit, *Quodcumque in m. inciderit, id volet, petet, Neque id putabit pravumne an rectum siet.* Br. *pravum, an rectum*

Tu rem perire, et ipsum, non poteris pati.
Dare denegaris; ibit ad illud illico,
Quo maxume apud te se valere sentiet:
Abiturum se abs te esse illico minabitur.
Me. Videre verum, atque ita uti res est, dicere.
Ch. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.
Me. Cedo dextram: porro te idem oro ut facias, Chreme.
Ch. Paratus sum. Me. Scin', quid nunc facere te volo?
Ch. Dic. Me. Quod sensisti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere: cupio illi dare,
Quod volt: cupio jam videre. Ch. Operam dabo.

bit, sit iniquum an justum: tu non poteris ferre bona deperdi, et ipsum una filium. Si recuses dare ei quæ petet, continuo ea re utetur, qua se vigere et validum esse adversum te intelliget; statim minabitur se discessurum a te. Me. *Existimo te vera loqui, atque ita ut res se habet.* Ch. *Per Herculem præterita nocte somnum minime cæpi, dum cogito, quemadmodum redderem tibi patri cupido filium tuum.* Me. *Da dexteram. Etiam te precor ut deinceps idem facere pergas.* Ch. *Sum paratus ad id faciendum.* Me. *Scisne quid cupio te modo facere?* Ch. *Quid est, cedo.* Me. *Quia intellexisti illos inceptare me decipere, fac ut festinent id perficere. Cupio illi dare quæcumque velit: cupio statim eum videre.* Ch. *Fa-*

sit, petet. Bip. *pravumne an rectum sit, quod petet.*—77 *Illum* pro *ipsum* Guelf. 2.—78 M. *Dare si denegaris.* Alii, *denegabis.* Ms. Lips. *ibit ad illum ilico, Qui.* EA. *ibit ad illum ilico, Quem.* West. ' *Dare denegabis.* Multi libb. script. inter quos Bem. et alii antiqui, *denegaris.*' Fa. ' Nostri fere omnes, *denegaris.*' Bent. Br. *Dare si d. ibit ad illum. Si dare* Guelf. 3.—79 R. Br. Guelf. 1. 2. *Qui m.*—80 Nostri omnes *minitabitur:* melius versui consulentes. *Bent.* ' Vulg. *abs te esse, illico minabitur:* sed putide repetitur *illico, scilicet* optime quadrat loco: vicina—*scillico, scilicet.*' Both. qui inde dat, *A. se abs te scilicet minitabitur.* Ms. Lips. R. Br. et Vet. Cod. ap. Lind. *minitabitur.*—81 Bem. *vera.* ' Nostri omnes *verum:* quod placet: neque mutavit Fa.' *Bent.*—82 Abest *ego* Guelf. 2.—83 Acidalius ad Velleium Paterc. II. 37. testatur, in vet. cod. Parisiensi scriptum inveniri, *D. id quæso. Restituerem.* Vix Latinitatem tuetur. Malim igitur, *restituam:* quod est in quibusdam Mss. et impressis vetustissimis. *West.* ' Vulg. *restituerem,* turbata consecutione temporum.' *Both.* qui legit *restituerim.*—84 Par. p. var. *Cede.* Al. *dexterum.* ' Nostri omnes meliore ordine, *porro te oro idem ut.*' Bent. Abest *ut* Guelf. 2.—85 *Scin quid nunc te facere volo*] Varie collocantur hæc verba, sed hæc mihi collocatio omnium, quas inveni, commodissima videtur ob numerum, *scin quid nunc facere te volo?* ita plerique libri scripti habent, et in iis aliquot ex antiquis, ut Bas. *Fa.* Ita quoque omnes Bent.—86 M. et EA. *incipere velle fallere.* West. Ita quoque vet. cod. ap. Lind. *Velle* pro *incip.* Guelf. 3. *Velle* post *incip.* 1.—87 Pal. 2. *Volo ut m.* Glossatoris videtur, verbi *volo* vs. 85. immemoris. *Perl.*—88 Bentleius edidit, *cupio ipsum j. v.* Certe sensus egregie commendat illud *ipsum.* Zeun. Tres qui sequuntur versus, ad finem hujus scenæ apposuerunt Bent. Perl. Both. et Lenzius, apud quem tamen hic est ordo: *A me nescio ... Ne nos ... Syrus*

Syrus est prehendendus, atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere sentiant.
Paulum negotî mihi obstat: Simus et Crito,
Vicini nostri, hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, ut dixeram,
Operam daturum me, hodie non posse his dare.
Continuo hic adero. ME. Ita quæso. Di vostram fidem!
Ita comparatam esse hominum naturam omnium,

ciam ut properent, et filium videas. Syrus est mihi conveniendus, atque adhortandus ut deducat filium tuum ad te. Nescio quis egreditur a domo mea. Confer te hinc domum, ne filii nostri percipiant nos consentire in eadem mente. Aliquid controversiæ impedit me, quominus domum eam: videlicet Simus et Crito vicini nostri litigant hic de terminis agrorum suorum: elegerunt me arbitrum. Ibo ad eos, et eis dicam me non posse hodie vacare eorum negotiis, sicut promiseram me vacaturum. Continuo præsto hic ero. ME. *Sic facias, rogo. Dii, vestram fidem atque opem invoco! Itane est verum, ingenium hominum sic esse constitutum,*

---

est prehendendus a. a. mihi. Cupio ipsum jam Br. Al. omittunt *ipsum* perperam. *Perl.*—89 Mss. et editi quidam, *apprehendendus.* In cod. Bembi ascriptum, ' deest *ad:* sed ideo prætermisit, quia dicturus erat *adhortandus.*' Quæ ipsissima Calphurnii verba sunt. *West.* ' Omnes nostri et vett. edd. *apprehendendus*, quod vividius vulgato *prehendendus.*' Both. Br. *appreh. atque hortandus.*—91 Quidam sic versui opitulatum eunt, *Ne illi nos inter nos congruere s.* Vir eruditus hoc modo, *Ne nosmet inter nos cong. s.* Dederat, opinor, Auctor, *Ne nos i. n. consentire s.* Bent. ' Vulg. *congruere,* labante versu: nam *congruere* dixisse veteres, quemadmodum dixere ' fervo,' ' fulgo,' ' strido,' ' tuor,' item ' fodire,' ' linire,' ' moriri,' ' arcessire,' non probat Muretus.' *Both.* qui ergo legit *congruisse. Consentire* probat Perl.—92 Mss. quidam [inter quos G. et ET. ut notat in Add.] *Paulum hoc negoti.* West. ' Lege ex nostris omnibus et edd. vett. *Paulum hoc negoti.* Vides, ut commode versus conjungantur, tribus illis hinc amotis. *Operam dabo: Paulum* modo *hoc negoti mi obstat.* Recte *hoc;* quia statim narrat, quod sit.' *Bent. Paulum hoc n.* Br. Bip. Perl. Both. Delph. Zeunius legit *Paululum negoti.*—93 Vulg. *hic,* nulla vi: cod. A, *hi,* unde apparet, scriptum fuisse *hice,* ut passim. *Both.* —95 GM. *hiis,* haud dubie pro *his.* Perl. *Iis* dant Br. Perl. Bent. Z. Both. —96 Legendum monet Bent. C. *h. adsum.*—97 Quod hic emendat Guy. *Ita comparatum e. h. natura o.,* si cum sequentibus connectas, vix Latinitatem tuebitur. Neque adeo hæc lectio Faërno, qui eam primus docuit Guyetum, satis se approbat. Et Lactantium legisse, *comparatam naturam,* observat Farnabius. Sed et Cl. Grævius vulgatam lect. tuetur ad Cic. Fam. VI. 4. *West.* ' Aliqui l. s. inter quos Bem. non *Itan,* sed *Ita* habent. Sed Bem. eo amplius, quod *comparatum* habet; ex quo tamen postea effectum est *comparatam,* a litera superscripta, et *naturam* quidem habuit, sed *m,* deinde deleto, remansit *natura:* quod si recipiatur simul cum voce *comparatum,* erit ordo: Ita comparatum esse natura omnium hominum: ut ' natura ' sit ablativus

NOTÆ

89 *Syrus est prehendendus*] In Andria: ' Tuus pater modo me apprehendit.'

Aliena ut melius videant, et dijudicent,
Quam sua? an eo fit, quia in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine? 100
Hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi!
Ch. Dissolvi me, otiosus operam ut tibi darem.

ut acutius perspiciant negotia aliorum, et melius discernant, quam sua? Ideone istud fit quod sumus impediti, quominus recte judicemus in causa nostra; aut nimia lætitia, aut nimio animi dolore? Hic Chremes quanto magis nunc sapienter sentit et loquitur pro utilitate mea, quam egomet? Ch. O Menedeme, expedivi me cito a vicinis, ut tuis rebus vacarem.

casus: quæ quidem locutio bonis auctoribus usurpata est. Quod tamen, diligentius totum animadversum, non placet.' *Fa.* 'A et Eug. *Itan,*' Hel. *Tam,* Lactantius de falsa sap. 4. *Ita enim comp.* quæ scripturæ eodem redeunt: forma hæc usitatior.' *Both. Itan'* Br.—98 Mss. et editi quidam vetusti, cum Calphurnio, *judicent.* West. '*Aliena melius ut videant et judicent.* Ex o. l. s. ita collocamus hæc verba, *aliena ut melius:* et præterea ex Bembino legimus *dijudicent:* quo quidem modo stat optime versus.' *Fa. Judicent* Br.—99 *Hoc* post *eo* Guelf. I. 3. Reponit Bent. *re in nostra.*—100 Vulg. *nimio,* ambigue. *Both.* qui igitur reponit *nimium.*—101 Omn. libb. script. *nunc quanto.* Fa. 'Sic et nostri universi *nunc quanto,* meliore accentu; hæsit tamen in textu Faërni, *quanto nunc.*' Bent. *Nunc q.* Br. Bip. Both.—102 Sic inf. IV. 3. 43. Phorm. I. 2. 37. Mss. Bœcleri omnes, Bœnderm. et Mark. cum EA. EP. Junt. St. *ocius.* Injurius autem in Terentium est Guy. versum hunc expungens, ut addititium. Si enim rem recte putes, appositissimus est. Dac. *operam ut huic darem,* edidit, quasi de Menedemo, non ad Menedemum. *West.* G. et EM. *D. me ocius.* Idem in Add. *Dissolvi me ocius.* Tres antiquissimi libri, et aliqui alii, pro *ocius* habent *otiosus:* qua lectione et versus stat, et sensus est optimus: distinguendum autem est post *me.* Fa. 'Quatuor modo ex tot nostris *otiosus;* ceteri perperam *ocius.*' Bent. C, *otiosius. Z. Dissolvi me ocius.* Hoc versu novam scenam incipit Bip. et cum Daciera legit *ut huic darem.*

ACTUS III. SCENA II.

SYRUS. CHREMES.

Sy. Hac illac circumcursa: inveniendum 'st tamen

Sy. *Age, Syre, discurre undique; tamen pecunia conficienda est: techna excogi-*

1 Vereor, ut satis intellexerit Guy. vim locutionis integræ, *τὸ tamen* mutans in *enim.* Aut enim sensus est, Tu hac illac circumcursita sane, alias res agendo, argentum tamen inveniendum est. Et poterat nullo sensus damno abesse *τὸ tamen.* West. 'Quid est *tamen?* an pro tandem, ut olim Goveanus? an legendum *enim,* cum Guyeto? Hæret sane sententia, neque est

Argentum: intendenda in senem est fallacia.
Ch. Num me fefellit, hosce id struere? videlicet
Ille Cliniæ servus tardiusculus est:
Idcirco huic nostro tradita 'st provincia.
Sy. Quis hic loquitur? perii! numnam hæc audivit?
Ch. Syre. Sy. Hem!
Ch. Quid tu istic? Sy. Recte equidem: sed te miror, Chreme,
Tam mane, heri qui tantum biberis. Ch. Nihil nimis.
Sy. Nihil, narras? visa vero 'st, quod dici solet,
Aquilæ senectus. Ch. Eia! Sy. Mulier commoda, et
Faceta, hæc meretrix. Ch. Sane, idem visa 'st mihi.

tanda est in Chremetem. Ch. *Num me latuit hosce servos, et adolescentes nectere fallaciam in Menedemum? Nimirum ille servus Cliniæ Dromo aliquanto lentior est, ideo negotium quærendæ pecuniæ datum est huic servo nostro Syro.* Sy. *Quis loquitur hic, nullus sum. Num Chremes audivit hæc, quæ dixi?* Ch. *Syre.* Sy. *Hem.* Ch. *Quid tu istic facis?* Sy. *Nihil quidem; sed, Chreme, valde miror te surrexisse tam mane, qui hesterna die tantum biberis.* Ch. *Non plus æquo.* Sy. *Non plus æquo ais? Senectus aquilæ visa est in te, ut plus biberis, quam comederis: quod proverbium in ore populi habetur.* Ch. *Eia de hoc satis dictum.* Sy. *Hæc meretrix quæ est cum Clinia, est mulier elegans et festiva.* Ch. *Sane visa est*

coloris sani et Terentiani. Repone *H. i. c. inveniendum es tamen, A.*' Bent. Ita quoque Bip. Both.—3 M. Bœnd. et Leidd. tres, cum EA. *Non m. f.* Tr. *Non me f. hosce instruere.* West. *Instruere* Guelf. 3.—4 Versus gratia scribe, *Ille Cliniæ servos tardiusculust.* Sic alibi '*hospitaï*,' '*Phædriaï*.' *Lind.* Ita et Fa. Bent. Bothius legit, *Est Cliniæ ille servos tardiusculus.* Ita et Delph.—6 Vulg. *hæc audivit*, frigide. *Bothius*, qui legit *hic.* Delph. *audit.*—7 Sic Fa. ex Bem. dedit: nostri omnes, *Recte quidem te demiror, Chreme:* nisi quod duo ex veterrimis, *equidem.* Lege et distingue: *Quid tu istic? Recte: equidem te demiror, Chreme, T. m.* Bent. Ita et Delph. GM. *quidem.* Guelf. 1. *demiror.* 2. *te demiror* absque *sed.* Both. *Recte: sed te dem.* Br. *Recte equidem: te dem.*—8 Delph. *qui here t. b.* EP. *biberas.* Post *biberis* interrogat Br. *Te potuisse surgere* post *bib.* Guelf. 3. Bothius legit, *nil minus.*—9 Bent. Perl. Both. Bip. Delph. *Nil, narras?*—11 Mss. et editi quidam: *Faceta hæc est m.* West. '*Sane, idem visa 'st mihi.* Varie hæc leguntur. Expressi autem editiones St. et Ald. cum EA. Junt. Ch. *Sane idem visa est tibi.* Aliæ, Ch. *Sane.* Sy. *Idem visa est tibi?* Mss. plurimi firmant lectionem, quam exhibeo. Præter rationem autem Guyetus τὸ *sane* non Chremeti tribuit, sed Syro. Licet enim formam minus, certe quidem

NOTÆ

10 *Aquilæ senectus*] Proverbium in senes, qui plus bibunt, quam edunt. Refert enim Plinius lib. x. cap. 3. Hist. aquilam fame mori, adeo superiore accrescente rostro, ut aperiri non queat; eoque Aquilam tantum in senecta bibere, aut de præda sanguinem sugere, unde plus bibit quam comedit.

SY. Et quidem hercle forma luculenta. CH. Sic satis.
SY. Ita non ut olim, sed uti nunc, sane bona:
Minimeque miror, Clinia hanc si deperit.
Sed habet patrem quendam avidum, miserum, atque aridum,
Vicinum hunc: nostin'? at quasi is non divitiis
Abundet, gnatus ejus profugit inopia.
Scin' esse factum, ut dico? CH. Quid ego nesciam?
Hominem pistrino dignum! SY. Quem? CH. Istunc servolum
Dico adolescentis. SY. Syre, tibi timui male.
CH. Qui passus est id fieri. SY. Quid faceret? CH. Rogas?

mihi talis qualem refers. SY. *Et certe per Herculem est forma speciosa et splendida.* CH. *Mediocriter.* SY. *Bona quoque, non ut quondam erant bonæ; sed sicut his temporibus sunt mulieres: nec mirum est mihi, si Clinia eam ardenter amat: sed ille habet quendam patrem avarum, miserum, et siccum parsimonia. Novistine hunc vicinum? Sed quasi hic non valde sit dives, filius ejus profugus abiit egestate coactus. Scisne factum esse, ut dico?* CH. *Cur ego ignorem? O hominem dignum, qui detrudatur in pistrinum, ad circumagendas molas!* SY. *Quem dicis?* CH. *Intelligo Dromonem servum Cliniæ.* SY. *O Syre, metui ne quid mali tibi accideret ex hac re.* CH. *Qui servus passus est, ut filius discederet.* SY. *Quid faceret?* CH. *Quæris quid faceret ille? Excogitaret technam aliquam, ex*

---

consuetudinem et vitæ rationem non minus quam Syrus, laudat Chremes, dum ait: ' idem visa est mihi,' h. e. commoda et faceta. Tum τὸ *sane* vix occurrit in fine sententiæ.' *Idem.* ' In Bem. pro *mihi*, legitur *tibi:* sed personæ, aliter ibi notatæ, id quadrare faciunt, quod alioqui videtur absurdum: CH. *Sane.* SY. *Idem visa est tibi: Et quidem h.*' Fa. ' Fa. dedit *tibi:* sed omnes nostri *mihi*, sensu sanissimo et planissimo. Nos non colemus Bembinum tam superstitiose.' *Bent.* ' CH. *Sane.* SY. *Itan' visa est tibi?* Primum ex Bem. recipimus, hæc dici a Syro, dein *tibi.* Sed nos *Itan'* ex *Idem* invenimus. Vulgo enim hæc tribuuntur et Chremeti, sic expressa: *Idem visa est mihi.*' Bip. Z. CH. *Sane.* SY. *Idem visa est tibi?* Both. CH. *Sane quidem.* SY. *Visa est mihi et Forma quidem h. l.*—13 *Satis* pro *sane* Guelf. 2.—14 *Minime quoque* Id. *Propter hanc* 3.—15 M. et Bœnd. *hominem avidum.* Both. *misereque aridum.*—16 Mss. quidam, *quasi si is. Ditiis* pro *divitiis* vult Gov. *West.* Br. *At qui si is.* Bothius legit, *V. hunc: Nostin'?* CH. *At quasi.* SY. *Is nunc divitiis.*—18 Bem. Bas. Vi. et aliqui alii *Scis*, alii *Scisne.* Fa. ' Nostri quoque meliores et plures, *Scis.* Sed vide versum integrum: *Scis esse factum, ut dico? Quid ego nesciam?* Quorsum illud *nesciam?* quale responsum? nec sententia nec sermo sanus est. Lege certissime, ut olim Palmerius, nemine adhuc auscultante, *Quid ego ni sciam?*' Bent. ' Par. pr. var. *ni sciam.*' Perl. *Scis* dant Br. Bip. Z. Both. Perl.—19 *Istum s.* Aliquot nostri *Istunc:* melius, quia vitatur homoëoteleuton. *Bent. Istum* Br. Perl.

NOTÆ

20 *Syre, tibi timui male*] Secum hoc susurrat Syrus.

Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Unde esset adolescenti, amicæ quod daret;
Atque hunc difficilem invitum servaret senem.
Sy. Garris. Ch. Hæc facta ab illo oportebant, Syre.
Sy. Eho! laudas, quæso, heros qui fallunt? Ch. In loco
Ego vero laudo. Sy. Recte sane. Ch. Quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum 'st.
Huic jam mansisset unicus gnatus domi.
Sy. Jocon' an serio illæc dicat, nescio;
Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
Ch. Et nunc, quid expectat, Syre? an dum hinc denuo
Abeat, cum tolerare hujus sumtus non queat?

qua adolescens haberet, quod donaret amicæ, ac vitam conservaret huic seni, qui continuo labore se enecat, moroso, ac vitam fastidienti. Sy. *Jocaris.* Ch. *O Syre, debebat hic servus hæc quæ dixi facere.* Sy. *Eho, obsecro, laudibus prosequeris eos servos, qui verba dant dominis?* Ch. *Laudo eos scilicet, quando id faciunt in tempore, et opportune.* Sy. *Certe recte facis.* Ch. *Nam fallacia ejusmodi plurimis mentis et corporis doloribus sæpe medetur. Si fefellisset Dromo dominum suum Menedemum, jam ab eo filius Clinia non aufugisset.* Sy. *Nescio an Chremes dicat ista per jocum, an ex animo, sed mihi auget voluntatem, ut magis cupiam technas, quas cogito, perficere.* Ch. *O Syre, quid ipse servus expectat' nunc? an expectat donec Clinia iterum hinc ex domo patris discedat, cum is non possit ferre*

—21 Br. interrogat post *fieri.*—22 *Fallaciam* Guelf. 1.—25 Z. Bent. Perl. Bip. Both. *oportebat.*—27 *Quia.* Abest a M. In quibusdam libb. est, *Quippe qui.* Unde in cod. Bembi ascriptum: ' parelcon. abundat *qui.*' West. ' Meliores nostri *Quippe qui.*' Bent. ' *Quippe quia.* An *quod?* certe vulg. *quia* redundat syllaba.' *Bip. Quippe qui* Br. Perl.—28 Vulg. *id* omittitur.—29 *Jam huic mansisset.* Non constat versus, nisi aut *Jam* aut *huic* in disyllabon dissolvas: quorum neutrum placet. Repono, *Huic jam m.* Bent. Vet. cod. ap. Lind. *Nam huic.* ' *Jam huic m.* versu manco, cui succurrens Bent. reponebat *Huic jam:* sed bene Gu. 1. *Jam primum huic.*' Both. qui igitur dat, *J. primum huic g. u. mansisset d. Jam huic* dant Br. Perl. Bip. Z. Delph.—30 Br. *Joco an s.* ' Bœnd. et Ms. Lips. *ille hæc dicat.* EA. *ille illæc d.*' West. ' Lege cum duobus nostris, *ille hæc dicat.*' Bent. Ita et dant Both. Perl. *Illæc* Guelf. 2.—31 *Libeat* pro *lubeat* Id. et Br.—32 *At nunc.* Alias *Et.* Er. ' *At nunc q. e.* Bem. et alii antiqui habent *Et nunc:* quod magis consequens videtur.' *Fa.* Omnes quoque Bent. *Et nunc.*—33 Codd. nostri universi *illius,* non *hujus.* Latet altius vitium. Repone, *Abigat, c. t. illius s. n. q.* Bent. Ita et Both. *Abeat ... illius* dant Br. Perl. Bip. Alii pro *non*

NOTÆ

30 *Jocon' an serio illæc dicat, nescio*] Hæc secum clam Syrus loquitur.

31 *Nisi mihi quidem*] *Nisi* hoc loco usurpatur pro *sed,* ut sæpe apud Terentium.

Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? Sy. Stolidus est.
Ch. At te adjutare oportet adolescentuli
Causa. Sy. Facile equidem facere possum, si jubes:
Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.
Ch. Tanto hercle melior. Sy. Non est mentiri meum.
Ch. Fac ergo. Sy. At heus tu! facito dum eadem hæc memineris,
Si quid hujus simile forte aliquando evenerit,
Ut sunt humana, tuus ut faciat filius.
Ch. Non usus veniet, spero. Sy. Spero hercle ego quoque.
Neque eo nunc dico, quo quicquam illum senserim:
Sed si quid, ne quid. Quæ sit ejus ætas, vides.
Et næ ego te, si usus veniat, magnifice, Chreme,
Tractare possim. Ch. De istoc, cum usus venerit,
Videbimus, quid opus sit: nunc istuc age.
Sy. Nunquam commodius unquam herum audivi loqui,
Nec, cum male facerem, crederem mihi impunius

sumtus hujus meretricis? An machinatur aliquam fallaciam in Menedemum? Sy. *Ipse serrus est stupidus, nullam habet solertiam aptam ad ejusmodi fraudem fabricandam.* Ch. *Sed oportet te ei opem ferre, adolescentis Cliniæ gratia.* Sy. *Possum eum in hac re juvare, si imperas: nam longo usu scio, qua arte id faciendum sit.* Ch. *Mehercule eo aptior es servus, qui dominis scias mederi.* Sy. *Meus non est mos mendacium proferre.* Ch. *Ergo id effice, tu qui calles.* Sy. *At heus tu, Chreme, fac ut memineris hæc eadem, quæ præcipis me facere; si quid aliquando acciderit, quemadmodum se habent humanæ res, ut filius tuus Clitipho, aliquid simile hujus facti Cliniæ agat.* Ch. *Non hoc eveniet, ut spero.* Sy. *Spero quoque ego per herculem non eventurum; neque idcirco hæc dico, quod aliquid tale perceperim de illo; sed dico si quid evenerit, ne quid mihi succenseas. Quæ sit hujus ætas vides, quam amori obnoxia. Profecto etiam si id usu veniat, arte mea possum efficere ne talem in te mœrorem suscipias, quo Menedemum confici vides; ita pulchre te tractabo, et splendide.* Ch. *Considerabimus de ista re, quid opus sit, cum acciderit: nunc intende fallaciam in senem Menedemum.* Sy. *Nunquam audivi herum loqui opportunius, quam nunc, nec cum aliquid mali molirer, crederem me unquam majori*

---

queat legunt *nequeat*.—35 GM. *adjuvare*.—43 Ms. Lips. *quod quicquam*. West. 'Nostri omnes mendose *quod*.' Bent. *Quod* Br. Z.—44 *Ne quid*. Abest a M. *Quæ sit ejus ætas, vides*. Guy. hæc verba et quæ sequuntur ad *possim* delet. *West*. Br. *quid nequit*. *Ne quid* mutatum in *nequit* in Guelf. 1. 'Vulg. *vides:* sed quid tunc faciemus sequente *Et?*' Both. qui ergo dat *vide*.—47 Meliores nostri melius, *quod opus sit*. Bent. 'Al. *quod* male.' *Perl*.—48 *Unquam*. Bœnd. et EA. *quam nunc*. West. 'Vulg. *commodius unquam:* cod. C, dilucide, *quicquam*.' Both.—49 M. et EA. *malefecerim*. Hunc et sequentem

Licere. Quisnam a nobis egreditur foras? 50

cum impunitate id posse facere. Quisnam exit domo nostra?

vs. expungit Guy. Nihil tamen in illis, quod vel Latinitati obstet, vel argumento non serviat. *West.* '*Malefacerem.* Sic dedit Fa. sic habent codd. nostri. Sed certa est Mureti emendatio, *malefacere.*' Bent. *Malefacere* improbat Perl. Bothius legit *malefacere creduam.* Br. *malefacerem credere. Malefacere* B ip. Delph.

ACTUS III. SCENA III.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

Ch. Quid istuc, quæso? qui istic mos est, Clitipho? itane fieri oportet?
Cl. Quid ego feci? Ch. Vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici
Inserere? Sy. Acta hæc res est: perii! Cl. Mene? Ch. Hisce oculis; ne nega.
Facis adeo indigne injuriam illi, qui non abstineas manum:
Nam isthæc quidem contumelia 'st, 5
Hominem amicum recipere ad te, atque ejus amicam subagitare.

Chr. *O Clitipho, quid istud sibi vult? Qualis hæc consuetudo, ludere cum meretrice? Oportetne id te facere?* Clit. *Quid ego feci?* Chr. *Nonne ego te vidi immittere manum in sinum hujus mulierculæ?* Sy. *Actum est de hac re: sentiet Chremes Bacchidem esse amicam Clitiphonis. Perii ego.* Cl. *Dicisne me manum in sinum huic meretrici inseruisse?* Ch. *Vidi hisce oculis: noli negare. Certe facis injuriam indecenter illi Cliniæ, qui non reprimas manum tuam a tractatione ejus amicæ: nam hoc quidem est injuria, admittere in domum suam hominem amicum, et cum amica ejus rem habere. Quam etiam immoderate te gessisti*

1 M. et Bœnd. *quid istic?* Mur. autem τὸ *fieri* temere mutari, et primam sæpe habere productam, exemplis docuit. *West.* Z. *itane fieri, quæso?* Sed notat Zeun. 'Bent. cum Fa. recte edidit *itane fieri oportet?* Nam repetitum *quæso* minus gratum est.'—2 *Hujus* Guelf. 2.—3 Cod. Bem. *Ingerere,* laudante Guyeto. *West. Ingerere* quoque probant Fa. Bip. 'Omnes nostri *Inserere,* quæ vera lectio est.' *Bent.*—4 Guy. ne in legem Pediam peccetur, τὸ *adeo* expunctum vult. *West.*—5 *Nam ista q.* Br.—6 Sic dedit Fa. sed veterrimi quique nostri, *subigitare;* ut et codd. Plautini habent. *Bent. Subigitare* vet. cod. ap. Lind. et ita dant Br. Perl. Both. *Recipe* pro *recipere*

Vel heri in vino, quam immodestus fuisti! Sy. Factum. Ch. Quam molestus!

Ut equidem, ita me Di ament! metui, quid futurum denique esset.

Novi ego amantium animum: advertunt graviter, quæ non censeas.

Cl. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum, pater.

Ch. Esto: at certe concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantisper.

Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia.

heri in convivio? Sy. *Actum est.* Ch. *Quam importunus et acerbus fuisti? adeo, ita me Dii servent, ut equidem timui quid contingeret, ne oriretur contentio inter te et Cliniam. Ego novi ingenium amatorum: accipiunt moleste ea, quæ non putes eos animadvertere et suspicari.* Cl. *Sed, o pater, hic confidit mihi, et sat credit me nihil facturum istius rei quam times.* Ch. *Sit ita: saltem secede in aliquem locum aliquamdiu a conspectu illorum. Multa libido concupiscit et incitat amantes inter se agere: et tua præsentia impedit eos. Ego de meipso id conjicio.*

Guelf. 1.—7 *In vino.* Ita metri ratio postulat ut legatur. Bœnd. M. EA. ET. *in convivio:* octonario hypercatalectico. *West.* ‘ *Vel heri in convivio.* Omnes fere l. s. inter quos Bem. non *in convivio* habent, sed *in vino:* in quo etiam libro vs. finit, non in *factum*, sed in *quam molestus.*’ Fa. ‘ Nostri universi *in vino.*’ Bent. ‘ *In convivio*] Ms. R. *in vino :* quod non displicet.’ *Lind. In convivio* dat Z. reliquæ edd. ap. nos, *in vino.* Add. *τῷ fact.* verb. *est* Guelf. 2. Ita et ed. Delph.—8 Corrigit Guy. *Ut e. i. m. Dii, metuerim.* Bœclero *Ut metui!* valet, ‘ quam metui !’ ‘ quanto in metu fui !’ Idem tamen Guy. in Scholiis Mss. ‘ An *metuim* pro *metuerim?*’ West. ‘ Guy. hic corrigit, *Ut metuerim,* hoc est, adeo ut metuerim: atque hoc arripuit et transtulit vir eruditus. Magno conatu nihil agitur.’ *Bent.* Br. *Di amabunt, metui:* ubi notat Bruns. ‘ sic primo : nunc *amabat* neque aliter edit.’—9 Libri quidam script. et impressi *animos.* West. ‘ Omnes l. s. *animum:* ita procedit optime trochaicus.’ *Fa.* ‘ Omnes nostri *animum.* Hoc recte : sed aliud restat: cum enim ‘ animum advertere ’ passim ap. hunc et Plautum dicatur, ‘ advertere ’ per se eo sensu nunquam : si distinguas post *animum,* plane contra morem egeris. Nimirum certa est Palmerii emendatio : *N. e. amantis : animum advertunt. Amantis,* terminatione prisca, hoc est *amantes.* Quod cum Magistri *amantis* gen. sing. acciperent, necesse erat ut supponerent *amantium.*’ Bent. Palmerii emendationem etiam probat Both.—10 Lege cum uno ex Regiis, ut trochaicus sit æque ac ceteri, *At fides mi.* Bent. ‘ M. et Bœnd. *facturum putat.*’ West. *At fides mi* Perl. Both. *Putat* pro *pater* Guelf. 2.—11 *Hinc* abest a Ms. M. et Lips. *West.* ‘ *Certe concedas aliquo ab eorum ore.* Bem. et alii antiqui ita collocant, *ab ore eorum.* Ceterum Vi. et Decurtatus habent *concedas hinc,* qua particula addita melius versus procedit, qui est trochaicus acatalecticus.’ *Fa. Hinc* nulli ex nostris : sed tres veterrimi, *certe ut concedas.* Repone, *at certe ut hinc c. a.*’ Bent. Non hab. *ut* et *hinc* Guelf. 2. GM. *ut.* Both. *ut hinc concedas.* Perl. *certe ut c. hinc.* Br. Bip. *at certe concedas aliquo.* Delph. *at c. concedas ab ore eorum aliquantisper aliquo.* —12 *Earum et* post *libido* Guelf. 3. ‘ Ex Bem. solo Fa. dedit *facere prohibet ;*

Ego de me facio conjecturam: nemo 'st meorum amicorum hodie,
Apud quem expromere omnia mea occulta, Clitipho, audeam:
Apud alium prohibet dignitas, apud alium ipsius facti pudet,
Ne ineptus, ne protervus videar; quod illum facere credito.
Sed nostrum 'st intelligere, utcumque, atque ubicumque opus sit, obsequi.
Sy. Quid istic narrat? Cl. Perii! Sy. Clitipho, hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi et temperantis functus officium. Cl. Tace sodes.
Sy. Recte sane. Ch. Syre, pudet me. Sy. Credo; neque id injuria.

Hodie nullum habeo amicum cui audeam detegere omnia mea arcana. Apud alium ejus auctoritas interdicit, apud alium me pudet ipsius facti, ne videar insulsus et petulans: quod crede illi Cliniæ accidere, nempe eum timere ne ante te videatur protervus et lascivus. Sed debemus scire obsecundare et inservire commodis aliorum qualitercumque et quocumque in loco necessum sit. Sy. *Audisne quid narrat Chremes pater?* Cl. *Occidi.* Sy. *Clitipho, sicut jam feci ex officio servi, probi, et utilis, te admoneo, ut discedas aliquo, ut jussit pater.* Cl. *Sile, obsecro.* Sy. *Recte profecto me tacere vis.* Ch. *O Syre, pudet me.* Sy. *Non dubito te pudere,*

cum et ceteri ejus et nostri universi habeant *prohibet f.* numeris melioribus, et minore licentia.' *Bent. Facere p.* Bip. Perl. Delph.—13 Reponit Bent. *De me ego f. c.* Ita et Perl. Bothius *D. m. facio ego c. nemo amicorum hodie est.* Bip. Delph. *amicorum* omittunt.—14 Br. *occulta audeam*, sine *Clit.*—15 Mss. et editi quidam *piget.* West. '*Facti piget.* In Bem. et aliquot aliis antiquis, *pudet*, quod magis videtur convenire.' *Fa.* 'Nostri omnes *piget*, uno Regio excepto.' *Bent.* '*Piget* Er.' *Perl.*—17 Sic codd. omnes: sed hiat et sine cæmento est sententia. Quanto venustius est, quod a me jam habebis: *atque utcumque, ubicumque opus est obsequi.* Bent. Bothius legit, *Et. n. est, intelligere atque, utcumque, ubicumque, opus est, o.* Perl. *utcumque, aut ubicumque.*—18. 19 *Præcipio.* Utitur præsenti, ut ostendat perpetuam disciplinam. Tanaq. Faber interrogantem facit servum, et versum sequentem ironice pronuntiantem. Idem Cl. Perizonio placebat. Guy. *Præcepi.* Vid. supra II. 3. fin. *West.* 'Abr. Wielingius legit et distinguit: Ch. *Clitipho, hæc ego præcipio tibi.* Sy. *Hominis frugi et temperantis functus officium?*' Idem. Interrogant post tibi Bent. Both. Z. Bip. *Functu's off.* Bent. Z. 'Par. p. var. sis

NOTÆ

12 *Ea prohibet facere tua præsentia*] præsentia. Impersonaliter, id est, cujuscumque

Quin mihi molestum 'st. CL. Pergin' hercle? SY. Verum dico quod videtur.

CL. Non accedam ad illos? CH. Eho! quæso, una accedundi via 'st?

SY. Actum 'st: hic prius se indicarit, quam ego argentum effecero.

Chreme, vin' tu homini stulto mihi auscultare? CH. Quid faciam? SY. Jube hunc

Abire hinc aliquo. CL. Quo hinc abeam ego? SY. Quo? quo lubet: da illis locum.

Abi deambulatum. CL. Deambulatum! quo? SY. Vah! quasi desit locus.

Abi sane istac, istorsum, quo vis. CH. Recte dicit: censeo.

nec immerito: quin etiam ego, qui pater non sum, id ægre fero. CL. *Per Herculem perseverasne adversus me loqui?* SY. *Dico quod videtur mihi verum esse.* CL. *An non licet accedere ad Cliniam et Bacchidem?* CH. *Una ratio honesta est ad eos appropinquandi, proterve et lascive te immiscens eorum amoribus.* SY. *Actum est de incepto meo. Hic Clitipho se indicabit, antequam elicio pecuniam quam det meretrici. O Chreme, visne tu mihi homini hebetioris et crassioris ingenii credere?* CH. *Quid agam?* SY. *Jube Clitiphonem abscedere hinc alio.* CL. *In quem locum abscedam?* SY. *Quoquo voles. Cede paulum Cliniæ et Bacchidi. Abi spatiatum.* CL. *Spatiatum? Quo?* SY. *Vah! quasi nullus sit locus ubi spatieris. Certe abi per istam partem, versus istam, in quamlibet.* CH. *Syrus*

funct. officio.' Perl. *Ut sis funct. officio* Guelf. 3.—21 Mss. quidam *Quin etiam.* Alii, *Pergis hercle.* Guy. ex Bem. restituit, *Perdis hercle.* Malim, ut edidi, et quomodo est in Mss. quibusdam et edd. antiquissimis: *Pergin' hercle?* Atque ita solent, qui jam tacere jusserant alterum. Sic supra II. 2. 8. 'Pergin'?' Plaut. Pœn. I. 3. 24. 'Pergin' pergere?' Tum *perdis* absolute pro 'perdis me' nescio an dicatur. Tanaq. Faber legit: *Hercle vero, dico quod videtur.* G. F. *Pergin'?* SY. *Verum hercle, dico quod videtur.* West. 'Ego *pergis* lego affirmative; quod cum *hercle* magis congruit: ut et in Phorm. v. 6. 9. 'Pergis hercle: nunquam tu odio tuo me vinces.'' *Fa.* 'Nostri omnes *Pergin?* et recte, modo *hercle* Syro tribuas hoc modo: *neque id injuria: quin Mihi molestumst. Pergin? Hercle v. d. q. v. Quin* præcedenti vs. appono: quod posteriori dedit Fa.' *Bent.* '*Hercle* tribuunt Clitiphoni, improbante Mureto, et recte quidem; sed scribendum quoque *vero* pro vulg. *verum.* s. p. 'hercle vero' et 'non hercle vero.' *Both.* qui etiam τὸ *quin* vs. præcedenti apponit. 'Cuperus Observatt. I. 19. contendit ita legendum esse, *Pergin' hercle.* SY. *Verum? dico q. v.*' Zeun. Distinguunt Perl. Bip. Delph. ut Bent. præterquam τὸ *Quin* versum incipit. Z. *Pergis hercle.*—22 *Nonne accedam a. illos?* Libri aliquot, inter quos Bem. *Non a.* Fa. 'Nostri omnes *Nonne:* quod placet.' *Bent. Nonne ac. ad eos?* Br. *Nonne* Perl. Bip. Delph. Z. et Both. qui totum vs. ita dividit: CL. *Nonne a. ad illos? eho quæso!* SY. *Una accedundi via est...Actum est! &c.* Non interrogat Br. post *via est.*—23 *Indicavit* Guelf. 3. 'Mss. quidam *effero:* male. EA. *affero.*' West. *Effecero* probant Fa. Bent. et dant Perl. Bip. Both. Z. Delph. *Effero* dat

Cl. Di te eradicent, Syre, qui me hinc extrudis. Sy. At tu pol tibi istas
Posthac comprimito manus.
Censen' vero? quid illum porro credis facturum, Chreme,
Nisi eum, quantum tibi opis Di dant, servas, castigas, mones?
Ch. Ego istuc curabo. Sy. Atqui nunc, here, hic tibi asservandus est.
Ch. Fiet. Sy. Si sapias: nam mihi jam minus, minusque obtemperat.
Ch. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egisti, Syre? aut

recte dicit, sic arbitror esse faciendum. Cl. *O Syre, Dii te extirpent, qui me istinc ejicis.* Sy. *Sed per Pollucem, tu cohibeto posthac istas manus tuas, nec eas inseras in sinum mulieribus. Censesne vero, Chreme, quid sit agendum? Quid putas illum filium facturum esse, nisi castigas, observas, admones eum, quantum potestatis Dii tibi dant?* Ch. *Ego omni studio istud faciam.* Sy. *Certe nunc filius est tibi custodiendus.* Ch. *Ita fiet.* Sy. *Si sapienter agas, hoc facies: nam jam minus minusque sequitur mea consilia.* Ch. *Quid tu fecisti? Num aliquid egisti de illa re, de qua paulo ante te conveni? aut invenisti, quod tibi gratum sit?*

Br.—27 *Quo vis.* Divisim edidi, secutus duos Mss. Codices Leidenses, et præstantissimas editiones, Junt. Ald. St. Heinsii, aliorum. Vulgo, *quovis.* In Tr. prior versus in fine habet *quo*, sequens in ipso initio, *vis:* unde certi nihil constitui potest. M. *Recte dicis.* West. *Quovis* junctim dant Br. Bent. Perl. Z. divisim Both. Bip.—28. 29 Alii: *Quid me hinc extrudis?* Rursus alii, *Qui me h. extrudas.* Bodl. *Qui m. istinc extrudas.* Ms. Lips. legit: *At tute istas Posthac c. m.* West. ' *Qui m. istinc extrudis.* Ex ratione versus, et fide libri Bembini et aliquot aliorum, lego, *hinc extrudis.*' Fa. ' Illud *pol* nescio unde venerit. Nec ex nostris ullus, nec vett. edd. id agnoscunt: et universi habent *istinc*, non *hinc.* Repone: *Di te eradicent, qui istinc me extrudas, Syre.* Sy. *At tu tibi istas posthac c. manus. Extrudas* cum in veterrimo nostro est, tum in egregio illo Palatino G. Fabricii.' *Bent.* ' Al. omitt. *pol.* Hos ego vss. 28. 29. recepi a Bent. ita ut hic eos constituit. Quorum prior hypermeter est.' *Perl.* qui tamen, quoad verba, ut nos legit. Br. *Q. m. istinc extrudis. At tu tibi istas.* Both. legit et dividit ut Bent. præterquam quod τὸ *pol* inserit post *tu.*—30 *Censen' vero?* Hæc Clitiphoni tribuit Guy. laudat Bœcl. quando εἰρωνικὸν fuerit. Videntur potius Syri ad Chremetem verba. *West.* Hoc versu novam scenam incipit Bip.—31 *Quantum Di dant tibi opis.* Melior videtur compositio, quæ est in Bem. et aliis antiquis, *quantum tibi opis Di dant.* Fa. ' Nostri omnes, *tibi opis;* sed iidem *dent* non *dant.*' Bent. ' Gu. 1. et Hel. *dent.*' Both. Br. *q. t. D. dent o. Dent* Guelf. 3. Delph. *q. D. dant o. tibi.*—32 Mss. quidam, *observandus.* Alii, *servandus:* et, *here, ibi.* West.—33 Mss. et impressi quidam veteres, *Si sapis.* Idem. *Sapis;* ab altera manu *sapias* Guelf. 2.—34 *Et quid* Idem. ' Vulg. *tecum egi, egisti?* putide. In verbis ' quod dudum tecum ' elegans ellipsis est. Codd. B, C, Hel. *egistin etiam* (nam vulg. abest *etiam*), bene, nisi *egisti* retinendum est.' *Both.* qui igitur legit *quod dudum tecum, egisti etiam, Syre, aut.* Br. *q. d.*

Reperisti, tibi quod placeat? an nondum etiam? Sy. De fallacia
Dicis? st! inveni nuper quandam. Ch. Frugi es: cedo, quid est?
Sy. Dicam: verum, ut aliud ex alio incidit. Ch. Quidnam, Syre?
Sy. Pessuma hæc est meretrix. Ch. Ita videtur. Sy. Immo si scias.
Vah! vide, quod inceptet facinus. Fuit quædam anus Corinthia
Hic: huic drachmarum argenti hæc mille dederat mutuum.

an nondum etiam? Sy. *Loqueris de fabrica seni intendenda? Non ita multo antehac excogitavi aliquam.* Ch. *Frugi es. Dic, quod invenisti.* Sy. *Dicam, sed ut aliud ex alio sequitur.* Ch. *O Syre, quidnam est?* Sy. *Hæc meretrix est admodum prava.* Ch. *Talis apparet.* Sy. *Immo si scias quam sit pessima, miraberis. Vah! cognosce quid incipiat facere: quædam vetula ex Corintho hic habitavit, hæc meretrix dedit illi mutuo mille drachmas argenti.* Ch. *Quid inde*

---

tecum egi? egistin Syre? an.—35 *An nondum etiam?* Terentianum hoc est. Quare Guyeti *an non?* languet: qui dum metro consulere vult, Latinitatem negligit. τὸ *dudum* certe requirebat, ut diceretur, *An nondum etiam?* Sic And. I. 2. 30. *West.*—36 Mss. quidam, *Dicis: inveni quandam nuper.* Alii, *Dicis: hem, inveni nuper quandam.* Exhibeo lectionem Faërni. Sed post F. Fabricium legit Guy. Sy. *De fallacia? Inventa 'st: inveni nuper quandam.* Atque ita est in Bœnd. Mirum vero, placuisse acri Critico, *Inventa 'st. inveni.* Ex variis lectionibus prætulerim illam Daventriensem: *De fallacia Dicis? hem, inveni nuper quandam.* Quomodo et Juntæ ediderunt, cum Aldo. Rob. Stephanus: *De fallacia Dicis? est, inveni nuper quandam.* Atque ita Bem. *Idem.* ' *De fallacia Dicis? hem inveni nuper quandam*] In nullo l. s. invenio dictionem *hem,* quæ et alioqui hic inepta est, et nullum sensum habet: aliqui loco ejus nihil prorsus habent: aliqui has duas voces *inventa est,* quod stare non potest: in Bem. et aliis antiquis legitur *est.* quod cum hic nullo modo cohæreat, sine dubio corruptum putamus: et pro *est,* legendum *st,* quæ nota est indicentis silentium.' *Fa.* ' *St,* quod Fa. ex conjectura posuit, prorsus ineptum est. Quorsum enim silentio opus, cum soli in scena sint? Meliores quique codices habent, *est;* quo indicio, et istum et priorem quoque versum certo restitui: *Quid tu? ecquid de illo quod dudum tecum egi, egisti, Syre? Aut est tibi, quod placeat, an nondum etiam? De fallacia Dicis? est: inveni nuper.*' Bent. ' Vulg. *Dicis? est: inveni:* sed quorsum pertinet illud *est?* codex A, *inventa.*' Both. qui inde dat, *Dicis? Est inventa n. q. Dicis? est: inveni* Br. Perl. *Dicis? st:* Bip. Z. Delph. ' *Cedo quid id est.* Bem. et nonnulli alii non habent particulam *id* sed utroque modo stat versus.' *Fa.* ' Unus tantum ex optimis nostris, *quid est.*' Bent. GM. Br. Bip. Delph. *id* habent.—38. 39 *Immo si scias. Vah! vide, quod inceptet facinus.* Varie hæc legunt Interpretes. Præstantissima Librorum Mss. et impressorum pars exhibet, ut edidi. Tr. *Immo hoc vide Si scias, quod inceptat facinus. Hoc vide* G. ET. EM. *West.* ' Edd. vett. et plerique nostri *Hoc vide.* Pet. tamen *Vah vide,* ut Fa. Atque id placet. Plerique nostri *inceptet,* non *inceptat.* Utrumvis probe.' *Bent.* Both. legit *Immo si scias.* Ch. *Vah!* Sy. *Hoc vide, quod inceptat facinus!*

CH. Quid tum? SY. Ea mortua 'st: reliquit filiam adolescentulam.
Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. CH. Intelligo.
SY. Hanc secum huc adduxit, eaque est nunc ad uxorem tuam.
CH. Quid tum? SY. Cliniam orat; sibi uti id nunc det, illam illi tamen

factum est? SY. *Hæc vetula e vita decessit: reliquit filiam adolescentulam. Ea filia data est pignori huic meretrici, pro ea pecunia, quam illi crediderat.* CH. *Intelligo.* SY. *Hæc meretrix adduxit secum hunc adolescentulam, quæ nunc est apud Sostratam uxorem tuam.* CH. *Quid inde colligis?* SY. *Clinia orat ut illa meretrix det nunc sibi illam puellam, tamen ipse Clinia spondet se daturum illi Bacchidi*

Ad verba, *Immo si scias* in Br. notat Bruns, ' addit. supra lineam *hoc.*' Bip. *Immo, si scias. Vah! quod inceptat f.*—40 Both. *Hic; ei d. h. a.* Fa. Bip. *hæc argenti. Arg. hæc* universi Bent. ' Mss. quidam, *mutuo.* Vulgatum defendit J. F. Gronovius, de Sestertiis III. I. legens, *dedit.* West. *Mutuo* Guelf. 2. 3.—41 M. et Bœnd. cum EA. *reliquit ei filiam.* West. Script. *reliquid;* ac sæpe ita Guelf. 2.—43 Alii: *ea quæ.* West. ' *Ea quæ est nunc ad ux. tuam.* Bem. Vi. et Decurtatus, *apud uxorem.* Bas. et alii *ad*, quod magis placet.' *Fa.* ' Plures ex nostris *ad:* sed placet *apud.* Et deinde pro *ea quæ est*, repone, *eam quæ est.*' Bent. Ita et Bothius. Perl. *ea quæ e. n. ad u. Z. ea quæ e. n. apud u.*—44 Mss. quidam: *Clinia orat, sibi ut nunc det* Tr. *illi tamen Post daturus.* Longum est, varias variorum interpretationes vexatissimi hujus loci referre. Mihi ita legendus et distinguendus videtur: *Cliniam o. sibi uti id nunc det: illam illi tamen Post daturum mille nummum poscit.* West. ' CH. *Quid tum?* SY. *Clinia orat sibi uti nunc det illam: illi tamen Post daturum mille numum poscit.* Qui præcedentia bene considerarit, id est, ' pessima hæc est meretrix:' et ' vide quod inceptet facinus;' cum postea viderit eam nihil moliri, nihil omnino agere, neque mali, neque boni, nimirum existimabit locum esse corruptum; quem nos ex auctoritate librorum antiquissimorum, Vaticani et Bembini, ita emendamus, ut pro *Clinia Cliniam*, pro *daturum daturam*, legamus: quod posterius etiam in libro Victoriano est, et eo amplius ex Vaticano et Basilicano et nonnullis aliis, pro *uti nunc, uti id nunc:* itaque distinguemus: CH. *Quid tum?* SY. *Cliniam orat, sibi uti id nunc det: illam illi tamen Post daturam mille numum*

NOTÆ

40 *Drachmarum argenti mille*] Drachma Attica, et denarius Romanus sunt ejusdem æstimationis sex assibus Turonensibus. Mille drachmæ valebunt centum Coronatis Gallicis, aut trecentis libris Turonensibus. Construitur autem mille substantivum cum genitivo utroque numero; Mille nummum: Mille talentum, pro nummorum et talentorum. Ovidius XIII. Metamorph. ' Est aliquid de tot Graiorum millibus unum A Diomede legi.' Aliquando mille adjectivum est pluralis numeri tantum et indeclinabile, ut, mille drachmæ, mille nummi.

42 *Relicta huic arrhaboni est*] Arrhabo, et arrha, est id quod dari solet ad confirmationem contractus; aliquando idem quod pignus, ut hic sumitur.

Post daturam: mille nummum poscit. CH. Et poscit quidem! SY. Hui!
Dubium id est? CH. Ego sic putavi: quid nunc facere cogitas?
SY. Egone? ad Menedemum ibo: dicam, harc esse captam ex Caria,
Ditem et nobilem; si redimat, magnum inesse in ea lucrum.
CH. Erras. SY. Quid ita? CH. Pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:
Non emo: quid ais? SY. Optata loquere. CH. Atqui non est opus.

mille nummos, quos ipsa poscit. CH. *Et poscit quidem Bacchis tantum argenti?* SY. *Hui! an dubium est quin illa poscat hanc summam?* CH. *Ego non dubito. Quid nunc, Syre, facere cogitas?* SY. *Quid faciam quæris? conveniam Menedemum, dicam hanc adolescentulam esse captam et advectam e Caria, locupletem, et clari generis et multum lucri illum quæsiturum ex ea, si det mille drachmarum pro ejus redemtione.* CH. *Falleris.* SY. *Quid ita? Nego Menedemum tanti puellam redemturum, et loco Menedemi, tibi nunc respondeo: Nolo emere: quid dicis?* SY. *Loquere nobis grata verba, et nostris votis commoda.* CH. *Certe non est usus eam*

---

poscit.' Fa. ' Mendosa lectio jam a multis sæculis rem obscuravit. Revocabo tibi sepultam illam scripturam: *Quid tum?* SY. *Cliniam orat, sibi ut id nunc det; illa illi tamen Post datum ivi mille nummum præs sit.* CH. *Et præs sit quidem?* SY. *Hui Dubium id est? ego sic putavi.* CH. *Quid nunc facere cogitas?*' Bent. ' *Clinia.* Sic omnes nostri, quod elegantius vulgato *Cliniam.* Ceterum locus difficilis: vulg. sic se habet: *sibi uti id nunc det: illam illi tamen Post daturam m. n. poscit.* Codd. parum juvant, nisi quod A et B *exposcet*, C *et poscet*, ut Faërni quoque nonnulli libri. Aliquid hic turbatum esse, non est dubium.' *Both.* qui igitur ita emendat: *Clinia orat sibi uti nunc det (illam illi interim Præstituram) mille nummum; poscit.* CH. *Et exposcet quidem? Clinia* Br. GM. Delph.—45 Non distinguunt post *daturam* Bip. Z. Delph. ' Vulg. *nummum poscit:* al. Mss. et edd. vett. *nummos p.* uti et dein: *et poscet quidem.* Scriptum primitus credas, *nummum spondet:* ac dein: *et spondet q.*' Bip. M. et Bœnd. *Exposcit.* GM. *Et poscet.*—46 *Dubiumne id est?* Bem. non habet particulam *ne*, sine qua melius procedit trochaicus, et personam Chremetis annotat post *putavi.* Fa. Ita et Perl. Bip. Both. *Dubiumne* Br. Guelf. 2. 3.—48 Mss. et impressi quidam, *m. in ea esse l.* West. ' Sic dedit Fa. quod a correctoribus venisse suspicio est. Quippe nostri codices universi cum edd. vett. *m. in ea esse l.* Repono: *m. esse in ea re l.*' Bent. ' Vulg. *in ea* minus usitate. *In eo* i. e. in ea re. B, C *inesse*, sicut vulg. Hel. *magnum ei esse l.*' Both. qui dat, *m. inesse in eo l.* Br. *m. in ea esse l.* Perl. *m. esse in ea l. Hab. et* in loco verborum *in ea* Guelf. 2.—49 Quatuor hos postremos vss. expungit Guy. *West.* ' In Ms. R. *nunc* deest.' *Lind.*—50 Mss. et editi quidam, SY. *Quid agis?* Ita et Calphurnius. *West.* ' Aliqui libri, *quid agis?* inter quos Bem. et Bas.' *Fa.* ' *Non emo: quid agis?* SY. *o. l.* Sic dedit Fa. et sic quidem plerique nostri. Sed duo, et vett. edd. *ais.* Recte: modo personam mutes: CH. *Non emo.* SY. *Quid ais? o. l.*' Bent. Ita et Both.

Sy. Non opus est? Ch. Non hercle vero. Sy. Quid istuc? miror. Ch. Jam scies.
Mane, mane! quid est, quod tam a nobis graviter crepuerunt fores?

emere. Sy. *Non est usus?* Ch. *Non est usus per Herculem.* Sy. *Miror quare hoc dicas.* Ch. *Statim cognosces: desine loqui, et audi. Quidnam est, propter quod fores nostræ tantum strepitum ediderunt?*

Z. Bip. Delph. Perlet. Cod. Br. habet *Non emo: quid agis?*—51 Ch. *Atqui non opus est.* O. l. s. *non est opus:* liber vero Bem. hic sic notatas personas habet: Ch. *Qui.* Sy. *Non est opus.* Ch. *Non opus est.* Sy. *Non hercle vero.* Ch. *Quid istuc? miror.* Sy. *Jam scies. Mane, mane, &c.* hæc annotare placuit, si quis forte clariorem aliquem sensum possit elicere, quam ex impressa distinctione. *Fa.* '*Non opus est?* Lege ex aliquot nostris *Non est opus?* et pro *Quid istuc miror,* lege ex plerisque nostris, *Qui istuc, miror.*' Bent. Non interrogat Br. post *opus est.* Idem legit *Qui istuc? miror.* Both. *Non opus?* Ch. *N. h. v.* Sy. *Qui istuc, miror.* Cod. C, Bip. Perl. *Qui istuc, m.* Delph. *Qui istuc?*—52 Al. *crepuere.* Hunc vs. Syro tribuit Bent. Ita et Perl. Both. *Quid* pro *quod* legit Perl. et notat, 'Libb. antiq. *quod,* prave.' 'Versus hic conjungit scenam sq. qua superveniet Chremetis uxor cum nutrice. Contra omnem sensum edd. plerique eam ab hoc Actu dividunt, et quarti Actus principium esse jubent. Nos cum Daciera ad Act. III. retrahimus; additam habet ed. vet. c. figg.' *Bip.*

ACTUS IV. SCENA I.

SOSTRATA. CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

So. Nisi me animus fallit, hic profecto est annulus, quem ego suspicor;
Is, quicum exposita est gnata. Ch. Quid volt sibi, Syre, hæc oratio?
So. Quid est? isne tibi videtur? Nu. Dixi equidem, ubi mihi ostendisti, illico,

So. *Nisi animus errat, hic certe est annulus, quem ego opinor esse; is est, cum quo filia mea exposita fuit.* Ch. *O Syre, quid hic sermo uxoris meæ significat?* So. *Quid est, o nutrix, isne tibi videtur?* Nu. *Dixi eum esse ubi primum mihi eundem*

1 Cum Chremes et Syrus in proscenio remanserint, non videtur Mureto hic novi Actus initium esse. *West.*—3 So. *Quid est?* Hæc Guy. in glossis Mss. Syro tribuit, respondenti ad illa Chremetis, 'Quid volt sibi, Syre,

Eum esse. So. At ut satis contemplata modo sis, mea Nutrix. Nu. Satis.

So. Abi jam nunc intro, atque, illa si jam laverit, mihi nuntia:

Hic ego virum interea opperibor. Sy. Te volt: videas, quid velit.

Nescio, quid tristis est: non temere 'st: metuo, quid siet. Ch. Quid siet!

Næ, ista hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit.

So. Ehem! mi vir. Ch. Ehem! mea uxor. So. Te ipsum quæro. Ch. Loquere, quid velis.

So. Primum hoc te oro, ne quid credas me advorsum edictum tuum

Facere esse ausam. Ch. Vin' me istuc tibi, etsi incredibile 'st, credere?

Credo. Sy. Nescio quid peccati portet hæc purgatio.

So. Meministin' me esse gravidam, et mihi te maxumopere dicere,

ostendisti. So. *At diligenter vide, ut eum satis modo intuita fueris.* Nu. *Satis eum intuita sum.* So. *Jam abi intro domum, et mihi refer, si illa Antiphila jam laverit. Interea hic exspectabo maritum.* Sy. *Chreme, uxor tua te quærit, videas quid velit. Ignoro qua de causa mœsta sit. Non sine causa id contingit. Metuo quid sit.* Ch. *Quid sit? Ista fœmina summopere se fatigabit, in nugis proferendis.* So. *Ehem, mi vir.* Ch. *Ehem, mea uxor.* So. *Quæro teipsum.* Ch. *Dic quid est, quod velis.* So. *In primis hoc a te postulo, ne me credas ausam esse aliquid facere contra jussum tuum.* Ch. *Visne me credere istud tibi? credo, quamvis non credendum sit.* Sy. *Nescio quid culpæ ferat hæc excusatio.* So. *Recordarisne cum essem gravida, te*

hæc oratio?' Codices vero omnes, quos vidi, tribuunt Sostratæ. Guy. expunxit in suo codice τὸ *mihi*, quod est in plerisque omnibus Mss. et editis vetustis. *Idem. Esse* post *videtur* Guelf. 1.—4 Mss. et editi quidam vetustissimi, *At vide, ut satis.* West. Bent. reponit, *At satis ut.*—5 Omnes libb. s. ap. Fa. et Bent. *Abi nunc jam.* Ita et Br. Both. Bip.—7 O. l. s. *quid sit:* ita bene versus procedit: sed hoc amplius Bem. et Vi. pro *metuo, timeo* habent. *Fa.* 'Nostri omnes *metuo*, et *sit.*' Bent. *Metuo quid sit* Br. Perl. Bip. Both. Delph.—8 EP. non agnoscit τὸ *jam.*—9 Mss. quidam *Hem* pro *Ehem.* —10 Ms. R. *P. hoc oro.* Guelf. 2. *hæc* et *adversus.*—11 Br. *Vis.* Bem. *et incredibile est.*—12 Omnes fere l. s. inter quos Bem. et alii antiqui, *portat.* Fa. 'Nostri quoque *portat.*' Bent. *Portat* Br. Perl. Bip. Both. Delph.—13 *Dicere.* Pro eo Mss. Leidenses quatuor, Bœnd. Tr. et Bodl. sed et ex editis præter EP. et EA. etiam Veneti, Juntarum, Rob. Stephani, Aldi, Davent. Antesignani, aliorum, legunt *interminatum:* quæ glossa videtur τοῦ 'edicere.' *West. Maximo opere interminatum* G. *Idem in Add.* '*Mihi te magnopere interminatum.* Omnes quotquot sunt l. s. *maximopere int.* Soli Bem. et Vi. *maxumo opere dicere:* quam antiquam et veram esse lect. puto.' *Fa.* 'Lege,

Si puellam parerem, nolle tolli? Ch. Scio quid feceris:
Sustulisti. Sy. Si sic factum est, domina, ergo herus
damno auctus est.
So. Minime: sed erat hic Corinthia anus, haud impura:
ei dedi

mihi maxime minatum esse, si parerem puellam, nolle ut nutriretur? Ch. *Scio quid feceris; educasti eam.* So. *Ita factum est; educavi.* Sy. *O hera, si educasti puellam, herus ex hoc damnum percepit.* So. *Minime, sed vetula ex Corintho non inhonesta nec impudica hic habitabat; tradidi ei filiam meam exponendam.*

ejecto *esse*, et ex *dicere*, quod et Eug. habet, facto *edicere: Meministin me gravidam et mihi te maxumo opere edicere. Interminatum*, quod libri nostri habent, ex interpretatione venit.' *Bent.* 'Vulg. *me esse g. e. m. t. max. dicere.* Bent. *me grav. .... edicere:* et *edicere* quidem legitur in Bem. et Vi. sed ceteri, quotquot innotuerunt, codd. etiam Berolinenses omnes et Hel. *max. op. interminatum*, quod cur spreverint, non video: certe, cum modo 'edictum' habuerimus, putide infertur *edicere*, et aptissime usurpatur trochaicus plenus: *esse* officit versui, quod vidit Bent.' *Both.* qui inde legit *Meministin' m. g. .... maxumo op. int.* Perl. *Meministin' m. g.* Br. *M. m. esse g. .... max. op. int.* Bip. *M. m. g. .... max. op. dicere.* Delph. *max. op. dicere.*—15 *Si sic factum est, domina, ergo herus damno auctus est.* Varie hæc leguntur. In quibusdam libris est, So. *Ita factum est.* Sy. *Sic est factum domina?* Ita Ms. Tr. In aliis: Sy. *Sic est factum: domina ergo, herus damno auctus est:* quam lectionem tuetur Acidalius. In edit. Amstelodamensi, anni 1618. ex recensione Heinsii, quæ servatur in Bibliotheca Lugduno-Batava, So. *Sic est factum.* Ch. *Domin'?* Sy. *Ergo herus damno auctus est:* quæ et Bembini Cod. lectio est. In aliis aliter, ut veram lectionem vix exputes: est autem in verbis, uti edidi, ex plusculis Mss. et antiquissimis impressis, elegans ὀξύμωρον. *West.* Bem. post *Sustulisti*, ita notatas habet personas: So. *sic est factum.* Sy. *domina ergo herus damno auctus est:* sed hæc lectio non videtur procedere, cum infra Sostrata dicat, 'minime.' Omnes alii libri, et antiqui et recentes, hæc omnia verba Syro attribuunt. *Fa.* 'Ch. *Sustulisti.* Sy. *sic est factum, domina: ergo herus damno auctus est.* Sic Fa. et libri nostri. Sed locum hunc non carere mendo recte suspicatus est Vir doctus: quid tamen ista ejus conjectura sibi velit, *dominæ ergo herus damno auctus est*, equidem non intelligo, nec de ea plura dicam; cum nesciam utrum velit, *dominæ herus*, an *dominæ damno?* Acidalius ad Paterculum sic corrigebat: *Sic est factum: domina ego, herus damno auctus est.* Ingeniose, hoc confitendum est: et ideo Guyetum plausorem sibi invenit. Syrus nova domina, Chremes damno, novæ scilicet dotis, auctus est. Quanquam autem juvenili jactantia Acidalius 'edicat omnibus sic esse scribendum,' liceat tamen mihi novam aleam periclitari. Repono igitur, *Sustulisti. Sic est factum: minor ergo herus damno auctus est.* Sic et olim legebat Eug.' *Bent. Sic est factum.* Ch. *Domin'?* Sy. *Ergo h. d. auctus est.* Bip. quæ sic notat 'Al. *Domina;* idque et a Syro dictum voluere; unde magnæ nugæ ab editoribus datæ ob Mss. inconstantium. Nostrum invenit Heinsius.' Z. Sy. *Sic est f. domina.* 'Optime Bent. Eugraphium secutus, reposuit *minor* pro *domina:* sed recipienda quoque erat aliorum codd. (quibuscum facit noster A) lectio: *Si sic factum est, ergo* autem delendum: absorpsit conjunctionem antecedens personæ nota.' *Both.* qui igitur legit, *Sic si f. est, minor h. d. a. est.* Br. *Sic est factum? d. .... auctus est?*

NOTÆ

15 *Ergo herus damno auctus est*] Propter dotem, quæ danda est filiæ.

Exponendam. Ch. O Jupiter! tantamne esse in animo inscitiam!
So. Perii! quid ego feci? Ch. Rogitas? So. Si peccavi, mi Chreme,
Insciens feci. Ch. Id equidem ego, si tu neges, certo scio,
Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia: 20
Tot peccata in hac re ostendis: nam, jam primum, si meum
Imperium exequi voluisses, interemtam oportuit:
Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.
At id omitto: misericordia, animus maternus: sino.
Quam bene vero abs te prospectum est! quid voluisti? cogita. 25
Nempe anui illi prodita abs te filia est planissume,
Per te vel uti quæstum faceret, vel uti veniret palam.
Credo id cogitasti: quidvis satis est, dum vivat modo.

Ch. *Proh Jupiter! oportetne esse tantam ignorantiam in mente ullius?* So. *Perdita sum, quid commisi?* Ch. *Quæris.* So. *Mi Chremes, si erravi, per imprudentiam, non dedita opera id feci.* Ch. *Certum id sane est mihi, quamvis negares, te dicere ac facere omnia per ignorantiam; tot peccata tua in hoc facto ostendis. In primis si voluisses complere jussum meum, oportebat puellam interire, non verbis fingere eam esse mortuam, et re ipsa eam spe vitæ donare, cum posset fieri ut anus illam educaret, non exponeret. At id prætereo, te debuisse exequi meum imperium; misericordia, affectus maternus te impulerunt; concedo. Quam pessime vero providisti filiæ! quid voluisti facere? considera. Certe filia prostituta est omnino a te; vel ut quæstum turpiter corpore suo faceret, vel ut venderetur publice. Credo ita putasti; quidlibet eveniat, lucrum corpore faciat, sive serviat; satius est, quam*

Sic est f. Perl.—16 Al. *sed hic erat anus C. ... tantam esse.*—17 *Tantam esse* Bip. Perl. Bent. *Esse tantum* Both. sed notat, 'Operarum errore *tantum* legitur pro *tantam*.' *Tantam ne* Br. *Tantamne* Guelf. 2. et omnes codd. Bent. '*Inscitiam*. G. F. defendit *inscientiam*. Et laudat ex Ms. uno Bœclerus. Mihi in nullo repertum.' *West.*—18 Quidam libri τὸ *perii!* Chremeti tribuunt. *Idem.* 'Codices plerique omnes, *At rogitas?* quod majoris est indignationis.' *Bent.* Ita et Br. Bip. Perl. Both. Delph. Omitt. *si* Guelf. 1. Br. *O mi Chreme.*—19 *Id equidem ego, etiamsi tu neges.* Bem. non habet vocem *etiam*, quæ et versum impedit, et sensui non est necessaria: alii omnes libri habent, *etsi t. n.* quod et ipsum stare potest: præterea solus Bem. *equidem*, alii omnes *quidem* habent. *Fa.* 'Nostri omnes *Id quidem ego*.' Bent. Br. *Id q. e. etsi t. n. certe s. Id quidem ego* Perl. *Etiamsi* Er.—20 *Nescientem* Guelf. 3.—22 *Esse* post *interempt.* Idem.—24 Ms. R. *animus m. sino, te devicit.* Lind.—25 Vulg. *est: quid voluisti?* nulla distinctio utroque loco in codd. A, B. *Both.* qui igitur dat *prospectum est, quod voluisti, c.*—26 Legendum monet Bent. *Nempe illi anui.* Ita et Both.—28 Alii, *quidvis satius est.* Libri quidam: *quid vis? satis est.* West. '*Quidvis satius est.* O. l. s. *satis*

Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt?
Melius, pejus; prosit, obsit; nihil vident, nisi quod lubet.
So. Mi Chreme, peccavi, fateor: vincor: nunc hoc te obsecro:
Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior,
Ut meæ stultitiæ in justitia tua sit aliquid præsidî.
Ch. Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum, Sostrata,
Male docet te mea facilitas multa. Sed istuc, quicquid est,

eam non vivere. Quomodo te geras erga eos qui nesciunt, neque rationem juste vivendi, neque quid honestum sit factu, neque æquitatem naturalem, quid juvet magis, quid magis noceat, nihil sibi proponunt, nisi quod eis placet? So. *O mi Chremes, erravi, confiteor delictum, jure arguor. Nunc tibi supplico, ut quanto tuus animus est ætate peritior, sit tanto promtior ad parcendum, ut tua æquitas aliquid auxilii præbeat simplicitati meæ.* Ch. *Scilicet equidem, hanc culpam tibi condono; sed, o Sostrata, te male multa facere suadet mea lenitas. Sed quicquid*

---

est: ut et exigit versus.' *Fa.* 'Et nostri omnes *satis*.' Bent.—29 Legendum monet Bent. *illisce*, non *illis*. Ita et Both. *Neque* pro *aut* Guelf. 3.—30 Ms. Pal. 2. *an pros. an obs.* Prava lect. ac tam eleganti verborum concinnitati adversaria. *Perl.*—31 Al. *nunc te obsecro.*—32 *Natu gravior.* Hæc non placent Guyeto, integrum versum expungenti ut additititium, laudante Bœclero; quod nec explicari commode, nec connecti queat. Optime autem constabit sensus, si cum Mss. et editis quibusdam vetustissimis legas, *Tanto sit ignoscentior.* Nisi quod metro repugnat. Dacieria e Ms. Regio laudat, *Ignoscentior tanto sit.* [Ita esse in G. monet West. in Add.] Canterus *natu gravior, ignoscentior* legit. Doctiss. Wielingius integrum octonarium facit, legens: *Quanto tu es natu gravior, tanto animus sit ignoscentior.* West. 'Omnino *tanto* hic necessarium est, quod libri aliquot habent: nonnulli *tanto sis, tanto esto.* Tu repone: *Quanto tu me es annis gravior, tanto es ignoscentior.*' Bent. 'Etiam nostri libri agnoscunt *tanto:* cod. A in margine: 'al. *tanto esto ignoscentior.*'' Both. qui legit ut Bent. Br. *Q. t. e. a. ætate n. g. i.* 'Ms. R. *ignoscentior tanto sit.*' Lind. *Gnata* Guelf. 2. 'Mendum hic versus habere videtur a *natu;* sed id certe antiquum, quod jam Serv. ad Virg. Æn. IX. 201. refert. Guy. pro more expunxit versum, et Bent. pro lubitu male satis refingit: *Quanto tu me es annis gravior, tanto es ignoscentior.* Vett. scripti et edd. quidam addunt l. ante *ignoscentior*, l. post: *tanto sit.* Sed id glossema est, versumque excedit. Velimus *Quando tuus est animus natura æquior, ignoscentior.* Sed nil audemus contra vetustam lectionem.' *Bip.*—33 Plusculi Mss. omittunt τὸ *in.* West. 'Bem. præpositionem *in* addit post *stultitiæ:* quæ lectio quanto melior sit, omnes vident: ita etiam habebant Vi. et Bas. sed nunc *in* abrasum est.' *Fa.* 'Nostri universi *justitia tua* casu recto: et recte, ut Tacitus 'Sibi quisque præsidio,' et alii passim. *In justitia,* quod Bembinus exhibet, vel ideo rejiciendum quod in ambiguum cadat, nec ab 'injustitia' sono distingui possit.' *Bent. In* omittit Br. Bothius legit, *Injustitiæ meæ ut justitia t. s. a. p.* 'Bem. *in.* Sed *justitia t.* nominativus est. Placet igitur Bembini lectio *in,* præsertim si *in* et *justitia* junctim compre-

Qua hoc occeptum 'st causa, loquere. So. Ut stultæ et misere omnes sumus
Religiosæ; cum exponendam do illi, de digito annulum
Detraho; et eum edico, ut una cum puella exponeret;
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
Ch. Istuc recte: conservasti te, atque illam. So. Is hic est annulus.
Ch. Unde habes? So. Quam Bacchis secum adduxit adolescentulam. Sy. Hem!
Ch. Quid ea narrat? So. Ea lavatum dum it, servandum mihi dedit.
Animum non advorti primum; sed, postquam aspexi, illico
Cognovi: ad te exsilui. Ch. Quid nunc suspicare, aut invenis

istud est quod narrasti de exposita filia, dic qua occasione inceptum est. So. *Ut omnes nos mulieres sumus inconsultæ et superstitiosæ, cum do illi anui filiam exponendam, eximo annulum de digito, et præcipio illi ut exponeret puellam cum annulo: si illa interiret, ut aliquam partem bonorum nostrorum haberet.* Ch. *Fecisti istud recte, sic servasti te, ne faceres contra religionem; atque illam, ne moreretur.* So. *Ecce hic est annulus.* Ch. *A quo eum recuperasti?* So. *Habeo ex adolescentula, quam Bacchis adduxit secum.* Sy. *Hem!* Ch. *Quid ea refert?* So. *Dum hæc Antiphila it lavatum, tradidit mihi illum, ut servarem. Quamprimum animo non attendi; sed postquam aspexi, statim agnovi, et exultans ad te veni.* Ch. *Quid conjicis esse, aut quid reperis indicii de illa adolescentula?* So.

hendatur; ut sit, 'injustitia.'' *Perl. Injustitia tua.* Delph.—35 Both. *Mala docet mea facilitas te multa.* Bodl. *quid est.* Br. *sed istud.* Abest *istuc* Guelf. 2.—36 EP. *hoc ceptum.* In editis antiquissimis est *stultæ et miseræ:* quod perperam ex Msstorum *stulte et misere* expressum, cum utrumque videatur esse adverbium. *West.* 'Lege ex R. *eloquere.* Et pro *stultæ et misere* lege ex duobus nostris veterrimis *stultæ et miseræ.*' Bent. Ita et Perl. Br. habet, *hoc captum ... stultæ et miseræ.* Both. *eloquere. Eloquere ... stulte et misere.* Bip. quæ notat, 'Al. *stultæ et misere ... superstitiosæ.*' Z. *stultæ et miseræ.* Delph. *stulte et misere.*—40 *Hic est annulus.* O. l. s. *Hic is est.* Bem. et Vi. quos et sequimur, *Is hic est.* Fa. 'Nostri *Hic is est*, accentu meliore.' *Bent. Hic is est* Br. Perl. Bothius, *Hic is annulus.*—41 M. et Bœnd. *adduxit, ex adolescentula.* Sed τὸ *ex* glossema videtur, quia Mss. plurimi omittunt. *West. Ad adolesc. ac tulit* Guelf. 3.—42 Al. *Quid illa.*—43 Sunt Mss. plurimi, in quibus est *Annulum: non advorti primum.* Ita EA. et EP. nisi quod habent *primo.* Idem est in Bodl. et Bœnd. Hanc lectionem Mur. illam Fa. defendit. *West.* '*Annulum n. a. primo.* Bem. et V. pro *Annulum* habent *Animum:* ita optime procedit trochaicus, aliter impeditus: sane pro *primo*, Bem. habet *primum.*' Fa. 'Duo ex melioribus nostris *Animum*, et itidem *primum.*' Bent.

NOTÆ

42 *Lavatum*] Secundum antiquos: nos dicimus 'lotum.'

De illa? So. Nescio; nisi ut ex ipsa quæras, unde hunc habuerit,
Si potis est reperiri. Sy. Interii! plus spei video, quam volo.
Nostra est, ita si est. Ch. Vivitne illa, cui tu dederas? So. Nescio.
Ch. Quid renuntiavit olim? So. Fecisse id quod jusseram.
Ch. Nomen mulieris cedo quod sit, ut quæratur. So. Philtere.
Sy. Ipsa est: mirum ni illa salva est, et ego perii. Ch. Sostrata,
Sequere me intro hac. So. Ut præter spem evenit! quam timui male,

Nescio, nisi ut exquiras ab ea unde acceperit hunc annulum, si id potest sciri. Sy. *Occidi, video plus esse spei, de agnitione filiæ, quam volo. Si ita est, ut refert Sostrata, hæc adolescentula est de nostra familia.* Ch. *Vivitne illa anus cui tu tradideras filiam tuam?* So. *Nescio.* Ch. *Quid illa retulit tibi quondam se fecisse, postquam ei dederas filiam exponendam?* So. *Retulit se fecisse id quod jusseram, scilicet, se puellam exposuisse.* Ch. *Dic quod sit nomen anus, ut quæratur illa.* So. *Philtere est nomen ejus.* Sy. *Ipsa est, a qua Antiphila educata est. Mirum est, ni illa anus est incolumis, et ego perii.* Ch. *Sostrata, sequere me domum hac via.* So. *Ut contra quam speravi evenit!*

Br. *Annulum n. a. primo. Primo* Guelf. 3.—44 Br. *Agnovi.*—45 In Bem. non est particula *ut*, qua sublata versus nihilominus stat, et sensus est optimus, exponendo ‘ nisi ’ pro ‘ sed :’ ut sæpe in hoc Auctore. *Fa.* ‘ Nostri omnes : *n. ut ex ipsa.*’ Bent. qui tamen *ut* omittit. Omittunt etiam Bip. Z. Both. Delph.—46 Libri quidam scripti et impressi, *Si potest.* West. Ita Br. *Reperi* Guelf. 2. Both. *spe v.*—48 So. *Fecisse id quod jusseram.* Præstat hæc lectio præ illa quorundam Librorum: Ch. *Quid renuntiavit olim fecisse?* So. *Id quod jusseram.* EA. *id quod miseram.* West. ‘ *Quid renuntiavit olim?* Post hæc verba annotata est in libro Bembino persona Sostratæ, recentiori tamen manu: ita prius erat et in Vi. sed deinde ut in vulgata lectione, mutatum est.’ *Fa.* Br. τὸ *fecisse* Chremeti tribuit. Ita et Bip. Delph.—49 Legendum monet Bent. *mulieri:* quod etiam dat Both. Br. legit *Filtere.*—50 *Ipsa est*] GM. præmitt. *Si,* quod nusquam alibi invenio. *Perl.* Br. *I. est: mirum est ne.* Ubi notat Bruns, ‘ Edit. omitt. *est* et pro *ne* habent *ni.* Sed lectio codicis placet, modo interpungatur post *est,* et *ne* habeatur scriptum pro *næ,* uti in ed. Bent. hæc vocula scribitur.’—51 In Bem. non est dictio *hac:* qua sublata versus stabit, non faciendo synalœpham in *me intro:* eo magis quia Antiqui dicebant *med intro.* Fa. ‘ Omnes nostri *intro hac :* neque aliter stabit versus.’

NOTÆ

46 *Interii*] Nolebat Syrus Antiphilam agnosci tam cito filiam a Chremete, ne occasio præriperetur auferendi ab illo argentum, et ne vapularet, si cognosceret Bacchidem esse amicam Clitiphonis filii.

Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda, Chreme!
Ch. Non licet hominem esse sæpe ita ut volt, si res non sinit.
Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam filiam: olim nihil minus.

quam misere timui ne nunc ita immitis esses, ut olim fuisti, cum filiam tolli et nutriri noluisti. Ch. *Non esse licet hominem sæpe, ut ei libet, si res patiatur: ita nunc fert conditio temporis, ut cupiam filiam habere; sed olim nihil minus, re familiari non permittente.*

****

Bent. Hac omittit Delph.—52 Bem. *tollendo:* quod et melius videtur. *Fa. Tollendo* dant Bent. Perl. Z. Bip. Both. Delph.—54 Legendum et distinguendum monet Bent. *Nunc ita tempus fert, mi ut cupiam:* quod probat Bothius. Br. Delph. legunt *tempus est, mihi.*

ACTUS IV. SCENA II.

SYRUS.

Nisi me animus fallit, haud multum a me aberit infortunium:
Ita hac re in angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ;
Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.

Sy. *Nisi mens in præsagiendo me decipit, mala fortuna non longe erit a me; adeo per Herculem mei conatus vehementer in arctum redacti sunt, nisi provideo, ut Chremes non cognoscat hanc Bacchidem esse amicam filii sui; nam nihil est*

****

Hanc Scenam superiori jungit Mur. Atque ita est in libris antiquis, et quibusdam Mss. *West.* Ita et Both. In ed. Bip. hic incipit Act. III. Sc. VI.—1 Ne versui syllaba deficiat, lege *haud permultum*, aut, *haud perlonge;* quam lectionem Eug. habuisse videtur. *Bent.* Mss. quidam *abierit.* West.—2 Videtur cum Mss. quibusdam legendum, *Ita hercle.* In Ms. Lips. et Bœnd. est utrumque *Ita hac re hercle.* Et ed. Paris. 1552. ad marginem habet *hercle.* Qui *in augusto* legunt libri, a librariis corrupti sunt, referentibus ad ' oppido,' quasi substantivum. Licet adverbium inde ortum, quod ' oppido ' bonum vocarent rustici, h. e. urbi, omne magnum et excellens. *Idem.* Both. *Ita in augustum hercle.* Bip. Delph. *Ita hercle in angustum.*—3 *Nisi aliquid video.* Sic And. II. 2. 36. Bœnd. et M. *Nisi aliquid provideo.* Mss. alii *N. a. videro.* West. ' Lege : *aliqui video* vel *aliqua*, hoc est, aliqua via, ratione.' *Bent.* ' Vulg. *aliquid:* correxit Bent. Cod. A non *video* sicut vulg. sed *provideo*, quod versum sanat. *Both.* qui inde

Nam quod de argento sperem, aut posse postulem me fallere,
Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto abscedere.
Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus.
Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda 'st mihi.
Nihil tam difficile 'st, quin quærendo investigari possiet.
Quid, si hoc nunc sic incipiam? nihil est: quid, si sic? tantundem egero.
At sic opinor: non potest: immo optume. Euge! habeo optumam.
Retraham hercle, opinor, ad me idem illud fugitivum argentum tamen.

unde ullam spem habeam auferendi argenti, aut fallendi senis. Victoriam obtineo, si mihi conceditur tuto, et sine plagis elabi. Angor animi, quod tam bonum frustum mihi ex gutture tam repente extractum sit, id est, tanta opportunitas extorquendi argenti a sene. Quid faciam, aut quid excogitem? Inveniendum denuo mihi est aliud commentum. Nihil est tam impeditum, quod non possit conando expediri. Quid erit si nunc sic ordiar? tale figmentum nullius momenti est. Quid erit si hoc pacto faciam? non amplius profecero: at censeo sic posse fieri: minime potest: immo vero perbelle fieri potest. Eia scio bonam pecuniæ eliciendæ rationem. Per Herculem, ad me, ut puto, reducam pecuniam eandem illam, quæ tanquam mancipium fugitivum a me se proripuit.

legit *Nisi provideo, ne.*—4 Al. *quod sperem de argento.* M. *fallere herum.*—5 R. Stephanus ed. in 8. anni 1545. ita exhibet: *si licet me latere tecto, discedere:* quasi τὸ 'latere' verbum sit, non nomen. *West. in Add.* Bip. *latere tecto, absced.* Br. *scilicet me latere, tecto abs.*—6 Lege ex duobus nostris, *Crucior bolum mihi tantum e.* Bent. Ita et Perl. Both. In quibusdam Mss. est: *mihi esse ereptum t. s. ex faucibus.* West. Ita Br. In Z. et Both. *desubito.*—8 *Est* abest vulg.—9 *Nunc.* Turbat octonarium, atque abest a quibusdam Mss. in aliis deletum. *West.* Vulg. *Quid, si hoc sic incipiam nunc?* Bem. Bas. et Vi. habent, *Quid, si hoc nunc s. i.* Pro *egero* Bent. reponit *ago.* 'Vulg. *quid, si sic?* m. l. *Sic* subaudiendum est, non scribendum; natum id, ni fallor, ex 'si.' Bent. pro *egero* reponebat *ago*, minus quidem probabiliter.' *Both.*—10 *Euge optimam habeo*] Bem. *habeo optimam:* ita et Vi. et Bas. quæ collocatio numerosior est. *Fa.* Sic et nostri libri. *Bent.* Br. *Immo optume est. Euge optumam habeo.* 'Ms. Lips. *habeo: euge! optimam habeo.* Itid. GM. injecto *est.* Qui leg. et colloc. ita, *Immo optume est, euge, optimam habeo.*' Perl. *Est* post *optume* Guelf. 2.—11 Al. *illud idem.* '*Tamen*] Fortasse valet, *tandem;* sed ἐπέχω. Guy. in Gloss. Mss.' *West.*

ACTUS IV. SCENA III.

CLINIA. SYRUS.

CL. NULLA mihi res posthac potest jam intervenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta est.
Dedo patri me nunc jam, ut frugalior sim, quam volt.
SY. Nihil me fefellit: cognita est, quantum audio hujus verba.
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.
CL. O mi Syre, audistin' obsecro? SY. Quid ni? qui usque una affuerim.
CL. Cui æque audisti commodius quicquam evenisse? SY. Nulli.
CL. Atque ita me Di ament, ut ego nunc non tam meapte causa

CL. *Nulla res tanta potest mihi accidere posthac, quæ animi molestiam mihi pariat; tanta lætitia mihi advenit. Trado me nunc totum in patris potestatem, ut fiam etiam frugalior quam cupit.* SY. *Non erravi, cum ita esse judicavi: quantum enim intelligo verba hujus Cliniæ, Antiphila a parentibus agnita est: istud, ut optabus, evenisse valde gaudeo.* CL. *O mi Syre, quæso, audistine rem totam de agnitione Antiphilæ?* SY. *Cur non audiverim, qui fuerim assidue cum parentibus, quando eam recognoscebant.* CL. *Cui homini audisti tantum evenisse boni, ut mihi evenit?* SY. *Nulli.* CL. *Atque ita me Dii ament, ut non tam propter me ipsum*

In ed. Both. hic incipit Act. III. Sc. VI. In Bip. Act. III. Sc. VII.—1 Bothius legit, *Nullum mihi jam posthac potest intervenire tantum. Evenire* Guelf. 3. Abest *tanta* eidem.—2 *Adorta* Guelf. 2.—3 *Dedo patri me nunc: jam ut*] Sic Fa. sed distingue, *Dedo patri me nunc jam, ut.* Bent. Bothius legit, *Patri me dedo nunc jam, ut.* Non interpungit post *jam* Br.—4 Bodl. *ut audio.* Both. *hujus audio.*—5 Hic versus suspectus est Guyeto, scilicet quia Syrus secum loquitur, neque Cliniam alloquitur. Tum *ex sententia* eidem Guy. Latinum quidem videtur, sed *tua* suspectum est. *West.*—6 Bem. Bent. Perl. Both. Bip. *audisti.* Probat Fa. Vet. cod. ap. Lind. *usque nunc.*—7 *Æque commodius.* Hæc est lectio Juntarum. Et si ita scripsit Terentius, auctorem habuit Plautum, Capt. III. 5. 42. 'Nec est quisquam mihi, æque melius cui velim.' G. F. *παρέλκου* speciem facit. Codex Bem. pluresque alii habent, *commode.* Alii cum EP. præferunt *commodi.* Mss. variant. Mss. et editi quidam, *evenire:* non male.' *West.* 'Cui æque audisti commodi quicquam evenisse? SY. *Nulli*] Bem. et Vi. *commode*, quod magis placet: ut sit, quicquam magis evenisse, æque commode.' *Faërnus.* 'Recte hoc *æque commode:* nostri mendose *commodi.* Sed versus adhuc laborat. Lege, *Cuiquam æque. Cuiquam quicquam: Nunquam cuiquam:* in his placent sibi Comici.' *Bentleius*, qui igitur legit *Cuiquam æque a. commode q. e.* Probat Perl. *Commode* Bip. Delph. *Commodi* Br. Z. *Cuinam æque a. commode* Both.—8 Abest *nunc*

Lætor, quam illius, quam ego scio esse honore quovis dignam.

Sy. Ita credo: sed nunc, Clinia, age, da te mihi vicissim: Nam amici quoque res est videnda, in tuto ut collocetur; Ne quid de amica nunc senex. Cl. O Jupiter! Sy. Quiesce.

Cl. Antiphila mea nubet mihi. Sy. Siccine mihi interloquere?

Cl. Quid faciam, Syre mi? gaudeo: fer me. Sy. Fero hercle vero.

Cl. Deorum vitam apti sumus. Sy. Frustra operam, opinor, sumo.

Cl. Loquere; audio. Sy. At jam hoc non ages. Cl. Agam. Sy. Videndum est, inquam,

lætor, quam propter illam Antiphilam, quam scio omni honore esse dignam. Sy. *Credo sic esse, ut ais; sed, o Clinia, eia, age nunc, obsequere mihi, ut tibi sum obsecutus. Nam ut amici res extra omne periculum sit, etiam providendum est, ne senex Chremes sciat nunc aliquid de amica Clitiphonis Bacchide.* Cl. *O Jupiter!* Sy. *Mane.* Cl. *Antiphila mihi dabitur in uxorem.* Sy. *Sicne me interpellas loquentem?* Cl. *O mi Syre, quid facium? præ nimio gaudio non sum apud me; patere me.* Sy. *Certe putior ægre quidem.* Cl. *Acquisivimus vitam Deorum.* Sy. *Operam perdo, ut puto.* Cl. *Loquere, audio.* Sy. *Sed statim me non audies.* Cl. *Audiam.* Sy. *Prospiciendum est quoque, ut jam antea dixi, ut res*

---

ante *non* Guelf. 2.—10 Br. *date.* sed notat Bruns, 'junctim legisse glossatorem, ex glossa patet.'—11 Ne versum hunc insititium credam cum Guyeto, facit manifesta repetitionis nota, 'inquam,' mox versu 17. Tum repetitio fit levi et eleganti variatione. *West.* 'Bem. *in tutum*, licet infra, *in tuto.*' Fa. 'Lege et distingue, *Nam amici quoque res, est videndum in tuto ut collocetur:* ut infra vs. 17. omnes nostri *in tuto.*' Bent. 'Bent. fing. *videndum*, sed contra morem, ut opinor, Poëtæ, per zeugma etiam h. l. jungentis. Eun. III. 5. 62.' *Perl. Clinia* post *Nam* Guelf. 3.—12 In EP. post *senex* additur *resciscat.* In Guelf. 3. *cognoscat.*—13 Alii, *me interloquere?* quod ex Festo probat G. F. et præfert ed. Pictaviensis ex recensione Melanchthonis, et Ms. Lips. Itaque edidit R. Stephanus. Guy. *Siccine, Clinia, mihi interloquere?* ob metrum. *West.* 'Plerique libri *Siccine me.*' Bent. Ita GM. Br. Bip. *Siccine mi* Bent. Perl. Both.—14 M. *Fero h. fero.* Both. *F. h. sane.*—15 M. Bœnd. Ms. Lips. G. cum ET. EM. EA. EP. Junt. St. aliisque *adepti s.* Est autem *apti* ab apiscor, uti *adepti* ab adipiscor. *West.* '*Deorum vitam adepti sumus*] Bem. pro *adepti* habet, *apti*, a verbo 'apiscor:' quod idem est cum adipiscor: ita optime procedit octonarius iambicus catalecticus sine ulla licentia: quod si quis maluerit *adepti*, sic quoque stare versus potest, si ea dictio, *p* eliso, fiat anapæstus: quod vero sequitur, *Frustra operam hanc opinor sumo*, ab libro Bas. et omnibus fere recentibus abest dictio *hanc*, et in Vi. deleta est, ut et nos delemus: numerosiore ob hoc versu; sic enim iambum in quarta habet. Bem. et alii antiqui eam vocem habent, sed ita collocatam, ut versus stare non possit.' *Fa.* 'Recte hoc. Nostri perperam *adepti.* Ab

Amici quoque res, Clinia, tui in tuto ut collocetur :
Nam si nunc a nobis abis, et Bacchidem hic relinquis,
Senex resciscet illico, esse amicam hanc Clitiphonis :
Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.
Cl. At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptiis advorsum :
Nam quo ore appellabo patrem ? tenes, quid dicam ? Sy. Quid ni ?
Cl. Quid dicam ? quam causam afferam ? Sy. Quin nolo mentiare.
Aperte, ita ut res sese habet, narrato. Cl. Quid ais ? Sy. Jubeo.
Illam te amare, et velle uxorem : hanc esse Clitiphonis.
Cl. Bonam atque justam rem oppido imperas, et factu facilem ;
Et scilicet jam me hoc voles patrem exorare, ut celet

amici tui Clitiphonis in tutum locum deducatur : nam si nunc discedis hinc a nobis, relicta hic Bacchide, statim Chremes repente cognoscet eam amari a filio : si eam tecum hinc a nobis duxeris, ipsa celabitur ejus esse amica, ita ut huc usque celata est. Cl. *Verum, o Syre, nihil magis contrarium meis nuptiis istâ re, quam mones : nam qua fronte videbo patrem, ubi duxero mecum Bacchidem ? Scis quid velim dicere.* Sy. *Cur non sciam ?* Cl. *Quid dicam, aut quam rationem reddam ?* Sy. *Etiam nolo eam reddendo, ut mentiaris. Clare, et vere exponito id, quod res est.* Cl. *Quid dicis ?* Sy. *Volo significes te amare Antiphilam, et te eam velle habere uxorem, et Bacchidem esse amicam Clitiphonis.* Cl. *Suades vero rem valde bonam et æquam, nec factu difficilem ; tu scilicet voles hoc me impetrare a Patre ut celet*

omnibus vero abest *hanc.*' Bent. *Apti* Bip. Both. Z. *Adepti* GM. Br. Delph. *Frustra op. op. hanc sumo operam* Guelf. 1. *Hanc* ante *frustra* 3. Deest *operam* 2.—17 Al. *res est:* ut sup. vs. 11.—19 Editi antiquissimi, vel *Noster*, vel *Noster senex*. Utrumque est in Mss. *Noster* G. ET. EM. *West.* ' Ex Bem. suo Fa. *Senex* edidit: alii omnes ubique *Noster :* recte : et *senex* ejus interpretamentum est.' *Bent. Noster* Br. Perl. *Senex* Both. Z. Delph. —21 Vir eruditus, ' numerorum,' inquit, ' gratia lubens legerem, *magis meis, Syre :*' sed sæpe ostendit horum se numerorum parum scientem esse. Velius Longus p. 2236. ' Antiqui dixerunt *miis* per *i*, non *meis* per *e :* ut Terentius : ' A. e. i. nihil est magis, Syre, miis nuptiis adversum.'' Eodem verborum ordine. *Bent.*—23 Concinnius fuerit: *Quid dicam? quid causæ afferam?* Id. In ' libris quibusd. *Quid ? nolo mentiare.* [Ita Delph.] Do. tuetur lect. vulg. ad Eun. II. 1. 6.' *West.* Br. *Quid : nolo mentiare Aperte. Quid* improbat Bip. *Ut ment.* Guelf. 3.—24 Sic codicum quicquid ubique est. Sed vide quanto concinnius est, quod daturus sum, *Aperte, ita ut res sese habet, narrare.* Cl. *Quid ais?* Sy. *Jubeo : Narrare.* Dicturus erat Syrus ' Jubeo :' sed Clinia admiratione percussus interpellavit, dicendo ' Quid ais?' *Bent.* Probant Both. Bip. Perl. Abest *ita* Guelf. 3.—25 *Uxorem* ipsius lege versus primam hic corripit: indigna sane venia. Vide an fortasse scripserit, *Illanc amare*

Senem vostrum. Sy. Immo, ut recta via rem narret ordine omnem. Cl. Hem!
Satin' sanus es, aut sobrius? tu quidem illum plane prodis.
Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi.
Sy. Huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice effero,
Qui vim tantam in me, et potestatem habeam tantæ astutiæ,
Vera dicendo ut eos ambos fallam; ut, cum narret senex
Voster nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.
Cl. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:
Nam, dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.
Tu fortasse, quid me fiat, parvi pendis, dum illi consulas.

senem vestrum Chremetem? Sy. *Quin potius ego volo, ut vere et sine diverticulis verborum rem, ut acta est, recenseat.* Cl. *Hem, satisne sanæ mentis es? an non temulentus? Certe tu prodis Clitiphonem. Nam quomodo poterit ille esse tutus, si pater ejus negotia resciverit? dic mihi.* Sy. *Certe huic meo commento primas defero; de hac re mihi placeo, et triumpho, qui habeam potestatem tantæ versutiæ et fraudis, ut dicendo vera hos ambos senes decipiam. Ut quando vester Menedemus, dicet nostro Chremeti istam Bacchidem esse amicam Clitiphonis, tamen Chremes nullam fidem dictis illius adhibeat.* Cl. *Sed certe rursus adimis mihi hoc modo omnem spem nuptiarum Antiphilæ; nam dum ipse Chremes credet hanc Bacchidem a me amari, non tradet mihi filiam suam uxorem. Fortasse tu, Syre, parum curas, quid fiet de me, dum modo provideas Clitiphoni.* Sy. *Quid (malum) putasne per*

---

et velle te uxorem: esse hanc C. Bent. *Hanc Bacchiden dicas esse Clitiphonis* Guelf. 3. cf. infra 5. 19. hæc fere ead.—27 Vulg. continue: *Et scilicet...* Syro rectius *Et* tribuitur, pergenti imperare. *Both.* 'Bem. *orare:* quod magis videtur convenire: non enim tanta res erat ut magna mole precum impetranda esset: sed *orare*, versus ratio non admittit, nisi legas *orare patrem:* quæ collocatio etiam ex libro scripto est.' *Fa.* 'Si *orare* adsciscis; etiam hoc modo poteris: *Et scilicet jam me voles, hoc patrem orare ut celet.* Sed omnes nostri *exorare.*' Bent.—28 Both. *Senem* omittit, et pro *ut* legit *uti.* Interrogat Br. post *vostrum.* Vulg. *omnem* omittitur.—29 *Prodis.* Vox magis Terentiana, quam quæ a Fa. ex Bem. et aliis defenditur, *perdis.* West. 'Nostri omnes *prodis:* quod multo melius.' *Bent. Perdis* Bip. Delph.—30 Senarius hic intervenit, quia statim ad aliud versuum genus transiturus erat Syrus. Vir igitur eruditus, qui hinc forte excidisse putat *hoc si fecero*, ut hic versus par fiat sequentibus, tota via erravit. *Bent.* 'Par. ed. *ec. sero*, nescio unde.' *Perl.*—31 Both. *Huic quidem...hoc me.*—32 Nescio an Auctor dederit, *tantam astutiæ.* Vim tantam, et potestatem tantam. *Bent.* 'Verum divinavit Bent.' *Both.*—34 In Bem. venustior collocatio est, *esse istam.* Fa. Ita Bip. Perl. Bent. Delph. Both.—35 Bodl. Bœnd. cum EA. EP. aliisque *omnem mihi e.* West. Ita Br. et Guelf. 3.—37 Mss. et editi quidam: *Quid de*

Sy. Quid? malum! me ætatem censes velle id assimularier?
Unus est dies, dum argentum eripio: pax! nihil amplius.
Cl. Tantum sat habes? quid tum, quæso, si hoc pater resciverit?
Sy. Quid si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc cœlum ruat?
Cl. Metuo quid agam. Sy. Metuis? quasi non ea potestas sit tua,
Quo velis in tempore, ut te exsolvas: rem facias palam.
Cl. Age, age, traducatur Bacchis. Sy. Optume: ipsa exit foras.

longum tempus id velle fingi de Bacchide? Unum diem tantum postulo simulationi, dum argentum aufero: nullum amplius volo tempus. Cl. *Tantum sat habes temporis ad pecuniam eripiendam? Quæso quid deinde sequetur, si Chremes hoc figmentum perceperit?* Sy. *Quid si me remittis ad illos, qui dicunt; quid si cœlum labatur deorsum?* Cl. *Dubito, quid debeam agere.* Sy. *Dubitas? quasi non habeas potestatem hanc, ut te liberes quando tibi libebit, et palam dicas te velle Antiphilam uxorem, et Bacchidem esse amicam Clitiphonis, non vero tuam.* Cl. *Eia, age, Bacchis ad nos deducatur.* Sy. *Optime: ipsa Bacchis domo Chremetis egreditur opportune.*

---

me fiat. Editio Anonyma, et ei ætate proxima, anni 1469. *Quid de me fiat, parum curas.* Mur. *parvi curas* defendit: quod plusculi libri præferunt. Consentit G. F. Latinius est, *parum curas.* Utrumque autem glossema videtur τοῦ *parvi pendis.* West. 'In Bem. et omnibus fere antiquis est *parvi pendis;* in recentibus, *parvi curas.*' Fa. Emendat Bent. *Tu fors quid me f. p. p.* 'In Reg. exempl. *parum curas:* atque ita in aliis vett. codd.' *Lind.* 'Vulg. *parvi pendis,* vel *curas,* ut nostri: nempe utrumque glossema est, intelligendumque 'facis:' omissum id Græcorum more.' *Both.* qui igitur legit *T. fortasse, me q. fiat, parvi, d. i. c.* Leg. *curas* pro *pendis* Guelf. 2. *Curas* Br. Delph.—38 Mss. quidam, *tandem* pro *ætatem:* sed et EP. cum EA. aliisque. *West.* Ita et GM.—39 *Effero* pro *eripio* Guelf. 3.—40 Non interrogat Br. post *habes. Senex* pro *pater* Guelf. 3.—41 EP. *qui dicunt.* Parum abest, quin rideam Guyetum, legentem: *Quid si rideo illos;* citra Mss. et impressorum Codd. fidem. Ut autem, quod sentio, dicam, parum mihi boni sensus esse videtur, seu legas, *quid si redeo,* seu, *quid si rideo.* Lego igitur, et distinguo: *Quid si? redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc cœlum ruat?* West.—43 Vet. cod. ap. Lind. *et rem facias.*

ACTUS IV. SCENA IV.

BACCHIS. CLINIA. SYRUS. DROMO. PHRYGIA.

BAC. SATIS, pol, proterve me Syri promissa huc induxerunt;
Decem minas, quas mihi dare pollicitus est: quod si is nunc
Me deceperit, sæpe obsecrans me, ut veniam, frustra veniet.
Aut cum venturam dixero et constituero; cum is certo
Renuntiarit, Clitipho cum spe pendebit animi;
Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo pœnas pendet.
CL. Satis scite promittit tibi. SY. Atqui tu hanc jocari credis?

BA. *Per Pollucem satis inepte, et inconsiderate, promissa Syri me huc ad Clitiphonem induxerunt, propter decem minas quas Clitipho promisit se mihi daturum. Quod si Syrus nunc fefellerit me, ipse sæpe mihi supplicans, ut Clitiphonem veniam, frustra veniet. Aut postquam promisero me venturam, et tempus præfixero, isque Clitiphoni retulerit certum id fore, Clitipho vero ut veniam sperans, cum anceps animi pendebit, fallam eum, nec veniam, ut constitueram ei. Tum vero Syrus persolvet mihi pœnas dorso suo.* CL. *Bacchis promittit tibi Syre satis lepide, se effecturam ut pœnas luas, si eum decipis.* SY. *Sed certe, an tu credis Bacchidem*

In ed. Both. hic est Act. III. Sc. VII. in Bip. III. Sc. VIII.—1 M. et Par. pro var. *adduxerunt*. Post *induxerunt* cum commate distinguunt Br. Bent. Both. Bip. Delph. et Perl. qui ita lectorem monet: 'Cave ne ponas cum quibusdam post *indux.* distinctionem commate pleniorem. Intellige potius et construe, 'Decem minæ quas,' &c. quomodo Andr. Prol. 3. et 26.'—2 *Propter* ante *decem* Guelf. 3. M. *Decem ob minas.* Bent. Both. Perl. ob versum reponunt, *dare est pollicitus.* Bip. *quas mihi daret, pollicitu' st.*—3 *Me deceperit.* Ratio versus requirit, ut dictio *me* præcedenti versui ascribatur, et in eum modum eam habent omnes libb. script. *Fa.* Ita quoque habent Perl. Both. Bip. Delph. 'Vulg. *ut veniam:* sed ineleganter componuntur 'ut veniam, frustra veniet.' Huc pertinet Goveani lectio, codicibus, ut reor, debita: *aut frustra veniet.*' Both. qui inde legit, *ut veniat, f. v.*—4 Al. *certe.*—5 *Renuntiarit.* Ita Mss. plurimi et editiones optimæ. Et præcessit 'dixero' et 'constituero.' Unde male vulgo *Renuntiavit.* West. Bent. legendum monet *Renuntiabit*, probante Perl. 'Plenior videtur lectio libri Bembini, *cum in spe.*' Fa. Ita et dant Bent. Perl. Both. Bip. Z. Delph. *Et* ante

NOTÆ

1 *Promissa huc induxerunt*] Sic explico; Satis pol proterve me Syri promissa ad Clitiphonem huc duxerunt, in decem minas; id est, ad decem minas accipiendas quas Clitipho pollicitus est dare mihi.

2 *Decem minas*] Mina continet centum drachmas. Drachma valet sex assibus Turonensibus: valet igitur mina triginta libras Turonenses, et decem minæ valent trecentas ejusmodi libras, vel centum Coronatos.

Faciet, nisi caveo. Bac. Dormiunt: pol ego istos commovebo.

Mea Phrygia, audisti, modo iste homo quam villam demonstravit

Charini? Ph. Audivi. Bac. Proximam esse huic fundo ad dextram? Ph. Memini.

Bac. Curriculo percurre: apud eum miles Dionysia agitat.

Sy. Quid hæc inceptat? Bac. Dic me hic oppido esse invitam, atque asservari;

Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, et venturam.

Sy. Perii hercle. Bacchis, mane, mane: quo mittis istanc? quæso!

Jube, maneat. Bac. I. Sy. Quin est paratum argentum. Bac. Quin ego maneo.

Sy. Atqui jam dabitur. Bac. Ut lubet: num ego insto? Sy. At scin' quid, sodes?

hæc joco dicere? Faciet id quod minatur, nisi providero ut illi pecunia subducatur a sene nostro. Ba. *Desides sunt atque otiosi: ego excitabo istos (Cliniam et Syrum). O Phrygia mea, audistine, quam villam Charini iste homo paulo ante indicabat?* Ph. *Audivi.* Ba. *Audivistine eam esse vicinam huic prædio dextrorsum?* Ph. *Recordor istum hominem ita demonstrasse.* Ba. *Illuc celeriter curre uno cursu, sine intermissione. Miles celebrat Bacchanalia apud eum.* Sy. *Quid hæc Bacchis de novo parat?* Ba. *Nuncia illi me custodiri arcte apud Chremetem, contra voluntatem: verum me verbis decepturam illos qui hic me detinent, quovis modo, et ad eum venturam.* Sy. *Mehercule nullus sum. O Bacchis, siste, siste, obsecro: quo mittis Phrygiam? Jube non eat quo missa est.* Ba. *Phrygia, abi quo te jussi ire.* Sy. *Immo, decem minæ sunt paratæ.* Ba. *Immo, ego maneo.* Sy. *Sed certe statim accipies pecuniam.* Ba. *Quemadmodum tu vis. Detur nec ne, non curo amplius. Num urgeo, ut des?* Sy. *Sed scisne, amabo, quid facias?* Ba.

Clitipho, omisso *in* Guelf. 3.—8 M. *cavero.* Ita et EP. EA. aliæque. *West.* —9 *M. P. audistin, homo iste modo q. v. d.* Omnes libb. script. hanc collocationem habent, *audistin modo homo iste q.* at Bem. Vi. et Decurtatus hanc, *audistin modo iste h. q.* ita versui optime consulitur, ut etiam iambum habeat in quanta, eliso tamen *s*, ex 'iste,' ut sit in tertia dactylus: sane Bem. habet *audisti.* Fa. 'Omnes nostri *audistin*, et *homo iste.* Recte tamen Faërniani, *audistin, modo iste h.* 'Iste' primam hic corripit.' *Bent. Audistin* dant Both. Bip. Perl. Delph. *Audistin modo homo iste q. v. demonstrarit?* habet Br.—11 Idem legit *Dyonisia.*—12 Quidam codd. non agnoscunt τὸ *hæc.* West. Bent. reponit *Quid hæc cæptat.* Ita et Bip. Τὸ *hæc* omittunt Both. Z. Delph. Pro *asservari* M. et editi vett. cum Calph. legunt *servari.*—13 Vet. cod. ap. Lind. *atque venturam.*—14 Br. Bent. Bip. Perl. Delph. *istanc quæso?* GM. Both. *istam? quæso.* Guelf. 2. *nunc* post *istanc.*—15 Mss. quidam *Abi.* Ita et EP. cum EA. Ms. Lips. et Bœnd. *Quin ego hic maneo.* Neque aliter quædam edd. vetustissimæ. *West.* Nostri omnes *Abi:* quod

BAC. Quid? SY. Transeundum nunc tibi ad Menedemum est, et tua pompa
Eo traducenda est. BAC. Quam rem agis, scelus? SY. Egone? argentum cudo,
Quod tibi dem. BAC. Dignam me putas, quam illudas? SY. Non est temere.
BAC. Etiamne tecum res hic mihi est? SY. Minime: tuum tibi reddo.
BAC. Eatur. SY. Sequere hac. Heus, Dromo! DR. Quis me volt? SY. Syrus. DR. Quid est rei?
SY. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere.
DR. Quamobrem? SY. Ne quæras: efferant quæ secum huc attulerunt.

Quid? SY. *Oportet transeas nunc ad ædes Menedemi, et tuus ancillarum comitatus eo traducatur.* BA. *O sceleste, quid moliris?* SY. *Quærisne, quid ego moliar? Pecuniam fabrico, quam tibi tradam.* BA. *Putasne me esse idoneam, quam derideas et fallas?* SY. *Non sine causa id ago.* BA. *Habeone quicquam negotii hic tecum?* SY. *Minime, sed solvo mox, tibi quod est promissum.* BA. *Eatur, si ita est, ut dicis.* SY. *Sequere me hac parte, Bacchis. Heus, Dromo.* DR. *Quis me appellat?* SY. *Syrus te vult.* DR. *Quæ res de novo obtigit?* SY. *Traduc festinanter hinc ad vos omnes ancillas Bacchidis.* DR. *Quamobrem?* SY. *Noli quærere; et ipsæ ancillæ secum exportent, quæcumque huc asportaverunt. Chremes*

corripere solet ultimam. Iidem habent, *Quin ego hic m.* quo etiam modo stabit versus. *Bent.* qui tamen legit ut nos. *Abi...Quin e. hic* Br.—16 Mss. et editi quidam *dabitur tibi.* M. *non ego insto.* Ita et impressi quidam veteres. *West.* 'Frustra vir doctus, *scin?* BA. *Quid sodes?* 'Quia,' inquit, 'istanc interrogandi formulam non satis intelligo.' 'Scin quid sodes,' subaudi 'facias,' ut libri bene multi hic in textu addunt; vel 'facere te velim.'' *Bent.* 'Multi codd. in his nostri: *quid sodes facias?*' Both. Ita GM.—17 *Nunc.* Desideratur hæc vox in Ms. Lips. Bodl. et Bœnd. cum EA. *West.* Bem. post 'Transeundum' et non post 'Menedemum' habet verbum *est.* Br. legit, *Transeundum tibi est ad Menedemum et t. p.* 'Vulg. *Trans. nunc tibi:* sed omittitur *nunc* in codd. A et B; C autem: *Transeundum quid tibi, &c.* quod non spernendum duxi, utpote iratæ admodum conveniens.' *Both.* qui igitur legit SY. *Transeundum...* BA. *Quid?* SY. *Tibi ad M. est et t. p. Huc* post *Transeund.* Guelf. 1.—18 Br. *transducenda.* Bem. *Ego?* probante Fa. *Egon?* defendit Bent. quod dant etiam Br. Perl. Delph. *Ego?* dat Both. *Ego argentum* Bip. sine interrogatione. —19 *Hoc* ante *temere* Guelf. 3. R.—21 *Sequere hac.* Vulg. hæc Syro tribuunt, qui in scena aliquantisper etiam manet: male. Phrygiæ dicit Bacchis. *Both.* R. *Sequere me hac.* Bip. conjicit *hunc,* pro *hac.*—22 GC. *traduc.*—23 In aliis est *et ferant.* Sic G. ET. EM. *West. Et ferant*] Bem. *efferunt:* quod ita, id est, sine conjunctione, venustius videtur. *Fa.* 'Vir eruditus miratur, cur Faërno minus placuerit, *et ferant,* quod omnes præter Bembinum codices habent. Jure hoc Faërnus; quia quæ intro attulerant, effe-

Sperabit sumtum sibi senex levatum esse harum abitu.
Næ, ille haud scit, paulum lucri, quantum ei damni apportet. 25
Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. DR. Mutum dices.

sperabit impensas sibi esse diminutas harum discessu mulierecularum; certe senex Chremes ignorat, quantum damni, hoc paulum lucri afferat ei. Tu Dromo, quod scis, dissimulabis, quasi nescias, si sapienter vis agere. DR. *Adeo taciturus ea sum, ut mutum me esse dicas.*

renda erant; non solum ferenda. Quod ceteri *et ferant* habeant, inde factum est, quia antiqui *ecferant* scribebant, ut nunc in veterrimo Plauti codice semper est scriptum; et Terent. hic IV. 3. 31. 'Ecfero.'' *Bent. Et ferant* Br. Guelf. 2. *Et* post *attulerunt* 3.—24 Guy. suo arbitrio, ut solet, scribit, legitque, *Speravit.* West. 'Ex Bem. et aliis antiquis, versusque ratione, scribe *harunc.*' Fa. 'Etiam unus ex nostris omnium veterrimus *harunc.*' Bent. Ita et Br. Bip. Z. Both.—25 Mss. et editi quidam, *hoc paululum lucri.* West. *Hoc paulum ... eii* Bent. *Hoc paulum* Bip. Perl. Delph. Bothius *hoc paulum ... illi.* Br. *hoc paululum. Paululum* etiam Guelf. 2.—26 *T. n. id, q. s. Dromo, si sapies.* Solicitat hæc Guy. tanquam spuria, et ex Eun. IV. 4. 54. expressa. *West.* Alii omittunt *id.* Br. *Multum dices.*

NOTÆ

25 *Næ, ille*] Significat Syrus senem Chremetem facilius potuisse Bacchidem aliquamdiu alere, quam decem minis defraudari.

26 *Tu nescis id, quod scis*] Sic Terentius in Eunucho: *Tu pol si sapis, quod scis, nescis:* est figura dicta Græce ὀξύμωρον. Composita hæc vox ex ὀξὺς acutus, et μωρὸς fatuus. Nempe acute dicitur, quod fatue prolatum videtur: sic Cicero in Bruto: 'Eloquentia loqui dedidicit,' et Horatius, Ode 34. lib. I. 'Insanientis dum sapientiæ Consultus erro.'

ACTUS IV. SCENA V.

CHREMES. SYRUS.

CH. ITA me Di amabunt, ut nunc Menedemi vicem
Miseret me; tantum devenisse ad eum mali.

CH. *Ita me Dii juvent, ut nunc misereor incommodi Menedemi; scilicet tanta*

In ed. Both. et Bip. hic incipit Act. IV. Sc. 1.—1 'Mss. et editi quidam *ament.* Guy. *amassint.* Alii Mss. *Di bene ament.* Mss. et editi quidam anti-

Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet;
Ita magno desiderio fuit ei filius:
Verum ubi videbit tantos sibi sumtus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rursum ut abeat ab se filius.
Syrum optume eccum! Sy. Cesso hunc adoriri? Ch. Syre. Sy. Hem!
Ch. Quid est? Sy. Te mihi ipsum jam dudum optabam dari.
Ch. Videre egisse jam nescio quid cum sene.
Sy. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.
Ch. Bonan' fide? Sy. Bona hercle. Ch. Non possum pati,
Quin tibi caput demulceam. Accede huc, Syre:

in eum mala cecidisse. Itane est, ut alenda sit ei mulier illa (Bacchis) cum tanto ancillarum comitatu? Quamvis non sum nescius eum ægre non laturum per aliquot dies tantum impensarum onus, adeo desideravit filium videre: sed quando cognoscet tantos sumtus quotidie faciendos esse in domo sua, idque omnino ultra modum, denuo cupiet ut filius a se discedat. Ecce hic Syrum opportune. Sy. *Quid moror verbis aggredi Chremetem?* Ch. *Syre.* Sy. *Hem, quid est? jamdudum desiderabam te mihi obviam offerri.* Ch. *Videris egisse jam nescio quid cum Menedemo.* Sy. *De illa re, quam longe ante communicaveramus? Ut dixi, sic effeci.* Ch. *Verene dicis?* Sy. *Per Herculem vere dico.* Ch. *Non possum abstinere ut non tibi caput demulceam, ita mihi places. O Syre, appropinqua ad me; faciam tibi aliquid*

quissimi, *Menedemi vitam.*' West.—3 Br. Bent. Z. *Illancine* per unum *c.* Both. *Illancne.*—4 *Aliquod* vitiose Guelf. 2.—5 Hic versus ab uno ex Regiis abest. Certe spurius est, et ex nota marginali huc irrepsit. *Bent.* 'Omnino hic versus est Terentianus, utut absit ab uno ex Regg. ap. Bent. Notes vero, Clitiam introiisse cum Bacchide ad patrem.' *Bip.*—7 Reponit Bent. *Quotidiano*, probantibus Bip. Ruhnken.—9 Mss. quidam et editi, *Sed Syrum.* West.—10 *Quid est.* Vocati solebant quærere, 'quid est?' Quare hæc fortasse melius Syro tribuuntur, quam Chremeti. Sic supra II. 3. 108. Syrus vocatus ait, 'quid est?' et IV. 4. 21. Dromo vocatus, 'quid est rei?' inquit. Integrum igitur locum ita ordinaverim: *Syrum optime eccum: cesso hunc adoriri? Syre.* Sy. *Hem, Quid est? te mihi ipsum jam dudum optabam dari.* In plerisque libris est, *exoptabam*, sed refragante metro. G. *exoptabam.* EM. *expectabam.* West. '*Exoptabam dari*] Bem. et aliquot alii habent *jamdudum optabam*; et hunc vs. ita ordina ex l. s. Ch. *Quid est?* Sy. *Te mihi i. jamdudum o. d.*' Fa. '*Optabam* ab antiquis correctoribus est. Nostri codd. *exoptabam.* Lege, *Quid est? te mi ipsum jamdudum exopto dari.*' Bent. 'Vulg. *Hem Quid est?* A mala manu esse 'quid est,' glossema τοῦ 'hem,' versus argumento est.' *Both.* qui inde legit: Sy. *Hem, Ipsum te mihi jamdudum exoptabam dari. Exoptabam* Br. Z. 'Daciera verba *Quid est?* ipsi quoque Syro tribuenda censet: male. Melius conveniunt Chremeti cupienti audire, quid cum sene egerit.' *Zeun.*—13 Distinguendum monet Bent. *Bonan' fide?*

Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
Sy. At si scias, quam scite in mentem venerit!
Ch. Vah! gloriare evenisse ex sententia?
Sy. Non hercle vero: verum dico. Ch. Dic, quid est?
Sy. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem,
Menedemo dixit Clinia; et ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.
Ch. Probe. Sy. Dic sodes. Ch. Nimium, inquam. Sy. Immo si scias.
Sed porro ausculta, quod superest fallaciæ.
Sese ipse dicet tuam vidisse filiam;
Ejus sibi complacitam formam, postquam aspexerit;
Hanc cupere uxorem. Ch. Modone quæ inventa 'st?
Sy. Eam.

boni pro ista astutia, idque lubenti animo. Sy. *Sed si scires quantum ingeniose adinveni!* Ch. *Vah! in hoc tibi falso fortasse apud me gloriaris, quod res evenerit ut volebas.* Sy. *Non mehercule vero: verum dico.* Ch. *Dic quid hoc est.* Sy. *Clinia dixit patri suo Menedemo hanc Bacchidem esse amicam filii tui Clitiphonis, et se eam adduxisse secum ea de causa, ne tu id perciperes.* Ch. *Optime, scite inventum.* Sy. *Dic vere amabo.* Ch. *Valde scite, inquam.* Sy. *Immo magis scite inventum, si scias: sed deinde audi quod reliquum est astutiæ. Ipse Clinia dicet se vidisse tuam filiam Antiphilam, ejusque pulchritudinem sibi complacuisse, ubi primum illam vidit, uxorem suam esse velle.* Ch. *Dicisne eam quam paulo ante*

Sy. *Bona.* Ch. *Hercle n. p. p.* Probant Perl. Both.—16 Mss. M. Lips. et Bodl. *mihi in mentem.* Ita et EP. *West.* Ita et Ms. R. ap. Lind. GM. Br.—17 Nec Nannius, legens, *Vah! hariolare, evenisse ex sententia?* Nec Guy. *An hariolare, evenisse ex sententia?* satis mihi percepisse mentem Terentii videntur, præter Codicum fidem ita legentes. Nihil mutandum videtur. Dacieriæ τὸ *gloriare* valet, falso autumas. Quo sensu parum cohærent ea, quæ sequuntur. Mss. quidam: *Vah! gloriare, istuc evenisse ex sententia?* West. Notam exclamationis ponit Both. post 'sententia,' ita ut in Hel. 'Par. Mss. *hariolare.*' Perl.—18 Both. *Nondum hercle.* Guelf. 1. *Syrus* post *hercle.*—21 Legendum monet Bent. *Se eam traduxisse*, probante Perl. Bothius *ea se gratia Eam adduxisse.* 'Priscian. lib. VIII. *præsentisceres:* mendose. Et *persentisceres* esse in Mss. testatur F. F.' *West.*—22 *Si scias*] Bæcl. M. Bodl. Bœnd. G. *sic satis.* Ita et Calph. et EP. cum EA. Junt. ET. EM. *West.* 'Ex Bem. et V. Fa. dedit *si scias:* nollem factum: id enim habuimus vs. 16. Nostri omnes *sic satis.* Recte.' *Bent.* Ita et Perl. Both. legit *Immo sic; satis.* Br. *I. sic satis?*—23 Non est hic insititius versus, quod existimabat Guy. *West.* 'Cod. vet. Lindenbrogii, *quod super f. est.* Repone *quid s. f. est.* Quatuor ex nostris *quid* non *quod.*' Bent. 'Par. p. var. *quid.*' Perl. Lectionem Bent. dat Bothius.—24 Duo optimi Faërniani, Bem. V. *dicit;* et sic ex Regiis unus. Sed quid quæso sibi vult *Sese ipse?* Putidum hoc et insulsum. Quis enim alius hoc diceret? Repone: *Se deinde dicit t. v. f.* Bent. *Dicit* Bip.—26 Bodl. Bœnd. Lips. cod. *Il. se cupere.* Ita et EP. EA. Junt. *Modone*] Ms. Bodl. *Modo quæ*, et ita EA. *Eam*] M. *Ea.* West. '*Hanc se cupere uxorem, modo quæ inventa'st?* Sy. *eam*] Numerosior

Et quidem jubebit posci. CH. Quamobrem istuc, Syre?
Nam prorsum nihil intelligo. SY. Hui! tardus es.
CH. Fortasse. SY. Argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque vestem, qui, tenesne? CH. Comparet?
SY. Id ipsum. CH. At ego illi neque do, neque despondeo.
SY. Non? quamobrem? CH. Quamobrem? me rogas?
homini! SY. Ut lubet.
Non ego dicebam, in perpetuum illam illi ut dares,

nostram esse reperimus? SY. *Eandem; et certe mandabit eam a te in uxorem peti.* CH. *Cur dicis istud, Syre? nam omnino sermonem tuum non capio.* SY. *Vah, quam tardi es ingenii, qui verba mea non capias!* CH. *Fortasse id in causa est.* SY. *Pecunia dabitur Cliniæ ad nuptias, qua emat ornamenta aurea, indumenta, mundum et suppellectilem; intelligisne?* CH. *Pecuniam qua emat sibi talia?* SY. *Idipsum est.* CH. *Sed ego Chremes neque do, neque spondeo filiam meam in uxorem.* SY. *Quare non das?* CH. *Quare? num id quæris a me? filiam meam dem uxorem juveni huic, qui more fugitivi servi patrem reliquit, et qui meretricem amat?* SY. *Fac ut lubet. Ego non dicebam ut eam illi propriam*

---

est hic versus in libris Bem. et Vi. *Hanc cupere uxorem.* CH. *modone quæ inventa'st?* SY. *eam.* Videtur et Bas. habuisse *modone*, sed pars ultima ejus dictionis abrasa est.' *Fa. Hanc se cupere . . . Modon'* Br.—27 Alias *equidem.* Er.—28 ' Ms. Lips. non agnoscit *τὸ es.* Neque EP. In aliis est, *Vah! tardus es.* Gudius ad Phædr. III. 6. 2. legit, *Hui, quam tardus es!*' West. *Prorsus.* Bent. Both. Perl.—29 Both. *illi* pro *ei.*—30 Mss. quidam et editi vetusti post EA. et EP. *qui comparet: tenesne?* CH. *Comparet?* Sensu nihilo deteriore. *West.* ' *Atque vestem. qui*] Sublata interpunctione lege *vestem qui.*' Lenzius. Br. non interrogat post *Camparet.* Guelf. 1. *qui comp. tenesne?* CH. *Comparet?* 2. *Ut comparet.*—31 SY. *Id ipsum.* CH. *at illi ego neque do, nec spondeo.* O. 1. s. *at ego illi;* qua collocatione id quod sequitur hujus versus stare non potest, nisi legas *despondeo*, ut in Vi. V. Bas. et omnibus aliis fere, tam antiquis, quam recentibus libris est: nec me ab hoc dimovet distinctio Donati dicentis, ' spondere patrem puellæ, despondere patrem adulescentis:' perspicue enim apparet Poëtam hanc distinctionem negligere: cum infra in persona ejusdemmet Chremetis, patris puellæ, dicat: ' Egon, cui daturus non sim, ut ei despondeam?' in quo versu legimus, *non sum*, ex libro Bembino, et multis aliis, cum in Basilicano et aliquibus aliis sit, *non sim:* utraque lectione versus stat, vel abjiciendo *n*, ex *Egon*, vel eam dictionem in unam syllabam contrahendo. *Fa.* Sic et nostri. *Bent.* Bothius legit, *At ego neque do neque ei desp.* Bip. *nec do, nec desp.* Guelf. 2. *spondeo.*—32 Legendum monet Bent. *Nam q.* Improbat Perl. Both. tamen probat. Guelf. 1. omitt. CH. *Quamobrem.* ' *Homini*] M. et Bœnd. addit: *Darem illam fugitivo?* Calphurnius: *Homini fugitivo dabo?* Utrumque est in editis.' *West.* ' In codicis C margine hæc ascripta verbo ' homini:' ' fugitivo darem, sive implicito meritricio amore.' Hæc in ordinem recepta olim fuisse, ex Calphurnii interpretatione intelligitur.' *Both.* qui igitur lacunam ponit post ' homini.' Ita et Bip. In Br. *τὰ Ut lubet* vs. sequentem incipiunt. ' *Me rogas? homini*] Ita Reg. exempl. sed mire variant alii scripti libb. quidam, *me rogas? fugitivo dabo filiam, &c.* al. *homini fugitivo dabo?*' Lind.—33 M. *perpetuo:* quod laudat Rivius, et in duobus Mss. legit Bœcl. Ms. Lips. Bœnd. et editi primi, *Non ego perpetuo dicebam ut illam illi dares.* West. Reponit Bent. *Non e. d.*

Verum ut simulares. CH. Non mea 'st simulatio.
Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.
Egon' cui daturus non sum, ut ei despondeam?
SY. Credebam. CH. Minime. SY. Scite poterat fieri.
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere jusseras,
Eo cœpi. CH. Credo. SY. Ceterum equidem istuc, Chreme,
Æqui bonique facio. CH. Atqui cum maxume
Volo te dare operam, ut fiat, verum alia via.
SY. Fiat: quæratur aliud: sed illud, quod tibi
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum 'st illi: neque tu scilicet
Eo nunc confugies: Quid mea? num datum mihi est?
Num jussi? num illa oppignerare filiam
Meam, me invito, potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt, Jus summum sæpe summa malitia est.

in manum dares, verum ut fingeres te daturum. CH. *Non est meum quid simulare: tu misceto fallacias et technas tuas eo modo ut non me his intermisceas. Visne ut despondeam meam filiam in uxorem ei, cui dare nolo?* SY. *Credebam te velle id facere.* CH. *Minime.* SY. *Id subtiliter poterat fieri: et ego ideo orsus sum hanc technam, quoniam ita instanter id jubebas.* CH. *Credo.* SY. *Sed certe, here, istud æqui bonique causa facio.* CH. *At vero deinde volo te summopere conari, ut fallacia intendatur in Menedemum; verum volo id fieri alio modo.* SY. *Fiat: alius modus excogitetur: sed illud quod tibi dixi de argento, quod ista filia tua debet Bacchidi, propterea quod ei oppignerata fuit, istud argentum Bacchidi persolvendum est: neque tu nimirum recurres ad id prætextus, dicendo, Quid mea interest? num mihi creditum est? num mandavi ut daretur? num anus illa jus habuit dandi filiam meam pignori me nolente? O Chremes, verum est istud, quod vulgo dicitur; nimius juris rigor sæpe nimis pugnat cum æquitate.* CH. *Non confugiam*

---

serio, ut illam illi dares: V. u. s. Non meumst s. Improbat Both. et legit: *in perpetuum illam ut ei dares.... meum est simulatio.* Br. *perpetuam dicebam ut illam illi dares.* ' Codd. Bent. omnes *perpetuo.* Qui ipse more suo codices neglexit *serio* fictum sibi recipiendo.' *Perl.*—34 Guelf. 3. *simulare.* ' Legendum est *non meum est simulatio* ut meliores libri habent, in deterioribus legitur *non mea est simulatio.*' R. D.—35 EP. non agnoscit *τὸ tua.* Bœnd. et EA. *admisceto.* Libri quidam, *ut ne,* quod probant Gov. et Guy. *West.*—36 *Ego* Both. Perl. Z. *Non sim* Br. Bip. Both. Delph. *Egon.* Guelf. 2. *Sim* 3. —38 Abest *tu* 2.—39 *Tibi quidem* post *ceterum* 3.—40 *Atqui tum maxime.* Bem. *quam maxime:* ego lego *cum m.* usitatissimo Antiquis dicendi modo: ut et habet V. et habebat Vi. *Fa.* ' Etiam ex nostris veterrimus *cum max.*' Bent. Br. *Atqui. Tum max.*—43 Vulg. *Dixi de argento,* quod balbutire est. A scriptore fuit, ni fallor, *Dixid argentum.* Both. qui igitur legit, *Argentum dixi.*—45 *Confugias* Guelf. 2.—47 Bent. reponit *vere.* Ita et Perl. Both. vulgatam tamen lect. *verum,* defendit Ruhnken.—48 *Malitia.* In aliis est

CH. Haud faciam. SY. Immo, aliis si licet, tibi non licet.
Omnes te in lauta et bene aucta parte putant.
CH. Quin egomet jam ad eam deferam. SY. Immo filium
Jube potius. CH. Quamobrem? SY. Quia enim in hunc
suspicio 'st
Translata amoris. CH. Quid tum? SY. Quia videbitur
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit:
Simul et conficiam facilius ego, quod volo.
Ipse adeo adest: abi: effer argentum. CH. Effero.

ad eas summi juris rationes. SY. *Sed, si juris ille rigor aliis permittitur, tamen non decet te eo uti quod omnes te numerant inter lautos et locupletes.* CH. *Quin immo, ego nunc argentum feram ad Bacchidem.* SY. *Sed potius jube filium id facere.* CH. *Quare?* SY. *Certe quia suspicio amoris translata est in hunc filium tuum, qui putatur a Menedemo esse Bacchidis amator.* CH. *Quid inde sequitur, si talis putatur?* SY. *Quia id videbitur esse verisimilius, cum filius tuus dabit illi Bacchidi argentum hoc. Et simul efficiam minimo negotio id quod incepi; facilius decipiam Menedemum. Certe Clitipho ipse advenit, o Chreme; i domum et argentum profer.* CH. *Profero.*

---

injuria: fortasse rectius, ob vocum *ἐναντίωσιν. West.* '*Est malitia* Bem. numero meliore: nam in trimetris non fere invenias tribrachum in quinta.' *Fa.* 'Sic et unus e Regiis.' *Bent.* Both. legit, *Jus s. s. summa, dicunt, malitia. Est malitia* Bip. Perl. Z. Delph.—49 Abest *si* Guelf. 3.—50 Rivius defendit *parti*, ob rationem metri, qui sextus casus est Plauto et Lucretio. Ineptum versum hunc dicit Guy. et minus Latinum. In Mss. Leidensibus tribus, sed et Tr. et Lips. EM. est, *bene acta parte.* In Leidensium uno, *in laudata et bene acta parte.* Et editio Juntina post 1469. exhibet *τὸ acta*, sensu obscuro, vel nullo. Palmarius *bene uncta* legebat; laudatque Vir Cl. [Petrus Burmannus ad Petron. cap. 43. Phrasis autem integra, 'Esse in lauta parte,' suspecta est Bœclero. Malim, si per Codd. liceret: *Omnes te in lauta et bene aucta re putant.* Possit tamen et vera lectio videri: *Omnes te in lauta et bene per te aucta re putant.* Quæ conjectura est Cl. Viri, Jac. Perizonii. *West.* '*Omnes te in lauta et bene acta parte putant*] Sic dedit Fa. sed de versu recte constituendo desperavit. At vir eruditus ex novo suo Licentiarum penu curva omnia jubet recta esse: *parti* pro *parte* a Rivio sumit: et deinde *aucta* legens pro Faërni *acta.* Tu repone, *Omnes te in lauta esse et bene aucta re putant.* Ceterum ex nostris unus Regius, alter Academicus *aucta*; ceteri *acta.* Bent. Emendationem Bentleii legit et defendit Bip. 'Non mutanda vox *aucta:* nam recta et Latina sunt 'augeri opibus,' 'auctus re, fortuna,' &c. Verum vox *parte* merito suspecta est viris eruditis.' *R. D.* Rescribendum monet Both. *Omnes inlautum id in bene aucta re putent.* 'Hunc vs. qui tantopere variat, retinui, ut est a Fa. Pro *aucta*, quod vulgo est, hab. al. *facta*, al. *uncta*; pro *parte* Bip. *copia.* GM. *acta parte.* Bent. *aucta re.* Addo quod mihi placitum est, *parta re.*' Hæc Perl. qui ed. Bip. primam denotat, sed in secunda neque legitur *copia*, neque meminit quidem Editor in Nota, ubi citans varias lectiones et emendationes, 'Nemo,' inquit, 'tandem felicius correxit Bentleio, quem sequimur.'—52 Al. *in eum s.*—55 Omnes edd. ap. nos, *Et simul.* Guelf. 3. *perficiam.*

ACTUS IV. SCENA VI.

CLITIPHO. SYRUS.

Cl. Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quam invitus facias. Vel me hæc deambulatio,
Quam non laboriosa, ad languorem dedit!
Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo
Miser aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Ut te quidem omnes Dii Deæque, quantum est, Syre,
Cum tuo istoc invento cumque incepto perduint!
Hujusmodi res semper comminiscere,
Ubi me excarnifices. Sy. I tu hinc quo dignus es.
Quam pæne tua me perdidit protervitas!

Cl. *Nulla res est tantum facilis, ut difficilis non videatur, si eam contra voluntatem facias. Etiam hæc deambulatio minimi laboris quam me defatigavit et linguefecit! Neque nunc timeo ullam rem magis, quam ut iterum ejiciar hinc in aliquem locum, ne possum ire ad amicam. O Syre, utinam omnes Dii Deæque, quotquot sunt, te perdant cum isto commento tuo et consilio. Tu mihi semper excogitas ejusmodi res, in quibus me excrucies.* Sy. *Tu ipse hinc abi in malam rem, ut meruisti. Quam pæne tua petulantia ad perniciem adegit me.* Cl. *Per Her-*

In Bip. et Both. hic est Act. iv. Sc. 2.—1 Guelf. 3. *sit.*—3 Abest *dedit* 2. —5 M. Bœnd. et EA. *excludar.* West. Ita et Guelf. 2.—6 *Ut te omnes equidem.* Plerique l. s. inter quos Bem. *Ut te quidem omnes:* pauci, *Ut te omnes quidem:* nullus vero est liber, ubi legatur, *Ut te omnes equidem:* quod vero sequitur 'Di Deæque quantum est, Syre:' in scansione impeditum est: aliqui ut versui consulerent, conjunctionem *que* sustulerunt; quod contra omnium librorum fidem est, quos quidem nos viderimus. *Fa.* 'Recte qui ap. Fa. *que* sustulerunt.' *Bent.* Br. *Et te o. quidem. Que* omittit Both. ita et Delph.—7 *Cum istoc invento cumque i. perduint.* Sic dedit Fa. dubito an ex libris: nostri enim omnes *tuo* addunt, *Cum tuo istoc.* Lege ex vetustissimo nostro, *Cum tuo isto invento c. i. p.* Bent. Ita et Both. Perl. Zeunius *tuo* omittit. Guelf. 2. *perdant.*—8 M. *Hujusmodi mi res.* West. *H. mihi r.* Bent. Z. Perl. *H. mi r.* Delph. 'Abest *mihi* nostris omnibus.' *Both.* Abest Guelf. 2.—9 Bembus legit et defendit, *Is hinc, q. d. es?* Alii *In hinc.* West. 'Magis antiqua videtur lectio libri Victoriani, *In hinc;* et sic quoque versus stat.' *Fa.* '*In hinc quo d. es?* Sic dedit Fa. versu una syllaba justo breviore. Repone, *Ibin hinc q. d. es?* ut Eun. iii. 3. 30. 'Malam rem hinc ibis?' At vir doctus aliud suspicatus est, *I; sis, hinc quo dignus es.* 'Sis,' ut notum, perinde est ac 'Si vis.' Frustra ea conditione malum imprecatur, 'I in malam rem, si vis;' si volens lubensque eas.' *Bent.* Both. legit, *In' tute hinc, q. d. es?* 'Vi. *In*„ (isne)' *Perl.*—10 M. Bœnd. et EA.

Cl. Vellem hercle factum: ita meritus. Sy. Meritus! quomodo?
Næ me istuc ex te prius audivisse gaudeo,
Quam argentum haberes, quod daturus jam fui.
Cl. Quid igitur dicam tibi vis? abiisti: mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
Sy. Jam non sum iratus: sed scin' ubi nunc sit tibi
Tua Bacchis? Cl. Apud nos. Sy. Non. Cl. Ubi ergo? Sy. Apud Cliniam.
Cl. Perii! Sy. Bono animo es: jam argentum ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. Cl. Garris: unde? Sy. A tuo patre.

culem, vellem id evenisse, ita dignus es exitio. Sy. *Dignus? qua de causa? Certe gaudeo istud me convicium a te audiisse, antequam pecuniam accipias, quam statim tibi numeraturus eram.* Cl. *Quid igitur vis dicam aliud, cum causam aliter dicendi mihi non dederis? hinc discessisti, adduxisti mihi amicam, quam non permittatur attractare?* Sy. *Jam non sum iratus propter felicem exitum mei incepti: sed scisne, ubi nunc sit amica tua Bacchis?* Cl. *Est in domo nostra.* Sy. *Non est.* Cl. *Ubi igitur?* Sy. *Apud Cliniam.* Cl. *Occidi.* Sy. *Animo bono esto: jam deferes ad eam argentum, quod ei promisisti.* Cl. *Nugaris. Unde istud argentum*

---

prodidit. Ita et Ms. Bœcleri. *West.*—12 *Audisse gaudeo*] O. l. s. *audivisse;* et sustentatur versus contractione hujus verbi in antibacchium. *Fa.* Ride istum antibacchium. Pone, inquit, *audivisse*, sed contrahatur in *audisse*. Cur non itaque et sic scribatur? *Ne me istuc ex te prius audisse gaudeo.* Sed cum omnes ubique codices *audivisse* habeant; lege cum codice Petrensi, *Ne me istuc prius ex te audivisse gaudeo:* et melior sane constructio est. Infra, v. 4. 8. 'Cave istuc verbum ex te audiam;' et alibi. Vir doctus, si *me* deleatur, numeros fore meliores putat. Immo deteriores: tum enim 'prius' in Thesi delitescet contra morem pronuntiandi. *Bent.*—14 Ms. Lips. et Bœnd. *tibi vis dicam?* Ita et EP. cum EA. *West. Quid igitur dicam tibi vis? abisti, mihi Amicam adduxti, quam non liceat tangere.* Sic a Fa. est; qui nihil annotat. Quid hic vir eruditus? In textum ascivit, *abiisti*, versu ait postulante; et confectum dedit negotium. Ego vero sententiam hic, non numeros desidero. Quorsum enim illud *abiisti?* Syrus nusquam abierat, domi vel in scena permanserat: Clitipho est qui abiit, et invitus, deambulatum. Si hoc, ut est, verum est, sine dubio latet altius mendum. Sane nostri *abisti*, ut et Faërniani. Præterea universi sic verba disponunt: *Quid igitur tibi vis dicam?* Ex his vestigiis veram lectionem indagavi; quæ sic se habet, *Quid igitur tibi vis dicam? adisti mihi manum: Amicam adduxti, quam non liceat tangere.* Bent. *Tibi vis dicam?* Br. Bothius *tibi vis dicam? abegisti! mihi Amicam.* Perl. *tibi vis d.*—15 *Adduxisti* Guelf. 2. Post hunc vs. addidit Both. ex Hel. *Credendum, ex animo nonnihil me irascier:* et dein hunc transposuit vss. 12. 13. Syro tribuens: dein habet, Cl. *Jam non sum iratus.* Sy. *Sed sin'. ubi nunc sit tibi.*—17 Gov. et Mur. ut metro consulant, tollunt *Tua.* Er. vero resecat τὸ *Apud.* Illud elegantiam, hoc Latinitatem lædit. *West.* Br. *Apud nos est.* Pro *ergo* al. *igitur.*—19 Mss. plusculi et EP. cum EA, *unde id?*

Cl. Ludis fortasse me. Sy. Ipsa re experibere.
Cl. Næ ego fortunatus homo sum! deamo te, Syre.
Sy. Qua causa id fiat: obsecundato in loco.
Sed pater egreditur: cave quicquam admiratus sies:
Quod imperabit, facito; loquitor paucula.

sumetur? Sy. *A patre tuo.* Cl. *Fortasse derides me.* Sy. *Experiere ipso facto.* Cl. *Certe ego sum homo fortunatus: valde te amo, Syre.* Sy. *Qua causa tibi hæc pecunia tradatur, noli quærere; tantum obsequere in tempore. Sed pater tuus domo exit. Vide ne tu mirari quicquam videaris, nempe quod argentum accipias deferendum ad Bacchidem. Facito id quod ille imperabit; loquere admodum pauca verba, ne ex sermone tuo ulla suspicio ei oboriatur.*

West. 'Particula *id*, non est in Bem. ut et exigit versus.' *Fa.* Sic et unus ex nostris. Ceterum plerique omnes recte addunt *es: Quod ei es pollicitus.* Bent. Ita Bip. Perl. Delph.—22 Integrum hunc vs. Mur. facit secundum a fine, ita collocans verba Syri: *Sed pater egreditur: cave quicquam admiratus sies, Qua causa id fiat: obsecundato in loco: Quod imperabit, facito: loquitor paucula.* Quam emendationem laudat Guy. laudant alii. Nemo auctoritatem ullius Codicis vetusti profert. Et fateor, si ita legeretur in idoneo quopiam Ms. sensum fore optimum. Idem tamen Guy. in Codice suo ita ordinat personas, ut ista, *Sed pater egreditur*, etiam Clitiphoni tribuantur. Videtur autem ordo verborum vulgatus retineri posse. In M. Tr. Leidensium uno, et Junt. aliisque antiquis omnia hæc Syro tribuuntur usque ad finem Scenæ: quæ lectio conjecturam nostram firmat. Vulgo autem versus a fine tertius Clitiphoni datur. *West.* Collocationem Mureti dant Bent. Both. Bip. Perl. Delph. Sed cum Guyeto Bip. verba *Sed pater egr.* Clitiphoni tribuit. 'Verba *obs. in loco* et seq. versu *cave q. a. s.* transponuntur in Z. contra auctoritatem editionis West. qui versus ordinat ut in Ms.' *Bruns.* —23 *Sis* pro *sies.* Bent. Both. Perl. Delph.—24 EA. et ET. *loquere.* West. In Guelf. 3. hi vss. ordine sequuntur hoc, Sy. *Qua causa obs. in l.* Ch. *Næ ego h. s. fort. d. te Syr.* Sy. *Sed pat. egr. c. q. adm. s.*

ACTUS IV. SCENA VII.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

Ch. Ubi Clitipho nunc est? Sy. Eccum me! inque. Cl. Eccum hic tibi!

Ch. *Ubi nunc est Clitipho?* Sy. *Clitipho, dic, adsum.* Cl. *Hic adsum, tibi*

In Bip. Both. Act. iv. Sc. 3.—1 Scribe, *Ubi C. nunc?* ut deleatur *est.*

CH. Quid rei esset, dixti huic? SY. Dixi pleraque omnia.
CH. Cape hoc argentum, ac defer. SY. Hei, quid stas? lapis!
Quin accipis? CL. Cedo sane. SY. Sequere hac me ocyus.
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere;
Nam nihil est, illic quod moremur diutius.
CH. Minas quidem jam decem habet a me filia,
Quas pro alimentis esse nunc duco datas:
Hasce ornamentis consequentur alteræ.

morem gerere paratus. CH. *Syre, dixistine filio meo quæ res esset, quare mittam hoc argentum?* SY. *Dixi pleraque omnia.* CH. *Cape has decem minas, Clitipho, ac defer ad Bacchidem.* SY. *Hei, stupide, cur stas? cur non accipis argentum?* CL. *Certe dato.* SY. *Sequere me per hanc viam cito. Tu, Chremes, interea dum ibimus, expectabis nos in hoc loco, donec egredimur: nam nulla est causa, propter quam longam moram faciamus istic, ubi est Bacchis.* CH. *Certe filia mea a me jam habet decem minas, quas æstimo me dedisse pro nutrimentis ejus: alteræ decem minæ consequentur hasce pro ornamentis corporis; hæc deinde*

'Clitipho' enim nequit ultimam corripere. Eun. IV. 7. 10. 'Ubi alii? Qui malum alii?' Possis etiam, *Ubi C. est nunc?* vel cum uno ex Regiis *Ubi nunc jam est Clitipho?* Bent. 'EM. *Eccum me tibi.*' West. 'Bent. omittit *est*, sed, ut opinor, contra morem Poëtæ, qui nusquam 'ubi' ponit sine verbo finito.' *Perl. Est* omittit Bip. Ita et Both.—2 M. *dixti huic Syre?*—3 Bem. *Ii, quid stas? lapis!* Vide supra IV. 6. 9. In aliis est *I.* rursus in aliis *hem.* Ceterum Guy. parum accurate omnia hæc, *cape hoc argentum, ac defer. i, quid stas? lapis! quin accipis?* Chremeti tribuit. Chremes enim, qui adhuc non commutaverat verbum unum cum filio, 'lapidem' eum diceret? Chremes juberet primum ire cum argento filium ad Bacchidem, mox demum a se accipere argentum? non cohærent. Bene igitur ordinatæ sunt personæ, ut vulgo ex Mss. exhibentur. Possint tamen illa, *Quin accipis?* etiam Chremeti tribui, si per Codices liceret. *West.* Nostri meliores *Ei:* ceteri *Hei* Bent. qui cum Fa. Perl. Both. Bip. *I* legit. *Z. Ii.* Br. *Ei.* Ita et Par.—4 Ms. Lips. *S. hac nunc ocius.* EA. et EP. *S. me hac nunc o.* Ita et Bodl. [Br.] Bœnd. *West. Nunc* post *me* Guelf. 2. *Credo* vitiose 3.—5 Par. pro var. *opperire.* Perl.—6 Ita distinxi. Vulgo *κόμματος* signum post *τὸ illic* ponitur. *West.* Ita et Bent. Perl. Z. Post *illic* distinguunt Bip. Delph. Nullam tamen distinctionem neque post *est* neque post *illic* dant Br. Both.—7 In ed. Bip. hic incipit Act. IV. Sc. 4. Both. legit *jam filia a me habet decem.*—8 Binos hosce versus tanquam insititios expungit Guy. Sed præterquam quod Codicum fide destituitur, *τὸ porro* in versu seq. locum habere non potest, nisi etiam de alteris illis decem minis mentione prius facta. *Duco*] M. Bœnd. et Bœcleri omnes cum EA. *dico.* West. 'V. *Quas hortamentis:* ita et Bas. sed sine aspiratione. Vi. et Decurtatus, *Q. pro ornamentis.* Bem. *Q. ornamentis;* recentiores omnes *Q. pro alimentis:* ego suspicor aliquid inesse mendi.' *Fa.* 'Eadem est et in nostris lectionis varietas. Unus ex melioribus *hortamentis:* quod Eug. agnoscit, et interpretatur 'nutrimentis.' Idem vocabulum in Plautum quoque irrepsit Capt. III. 4. 82. 'Hortamenta absunt: Ajacem, hunc cum vides, ipsum vides.' Vetus codex Camerarii

Porro hæc talenta dotis apposcunt duo.
Quam multa injusta ac prava fiunt moribus!
Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus est
Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.

ornamenta requirent sibi adjungi duo talenta pro dote. Quam multa iniqua et perversa fiunt, his corruptis temporis moribus, ut nimii et supervacanei sumtus in liberis et educandis et elocandis fiant! Aliquis est nunc reperiendus mihi sponsus filiæ, omnibus aliis negotiis prætermissis, cui dem bona mea parta corporis opera et mentis industria.

Ornamenta ibi legit; ut et hic legendum.' *Bent.* *Quas ornamentis* Br. *Nutrimentis* Guelf. 2.—9 M. Bœnd. et EA. *pro ornamentis.* Tanto minus τὸ *ornamentis* solicitandum mihi videtur, quod præter 'alimenta' et dotem, etiam 'ornamenta' requirebantur ad filiam ex honesta familia ortam. *West.* GC. *alimentis:* ibid. in marg. pro var. *ornamentis.* Perl. *Pro ornamentis* Guelf. 2.—10 *Apposcunt duo.* Sic Fa. ex Bem. nostri omnes *apposcent.* Sive autem *apposcunt*, sive *apposcent* legeris; quæro, quænam sint ista *hæc* quæ hoc apposcant? Guy. *hæ* legit, et 'minas' intelligit: (et sic sane CCC.) cui accedit vir doctus, qui *hæc* feminino genere accipit, ut Eun. III. 5. 34. et alibi. Enimvero reponendum est *P. hæc t. d. apposcet duo.* 'Hæc,' mea filia jam reperta, hoc dotis apposcet. *Bent.* Mss. quidam et EP. ET. EM. *apposcent.* West. 'Vulg. *apposcunt.* codd. fere *apposcent*, solus Hel. *apposcet*, ut Bent. reponi jussit.' *Both.* qui igitur *apposcet* dat. 'Nullus in vulgata lectione sensus est, ut eo facilius admittenda videatur Bentleii emendatio.' *R. D.* Bentleii lectionem probat Perl.—11 Guy. Eugraphium legisse autumat: *Quam multa justa injusta fiunt moribus.* Quod et G. F. defendit. Retinendæ autem vulgatæ lectioni aptus videtur locus Plauti, Stich. v. 1. 1. 'More hoc fit, atque stulte, mea sententia.' Uti enim Plautus, 'Hoc more fit, atque stulte,' ita Terentius, 'Multa fiunt moribus, injusta ac prava.' Certe enim injusta quæ sunt, moribus nunquam fient justa. Ut adeo minime opus sit, cum Dac. legere: *Quam multa injusta ac prava, justa fiunt moribus.* Neque cum priore Aldi editione: *Quam multa justa injusta ac prava fiunt moribus.* West. *Quam m. i. ac p. f. m.* Sic dedit Fa. sic omnes nostri. Lege tamen et distingue *Quam multa, justa injusta, f. m.* Sic plane Eug. et sic G. F. ex conjectura dedit, probante Guy. *Bent.* Meliorem hujus loci lectionem conservavit Eug. et ex eo restituerunt viri doctissimi *Q. multa justa injusta f. m.* R. D. Ita et dat Both.—12 In aliis est, *relictis omnibus.*—13 Unus ex nostris *meo:* quod vir eruditus nescit an verius sit; ut Adelph. v. 4. 21. 'Eos meo labore eductos.' Non accedo: sic enim 'labore' absolute, infra v. 4. 17. 'Ut serves, quod labore invenerit.' et v. 5. 6. 'Mea bona ut dem Bacchidi dono sciens.' *Bent.*

ACTUS IV. SCENA VIII.

MENEDEMUS. CHREMES.

ME. MULTO omnium nunc me fortunatissimum

ME. *Mi fili, existimo me factum esse multo felicissimum omnium, qui nunc*

Factum puto esse, gnate, cum te intelligo
Resipisse. Ch. Ut errat! Me. Te ipsum quærebam, Chreme.
Serva, quod in te est, filium, et me, et familiam.
Ch. Cedo quid vis? faciam. Me. Invenisti hodie filiam.
Ch. Quid tum? Me. Hanc sibi uxorem dari volt Clinia.
Ch. Quæso, quid tu hominis es? Me. Quid est? Ch. Jamne oblitus es,
Inter nos quid sit dictum de fallacia,
Ut ea via abs te argentum auferretur? Me. Scio.
Ch. Ea res nunc agitur ipsa. Me. Quid dixti, Chreme?

vivunt, cum cognosco te ad meliorem mentem rediisse. Ch. *Quantum fallitur arbitrans filium resipuisse!* Me. *O Chreme, te ipsum quærebam. Serva me, et filium Cliniam, et familiam, quod potes.* Ch. *Dic, quid me vis facere?* Me. *Filiam tuam hodierno die reperisti.* Ch. *Quid inde sequitur?* Me. *Clinia cupit hanc filiam tuam sibi tradi in uxorem.* Ch. *Obsecro, qualis homo es tu?* Me. *Qualis homo sim?* Ch. *An oblivioni mandasti ea, quæ collocuti sumus de fallacia in te per servum facienda; scilicet ut ficto matrimonio argentum tibi eriperetur.* Me. *Teneo memoria ea de quibus inter nos convenit.* Ch. *Fallacia ista nunc fit, quam tu putas esse rem seriam.* Me. *O Chreme, quid dixisti? falsus sum: sic*

In Both. Act. IV. Sc. 4. in Bip. Act. IV. Sc. 5.—1 Nostri omnes, uno recentiore excepto, cum vett. edd. *M. o. me nunc.* Bent. Ita et dant Br. Perl.—2 *Dum* pro *cum* Guelf. 3.—3 Alii *Resipiscere.* Guelf. 3. *Resipuisse.* Abest *Chreme* 2. *Chremes* legit Z.—4 Vet. cod. ap. Lind. *me et familiam meam.*—5 Par. *quid vis? faciam.* Sed ea distinctio sensum mutat. *Perl. Quid vis faciam?* Bent. Bip. Z. Both. Perl. Delph. *Quid vis faciam.* Br.—6 Omnes nostri *hanc uxorem sibi.* Bent. Ita et Br. Both. Delph.—7 Ms. Lips. non agnoscit *tu*, neque EA. et EP. neque Bodl. et Bœnd. Est autem cum contemtu dictum. *West.* Frustra oneratur versus. Nostri universi rotundius: *Quæso, quid hominis es? Quid? Jamne oblitus es?* Bent. *'Quæso quid hominis es?* Pall. *tu.* Al. omitt. Hanc autem Par. putat formulam esse comicam.' *Perl.* Br. Bip. habent ut Bent. Bothius legit *Quid tu hominis, quæso, es? Quid id est? Jamne oblitus es. Quid?* omisso *est* Guelf. 2.—9 M. *auferatur.* Ita et Guelf. 1. Distinguit 3. Me. *Scio ea.* Ch. *Res nunc, &c.*—10 Integrum locum ita lego ac distinguo: Ch. *Ea res nunc agitur ipsa.* M. *Quid dixti, Chreme?* Ch. *Erravi: res acta 'st. M. Quanta spe decidi!* Ch. *Et quidem hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est Amica.* Quanquam quomodocumque legas, et personas ordines, non omnis obscuritas tollitur. Quare amplius cogitandum. Quid si Syro aucupanti ex occulto sermonem senum attribuantur hæc: *Erravi: res acta 'st: quanta spe decidi!* Primum enim, ne expungam cum Faërno, facit consensus Codicum. Tum videtur Syrum pœnitere, quod consilium de emungendo Menedemo aperuisset Chremeti, ubi animadvertit, herum eam rem communicare cum Menedemo, metuens ne Menedemus præsentiscens dolos, caveat, ne decipiatur. Antesignanus ita παραφράζει, ut dubites, Chremetisne sint verba, an Menedemi. Quod de Syro dixi, non est insolens in Comœdiis. Acidalius vero emendari judicat: Ch. *Ea res nunc agitur ipsa.* M. *Quid narras, Chreme? Immo hæc quidem, quæ est apud me, Clitiphonis est Amica.* Ch. *Ita aiunt, et tu credis?* M. *Omnia* Sed et versus 11. desideratur in quibusdam libris. Ms. Mark. Ch. *Sic res*

Erravi: sic res acta 'st: quanta spe decidi!
Ch. Immo hæc quidem, quæ apud te est, Clitiphonis est
Amica. Me. Ita aiunt. Ch. Et tu credis? Me. Omnia.
Ch. Et illum aiunt velle uxorem, ut, cum desponderim,
Des, qui aurum ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, com-
paret.
Me. Id est profecto! id amicæ dabitur. Ch. Scilicet

res acta est, ut decipiar. Quanta spe privatus sum? Ch. *Immo hæc Bacchis, quæ est in ædibus tuis, est amica Clitiphonis.* Me. *Sic dicunt filius et servi.* Ch. *Et tu credis?* Me. *Credo.* Ch. *Et illi servi dicunt illum filium tuum Cliniam petere sibi uxorem; ut, ubi filium meam in matrimonium illi promiserim, ei tradas pecuniam, qua coëmat ornamenta aurea, ac vestimenta, atque alium ornatum qui ad nuptias requiritur?* Me. *Certe ita res se habet: id argentum dabitur*

---

acta 'st. M. *quanta spe decidi!* Alii omittunt τὸ *sic.* Tr. *Quæ opus est.* West. Me. *Quid dixti Chreme*] Bem. *quid narras.* Sed hoc non magni refert: illud majoris momenti est ex versu qui sequitur; *Erravi: sic res acta est: quanta spe decidi:* in contextu libri v. non esse nisi primam dictionem *Erravi:* in Bem. vero illum versum omnino non esse; et sane eum esse subdititium ex insequentibus patet. Quare eum versum omnino delendum arbitramur: quæ vero sequuntur, ea ex Bem. personæ Menedemi attribuimus: *Ea res nunc agitur ipsa.* Me. *quid narras Chreme? Immo hæc quidem, quæ aput me est, Clitiphonis est Amica. ita ajunt.* Ch. *et tu credis?* Me. *omnia.* Ch. *Et illum ajunt velle uxorem, ut cum desponderis, Des qui aurum, ac vestem, et alia quæ opus sunt, comparet.* Me. *Id est profecto.* Fa. 'Nostri omnes *dixti.* Soli Bembino debemus, quod spurius versus hinc ejiciatur; qui fictus est ex II. 3. 9. 'Væ misero mihi, quanta de spe decidi.' Et inde etiam habemus, *Immo hæc quidem quæ aput me est:* cum nostri perperam habeant, *Et quidem hæc quæ apud te est.* Tamen ex nostris omnibus *Desponderim* legimus, non *Desponderis.* Et, *Ita ajunt: et tu credis omnia:* soli Chremeti tribuimus.' *Bent.* 'Nos cum Fa. Bent. Millero, Bembinum sequimur et sic edimus hoc versu *narras* pro *dixti,* quod alii habent.' *Bip.* '*Erravi*] Edit. add. *res acta quanta de spe decidi.* Quanquam hæc verba in contextu codicis desunt, leguntur tamen tanquam glossa ad 'Ea res nunc,' &c.' *Bruns. Erravi:* versum hunc subdititium esse censet Both. addit tamen: '*Erravi* quidem glossema existimo τοῦ 'Quid narras?' verba vero, *Sic res acta est* (ita enim fere codd. et vett. edd.) istorum 'Ea res agitur;' reliqua, monente Bent. ex II. 3. 9. desumta sunt, vitii genere non infrequenti. Si quis tamen est, qui contra fidem optimorum librorum hoc quicquid est versiculi servare sibi cupiat, is sic emendabit: *Erravin'?* Ch. *Sic res* Me. *Actum est? de spe decidi?*' Sensus facile probat, quod Bentleius, præeunte Faërno, personarum rationem sic ordinat: M. *Quid narras, Chreme? Immo hæc quidem quæ apud me est, Clitiphonis est Amica.* C. *Ita aiunt: et tu credis omnia: Et illam aiunt velle uxorem, ut cum desponderim, Des, qui, &c.' Zeun.* Abest *ipsa* Guelf. 2. *Narras* dat Perl.—11 Delph. *Erravi: res acta est: quanta de spe decidi?* Guelf. 1. Ch. *Errari res acta est.* Me. *Quanta de spe decidi.* Z. *Erravi: res acta: quanta de spe decidi!* Perl. *Erravi* .....—12 *Et quidem istæc q.* Guelf. 1. *Etiam* pro *Immo* 3. Ms. R. *Et quidem:* deinde in vett. lib. ἀντὶ τοῦ *hæc,* legitur *isthæc.* Lind. Br. *Equidem hæc quæ apud te est. Apud me* dant Perl. Z. Bip. Both.—13 *Est amica* Br. qui etiam legit, Ch. *Et tu credis omnia?* duos seq. vss. etiam Chremeti tribuens.—14 Legendum monet Bent. *illum,* quod probant Perl. Both. *Desponderis* Bip. Delph.—15 Br. *et vestem.* Both. omittit *sunt.*—16 Br. *Id est profecto? id*

Daturum. Me. Vah! frustra sum igitur gavisus miser.
Quidvis tamen jam malo, quam hunc amittere.
Quid nunc renuntiem abs te responsum, Chreme,
Ne sentiat me sensisse, atque ægre ferat?
Ch. Ægre? nimium illi, Menedeme, indulges. Me. Sine.
Inceptum 'st: perfice hoc mihi perpetuo, Chreme.
Ch. Dic convenisse; egisse te de nuptiis.
Me. Dicam: quid deinde? Ch. Me facturum esse omnia;
Generum placere: postremo etiam, si voles,
Desponsam quoque esse dicito. Me. Hem! istuc volueram.
Ch. Tanto ocyus te ut poscat, et tu id, quod cupis,
Quam ocyssume ut des. Me. Cupio. Ch. Næ tu propediem,

amicæ Bacchidi. Ch. *Scilicet credas eum daturum.* Me. *Vah! igitur ego miser frustra lætatus sum, existimans filium resipuisse: tamen malo quidvis mihi perire quam filium. Quid referam filio nunc, te mihi respondisse, Chreme, ne filius intelligat me intellexisse fallaciam, idque moleste ferat?* Ch. *Moleste ferat? O Menedeme, nimium illi permittis.* Me. *Sine, jam incepi ei indulgere. Perfice, o Chreme, ut perpetuo id mihi liceat.* Ch. *Dic illi te me adiisse, et mecum de nuptiis contrahendis egisse.* Me. *Dicam; quid postea?* Ch. *Dic me esse facturum omnia, quæ petit; dic quoque gratum esse mihi, eum mihi generum fieri: postremo, si voles, dicito filiam meam a me ipsi desponsam esse.* Me. *Filiam tuam ipsi esse desponsam? hem, cupiebam te hæc dicere, ut ei renuntiarem.* Ch. *Dic illi ista, ut tanto citius a te pecuniam petat, et tu illi quam citissime, quod cupis illi dare, largiaris.* Me. *Cupio dari, quodcumque poscet.* Ch. *Certe, ut considero sumtum, quem es*

---

a. dabitur? Bent. Z. Perl. Delph. *Id e. profecto: id.*—17 Si cum Engraphio et Bœclero verba hæc [*Scilicet Daturum*] Menedemo tribuas, q. d. Scilicet daturum me decrevi, vel, daturum me esse dicam, quod postulabit filius, minor emphasis erit in illis Menedemi, 'Vah! frustra sum igitur gavisus miser,' sub. filium meum Cliniam ad uxorem appulisse animum, et Antiphilam filiam tuam sibi in matrimonium petere. Nannio τὸ *Daturum* valde ignavum videtur. Ita tamen et Plautus Curc. II. 2. 13. 'Item alios Deos facturos, scilicet.' Guyeto in glossis Mss. τὸ *Vah* additamentum est histrionicum. Mur. mutavit in *ah.* Neque Juntæ, St. Er. aliique agnoscunt τὸ *sum.* Mss. variant. *West. Frustra igitur gavisus miser*] In omnibus libris est verbum *sum;* in Bembino quidem, post *frustra:* in aliis post *igitur:* sed antiquiorem lectionem admittendo, versum ita expedimus, ut vox *frustra* hic ultimam corripiat, quod exemplo non caret; ex *igitur* vero *r* elidatur. *Fa.* Leve hoc est, et facilem curam admittit. Lege pro *Vah,* quod dolenti magis convenit *Ah.* Sed aliud est, et paulo majus: Dixerat Menedemus, 'id amicæ dabitur;' cui respondet Chremes, 'Scilicet Daturum.' Quem? Si ad 'dabitur,' diserte respondes, dic (quæ vera lectio est) *Scilicet Datum iri.* Bent. Ita et legit Both.—20 Vulg. *sentiat me sensisse,* quod infantis. Codex C *sciat* pro *sentiat,* unde colligas, confusa inter se fuisse hæc verba, ita ut scriberent *sciat sensisse* pro *sentiat scire* vel *rescisse.* Both. qui inde legit *Ne sentiat rescisse me.*—22 GF. vere testatur, legi etiam *perpetuum:* quod prætulerim, ut ἐμφατικώτερον. *West.* Ita et Both.—26 Par.

Ut istam rem video, istius obsaturabere.
Sed hæc ita ut sunt, cautim et paulatim dabis,
Si sapies. ME. Faciam. CH. Abi intro; vide, quid postulet.
Ego domi ero, si quid me voles. ME. Sane volo:
Nam te sciente faciam, quicquid egero.

facturus brevi, te satias capiet istius filii. Sed, ita ut hæ res se habent, si sapienter vis te gerere, dabis argentum cum omni cautela et minutim. ME. *Ita faciam.* CH. *Abi domum tuam: vide quid petat: ego manebo domi, si quid voles me facere.* ME. *Sane volo: nam nihil faciam quicquam nisi ex tuo consilio.*

pro var. *Desponsatam.*—27 EP. *Tantocius.*—28 Br. *Ne tu. Scio* post *proped.* Guelf. 2.—29 Both. *Istanc rem v.* Ita et Guelf. 3. Mss. Pall. *adventui.* GM. *adventu.* At præstat *istius.* Perl.—30 Ms. Lips. *Sed hæc ista ut sunt.* Ita et EP. Rivius et F. F. defendunt, *S. hæc ut ut sunt*, h. e. qualiacumque sunt. Atque ita est in Mss. nonnullis et editis. *West.* Ubaldinus Bandinellus legebat, *Sed hæc ut ut sunt;* et est in V. at in Bem. *Sed hæc uti sunt:* quæ placet lectio. *Fa.* Meliores tres ex nostris, *Sed ut uti istæc sunt:* Alter, *Sed hæc uti ut s.* Vel lege: *hæc ut ut sunt*, vel *ut ut istæc sunt.* Nec hilum interest. *Bent.* Br. *Sed hæc ista ut.* Ita et vet. cod. ap. Lind. Bip. *Sed, hæc uti sunt.* Both. Delph. *Sed, hæc ut ut sunt.* Z. *Sed ut uti istæc sunt.*—31 M. Bodl. Bœnd. et Lips. *postulent.* Ita et omnes Mss. Bœcleri, et EP. EA. St. Junt. Ald. aliæ. *West.* Bem. et Vi. *postulet:* ita et duo ex Bentleianis. Br. *postulent.* Itid. GM. cum apice ita: *postulēt.*—32 Both. *Sane volam.* —33 Alii *te scientem*, h. e. certiorem. Eug. et Mss. plurimi legunt, ut edidi. *West.* Aliqui libri, inter quos Bem. *te scientem:* id est, tibi renuntiabo: ita habebat et Vi. sed postea ex *scientem m* abrasum est. *Fa.* Duo ex nostris *scientem;* sed ex antiquiore *m* abrasum est. Recte tamen *scientem;* non quod illum alterum non sat bene se habeat, sed quod hoc melius. *Bent.* *Scientem* dant Bip. Both. Z. Delph.

ACTUS V. SCENA I.

MENEDEMUS. CHREMES.

ME. Ego, me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id certo scio:

ME. *Certo scio me non esse tam callidum, neque ita circumspectum: sed hic*

1 Mss. quidam omittunt τὸ *certo.* Unde nec in omnibus est impressis. *West.* Vulg. *astutum neque ita pers. esse certo scio:* sed *id* comparet in codd. nostris aliisque, et codex A: *astutum atque perspicacem.* Both. qui ipse legit *astutum ac pers.* Bent. Bip. Perl. Delph. *esse, id scio.* Z. *esse, certo*

Sed hic adjutor meus, et monitor, et præmonstrator Chremes,
Hoc mihi præstat. In me quidvis harum rerum convenit,
Quæ sunt dicta in stultum; caudex, stipes, asinus, plumbeus:
In illum nihil potest; nam exsuperat ejus stultitia hæc omnia.
Ch. Ohe! jam desine Deos, uxor, gratulando obtundere,
Tuam esse inventam gnatam; nisi illos ex tuo ingenio judicas,
Ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum sit centies.
Sed interim, quid illic jam dudum gnatus cessat cum Syro?
Me. Quos ais homines, Chreme, cessare? Ch. Ehem!
Menedeme, advenis?
Dic mihi; Cliniæ, quæ dixi, nuntiastin'? Me. Omnia.

Chremes auxiliator meus, et consiliarius, et præceptor in hoc me anteit. Omnia, quæ dicuntur in stultum, in me concurrunt; caudex, stipes, asinus, plumbeus: in illum nequaquam; nam ejus vecordia excedit hæc omnia. Ch. *Ohe, uxor, cessa tædio et molestia Deos afficere toties gratias agendo, nisi illos ex tua natura æstimes, ut tibi persuadeas nihil illos percipere, nisi eadem centies eis dixeris. Sed interea cur Clitipho moratur tamdiu cum Syro apud Menedemum?* Me. *O Chremes, quos homines dicis morari tamdiu?* Ch. *O Menedeme, ergo hic ades? dic mihi, retulistine Cliniæ quæ tibi respondi?* Me. *Omnia.* Ch. *Quid dixit?* Me. *Ince-*

---

scio. Tam pro *ita* Guelf. 3. Bruns, *Ego me non astutum . . . . esse, id certe scio.* 'Vetus codex *tam perspicacem*, in eodemque libro *esse* desideratur.' *Lindenbrogius.*—3 Idem cod. Lind. *quod harum rerum vis.*—4 Nota constructionem, 'harum rerum quæ sunt dicta:' Guy. correctum voluit *horum.* Immo repone ex duobus nostris, uno 900. annorum, altero Regio, *Quæ s. dictæ.* Bent. Et sic jam ante Dac. *Dicta* defendit Bip. et Ruhnken. Pro *caudex* Guy. præfert *cautes*, ut est in Mss. quibusdam. Ita et Par. habet pro var. Guelf. 3. *stipex.*—5 Ita legendum esse, non *astutia*, quod Mss. quidam præferunt, vel unius Plauti auctoritas evincit. Quidam libri non agnoscunt *τὸ nam.* West. Bent. legit, *In illum nil potest: exuperat ejus stultitia h. o.* 'Cod. A, *nam exuperat*, et sic quoque vett. edd. minus fortiter. *Astutia* pro vulgato *stultitia* sumsi ex Hel. et vett. edd. Similiter 'astutus' valet Ad. II. 2. 13.' *Both.* qui igitur legit: *In illunc nil potest: exuperat omnia ejus astutia.* Perl. *nil potest.* Z. *nam* omittit.—6 Mss. quidam *congratulando.*—7 Guelf. 3. Both. *eos.*—8 Mss. et editi quidam, *nisi si idem dictum est.* West. *Dictum est* Bip. Both. Z. Delph. *Dictum 'st* Bent. Perl.—9 Al. *Sed quid interim illic.* Both. *Sed interim illi quid.*—10 *Quos ais homines, Chremes, cessare? Ehem, Menedeme, advenis?* Ex uno Academico abest *Chremes:* in altero Regio additum est *per tempus.* Repone *Quos ais homines cessare? Ehem per tempus, Menedeme advenis.* Bent. Ita et Perl. Bothius legit, *Quos cessare homines ais Chreme? Hem, per t. M. advenis.* Post *advenis* non interrogat

CH. Quid ait? ME. Gaudere adeo cœpit, quasi qui cupiunt nuptias.
CH. Ha! ha! he! ME. Quid risisti? CH. Servi venere in mentem Syri
Calliditates. ME. Itane? CH. Voltus quoque hominum fingit scelus.
ME. Gnatus quod se assimulat lætum, id dicis? CH. Id.
ME. Idem istuc mihi
Venit in mentem. CH. Veterator! ME. Magis, si magis noris, putes,
Ita rem esse. CH. Ain' tu? ME. Quin tu ausculta. CH. Mane. Hoc prius scire expeto,
Quid perdideris: nam ubi desponsam nuntiasti filio,
Continuo injecisse verba tibi Dromonem, scilicet
Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum ut dares.

pit lætari, tanquam illi qui volunt cupide uxorem habere. CH. *Ha, ha, he.* ME. *Quid risisti?* CH. *Astutiæ Syri venerunt mihi in memoriam.* ME. *Itane est?* CH. *Etiam scelestus ille format et docet homines vultus componere ad simulandum quemlibet habitum.* ME. *An hoc ais, propterea quod filius Clinia fingit se esse lætum?* CH. *Scilicet.* ME. *Ejusdem rei memini.* CH. *Syrus est veteranus in astutia et fallaciis.* ME. *Magis id verum esse, si eum magis cognoscas, existimes.* CH. *Itane est, ut dicis?* ME. *Quin tu ausculta.* CH. *Siste paululum; prius audire cupio quid perdideris per ejus technam et fallaciam: nam, postquam nuntiasti filio tuo filiam meam Antiphilam illi in uxorem a me promissam, nonne verum est Dromonem dixisse tibi illico necesse esse, ut dares sponsæ filii vestimenta, ornamenta aurea, pedissequas, servos, argentum?* ME. *Nihil mihi quicquam horum*

Br.—12 Ms. Lips. G. et Bœnd. cum EA. ET. EM. *occepit.* EP. *occipit.* West. Veterrimi ex nostris, *adeo occepit.* Bent. Ita Both. *Occep.* Guelf. 3. Ibid. *concipiunt.*—13 *Risti* pro *risisti* Guelf. 1.—14 M. *homini.* Distinguit Br. *fingit. Scelus.*—15 *Id*] Par. pro var. *idem.* Nisi anticipatum sit *idem* quod sequitur. *Perl.* Guelf. 1. *itidem*, pro *idem.* Ita et Br.—16 *Putas* Idem. 17 Mss. et editi quidam veteres, *expecto:* sed contra metrum. *West.* Lege *Manedum:* alioqui claudicat versus. Sæpe occurrit apud Plautum. *Bent.* Ita et Perl. Both. *Mane: prius scire expeto.*—18 Vet. cod. ap. Lind. *desponsatum. Credo* post *desponsam* Guelf. 3.—20 In Mss. quibusdam desideratur *τὸ atque.* Sed et in EA. et EP. qua particula omissa versus claudicat. *West.* Bem. et alii antiqui fere omnes, *atque ancillas;* ita etiam versu requirente. *Faërnus.* Unus tantum e nostris, et is recentior, habet *atque.* Nempe a Correctoribus venit, ad versum sustentandum: sententiæ enim nocet, quæ melius per Asyndeta decurrit. Illud quoque invenustum prorsus, quod 'aurum' sine accentu sit, 'atque' in ictu. Inverso ordine scripsit Auctor: *S. aurum, v. ancillas opus e. a. u. d.* Bent. Abest *atque* nostris et antiquioribus omnibus. C, *vestes.* Both. qui legit *S. vestes, aurum, ancillas o. e. a. u. d.*

ME. Non. CH. Quid? non? ME. Non, inquam. CH. Neque ipse gnatus? ME. Nihil prorsus, Chreme: Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiæ.

CH. Mira narras. Quid Syrus meus? ne is quidem quicquam? ME. Nihil.

CH. Quamobrem? ME. Nescio equidem: sed te miror, qui alia tam plane scias.

Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium,
Ut ne paululum quidem suboleat, esse amicam hanc Cliniæ.

CH. Quid ais? ME. Mitto jam osculari atque amplexari: id nihil puto.

CH. Quid est, quod amplius simuletur? ME. Vah! CH. Quid est? ME. Audi modo:

dixit. CH. *Quid, non dixit?* ME. *Nihil, inquam, quicquam simile dixit.* CH. *Neque ipse filius?* MEN. *Nihil prorsus; sed potius urgebat solummodo, ut hodierno die nuptiæ celebrarentur.* CH. *Mira refers. Quid? Syrus servus meus, nihilne etiam quicquam petiit?* ME. *Nihil.* CH. *Cur nihil petiit?* ME. *Hoc ego quidem ignoro: sed te illud nescire valde miror, qui tam clare et perspicue res alias scias; ille idem Syrus informavit etiam mirum in modum filium, adeo ut ne tantillum quidem sentiat quisquam amorem Cliniæ erga Bacchidem.* CH. *Quid ais?* ME. *Nunc omitto osculationes atque amplexus Clitiphonis et Bacchidis.* CH. *Quid est quod amplius simulari possit, ubi ventum est ad oscula et amplexus?* ME. *Vah!*

Atque omittit Perl.—21 *Quid? non?* Duplicem feci interrogationem, monente Bœclero, ob majorem emphasin. *West. Non? quid non?* Lege *Qui non?* Bent. *Quid non?* Br. Perl. Z. Bip. Delph. Bothius legit *Non.* CH. *Quid?* ME. *Non, inquam.* Bent. Perl. *prorsum.*—22 Vulg. *Magis unum.* B: *Magis hoc unum. Unum* si dedisset scriptor, præcipuum id versus locum sibi posceret, quod fieri nequit. *Both.* qui igitur dat *Magis nunc etiam.* 'Ms. Pal. 3. *Magis hoc u.*' Perl.—24 Prava hic distinctio est, quæ omnem sententiæ venerem extinguit. Repone, *Quamobrem, nescio.* ME. *Equidem miror; qui alia tam plane scias.* Bent. Ita et Perl. Both. Bip. legit *Q. nescio.* ME. *Equidem te miror, q. a. t. p. s.* et notat, 'illud *sed* hoc loco male ingestum, cum sq. versus adversetur 'Sed ille,' recte omisere Er. al.' Z. habet *Quamobrem?* ME. *Nescio; equidem miror, qui a. t. p. s.*—25 Ita Fa. et G. F. Alii, *Sed tuum ille.* Mss. et editi veteres variant. *West.* Bem. Vi. et tres ex Bentleianis *Sed ille tuum.* Ita et Eug. Z. Perl. *Sed tuum ille* Bip. Delph. *Sed ille q. tuus* Bruns. 'Vulg. *Sed ille tuum q. S. idem, &c.* sed A et B *itidem,* nostrique omnes et Calph. *tuus.* Scilicet utrumque, *tuus* et *tuum,* esse genuinum, nomenque servi ex int. irrepsisse.' *Both.* qui igitur legit, *Sed ille tuus tuum q. idem m. f. f. ut.*—26 Guyetus, metro consulturus, delet τὸ *amicam,* sed contra fidem Codicum. *West.* Veterrimus noster *subolat.* Alter *subolet.* Ceteri omnes *suboleat.* Bent. *Subolat* Br. Perl. 'C *paulum,* quod versui convenit.' *Both.*—27 Vulg. *mitto:* sed cod. B *omitto,* recte, ut iambicus hic sit versus, qualis et sequens. *Idem.* Guelf. 3. *mittam.* Bent. Perl. Bip. Both. Z. Delph. *nil puto.*—28 ME. *Vah!*

Est mihi in ultimis conclave ædibus quoddam, retro:
Huc est intro latus lectus; vestimentis stratus est.
Ch. Quid, postquam hoc est factum? Me. Dictum factum, huc abiit Clitipho.
Ch. Solus? Me. Solus. Ch. Timeo. Me. Bacchis consecuta 'st illico.
Ch. Sola? Me. Sola. Ch. Perii! Me. Ubi abiere intro, operuere ostium. Ch. Hem!
Clinia hæc fieri videbat? Me. Quidni? mecum una simul.
Ch. Filî est amica Bacchis, Menedeme. Occidi!
Me. Quamobrem? Ch. Decem dierum vix mihi est familia.
Me. Quid? istuc times, quod ille operam amico dat suo?
Ch. Immo quod amicæ. Me. Si dat. Ch. An dubium id tibi est?

Ch. *Quid est?* Me. *Ausculta nunc mihi. Est quoddam cubiculum secretum in interiori parte domus meæ: lectus portatus est intro in istud cubiculum: paratus est et ornatus est stragulis.* Ch. *Postquam hoc factum est, quid consecutum?* Me. *Dicto citius, Clitipho in conclave se conjecit.* Ch. *Solus?* Me. *Solus. Bacchis illico eodem abiit post illum.* Ch. *Sola?* Me. *Sola.* Ch. *Perditus sum.* Me. *Postquam introierunt, clauserunt januam.* Ch. *Hem! Clinia hæc intuebatur?* Me. *Cur non intuitus esset? mecum simul una intuebatur.* Ch. *O Menedeme, Bacchis est amica filii Clitiphonis; perii.* Me. *Quamobrem?* Ch. *Vix habeo rem familiarem ad decem dies.* Me. *Quid? an times istud, quod inservit Cliniæ amico?* Ch. *Quin potius timeo quod amicæ inservit.* Me. *Si verum est quod amicæ inservit.* Ch. *An de hoc dubitas? aliquemne putas esse animo ita*

Ch. *Quid est?* Me. *Audi modo.* Hæc Menedemo tribuit Guy. et legit: Me. *Vah! quid est? audi modo.* Improbat West.—29 Guy. ob versum, *conclavis.* Et mox *quædam:* idque pluribus etiam astruit tam in Scholiis Mss. quam editis. *West. Est mihi ultimis conclave in ædibus.* Bem. et omnes fere alii, etiam ex antiquis, ita collocant, *Est mihi in ultimis:* procedet versus, vel vitando synalœpham, vel disjungendo diphthongum in voce 'aedibus.' *Fa.* Atqui ea lectio sola vera est, *Est mihi ultimis.* Neque enim synalœpha omitti, nec dissolvi diphthongus iste potest. *Bent.* Both. *Ultimis est mihi c. in ædibus.* Z. *Est mihi in u. c. in æd.*—31 *Quid posthac* Guelf. 3. Ibid. et 2. *Dict. ac factum.* Ita et Calph. Br. EA. EP.—34 Guelf. 2. *hoc.* Mss. et edd. quidam *una mecum.*—37 Both. *Qui istuc times, quod operam a. d. suo?* Etiam Br. non interrogat post *Quid.*—38 *Immo amicæ.* L. s. fere o. *Immo quod a.* quæ particula explendo et sermoni et versui necessaria est. *Fa.* Sic et nostri omnes. *Bent.* Abest *quod* Guelf. 2. Interrogat Br. post *dat.*—39 In

NOTÆ

28 *Vah*] Hac interjectione Menedemus significat multo plura esse ignota Chremeti.

Quemquamne animo tam communi esse, aut leni putas,
Qui se vidente amicam patiatur suam?
Me. Quidni? quo verba facilius dentur mihi.
Ch. Derides? merito mihi nunc ego succenseo.
Quot res dedere, ubi possem persentiscere,
Nisi essem lapis? quæ vidi! væ misero mihi!
At næ illud haud inultum, si vivo, ferent:
Nam jam! Me. Non tu te cohibes? non te respicis?

benevolo et commodo, ut ferat amicam seorsum abduci in conspectu tuo? Me. *Ha, ha, he: quare non id fiat ab his, ut facilius decipiar?* Ch. *Me ludis. Jure mihi nunc irascor. Quot signa hujus mali mihi data sunt, ex quibus possem percipere ea, quæ adversus me facta sunt ab illis, nisi essem stupidior lapide? o quæ aspexi! væ misero mihi! sed certe non ferent hoc facinus impunitum, si vita suppetit; nam jam.* Me. *Tu non te moderaris? tu non habes rationem prudentiæ tuæ? non ego*

EA. ET. et EV. 1. 2. est *comi*, non *commi*, quod in veteri Veneto deprehendisse se testatur Mur. et quod forsan possit valere *communi*. Faërnus dubitat, an 'animus communis' satis Latine hoc sensu dicatur. Certe Vir Cl. J. G. Grævius ex Mss. ita edidit ad Suet. Vesp. 22. 'Super cœnam autem, et super aleas communissimus,' h. e. valde affabilis et familiaris. Ita et legit Gruterus ex Ms. Pal. primo, et Casaubonus ex Viterbiensi. Atque ita est in EP. aliisque veteribus, sed et Ms. Lips. et Tr. et duobus Leidd. In uno *cōi*. Ita et in Ms. Bœnd. Sed in Bodl. *communi et leni*. Westerhovius. G. *communi*. ET. *cōi et leni*. Idem in Add. *Quemquem animo tam communi esse, aut leni putas*. Et hic quoque o. fere l. s. inter quos Bem. et omnes fere antiqui, præter Bas. habent, *Quemquamne:* aliqui vero pro *communi, comi;* quod mihi maxime placet. Sed multo maxima pars ita scriptum, ut et pro *communi* et pro *comi* accipi possit, hoc modo *cōi*. Movet me ut *comi* malim, non modo ratio versus, qui, si *communi* legas, stare non potest; sed etiam quod non fere vocabulum 'communis' invenias in hac significatione, qua hic ponitur, nisi (et id quidem judicio nostro mendose) apud Suetonium, in vita Claudii, de quo in notationibus emendationum ejus auctoris fusius disseremus. Sane et in quibusdam libris impressis *comi* legi testatur Jo. Rivius, ut sciatur, non nos hoc primum advertisse, nec publicasse: certis tamen de causis lectionem vulgatam retinebimus. *Fa.* Pro *aut*, nostri fere omnes *et*. Repone, *Quemquamne t. a. comi esse et leni putas*. Bent. *Comi esse, et leni* Bip. ex Arg. *Comi* Both. *Et leni* Perl. *Quenquam a. t. communi esse et leni p.* Br.—40 Guelf. 2. *Quod.*—41 EP. *Ha! ha! he! quidni?* M. et cod. Lips. *Ah! ah! eh! quidni?* Dictum autem εἰρωνικῶς: unde mox Chremes; 'derides?' inquit. *West.* ME. *Ah! ah! eh!* Hæc non sunt in Bem. et certe risus non videtur habere hic locum. Sed nec versus hæc recipit. *Fa.* Nec agnoscunt plerique nostri. *Bent.* Br. *Ah. quidni, q..... mihi?* Interrogat et Both. post *mihi*. *Ha ha he: quidni* Guelf. 2. 3.—42 Lege et distingue, *Derides? merito: ut mihi nunc e. s.* Bent. Both. *Derides merito. Mihi n. e. s.* Br. *Derides. Merito m. n. e. s.*—43 *Quod* Guelf. 2. EP. *præsentiscere.*—44 L. o. s. *Ni essem lapis?* Fa. '*Ni essem lapis.* Vides, quam incommode accentus fiant. Decem e nostris habent *Nisi*. Lege igitur *Nisi si e. lapis: quæ vidi? væ m. mihi.*' Bent. Br. *Ni essem lapis; quæ vidi. Væ m. mihi.* Perl. *Nisi si e. lapis? quæ vidi! væ m. mihi!* Bip. *Ni essem lapis?* Both. *Nisi lapis eram. Quæ.*—45 Guelf. 3. *id* non *illud.*—46 Lacunam habent post

Non tibi ego exempli satis sum? Ch. Præ iracundia,
Menedeme, non sum apud me. Me. Tene istuc loqui?
Nonne id flagitium 'st, te aliis consilium dare,
Foris sapere; tibi non posse auxiliarier?
Ch. Quid faciam? Me. Id quod me fecisse aiebas parum.
Fac te patrem esse sentiat; fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, et poscere;
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
Ch. Immo abeat, multo malo, quovis gentium,
Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam, si illi pergo suppeditare sumtibus,
Menedeme, mihi illæc vere ad rastros res redit.

sum sufficiens exemplum tibi? Ch. *O Menedeme, non sum mei compos, adeo sum ira commotus.* Me. *Decetne te istud loqui? nonne id reprehensione dignum, te aliis consulere, in alienis rebus sapientem esse, et te non posse tibi opem ferre, et moderari?* Ch. *Quid agam?* Me. *Id quod me dicebas non sufficienter egisse in filium: fac ut tuus filius experiatur te esse patrem ipsius: ita, ut committere audeat tibi omnia consilia: modeste petere, et postulare quod honestum est, ne aliunde habendi, quæ cupit, facultatem inveniat, ac te relinquat.* Ch. *Quin potius discedat quocumque volet, quam hic manens deducat me ad egestatem per nequitiam ac libidinem: nam, o Menedeme, si perseverem illi subministrare impensas ad fovendam meretricem, mihi res familiaris eo redigetur, ut rem rusticam facere, fodere et*

Nam jam Bip. Perl. et Both. Guelf. 3. legit *Omnia jam*.—49 Fr. Pith. *Nonne istud f.* Lind. Abest *id* Guelf. 1.—50 *Non posse auxiliarier.* Syllaba deest, quam typographi culpa excidisse credo. Siquidem codices nostri universi, *non posse te aux.* Taceant itaque, qui synalœpham hic omitti propter sequentem diphthongum volunt. *Bent. Te* habent Br. Both. Perl. Delph.—51 R. *Quid vis faciam?* An legendum, *Quid vis faciam? Id q. m. f. aibas parum.*' Sed recte unus ex Meadianis *quod tu me.* Repone, *Quid faciam? I. q. tu m. f. aibas p.* Nusquam, si memini, aliter Noster, quam 'aibam,' 'aibas,' 'aibat,' per disyllabon. *Bent.* Ita et dant Both. Perl. Post *aiebas* distinguit Br. *aiebas; parum.* Abest *tu* Guelf. 2. 3. qui etiam *parumper* habet.—52 Al. *Fac te esse patrem.* Codex Academicus et edd. vett. præterea veterrimus noster, *ut sentiat.* Repone *F. te esse patrem ut sentiat: fac ut audeat.* Bent. Ita et GC. Both. Perl.—55 Alii, *multo potius.* Rursus alii, *potius malo.* Lectio, quam exhibeo, vincit numero Mss. et edd. vetustissimarum. Et est Planto familiaris. *West.* Bent. præfert lectionem *potius malo.* Ita et Both. *Multo malo* probat et defendit Bip.—57 Insolens constructio, seu tertio, seu sexto casu ponatur τὸ 'sumtibus.' Conjiciebam scripsisse Terentium, *illis .... sumtibus.* Ut adeo, 'suppeditare sumtibus' esset, parem esse sumtibus, seu, exæquare sumtus sua liberalitate. Expeditissima tamen conciliandi ratio videtur levis mutatio interpunctionis, ita, *Nam si illi pergo suppeditare, sumtibus, Menedeme, m. &c.* Ms. Lips. et Bodl. *si illi pergam.* Ita et EA. EP. aliæ. *West.* Bem. et Vi. *pergo.* Recte: nostri tamen omnes *pergam.* Porro ex eis duo *illius.* Repone *N. si illius pergo s. s.* Bent. Br. *pergam.* Perl. *illius pergo.* Both. *illis pergo.* 'Cave,' inquit Bip. 'cum Bent. rescribas *illius,* aut cum West. conjicias *illis.* Suppeditare enim sumtni alicujus, est illum tolerare posse; quod Chremes negat.'—58 *Mihi illæc vere.*

ME. Quot incommoditates in hac re accipies, nisi caves?
Difficilem ostendes te esse, et ignosces tamen
Post; et id ingratum. CH. Ah! nescis, quam doleam.
ME. Ut lubet.
Quid hoc, quod volo, ut illa nubat nostro? nisi quid est,
Quod mavis. CH. Immo et gener et affines placent.

arare terram cogar, sicut fecisti. ME. *Quot molestias capies in hac re, nisi tibi consulis? tu te præbebis morosum et durum filio, et tamen illi veniam condonabis postea, et ingratus erit filius, nullam gratiam veniæ habebit tibi.* CH. *Ah, non novisti quanto dolore sim affectus.* ME. *Doleas ergo quantum libuerit tibi. Verumnum fieri tandem vis hoc quod posco; ut filius meus ducat uxorem tuam filiam? nisi quid aliud est, quod tu præoptes.* CH. *Immo et Clinia futurus gener et affini.*

Sic ex Bem. Fa. perperam. Nostri omnes *vere:* quæ vera lectio est. Sed et aliud restat: *illæc . . . res* sine dubio mendose. Absolute enim dici solet 'res redit:' nunquam cum pronomine vel adjectivo. Bene ergo cod. Regius a prima manu *illic:* quod postea *illæc* factum. *M. mihi illic vere ad r. r. r.* Bent. Ita et Perl. Both. legit et defendit *illic vero. Illæc vero* Z.—59 EA. EP. et Junt. Ald. aliæ, Lindenbruchii Ms. et vetus codex, Ms. Lips. et Bœnd. *Quot incommoda tibi in hac re capies:* quam lectionem tuetur Faërnus. Sed Juntina altera ea emendatione Faërni, 1565. Rob. Stephani cum plusculis aliis exhibent, ut edidi; atque haud scio, an melius, consentientibus nonnullis Mss. Terentiana sunt, 'commoditas' et 'incommoditas,' in contrahendis nuptiis. Malim, si per Codices liceret: *Ex hac re.* Mur. tamen, *Quot incommoditates in hac re accipies*, utpote contra metri leges scriptum repudiat. *West.* Hic versus vix mihi videtur sustentari posse, nisi forte elidendo ex *Quot t:* quæ dictio in libro Bembino per *d* scripta est; neque id errore aliquo, sed perpetuo more ejus librarii, et abjiciendo per synalœpham ultimam syllabam dictionis 'incommoditates:' eliso prius *s.* Ceterum o. l. s. præter Bembinum, ita habent hunc versum, eodem sensu, sed numero meliore, *Quot incommoda tibi in hac re capies nisi caves?* Fa. Bene est quod monuit Fa. in Bem. fuisse *Quod.* Unus ex Meadianis, *Quod incommodi tibi.* Repone *Quod incommodi tibi in h. r. a. n. caves?* Bent. 'In Par. Mss. *incommoda.* Bent. *Quod incommodi*, mire.' *Perl.* Both. legit *Quod incommodi tibi i. h. r. capies, n. caves? Capies* habet quoque Calphurnius. Br. *Quot incommoda tibi capies nisi caves.* Bip. Delph. *Quot incommoda tibi in hac re capies, n. caves? Tibi* post *incom.* Guelf. 2.—60 Al. *ostendis.* Bothius legit *D. ostendes te et ignosces post tamen.* Al. colloc. *et tamen post ignosces.*—61 Bœnd. G. et Bodl. sed et EP. et EM. *Et id erit ingratum.* EA.: *Et id erit tibi ingratum.* Utrumque ex glossa. Vide supra II. 3. 21. Alii, *quid dolcam:* quod defendunt Rivius et Guy. *West. Et id ingratum erit* Both. *Et id erit ing.* Br. Ms. Par. *e. id tibi erit i.*—62 *Quid hoc, quod volo.* Ita præter Bœnd. M. et Tr. legit EP. tum EV. 1. Daventriensis, Junt. aliæ; itaque recensuerunt Mur. et Heinsius. Robertus Stephanus, Aldus, Fabrini, nuperi quidam, *Quid hoc, quod rogo.* Est autem *volo* vehementer cupio. Sic And. III. 3. 18. Heaut. V. 4. 4. Tum confirmant lectionem quam exhibeo, quæ proxime sequuntur, 'nisi quid est, Quod mavis,' h. e. magis vis. Eandem lectionem contra Goveanum et Guyetum delentes τὸ *hoc*, defendit J. Fr. Gronovius, ad Plaut. Bacchid. II. 3. 15. *West.* 'Lege,' inquit Bent. 'ex nostris universis, *Quid hoc quod volo.*' 'Vulg. *Q. h. q. rogo*, frustra exasperato versu. Bentleiani et nostri præter Gu. 1. *quod volo.*' Both. qui *hoc* omittit, et ordinat *illa ut nubat. Rogo* Guelf. 1. 3 Br.

ME. Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? CH. Dotis! ME. Ita dico. CH. Ah!
ME. Chreme,
Ne quid vereare, si minus: nihil nos dos movet.
CH. Duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis.
Sed ita dictu opus est, si me vis salvom esse, et rem, et filium,
Me mea omnia bona doti dixisse illi. ME. Quam rem agis?
CH. Id mirari te simulato, et illum hoc rogitato simul,
Quamobrem id faciam. ME. Quin ego vero, quamobrem id facias, nescio.

tas ejus mihi sunt grata et accepta. ME. *Quam dotem nuntiabo filio meo te dixisse? cur taces?* CH. *Quam dotem dicere velim filiæ?* ME. *Id quæro.* CH. *Ah!* ME. *Nihil timeas, etiamsi modicam dixeris: non dos nos ducit.* CH. *Ego decrevi duo talenta sufficere pro ratione nostrorum bonorum. Sed, si vis me esse salvum, et rem meam, et filium meum, opus est ut dicatur me doti constituisse omnem meam substantiam.* ME. *Quid agis?* CH. *Fingito te mirari quamobrem id faciam, et simul quærito ab illo (filio Clitiphone) quam putet esse hujus rei causam?* ME. *Quinimmo, certe egomet ignoro, cur illud agas.* CH. *Cur ego id*

---

quod volo ut tua nubat nostro; Dein cum τῷ *nisi* vs. sequentem incipit.—63 *Quod malis* Br. vet. cod. Lind. Guelf. 1. 2. 3. Both. Delph.—64 Ordo est, *Q. d. d. filio, te dixisse?* West. Bent. et Both. legunt *filiæ:* quod se mirari dicit Perl. nam genero dos dabatur, non filiæ.—65 Vulg. *Ita dico,* ex int. quod ostendunt sequentia, ubi procul dubio ex C elegans *si quid minus* recipiendum est pro vulgato *si minus.* Idem liber: *Nil vereare.* Both. Qui igitur hunc et seq. versum legit *Quid obticuisti? Dotis? Ita. Ah ... Ne quid Chreme, Vereare, si quid minus est: nil nos dos movet.*—66 *Si*] Par. Ms. *est:* quod glossema esse mihi videtur. *Perl.* Bip. *mimi'.* Al. *Nihil dos nos movet.*—68 Lege meliore numero *Sed ita dictu est opus.* Bent. Ita et Perl. Both. Mss. quidam: *et filium, et rem.*—69 Abest *Me* Guelf. 3. Idem cum Bodl. et Br. *dotis* pro *doti.* Both. legit *Omnia mea doti dixisse illi me bona.*—70 Mss. quidam: *Id emirari te simula.* Bodl. non agnoscit τὸ *hoc,* neque EA. *West.* Br. *I. emirari*

NOTÆ

64 *Quid dotis dicam te dixisse*] Dicere dotem, et promittere dotem, differunt in antiquorum Jurisconsultorum libris. Dicere dotem, est certis verbis promittere, nulla interrogatione vel stipulatione præcedente: promittere dotem, est cum stipulatione promittere. Dotis dictione tres solum personæ obligari poterant, scilicet, mulier ipsa, debitor ejus, et pater.

65 *Quid obticuisti*] Ita dixit, quasi puderet Chremetem dicere, quod parva dos videretur; nam tacemus consilia, reticemus dolores, obticemus quorum nos pudet.

Ch. Egone? ut ejus animum, qui nunc luxuria et lascivia
Diffluit, retundam; et redigam, ut, quo se vortat, nesciat.
Me. Quid agis? Ch. Mitte; sine me in hac re gerere
mihi morem. Me. Sino.
Itane vis? Ch. Ita. Me. Fiat. Ch. Age jam, uxorem
ut arcessat, paret.
Hic, ita ut liberos est æquom, dictis confutabitur.
Sed Syrum! Me. Quid eum? Ch. Egone? si vivo, adeo
exornatum dabo,
Adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei;
Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat.

agam? ut reprimam illius mentem, qui dissolutus est libidine et petulantia, et deducam in eum statum ut nesciat in quam partem se vertat. Me. *Quid facis?* Ch. *Omitte ac permitte satisfacere animo meo in hac re.* Me. *Non impedio. Visne ut ita fiat?* Ch. *Ita volo.* Me. *Fiat.* Ch. *Age, ut jam Clinia accersat Antiphilam, præparet se ad nuptias. Hic (Clitipho) ita verbis convictus objurgabitur, ut justum est reprehendi liberos a parentibus; sed Syrum puniam supplicio quo dignus est.* Me. *Cur illum punies?* Ch. *Quærisne? Si vita superest, ita illum excultum, politum, et comtum dabo, ut mei semper recordaturus sit: qui (Syrus) putat me esse dignum, quem ludibrio habeat, et fallat. Dii ita mihi sint*

---

te simulato e. i. rogitato. Admirari pro *Id m.* Guelf. 1. Abest *hoc* 3.—72 Nonius Marcellus *Ego, næ si vivo.* M. ET. *illi animum.* Mss. duo Bœcleri, G. EM. *illius animum.* West. *Illius* Br. Both. Bip. Delph. *In luxuria* Guelf. 1. —73 Mss. plusculi *Defluit. Et* omittunt Bent. Perl. Z. Delph.—74 Mss. quidam *Quid ais?* alii *ac sine me.* Pro *sino* Dac. præter fidem codicum *sine* legit, et Chremeti tribuit: quod scilicet Menedemus non queat commode dicere, 'Sino,' antequam rogasset, 'Itane vis?' Idem placebat V. C. Jacobo Perizonio. *West. Mitte ac sine.* In Bem. asyndeton est, *mitte, sine:* quod concitate loquenti aptius. *Fa.* Omnes nostri, *mitte ac sine;* quo versus numerosior fit. *Bent.* Ita et Br. Both. Perl. *Dimitte* Guelf. 2. 3.—75 *Age jam ut uxorem accersat, paret.* Bem. *Ac jam.* Omnes vero quotquot sunt l. s. ita collocant: *uxorem ut accersat.* Fa. *Ac jam* Bent. Perl. Both. Bip. '*Paret.* M. cum duobus Pall. *præparet.* Ita et Mss. omnes Bœcleri, et EP. Bœnd. et EA. *præparet se.*' West. *Accersat præparet* Br. *Accersat* Delph. *Et præparet se* Guelf. 1. *Præparet* 2. 3. Ita et vet. cod. ap. Lind.—77 Reponit Bent. *Ego, si vivo, eum adeo exornatum dabo.* Ita et Perl. Both. legit *Ego, si vivo, næ adeo e. d.* '*Ego næ si vivo, adeo e. dabo.* Al. *Egone?* quod non satis hoc loco convenit. Nos sequimur Non. Marcell. veteresque edd. ET. Arg. c. figg.' *Bip.*—78 G. cum ET. et EM. *Depexum usque.* Bodl. *usque, ut dum vivat.* EP. *usque dum vivat.* West. *Adeo depexum, ut dum vivat, meminerit semper mei.* Sic dedit Fa. et sic extat apud Nonium. Sed tres ex nostris notæ optimæ, *Adeo depexum, usque ut dum vivat meminerit semper mei.* Plurimi, *usque dum vivat:* uni tantum recentissimo deest *usque.* Repone, *Adeo pexum, usque ut dum vivat meminerit semper mei.* Bent. Br. *usque ut dum vivat, m. s. me.* Guelf. 2. *depess. usque dum.*—79 Alii *deridiculo.* Pro *delectamento* Mss. et editi quidam, *oblectamento:* quod defendit Guy. *West.* Legendum monet Bent. ex veterrimis, *deridiculo:* quod et versus exposcit, et Plautus

Non, ita me Di ament! auderet hæc facere viduæ mulieri,
Quæ in me fecit. 81

propitii; ille Syrus non auderet facere viduæ mulierculæ ludos et technas quas mihi fecit.

Tacitusque usurparunt. Ita et habent Br. Perl. Both.—80 Omnes fere l. s. *facere hæc:* quæ collocatio rationi trochaici servit. *Fa.* Sic et nostri universi. *Bent.* Ita et Br. Perl. Bip. Delph. 'Vulg. *viduæ mulieri.* Atqui 'vetula,' 'vetus mulier' 'senex mulier,' in convitiis sunt, 'vidua' non est, nec causam, cur sit, invenias. Legitur quoque vulg. minus quidem elegan-ter: *auderet facere hæc viduæ mulieri. Uni* extat in Hel.' *Both.* qui inde legit, *auderet uni hæc vetulæ m.*—81 Guelf. 1. *Quod.* Bœnd. additum *tantas illusiones.* Both. legit *Mihi quæ fecit.*

ACTUS V. SCENA II.

CLITIPHO. MENEDEMUS. CHREMES. SYRUS.

Cl. Itane tandem, quæso, Menedeme, ut pater
Tam in brevi spatio omnem de me ejecerit animum patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?
Volgo faciunt. Me. Scio, tibi esse hoc gravius multo, ac durius,
Cui fit; verum ego haud minus ægre patior, id qui, nescio;
Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo. 6

Cl. *O Menedeme, rogo, itane tandem páter expulit animo omnem paternam benevolentiam in tam parvo tempore? propter quod delictum? quod tam grave scelus ego infelix commisi? æquales mei facere solent quod ego feci.* Me. *Scio hoc tibi, cui fit, esse molestius et acerbius multo, quam ulli alii; sed ego id fero non minus moleste tui causa; id quomodo nescio nec causum, cur id doleam, intelligo, nisi*

1 *Itane tandem quæso.* His addebat Ubaldinus verbum *est:* quod et in aliquibus libris legitur, præsertimque in omnibus antiquis, præter Bem. *Fa.* Omnes etiam nostri *quæso est.* Bent. Ita et Br. Perl. Both. Bip. Delph. Abest *quæso* Guelf. 2.—2 Illa, *de me,* non leguntur in omnibus Mss. *West.* Both. *patris animum ejecerit?*—4 In quibusdam libris est, *Volgo id f.* quanquam τὸ *id* elegantius abest. *West.* Nullus l. s. habet dictionem *id,* præter Vi. *Fa.* Nec ullus ex nostris. *Bent.* Gu. 1. *Vulgo id f.* ut legit et Calphurnius. *Both.*—5 Distinguit Bent. *patior. Id qui, nescio Nec rationem capio.* Bip. *patior id, qui nescio; Nec.* Br. *patior id, qui nescio Nec.* Legit et distinguit Ruhnken. *V. e. haud minus patior: id qui nescio Nec. Z. patior: id qui nescio, Nec.* 'Cod. C. *idque* recte.' *Both.* qui igitur legit *patior idque nescio Nec.*—

Cl. Hic patrem astare aiebas? Me. Eccum. Ch. Quid me incusas, Clitipho?
Quicquid ego hujus feci, tibi prospexi, et stultitiæ tuæ.
Ubi te vidi animo esse omisso, et, suavia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem;
Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere.
Ubi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,
Abii ad proximos, qui erant tibi; eis commisi, et credidi:
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium, Clitipho;
Victus, vestitus, quo in tectum te receptes. Cl. Hei mihi!
Ch. Satius est, quam te ipso hærede hæc possidere Bacchidem.
Sy. Disperii! scelestus quantas turbas concivi insciens!
Cl. Emori cupio. Ch. Prius, quæso, disce, quid sit vivere:

quod tibi cupio quæ vis omnia. Cl. *Dicebas hic patrem meum prope esse.* Me. *Ecce eum.* Ch. *O Clitipho, quid me culpas? quicquid in hac re feci, ut providerem tibi, et tuæ insaniæ, id factum est, postquam te cognovi esse desidem et ignavum, et reputare ea esse præcipua, quæ tibi dulcia et jucunda sunt in tempore præsenti, neque providere longe in futurum; inveni modum, ut neque tu indigeres necessariis, neque posses absumere hæc mea bona. Postquam tibi, cui debui primo hæredi, non potui propter tuos mores mea bona donare, converti me ad consanguinitate proximos, nempe ad sororem: eorum fidei commendavi, o Clitipho, illa bona; apud eos quoddam perfugium atque auxilium habebis semper tuæ stultitiæ, victum, vestitum, et tectum quo te recipias.* Cl. *Hei mihi!* Ch. *Melius est ita me disposuisse de bonis meis, quam Bacchidem hæc habere: quod fieret, si tu esses mihi hæres.* Sy. *Disperii. Quantos motus ego scelestus excitavi imprudens!* Cl. *Mortem omnino desidero.* Ch. *Obsecro, disce primo quid sit cum virtute et ratione*

---

7 In Bem. pro *astare* legitur *esse;* et versus expeditus est: quanquam et illo modo stare utcumque possit. *Fa.* Apparet hic in Bem. manus correctoris. Cum omnes codices *astare,* iste solus habet *esse;* quia 'aiebat' trisyllabon accepit. At ubique Noster 'aibas,' 'aibant.' *Bent. Eccum.* Hoc vulg. Menedemo tribuunt; sed Syrus interrogatus fuit, neque adest ille. *Both.* qui etiam *aibas* legit. Verba *Quid me, &c.* in Bip. novam Scenam incipiunt.—8 EP. *Quicquid hujus rei feci.*—9 In Ms. Lips. est: *omisso et suavi.* —11 EP. et Mss. quidam, *ut neque tu egeres.* Ita et Non. Marcellus. *West.* Cod. scriptus 900. annorum *egeris* et *possis.* Fortasse legendum est: *ut neque egeas, neque ut hæc possis perdere.* Bent. *Ut neque tu e.* Br. *Tu eger.* Guelf. 2. 3. Abest *ut* posterius 2.—12 *Me* post *cui* 3. *Cui cui* 2.—14 Both. *præsidium erit.*—15 *Receptas* Guelf. 1. 3.—16 *Satius hoc est* 1. *Sat hoc est* 2.

Ubi scies, si displicebit vita, tum istoc utitor.
Sy. Here, licetne? Ch. Loquere. Sy. At tuto? Ch. Loquere. Sy. Quæ ista 'st pravitas,
Quæve amentia est, quod peccavi ego, id obesse huic? Ch. Ilicet.
Ne te admisce: nemo accusat, Syre, te; nec tu aram tibi,
Nec precatorem pararis. Sy. Quid agis? Ch. Nihil succenseo,
Nec tibi, nec huic: nec vos est æquom, quod facio, mihi.
Sy. Abiit; vah! rogasse vellem. Cl. Quid? Sy. Unde mihi peterem cibum:
Ita nos alienavit: tibi jam esse ad sororem intelligo.

vivere: postquam didiceris, si vitæ pertæsus fueris, tunc utitor hoc sermone. Sy. *An permittis mihi te alloqui?* Ch. *Loquere.* Sy. *At licetne loqui sine periculo?* Ch. *Loquere.* Sy. *Quæ est ista perversitas, vel quæ est ista mentis insania, id nocere huic filio tuo quod peccatum commisi?* Ch. *Desine plura loqui; ilicet; actum est, quod constitui perficietur. Noli te in hoc negotio interponere, o Syre; nemo accusat te: noli tibi quærere asylum, nec deprecatorem, quoniam non indignor, neque ulla tibi minitor, neque Clitiphoni, nec justum est vos vicissim mihi irasci de eo, quod facio.* Sy. *Discessit, at vellem eum interrogasse.* Cl. *Quid?* Sy. *Unde mihi cibus dabitur; ita abdicavit nos. Nunc video te victum habere apud sororem, quam hæredem sibi constituit.* Cl. *Adeone id verum est, fortunam*

Pro *hæc* M. *hoc.*—20 *Licet me* Guelf. 2. Bodl. *Ac tuto.* Bent. Perl. *Istæc praritas.* GM. *est ista.*—21 *Quæ* sine *ve* Guelf. 2. *I licet* Br.—23 Idem *paraveris.* Ms. Lips. *Quid ais?*—24 Nostri universi *Nec tibi nec huic:* Fa. et eo prior Er. *Nec tibi, nec tibi;* nescio ex librisne an ex conjectura. Videtur tamen verum: nempe vultu et nutu hæc aguntur; primo Syrum, dein filium intuetur: ut Plaut. Capt. II. 3. 87. *Bent.* Lect. Faërni etiam qua auctoritate se nescire affirmat Both. qui legit *Nec tibi neque huic.* Z. Perl. *Nec tibi, nec tibi.* —25 Duos hosce vss. expunctos vult Guy. cujus rei iniquitatem optime ostendit Bœcl. Et sane minus opportune sermo cœptus versu 27. continuo intertur sermoni Chremetis in Scena remanentis. *Vah* abest Bodl. et EA. EP. Mss. quidam *Quid, Syre?* West. *Abiit, et rogasse.* Aliqui libri pro *et, ah;* aliqui *hei;* antiquissimi *vah* habent, quod et placet. *Fa.* Tres modo ex nostris *vah:* reliqui nihil habent. Repone *Abiit? rogasse vellem.* Cl. *Quid, Syre?* Sy. *Unde mi p. c.* Bent. Vulg. *A. ah,* vel *A. vah,* sed exclamationem istam correctoribus deberi, de versu solicitis, recte judicavit Bent. exulantem quippe a plerisque codd. etiam nostris A et C, dubiæque h. l. potestatis. *Both.* qui legit: *Abiit! rogasse vellem ...* Ch. *Quid?* Sy. *Quid? Unde peterem mihi cibum. Quid Syre* Bip. qui etiam cum Dac. hoc versu novam Scenam incipit. *Vah* abest Br. Perl. legit *Abiit? ah, rogasse v.* Delph. *Quid Syre?*—26 Mss. et editi quidam *abalienavit.* Lind. citat e Ms. *Ita nos alienavit sibi: jam isse ad sororem intelligo.* West. *Ita nos abalienavit.* Multi l. s. inter quos Bem. V. et Bas. habent *alienarit:* ita est trochaicus, ut ceteri. *Fa.* Illud *alienavit* a correctoribus est, qui superiori versui 'ah' 'hei' vel 'vah' addiderunt. Scilicet trochaicos esse existimabant, cum sint Iambici. Nostri omnes, quatuor demtis, *I. nos abalienavit,* verbo apud Plautum fre-

Cl. Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam fame mihi sit, Syre?
Sy. Modo liceat vivere, est spes. Cl. Quæ? Sy. Nos esurituros satis.
Cl. Irrides in re tanta? neque me quicquam consilio adjuvas?
Sy. Immo et ibi nunc sum, et usque id egi dudum, dum loquitur pater;
Et, quantum ego intelligere possum —— Cl. Quid? Sy. Non aberit longius.
Cl. Quid id ergo? Sy. Sic est, non esse horum te arbitror. Cl. Quid istuc, Syre?
Satin' sanus es? Sy. Ego dicam, quod mihi in mentem: tu dijudica.
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio
Quæ propior esset, te indulgebant, tibi dabant: nunc filia

meam redactam esse in eum statum, ut periculum subeam fame pereundi? Sy. *Dummodo permittatur nobis frui vita, spes est.* Cl. *Quænam spes relicta est?* Sy. *Spes est fore ut non mediocriter esurie premamur.* Cl. *Rides in re tam seria et misera, neque aliquantulum consilio mihi succurris.* Sy. *Immo, et nunc præsto sum tibi adjutor, et semper adhuc fui; etiam dum pater loquebatur tecum, et quantum conjicere possum.* Cl. *Quid est?* Sy. *Non diu pater absens futurus est.* Cl. *Ergo quid est?* Sy. *Ita res se habet, opinor, te non esse filium horum* (*Chremetis et Sostratæ*). Cl. *O Syre, cur dicis istud? satisne mentis compos es?* Sy. *Ego dicam quod menti occurrit; tu arbitrare: quamdiu parentibus unicus esse existimatus es, quamdiu nulla fuit illis major et propinquior voluptas quam in te; tibi favebant et faciles erant, tibi large dabant: nunc, postquam Antiphila filia*

---

quenti. *Bent.* Br. *alienavit sibi: jam.* 'Vulg. *tibi,* frigide: nempe adhæsit *t* ex antecedente verbo.' *Both.* qui legit *abalienavit. Ibi jam. Abalienavit* Perl.—27 Alii *a fame. Syre* abest Bodl. *West. Periclum etiam a fame* Bent. *Periclum mi etiam sit fame* Both. *A fame* Perl. *Redisse* Br.—28 Bodl. *Quid?*—30 Abest dictio *id egi* Guelf. 2. *Egit* pro *loquitur* 3.—31 Sunt qui *abierit* legunt, intelligentes de patre; ut sensus sit: non longe discesserit. Alii *Non aberit longius* sub. periculum. Rursus alii *Non abierit longius.* q. d. Res non eo usque procedet, quo tu putas. *Westerhovius.* —32 *Filium* post *te* Guelf. 3. 'Alii *Qui istuc.*' West. Ita cod. egregius G. Fabricii, Bent. Bip. Both.—33 Mss. quidam: *quod in mente mihi est.* Alii, *quod mihi in mentem est.* West. Omnes l. s. *in mente est,* præter V. Puto vulgatam veram esse, et subaudiendum, 'venit.' *Fa.* Unus ex nostris recentior *in mentem:* plures *in mente est:* quinque ex melioribus *in mentem est.* Recte: ita sæpe Plautus. *Bent. In mente est* Bip. Br. qui etiam *Sat insanus es? In mentem est* Z. Perl.—34 Abest *fuisti* Guelf. 2.—35 Præstat hæc distinctio præ illa: *Quæ propior esset te, indulgebant.* Mss. et editi quidam: *tibi indul.* West. *Esset te,* Br. *Esset te, indulgebant tibi, dabant* Bip. Vet.

Postquam est inventa vera, inventa est causa, qua te expellerent.

Cl. Est verisimile. Sy. An tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?

Cl. Non arbitror. Sy. Nunc aliud specta: matres omnes filiis

In peccato adjutrices, auxilio in paterna injuria

Solent esse: id non fit. Cl. Verum dicis: quid nunc faciam, Syre? 40

Sy. Suspicionem istanc ex illis quære; rem profer palam:

Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito, aut

Scibis cujus sis. Cl. Recte suades; faciam. Sy. Sat recte hoc mihi

reperta est, occasio est reperta propter quam te ejicerent. Cl. *Quod ais, probabile est.* Sy. *An opinaris Chremetem illum patrem tuum indignatum esse, ob hoc flagitium; quod scivit te Bacchidem amare?* Cl. *Non opinor.* Sy. *Nunc considera aliam rem; omnes matres utplurimum sunt auxiliatrices filiis suis, cum peccaverunt, et opem iis ferunt, quando pater in eos inique agit. Nunc vides matrem tuam minime te adjuvare.* Cl. *Dicis verum. Quid ergo, Syre, mihi nunc agendum est?* Sy. *Quære ab illis id quod suspicaris, an sis eorum filius, necne: dic illis plane, quare adductus sis in eam suspicionem. Si id falso suspicaris, statim adduces eos ad miserendum tui: aut, si verum est te non esse eorum filium, scies ex eorum relatu cujus sis.* Cl. *Bene mihi consulis. Quod suades, faciam.* Sy. *Sa-*

---

cod. ap. Lind. *Quæ prior.*—36 Sic dedit Fa. A duobus nostris abest *vera:* in aliis sedem mutat. In uno deest *inventa.* Repone, *Postquam est inventa, inventa vero est causa, q. t. e.* Bent. Br. *P. vere inventa est, i. e. c.* 'Ms. Par. *qua re:* quod non alienum a more Terentii. Andr. II. 3. 8.' *Perl.*—37 Legit Bent. *tam esse illum.* Both. *An tam o. p. hoc illum esse i. p.*—38 *Expecta* Guelf. 2.—39 Vulg. *in paterna injuria Solent esse,* quod sententiæ quidem causa ferri potest; sed quid faciemus τῷ *esse* sic collocato? nam *Solent* corripere posteriorem syllabam, cui placeat, et qui hoc probet Bent.? accedit, quod in codd. B, Hel. legitur: *et auxilio,* sicut p. commutantur inter se conjunctio et compendium verbi 'esse.' Conjunctio quidem versum jugulat: jam et arsi fruitur τὸ 'auxilio.' *Both.* qui inde legit, *in patria injuria Solent: id non fit.*—40 Gov. et Mur. τὸ *dicis* delent, ob metrum. Neque est in omnibus Mss. Post *quid* Mss. et editi quidam interserunt τὸ *ego.* Alii, *ergo.* West. *Quid ergo n. f. Syre?* Difficilis octonarius, nisi legas, *quid ego:* quam lectionem in aliquibus l. s. inveni. *Fa.* Omnes nostri *ergo:* nec difficilis est octonarius. *Bent. Quid ergo* Br. Bip. Z. Delph. Bothius legit *Verum. Dic ergo, quid n. f. S. Ergo* post *quid* Guelf. 2.—41 Alii *istam,* improbante Fa. *Ipsis* non *illis* Guelf. 3. *Profert* 2. 'Excidit ex fine versus conjunctio *aut.* Repone igitur *palam: aut, Si non ... adduces cito; Aut scibis.*' Bent.—42 *Vera* Guelf. 2. *Aut,* quod vulgo in fine hujus versus positum est, locatur ab Er. Br. ac Both. ab initio sequentis.—43 Mss. quidam, *cujus sis filius:* ex glossa. *West.* Al. post *Sat recte* omittunt *hoc.* Tà *Sat recte* &c. in

In mentem venit: namque adolescens, quam minima in spe
situs erit,
Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas.
Etiam haud scio, an uxorem ducat; ac Syro nihil gratiæ.

tis commode hæc cogitatio mentem subiit, mihique valde istud consilium placet; namque juvenis quanto minus spei se habere simulabit, fore ut pro filio admittatur; tanto facilius pacem inibit cum bono patre his conditionibus quas dare voluerit filius. Et fortasse continget ut Clitipho uxorem ducat; nihil tamen gratiæ habeatur Syro.

Bip. novam Scenam incipiunt.—44 Fa. ope Codicis Bembini legit: *Nam quam adolescens maxime spe situs erit.* Explicans *τὸ situs*, derelictus; laudante Pareo, et P. Victorio. Guy. ita servat lectionem, ut tamen malit *citus*, h. e. motus: verum neutrum sapit genium Comici nostri. *West. Namque adulescens quam maxime in spe situs erit.* Hunc versum habet contextus libri Bembini sine dictione *quam;* quæ tamen ut sensui necessaria, deinde superaddita est: ego et ex libro scripto satis antiquo, et ex ratione versus, pro *namque*, *nam quam* lego: particulam vero *in*, ita exposcente sensu, detraho, ut sit, *nam quam adulescens maxume spe situs erit.* Sane hanc lectionem non habebat a principio liber Bembinus: sed aliam quandam, ut ex vestigiis ejus abrasæ conjicere licet, longe et ab hac, et ab ea quæ est in aliis libris, diversam: nos tamen hanc, quam supra posuimus, quæ illi abrasæ substituta fuit, ut ceteris antiquiorem, et ab Aldo jam receptam, secuti sumus, detracto, ut supra diximus, *in*, propter sensum. *Fa. In mentem venit: nam quam adulescens maxime spe situs erit, Tam facillume patris pacem in leges conficiet suas. Etiam haut scio, an uxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.* Sic dedit Fa.; sed versum priorem sic habent nostri universi, *In mentem venit: namque adulescens quam in minima spe situs erit.* In verbis magnæ sunt tenebræ, in sententia majores. Paulatim ex illis erependum nobis est. *Spe situs*, quod Faërno placuit, pro 'derelictus,' sine exemplo est, et non placet. Nec ferendum est illud Guyeti, *Spe citus*, id est, motus, dejectus, depulsus. Illud *Facillume* sine dubio mendosum est; quod et versus ipse indicat; nam in mediis Iambicis nulla causa, nullo more, Trochaicus intervenit. Repono, *In mentem venit: namque adulescens quam in minima spe situs erit, Tam difficillume patris pacem in leges conficiet suas. Etiam haut scio anne uxorem ducat: ac Syro nil gratiæ. Anne* habent nostri universi, non *an:* quo pacto Iambicus sit; et idcirco, ut prior quoque Iambicus sit, necesse est. Ergo recte: *Tam difficillume.* Bent. 'Restituimus sane suum Terentio, quo is adhuc caruit ob injurias librariorum et criticorum. Vestigia veri tamen præbet cod. Bem. Ceteri longius aberrarunt invertendo *namque ad. quam minima in spe situs erit.* Fa. quidem ex Bem. aliam elicit lectionem: et exponit *situs* per derelictus, quod precario dictum nemini placuit. Satisne vero sanus est Bentleius? qui derelicto tandem hoc versu, invadit in seq. *Tam difficillume.* Talia audet sexcenta magnus nonnullis Bent. In nostro tuendo nolumus longi esse. Quibus sensus est veri, judicent. Versu seq. malumus *Tanto* ob metrum; neque ratio Lat. impedit.' *Bip.* quæ exhibet, *nam quo adolescens maxume in spe solicitus erit, Tanto facillime.* Both. *quam in spe erit minuma situs. In minima* Br. Z. Perl.—45 Al. *Tam facillime boni patris. Tanto* quod est in Bip. improbat Perl. Both. legit *Tam patris pacem facillume conficiet in leges suas.* —46 Ms. Bodl. *Hoc scio, anne u. d.* corrupte. *West.* Aliquot libri, inter quos Bem. non habent particulam *ne*, sine qua versus est trochaicus, ut ceteri. *Fa.* Atqui omnes nostri *anne:* et recte. *Bent. Anne* habent GM. Br. Improbat Bip. quæ pro *ac* ex edd. priscis reddit *at.* 'Vulg. *Etiam haud scio*, male audiente scriba, ut *Etsi haud* permutaret cum *Etsiam* (sic enim vulg.

Quid hoc autem? senex exit foras: ego fugio: adhuc quod factum 'st,
Miror, continuo non jussisse abripi me. Ad Menedemum hinc pergam:
Eum mihi precatorem paro: seni nostro fidei nihil habeo.

Quid autem est hoc? Chremes egreditur; ego fuga mihi consulo. Miror eum non imperasse adhuc me comprehendi. Perfugiam ad Menedemum: comparabo eum mihi intercessorem: non fido seni nostro Chremeti.

pronuntiatur *Etiam*) *haud.* Certe *Etsi* loco congruit non *Etiam.*' Both. qui igitur legit *Etsi haud scio, anne u. d.* Eug. *nil sit gratiæ.* Br. *nihil grat.*—47 Al. *Q. autem hoc?* Br. *Q. h. autem est?* 'Ms. Lips. *quod factum 'st adhuc.* EA. *ob hoc, quod factum est.*' West. *Ob hoc* Guelf. 1.—48 Bodl. *hinc nunc pergam.* EP. et EA. *hinc nunc ad M. p.* West. *Miror non jussisse me arripi; ad Menedemum hinc pergam.* Omnes fere recentes libri, et cum his Bas., ita habent, *Miror non jussisse ilico arripi me: hinc nunc ad Menedemum pergam.* Vi. et Decurtatus priorem partem hujus versus similiter ac recentes habent: posteriorem hoc modo, *arripi me; ad Menedemum hinc pergam.* Bem. sic, *Miror continuo non jusse me arripi: ad Menedemum hunc pergam.* qui versus est trochaicus acatalecticus, ut ceteri. *Fa. Miror continuo non jusse me arripi: ad Menedemum hunc pergam.* Sic dedit Fa. Nostri omnes, *Miror non jussisse ilico arripi me: hinc nunc ad Menedemum pergam.* Tam hoc *illico* quam illud *continuo* a mala manu profecta sunt. Lege certissime, *Miror non jusse me abripi hinc: nunc ad Menedemum hunc pergam.* Bent. *Hinc nunc* R. et Br. Par. ed. *Mir. continuo non jusse me arripi: ad Mened. hunc pergam.* GM. *M. hoc non jussisse illico arripi me: hinc j. ad M. perg.* '*Menedemum* haud dubie glossema est: hic usurpatur in vicinis.' *Both.* qui ergo legit *Miror, non jussisse illico a. me. Ad hunc nunc pergam. Nunc* post *hinc* Guelf. 2. 3.—49 Legendum monet Bent. ex cod. Regio *seni nostro nil fidei habeo.* Ita et Perl. Both. habet *nostro fide nil h.*

ACTUS V. SCENA III.

SOSTRATA. CHREMES.

So. Profecto, nisi caves, tu homo, aliquid gnato conficies mali:
Idque adeo miror, quomodo

So. *Certe, nisi provides tu homo, aliquod malum procurabis filio: et valde miror,*

In Bip. est Act. v. Sc. 6.—1 Br. *nisi tu caves homo, aliquid.*—2 Hunc vs. et seq. ita legit et ordinat Both. *Idque adeo miror, qui tibi tam ineptum, mi vir,*

Tam ineptum quicquam tibi in mentem venire, mi vir, potuerit.

Ch. Pergin', mulier, odiosa esse? ullamne ego rem unquam in vita mea

Volui, quin tu in ea re mihi fueris advorsatrix, Sostrata? 5

At si rogitem jam, quid est, quod peccem, aut quamobrem hoc faciam, nescias.

In qua re nunc tam confidenter restas, stulta? So. Ego nescio.

Ch. Immo scis, potius quam quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio.

mi conjux, quo pacto quicquam tam absurdum potueris in animum inducere. Ch. *Oh, perseverasne, mulier, molesta esse? Nullamne unquam rem volui, ut non mihi contraria fueris? Sed, si nunc ego te interrogem quid est, in quo errem, aut quare id faciam, nescias respondere. In qua re nunc tam audacter resistis mihi, o fatua?* So. *Ego ignoro scilicet.* Ch. *Quin vero malo fateri te scire et intelligere quid velim dicere, quam me de eadem re sermonem redintegrare.* So. *Quin vero nullam*

---

quippiam Venire in mentem potuerit.—4. 5 *Pergin', mulier, odiosa esse?* Ita Bembus, eumque secuti Lind. et Par. M. *Pergin', mulier, molesta esse?* ita et edd. Venetæ, EA. et ET. Sed EP. et pleræque veteres cum Tr. et Ms. Lips. et G. *Oh! Pergin' mulier esse?* In Leidensium uno: *Pergin' mulier esse?* sed suprascriptum, *molesta. Oh pergin' mulier molesta esse* G. EM. *Ullamne ego rem*] Ita Tr. Juntæ, Melanchthon, Rob. Stephanus, alii ediderunt. Quidam antiquiores libri legunt sine interrogatione, *Nullam ne ego:* quæ lectio stomachum Chremetis signate exprimit, si *næ* legas. *In vita mea*] Hæc absunt a quibusdam Mss. neque leguntur in Junt. Ald. St. aliis. *West. Pergin mulier odiosa esse? nullamne ego rem umquam in vita mea Volui, quin tu in ea re mihi fueris advorsatrix, Sostrata?* Male hic rem gessit Fa. dum Bembino codici se mancipio addicit. Repone ex nostris plerisque omnibus, *Oh, pergin mulier esse? nullamne ego rem umquam in vita mea Volui, quin tu in ea re mi adversatrix fueris, Sostrata?* Quanto acerbius est hoc, *mulier esse;* quam si addas *odiosa?* Bent. Bothius legit *Pergin' esse mulier? ullamne unquam ego rem in vita mea V. q. t. i. e. r. mi advorsatrix fueris, S.* Bip. *Pergin' mulier esse? nullamne . . . . in ea mihi f. a., S.* Perl. *Oh, pergin', mulier esse? ullamne unquam ego rem . . . . mi advorsatrix f. S. Nullamne* Z. Br. *Oh pergin mulier? Esse nullam ne e. r. u. i. v. m. volui Quin t. i. e. r. mihi advorsatrix f. S.* Abest *unquam* Guelf. 2.—6 R. Stephanus edidit, *quid est, quod peccem hic.* Ita et Pict. Fabrini, aliorum. Et sane τὸ *hic* si maxime non sit a Terentii manu, valde juvat sensum. *West.* Lege, *At si jam rogitem.* Et præterea, tolle plenam distinctionem post *Nescias:* et noli sequentem versum per interrogationem efferre. *Nescias In qua re tam confidenter restas.* Hoc pacto recte respondet, 'Ego nescio?' altero, minime. Porro pro *hoc faciam,* plerique omnes *id;* duo vero ex melioribus, quorum unus 900. annorum est, *id facias.* Lege et distingue, *At si jam rogitem, quid est quod peccem; aut quamobrem id facias; nescias In qua re, &c.* Bent. *Id facias? nescias In qua* Bip. Et sic habet quoque vet. ed. c. figg. Both. habet *At si jam r. . . id facias, nescias Id, quare nunc.* Br. *id faciam, nescias In qua. Id faciam, nescias.* Perl. *Id* post *quid* Guelf. 3. *Hic* post *peccem* 2.—7 Mss. quidam *restitas.* Abest *Ego*

So. Oh! iniquus es, qui me tacere de re tanta postules.
Ch. Non postulo: jam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.
So. Facies? Ch. Verum. So. Non vides, quantum mali ex ea re excites?
Subditum se suspicatur. Ch. Subditum! ain' tu? So. Certe, inquam, mi vir.
Ch. Confitere, tuum non esse. So. Au! obsecro te, istuc inimicis siet.

æquitatis rationem habes, qui velis me silere de re tanti momenti, in qua agitur de pernicie filii. Ch. *Non peto ut sileas: jam loquere quantum voles; nihilominus exequar quod institui.* So. *Exequeris?* Ch. *Verum dico.* So. *Non consideras, quantum mali moveas ex hac re, exhæredatione filii; ipse filius in suspicionem venit se esse suppositum, non verum filium.* Ch. *Se esse suppositum opinatur?* So. *Certe, mi conjux.* Ch. *Fatere non esse filium tuum.* So. *Au, rogo te, istud*

Guelf. 2. Bip. legit *stulta.* So. *Egone? scio.*—8 *Hæc eadem oratio*] Ita Junt. Ald. St. aliæ. Plurimi tamen Mss. non agnoscunt τὸ *hæc*, sed nec ET. EV. 1. 2. nec metrum admittit. Er. quod mireris, resecat τὸ *eadem.* Gov. *hæc* substituit. Esto autem quinto loco proceleusmaticus, sexto dactylus, et *eadem* disyllabum, et constabit versus. *West.* Nullus est liber, præter Bem. qui habeat pronomen *hæc;* quo demto (neque enim multum ad sensum facit) versus melius habebit. *Fa.* Nec metrum, nec sententia huic versui constat. *Hæc* in nullo ex nostris est. Repone, *I. scis potius: quam q. redit a. i. eadem oratio?* Bent. 'Bem. et edd. quædam *hæc eadem,* unde versus laborat. Quare Fa. resecat *hæc:* Er. *eadem,* et Gov. præfert *hæc,* quod et nobis placet metri causa, uti *eadem* glossema videtur.' *Bip.* Exulat *hæc,* Par. teste, a Mss. Pall. *Perl.* Both. legit, *Immo potius quidem quam r. a. i. eadem oratio! Hæc* abest R. Br. Guelf. 3. Delph.—9 Illud *Oh* præcedenti versui appone. *oratio.* So. *Oh, Iniquos es* Bent. Ita et habet Both.—10 Malim *Non postulo jam: loquere.* West.—11 *Num* pro *Non* Guelf. 2. *Malum* 3.—12. 13 Tan. Faber et Dac. *suspicetur* legunt; ut dubie dictum sit. Neque enim jam suspicionem a Syro injectam aperuerat matri; et mox Sostrata, *Sic erit,* inquit. Legit igitur Faber, *Certe, sic erit, mi vir.* Sed in præstantissimis Libris est, *Certe, inquam, mi vir. Confitere, tuum non esse*] Variant Libri scripti et editorum præstantissimi. In aliis est, ut edidi, in aliis simpliciter, *confitere;* rursus in aliis, *confitere, tuum non esse filium.* EA. Junt. St. *Ah.* Mss. et editi quidam: *istuc nostris inimicis siet.* Est autem formula deprecandi infelicia. *West.* In libro Bembino legitur, *Certe sic erit:* et pro *Ah, Au:* eæ vero tres dictiones, *tuum non esse,* penitus in eo libro non sunt: quam nos lectionem ut vetustissimam, et sensui ac versibus, qui aliter stare non possunt, accommodam reponimus. Sunt autem tetrametri trochaici; prior quidem hypercatalecticus; posterior catalecticus: mallem tamen (si demere liceret ex responsione Chremetis dictionem *Subditum,* quod fieri posset nullo detrimento sensus) etiam superiorem esse catalecticum: sed quia sic quoque stare potest, sic relinquemus: itaque legemus, *Subditum se suspicatur.* Ch. *Subditum? ain tu?* So. *Certe sic erit, Mi vir.* Ch. *Confitere.* So. *Au, obsecro te, istuc inimicis siet.* Fa. Vidit Fa. illud *Subditum* in responso Chremetis subdititium esse, sed non ausus est ejicere. Unus ex veterrimis nostris *obsecro* absque

Egone confitear, meum non esse filium, qui sit meus?
CH. Quid? metuis, ne non, cum velis, convincas esse illum tuum?
So. Quod filia est inventa? CH. Non; sed, quod magis credendum siet,
Id quod est consimilis moribus,
Convincas facile ex te natum; nam tui similis est probe;
Nam illi nihil vitii est relictum, quin sit et idem tibi.

eveniat inimicis nostris. Egone dicam hunc non esse filium meum, qui sit meus? CH. *Quid? an vereris, ne non possis, cum volueris, probare in judicio illum esse filium tuum?* So. *Ideone, quod filia est reperta, hunc similiter meum esse filium probare possim?* CH. *Non propter hoc dico, sed propter aliud quod magis fide dignum est, quia nempe tibi moribus est persimilis; idcirco facili probatione convinces eum te peperisse: nam ipse est tibi simillimus; nullum vitium illi relictum*

---

te: universi autem *istuc nostris inimicis;* unde facillima surgit emendatio, So. *Subditum se suspicatur.* CH. *Ain tu?* So. *Certe sic erit:* CH. *Confitere.* So. *Au obsecro, istuc nostris inimicis siet.* Ceterum pro *Certe sic erit;* nostri omnes perperam, *Certe inquam mi vir.* Bent. qui etiam *suspicetur* valde repugnat. Bip. legit *Certe sic erit Mi vir.* CH. *Confitere . . .* So. *Au, obsecro, istuc nostris inimicis siet.* Both. CH. *Ain' tu?* So. *Certe, mi vir, inquam.* CH. *Confitere.* So. *Au, obsecro, istuc nostris inimicis siet!* Br. *Ah. obsecro te, istuc nimicis nostris siet.* Perl. *Certe sic erit Confitere. Au o. te, istuc n. i. siet.* Z. *istud.*—15 Junt. *Quid metuis? nonne cum velis, convincas illum esse tuum?* Juvatur autem διασυρμὸς Chremetis, si legas, uti edidi. Lectionem Juntinam tuetur Guy. Et multus in hoc loco explicando est Bœcl. *West. Quid metuis? nonne cum velis, convincas illum esse tuum?* Omnes fere l. s. et in his Bem. ita collocant, *Quid? metuis, ne non, &c.* versu et compositione meliore. *Fa. Quid metuis?* habent Br. Bip.—16 M. et cod. Lips. *sed quo.* Idem citat e Ms. Lindenbrogius, et exhibet EP. *West.* Nostri omnes *quo magis.* Recte. *Bent.* Ita et Br. Perl. Both.—17 Elegantia responsi ne pereat dele *Id.* Bent. Ita et Perl. M. *consimile.* Ms. Pal. *moribus tuis.* ‘Post hunc vs. vulg. talia leguntur: *Convinces facile ex te natum: nam tui similis est probe,* quæ quis non videat ex antecedentibus esse interpolata? cod. A: *Quod consimilis moribus tuis.* cod. B: *Id quod* (et sic vulg.) *est consimilis, est probe: Nam illi nil vit. est r. q. id idem moribus Convinces f. ex te natum, nam tui similis sit tibi. Tum pr. &c.* Vides migrare, ut solent, interpretamenta: cujus criminis tamen absolvo verba *tui* et *probe,* quæ sane colorem Terentianum habent, proptereaque a me genuino suo, ni fallor, loco sunt reposita.’ *Both.* qui inde dat *Quod est consimilis moribus probe tui: Nam illi, &c.*—18 *Convinces* Bent. Bip. Z. et Perl. Delph. legit *Facile convinces.* Bent. post *te* inseruit *esse.* Ita et Perl. qui etiam ad *natum* notat: ‘Hæc verba inde ab initio hujus versus ex antecedentib. interpolata esse mihi cum Bothio videntur. Supra vid. vs. 15.’—19 Hunc vs. Bœcl. insititium vocat et glossam adjectam. Guy. vero etiam proxime præcedentem et sequentem excludit, ut spurios. *Et idem.* Ita Fa. Ms. Bodl. et M. cum EA. *itidem sit et.* Ita et duo Mss. Bœcleri. Unus, *quin id idem sit tibi.* Alii aliter. *West. Quin id itidem sit tibi.* In nullo libro scripto est dictio *id;* qua demta versus stare non potest: nos Bembinum sequemur, in quo est *quin sit et idem tibi:* versumque sustentamus producendo dictionem *et.* Fa. Nostri universi, *quin*

Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur: quam severus! rem, cum videas, censeas.

est, quod non et in te appareat: præterea nulla fœmina partu ederet filium ejusmodi, nisi tu. Sed ipse Clitipho exit, quam gravis et serius. Si rei veritatem cognoscas, tunc judices de ejus moribus quales sint, an revera sit severus et gravis.

itidem sit tibi. Recte ergo, qui primi emendarunt, *quin id itidem sit tibi.* Ceterum pro *relictum*, lubens scriberem *innatum:* quid enim *relictum* hic sit, non intelligo. *Bent. Quin itidem sit tibi* Br. *Quin id itidem sit tibi* Bip. Both. Perl.—20 Ms. Lips. *nulla, nisi tu, pareret.* Ita et EP. 'Nostri universi cum edd. vett. *nulla, nisi tu.* Forte olim erat, *T. p. nulla talem, nisi tu, p. f.* Sed recepta lectio satis placet.' *Bent. Nulla, nisi tu* Br.—21 Mr. Voiture a Mr. Costar, Lettre XXVI. 'Je vous dirai seulement, que dans mon Terence pour, *rem, cum videas, censeas,* j'ai trouvé *reum.*' West. in Addend.

ACTUS V. SCENA IV.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

Cl. Si unquam ullum fuit tempus, mater, cum ego voluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro,
Ejus ut memineris, atque inopis nunc te miserescat mei:
Quod peto, et volo, parentes meos ut commonstres mihi.
So. Obsecro, mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,
Alienum esse te. Cl. Sum. So. Miseram me! hoccine quæsisti, obsecro?

Clit. *O mater, si unquam fuit tempus ullum in quo tibi fui delectationi, appellatus filius tuus, te volente me talem credi, quæso ut recorderis illius temporis, atque ut misericordia mei egeni te moveat: quoniam posco, et cupio, ut indices mihi veros meos parentes.* Sost. *Fili mi, rogo ne istud tibi persuadeas te esse suppositum et falsum filium.* Cl. *Sum.* So. *O me infelicem! an hoc, amabo, quæ-*

In Bip. Act. v. Sc. 7.—1 Both. *Unquam si fuit tempus, mater, cum ego v. t.* —2 Bem. *vestra voluntate:* quod et placet; ut consensum in hoc utriusque parentis ostendat: non tamen muto. *Fa.* Nostri omnes *tua.* Bent. *Vestra* recepit Bip.—4 Ms. Bodl. EA. et EP. *peto, aut volo.* Ita et Br. 'GM. *aut* pro *et,* ubi antea abrasum esse aliquid videtur.' *Perl.*—6 Both. legit: *Alienum esse.* Cl. *Tuus sum?* So. *Miseram me! hoccine quæsisse, obsecro?* Br.

Ita mihi atque huic sies superstes, ut ex me atque ex hoc natus es!
Et cave posthac, si me amas, unquam istuc verbum ex te audiam.
Ch. At ego, si me metuis, mores cave in te esse istos sentiam.
Cl. Quos? Ch. Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo,
Ganeo, damnosus! crede, et nostrum te esse credito.
Cl. Non sunt hæc parentis dicta. Ch. Non, si ex capite sis meo
Natus item, ut aiunt Minervam esse ex Jove, ea causa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
So. Di istæc. Ch. Deos nescio: ego quod potero, enitar sedulo.

rere potuisti? ita mihi ac Chremeti supervivas, ut ex me matre atque hoc patre genitus es. Et vide, si me amas, ut nunquam ista proferas. Ch. *Sed, si me times, cave ne intelligam istos mores malos inesse tibi.* Cl. *Quos mores?* Ch. *Si vis scire, ego exponam; cave ne sis nugator, ineptus, ignavus, sine arte et industria, fraudulentus, vorax, bonorum consumtor, scortator, perniciosus tuis parentibus,(ut qui a me decem minas Bacchidi per servum extorsisti,) crede meis præceptis, et ita credito te esse nostrum filium.* Cl. *Talia verba contumeliosa nunquam procedunt ab eo qui verus est pater.* Ch. *Non patiar me notari infamia propter tuam nequitiam, ea causa quia sis filius meus; etiamsi ex meo capite ortus fueris, similiter ut Poëtæ fingunt Palladem esse natam ex Jove.* So. *Dii istud prohibeant, te fieri infamem propter filium.* Ch. *Nescio an Dii prohibituri sint; cavebo ego diligenter*

---

etiam *te* omittit.—7 *Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque hoc natus es.* Versus claudicat. Repone ex cod. Academico, et ex Meadianis altero, *ut ex me atque ex hoc natus es.* Bent. Both. dat, *superstes, ex me atque hoc ut natus es. Ex* poster. omittunt Par. Br. Z.—9 Both. *cave inesse istos.*—10 Alii, *helluo.* GM. *gerro es.* R. *helluo, glutto.*—11 Reponit Guy. *nostrum te esse, haud credito.* Both. *G. damnosus. Cetera n. t. e. c.*—12 Junt. Ald. St. editiones aliæ: *Non sunt hæc jam parentis dicta.* Testatur autem Fa. in nullo Ms. legi illud *jam.* Dac. male hæc verba tribuit Sostratæ. *West. Non?* Ita distinxi, ut gravior esset sententia. Vulgo sine ulla interrogatione: *Non, si ex capite meo sis Natus item, ut aiunt Minervam esse ex Jove, ea causa magis Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.* Malim, si per Codices liceret, *Non? non, si ex capite meo sis Natus.* EA. *Non? si ex capite sis modo Natus, itidem.* Idem. *Non si ex c.* Br. Bent. Both. Bip. Z. Perl. Delph.—13 Cod. C, *a Jove,* quod elegantius vulgato *ex Jove.* Both. qui legit *item ut Minervam esse aiunt a Jove, e. c. m.*—15 Lectio quorundam librorum, *Di istæc prohibeant* [In Add. nominatim memorat G. ET. EM.] metrum corrumpit. *West. Di istæc prohibeant* Br. Bent. Both. Perl. Z. 'Ex auctoritate libri Bembini demto *enitar,* trochaicum hunc sanamus: nec vero sensui quicquam deest: subau-

Quæris id, quod habes, parentes: quod abest, non quæris, patri
Quomodo obsequare, et ut serves, quod labore invenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere, hac præsente, verbum turpe: at te id nullo modo
Puduit facere. Cl. Eheu, quam ego nunc totus displiceo mihi!
Quam pudet! neque quod principium inveniam ad placandum, scio.

ne fiam, quantum potero. Tu quæris id, quod habes, nempe parentes; non id quod abest tibi, videlicet quomodo complaceas patri, et conserves id boni, quod pater acquisivit multo labore: non erubuisti adducere mihi ante conspectum meum per fraudem et mendacia eam, quam ut infamem pudet me nominare coram matre tua, fingendo eam esse amicam Cliniæ: at te non puduit facere rem flagitiosam et turpem. Cl. *Eheu! quantum me nunc mei tædet! quantum me pudet id fecisse! neque scio unde incipiam ut patrem iratum leniam, et placatum reddam.*

---

diendum est enim ' prohibebo,' ab eo quod dictum est supra, ' Di istæc prohibeant.'' *Fa.* Gratia hic Bembino habenda est: nostri omnes *enitar.* Bent. *Enitar* omittunt Both. Z. Perl.—16 M. *quod abest a te.*—17 *Ut* omittunt Bent. Both. Perl. Bip. Sic notat Zeun. ' Bent. omisit illud *ut.* Recte. Nam corrumpit elegantiam.' *Ut* pro *et* Guelf. 2.—18 Pro *Non mihi* reponit Bent. *Tén mihi.* Both. ex cod. B, *Num mihi.* Interrogat Perl. post *pudet*, et in vs. sequente post *turpe*, affirmans se hoc modo his suum versibus lumen attulisse.—19 In Br. *τὸ id* omittitur. In Guelf. 1. est *illud.*—20 Bodl. G. et M. cum EA. et EP. aliisque, *Piguit.* West. A Bem. abest *ego.* ' Tres ex nostris *Puduit facere:* ceteri *Piguit facere.* Ceterum *ego* omnes habent; nec abesse potest, nisi dolente sententia.' *Bent. Facere puduit* dant Bent. Both. Bip. Delph. Perl. *Piguit f.* Br. Z. Vet. cod. ap. Lind. habet *Puduit fucere.* ut Bem. et alii.—21 Ms. Lips. G. et EA. cum EP. ET. EM. et Pall. omnibus, *incipiam:* quam lect. præfert Mur. Alii *capiam.* West. *Principium incipiam.* Ita in Bem. at in V. et Bas. *p. incapam:* ex quo conjeci legendum forte *p. capiam*, sicut et in Eunucho: ' quod dedit principium.' *Fa.* Unus quoque noster ex veterrimis *incapiam:* unde legerim, non *capiam*, sed *captem:* ut ' captare tempus,' ' occasionem,' et alia. *Bent.* GM. *incipiam.* Itid. Par. Bip. Delph. ' Vulg. *inveniam*, nescio qua fide. Gu. 1. *capiam*, et sic legendum conjecerat Fa. quem sequor. Bent. *incipiam* quanquam malit *captem.*' Both. Br. *incapiam.*

ACTUS V. SCENA V.

MENEDEMUS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

ME. ENIMVERO Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum,
Nimisque inhumane: exeo ergo, ut pacem conciliem. Optume
Ipsos video. CH. Ehem, Menedeme! cur non arcessi jubes
Filiam, et quod dotis dixi, firmas? So. Mi vir, te obsecro,
Ne facias. CL. Pater, obsecro, ut mihi ignoscas. ME. Da veniam, Chreme:
Sine te exorem. CH. Egon' mea bona ut dem Bacchidi dono? sciens

ME. *Profecto Chremes nimis acerbe nimisque inhumane objurgando vexat adolescentem Clitiphonem; ergo egredior ad eos, ut pacem inter eos componam. Video ipsos opportune.* CH. *Ehem, Menedeme, cur non mandas advocari filiam meam Antiphilam, ut sit tibi nurus; et cur non approbas et admittis eam dotem quam dixi?* So. *O mi conjux, ne facias id, exhæredans filium, te precor.* CL. *O pater, tibi supplico ut mihi parcas.* ME. *O Chreme, parce illi, permitte ut precibus id a te impetrem.* CH. *Ut ego donem mea bona meretrici Bacchidi sciens, videns? non*

In Bip. Act. v. Sc. 8.—2 Vulg. *Nimisque inhumane*, correpta 'mis' syllaba ante encliticum, quod durissimum. *Both.* qui igitur *que* omittit. Pro *optume* al. *opportune.*—4 Al. *et quod dixi dotis.*—5 *Ut* omittunt Bent. Perl.—6 *Sine te exorem.* Ita editi veteres, et plerique Mss. In impressis recentioribus quibusdam est, *exoret.* Malim, *exorent:* nam et mater et filius oraverant. Idem ex Ms. Pal. laudat G. F. *West. Egon' mea bona ut dem Bacchidi dono? sciens Non faciam.* Ita edidi, secutus auctoritatem editionum Juntinæ, St. Pict. Vulgo ita: *Egon' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens? Non faciam.* Idem. In libro Bemb. scriptum fuerat *exorent;* postea deleto *n*, remansit *exoret;* quod et placet: nam cum eo quadrat, quod dictum est: 'Da veniam.' *Fa. Sine te exoret.* CH. *Egon mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?* Recte Bem. cum duobus nostris vetustissimis *exorent*, uxor scilicet et filius: quo accedunt et alii, qui *exorem* habent. Ceterum versus justo longior est. Est qui *dono* hinc abjicere velit, *Bacchidi sciens;* sed in ista sede trochæum, quantum potest, evitant. Sed 'dono dat,' inquit, homini concitate loquenti tædio est et moram facit. Jube hominem sibi tædio esse; et repone, *Sine te exorent.* CH. *Mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?* Tolle illud *Egone.* Bent. Post *sciens* interrogant Br. Perl. Bip. Both. Delph. et Z. quæ etiam

Non faciam. Me. At id nos non sinemus. Cl. Si me vivum vis, pater,
Ignosce. So. Age, Chremes mi. Me. Age quæso, ne tam obfirma te, Chreme.
Ch. Quid istic? video, non licere, ut cœperam, hoc pertendere.
Me. Facis, ut te decet. Ch. Ea lege hoc adeo faciam; si facit,
Quod ego hunc æquom censeo. Cl. Pater, omnia faciam: impera.
Ch. Uxorem ut ducas. Cl. Pater! Ch. Nihil audio. Me. Ad me recipio:
Faciet. Ch. Nihil etiam audio ipsum. Cl. Perii! So. An dubitas, Clitipho?
Ch. Immo, utrum volt. Me. Faciet omnia. So. Hæc, dum incipias, gravia sunt,
Dumque ignores: ubi cognoris, facilia. Cl. Faciam, pater.

faciam. Me. *At nos non permittemus quoque.* Cl. *O pater, da mihi veniam, si vis mihi vitam amplius superesse.* So. *Age, Chremes mi, fac quod petitur.* Me. *O Chreme, ignosce, noli te tam obstinatum ostendere.* Ch. *Quid hoc sibi vult? video non mihi permitti perficere hoc, quod inceperam.* Me. *Facis, ut tibi convenit.* Ch. *Ea conditione, ignoscam Clitiphoni, si exequatur quod ego arbitror justum esse eum exequi.* Cl. *O pater, faciam omnia: impera.* Ch. *Impero, ut ducas uxorem.* Cl. *O pater, da mihi tempus ad deliberandum de re tanti momenti.* Ch. *Nullam excusationem audio.* Me. *Rem in me recipio, Clitiphonem ducturum uxorem.* Ch. *Nihil respondentem audio ipsum.* Cl. *Nullus sum.* So. *O Clitipho, an vereris uxorem accipere?* Ch. *Quin ab eo quærendum, utrum uxorem velit ducere, necne.* Me. *Faciet omnia, quæ imperabis.* So. *Consilium capere de ducenda uxore, in principio difficile est ei, qui matrimonii ignarus est; sed, posteaquam cognoris quid sit, facile et gratum tibi fiet.* Cl. *Faciam, pater, ut vis.*

---

exoret legit. *Exorem* defendunt Bip. Both.—7 Vetustissimus noster, et alius e Regiis cum optimo codice G. Fabricii non agnoscunt *id.* Bent. Non agnoscunt Br. Bip. Perl. Both.—8 *Ignosces* Guelf. 3. *Mi* abest Br.—9 Guelf. 2. Bip. *istuc.* M. *non licere mihi.* Guelf. 3. *prendere.* Al. *perpendere:* male, judice Perl.—10 EP. ET. EM. et Mss. plusculi: *si id faciat.* Alii *si facit id.* West. *Si facit* probat Fa. 'Omnes nostri, *si id faciat.* Lege igitur, *si id facit.*' Bent. Ita et habet Ms. R. ap. Lind. Both. et Perl. Br. *si id faciat.* Bip. et Delph. *si facit id.*—12 *Volo* post *ut ducas* Guelf. 3. GM. *audio etiam.* —13 Abest *etiam* Guelf. 2.—14 M. et EA. integrum interserunt versum: *Aut illam accipiet, aut me inimicum habebit.* Ex glossis, ut videtur. *West.* Hel. interserit, procul dubio ex int. *Aut illam accipiat, aut me inimicum habebit, utrum volt.* Both. EA. *gravia omnia sunt.*—15 M. *Faciam, pater, omnia.*—16

So. Gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames,
Filiam Phanocratæ nostri. Cl. Rufamne illam virginem,
Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum, pater.
Ch. Heia! ut elegans est! credas animum ibi esse. So. Aliam dabo.
Cl. Quid istic? quandoquidem ducenda est, egomet habeo propemodum,
Quam volo. So. Nunc laudo te, gnate. Cl. Archonidi hujus filiam.
So. Perplacet. Cl. Pater, hoc nunc restat. Ch. Quid? Cl. Syro ignoscas volo,

So. *Fili mi, per Pollucem, dabo tibi puellam illam venustam, quam tu cupide ames, filiam Phanocratæ, nostri vicini.* Cl. *Dabisne illam puellam rufam, glaucis oculis, lentiginosa facie, naso incurvo et inflexo? o pater, non possum eam ducere.* Ch. *Eia, quam prudens est in hoc delectu! Facile agnoscas ipsum ad hanc artem animum adjecisse.* So. *Dabo aliam tibi.* Cl. *Qui tantum laborandum est? certe, quoniam necesse est me uxorem ducere, ego inveni fere quod quæritur.* So. *O fili, nunc laudo te.* Cl. *Gratam habeo filiam Archonidis hujus.* So. *Valde grata est mihi.* Cl. *O pater, nunc unum reliquum est.* Ch. *Quidnam istud?* Cl. *Volo,*

Illam. Ms. Bodl. G. et M. cum EA. ET. EM. *puellam:* quod versum facit æquo longiorem. Id Erasmus animadvertens, *Gnate mi,* sustulit. Glar. resecat, *mi.* Gov. et Mur. *tibi.* Lectio quam exhibeo, est optimorum librorum; sed et metrum servat. In EP. est: *Dabo puellam lepidam illam cæsiam virginem.* West. Recte *illam:* nostri mendose *puellam.* Bent. 'Hæc Sostratæ attribuunt, sed Chremeti cod. A, recte.' *Both. Puellam* Br. 'GM. *Gnate mihi:* ita tamen scriptum, ut posterior syllaba, 'hi' pallidiore atramento a seriore manu adjecta videatur. libb. antiq. *puellam* pro *illam.* Par. p. var. *ellam.*' Perl. Abest *tu* Guelf. 2.—17 Vet. cod. ap. Lind. *illam puellam.*—20 Nostri omnes *Quid istic?* Placet tamen, quod Bembinus dat, *Immo.* Bent. Ita et habent Perl. Bip. Both. qui etiam *ducendum* legit. Abest *Immo* Guelf. 3.—21 G. *Nunc laudo, gnate.* Et mox, *Archonidis.* Ita et ET. et EM. Ms. Lips. non agnoscit τὸ *hujus.* In Bœnd. et EP. est *Archonidis filiam.* West. *Archonidis filiam.* Idem liber [Bem.] *Archonidi hujus f.* nec aliter stat trochaicus: et ita etiam citat Priscianus libro sexto. *Fa.* Priscianus p. 706. citat *Archonidi filiam:* sed non habet *hujus:* hoc Bembino debemus. Nostri *Arconidis filiam.* Bent. *Nunc laudo, gnate.* Vulg. hæc et sequens 'Perplacet' male Sostratæ ascribuntur. Legitur quoque depravate *Archonidi,* vel *Archonidis,* vel denique, in Italis præsertim libris, *Arconidis.* Nomen est, 'Archonidas' vel Dorice 'Archondas,' Ἀρχωνίδας, Ἀρχώνδας, quo plus semel impegerunt librarii. Vid. Valkenar. ad schol. Eurip. Phœn. 1386. Both. qui verba sup. citata Chremeti tribuit, et inde dat *Archonidæ hujus f. Archonidis filiam* Br. Delph. Τὸ *te* abest Br. Bent. Perl. Z. Both. Dant Bip. et Delph.—22 Pro *nunc* Perl. habet *unum.* M. Bœnd. et Guelf. 2. *Ut Syro*

Quæ mea causa fecit. Ch. Fiat. Ω. Vos valete et plaudite!

CALLIOPIUS RECENSUI.

ut Syro condones offensas, quas in te mei causa fecit. Ch. *Fiat, ignoscatur ei.* Ω *Vos spectatores, valete, plaudite.*

Calliopius recensui.

ignoscas.—23 Ω abest Bent. Bip. Perl.

FINIS HEAUTONTIMORUMENOT.

PUB. TERENTII

ADELPHI.[a]

ACTA LUDIS FUNEBRIBUS[b] ÆMILII[1] PAULLI[2] QUOS FECERE Q. FABIUS MAXIMUS, P. CORNELIUS AFRICANUS.[3] EGERE[4] L. ATILIUS PRÆNESTINUS,[c] MINUTIUS PROTHIMUS.[5] MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS SARRANIS.[6 d] FACTA GRÆCA[7] MENANDRU L. ANICIO, M. CORNELIO[8] COSS.[9]

Adelphi, Comœdia Terentii, acta ludis funebribus Lucii Æmilii Pauli, quos dederunt Q. Fabius Maximus, P. Cornelius Africanus, illius filii. Egerunt L. Atilius Prænestinus et Minucius Protimus. Modos fecit, et cantica Flaccus Claudii filius, tibiis Sarranis paribus, sinistris. Hæc Comœdia facta est Latina e Græca Menandri, L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego Consulibus.

1 *Æmili* Bent. Z. Both. *L. Æmilii* Perl.—2 *Pauli* Z. Both. Perl.—3 Mur. commemorat antiquitus legi *P. Cornelio Africano Ædil. Cur.* Quæ tamen nomina deleta sunt inde jam ab ætate Donati; siquidem nusquam constat hos duos L. Æmilii Pauli nepotes simul ædilitatem curulem gessisse. *Perl.* qui dat cum Delph. *et P. C. A.*—4 *Egerunt* dant iidem.—5 *Et M. P.* iidem. *Prothymus* Both.—6 *Serranis* Perl. Hæc Z. notavit: 'Dac. legendum esse censet *acta primum tibiis Lydiis, deinde tibiis Sarranis.* Nam *tibias Lydias*, i. e. duas dextras, edidisse sonum gravem et lugubrem, qui adeo conveniret Ludis Funebribus; post primam vero editionem *tibiis Sarranis*, seu sinistris, quæ sonum acutum minusque tristem ederent, eandem repetitam esse Fabulam. Sane hæc emendatio magnam veri speciem accipit ex Donati auctoritate: vide Præfationem ejus in hanc Fab.'—7 *E Gr.* Bent. Z. Both. Perl. *Græca est* pro *Facta Gr.* Delph.—8 *Edita L. Anicio Gallo et M. Cornelio Cethego* Delph.—9 Mihi sic inscriptio hæc videtur legenda: *Adelphi Terentii. Acta ludis Funebribus L. Æmil. Paul. Q. Fab. Maxim. P. Cornelio Africano ædilibus Curulibus. Egere L. Atilius Prænestinus, L. Numidius Posthumus. Modos fecit Clau. Flaccus, Clau. filius, tibiis dextris. Facta Latina est e Græca Menandru, L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego Coss.* Gov. Sic Br. legit: *Incipit Adelphe acta ludis Funebribus Q. Fabii Maximi, P. Cornel. Afric. Æmilii Pauli ædilium Curul. quos fecere L. Atil. Prænestin. Minuc. Prothim. Modos fecit Flaccus clauditibiis Sarranis. Facta Græca Menandri, Anicio, M. Cornelio consulibus.*

NOTÆ

[a] *Adelphi*] Id est, fratres, Græce. Sic ideo hæc Comœdia nominata est, quod fratres Demea et Mitio senes, et Æschinus Ctesiphoque Demeæ filii, fabulæ suppeditent materiam.

[b] *Acta ludis funebribus*] Ludi funebres erant, qui in honorem defunctorum exhibebantur, quales Homerus memorat celebratos ab Achille in funere Patrocli; et Virgilius refert

NOTÆ

ab Ænea celebratos in honorem Anchisæ parentis : ejusmodi hic dicuntur facti a Q. Fabio Maximo, et P. Cornelio Africano Patri ipsius naturali L. Æmilio Paulo, a quo dati sunt in adoptionem; ille quidem Q. Fabio Maximo : hic vero Africani superioris filio.

[c] *Egere L. Atilius Prænestinus, &c.*] Hi erant magistri histrionum, qui fabulam egerunt.

[d] *Tibiis Sarranis*] Sic dictæ a Sarra urbe, quæ Tyrus est : sinistræ fuerunt hæ tibiæ, auctore Evanthio in Prolegomenis in Terentium, et acuminis levitate jocum in Comœdia ostendebant ; nam plura foramina habebant, et sonus idcirco erat acutior : cum dextræ, sive Lydiæ, pauciora foramina haberent, et sonum proinde graviorem. Lydiæ conveniebant rebus gravibus ; Sarranæ jocis ; Phrygiæ, si gravitas jocis misceretur : sed de his uberius diximus ad inscriptionem Andriæ.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

MICIO, *senex; frater Demeæ, pater adoptivus Æschini. Nomen Latinum a, mitis.*

DEMEA, *senex ; frater Micionis, pater Æschini et Ctesiphonis. Ἀπὸ τοῦ δήμου, a plebe, quasi plebeius.*

SANNIO, *leno. A σάννος, fatuus; quod in hac Comœdia populo risui esset.*

ÆSCHINUS, *adolescens ; filius Demeæ, sed adoptatus a patruo Micione. Ab αἶσχος, dedecus; quod flagitiis esset infamis.*

SYRUS, *servus Æschini. A patria, gentile nomen.*

CTESIPHO, *adolescens ; frater Æschini. Ἀπὸ τῆς κτήσεως, prædio, et φωτὸς, viro, id est, agricola.*

SOSTRATA, *matrona; mater Pamphilæ. A σώζειν, quod est, servare.*

CANTHARA, *nutrix Pamphilæ. A κάνθαρος, poculum; a præbendo potum puero.*

GETA, *servus Sostratæ. Gentile nomen, a natione.*

HEGIO, *senex ; propinquus Pamphilæ. Ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι, ducere, quia curam Sostratæ ejusque familiæ habet.*

DROMO, *servus Micionis. A δρόμος, cursus.*

PAMPHILA, *nurus ; filia Sostratæ, amica Æschini. Quasi πᾶσι φίλη, omnibus cara.*

C. SULPICII APOLLINARIS PERIOCHA IN TERENTII ADELPHOS.

Duos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Æschinum:
Sed Ctesiphonem retinet: hunc, Citharistriæ
Lepore captum, sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Æschinus; famam rei [1]
Amoremque [2] in sese [3] transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripit.[4] Vitiaverat
Idem Æschinus civem Atticam pauperculam,
Fidemque dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea jurgare,[5] graviter ferre: mox tamen,
Ut veritas patefacta est, ducit Æschinus
Vitiatam: potitur Ctesipho Citharistriam,[6]
Exorato suo duro patre Demea.

Demea, duos habens filios, dat ex illis Æschinum fratri Mitioni in adoptionem, et Ctesiphonem alterum in sua potestate retinet: hunc, fidicinæ festiva forma et ingenio irretitum, cum aspero et sævo patri subditus esset, frater Æschinus occultabat; rumorem et amorem in se transferebat, simulans se esse amatorem citharistriæ: denique eam lenoni per vim abripuit. Stupraverat quoque Æschinus Pamphilam, virginem Atticam, pauperculam quidem, sed bonam, bonis civibus prognatam, pollicitusque fuerat se eam ducturum uxorem. Demea morosum et jurgiosum se præbebat, et iniquo animo ferebat. Sed cito, postquam id quod res erat manifestum fuit de psaltria, Æschinum non sibi, sed Ctesiphoni fratri eam rapuisse, ducit Æschinus uxorem Pamphilam a se compressam; Ctesipho fit compos fidicinæ, placato et victo precibus Demea, patre severo et molesto.

---

1 *Famam rei*] O. s. l. *famamque Amoris in sese.* Lind. Pro *rei* al. *quoque*: al. *famamque.* Perl. Vulgo *famamque*, satis frequenti errore. *Both.* qui dat *quoque. Rei* Perl. *Cælabat* Br.—2 *Amoris* Br. Both. *Amorisque* Perl.—3 *Se* legitur in nostris. *Both.* qui id dat cum Br. et Perl.—4 Vulgo *eripuit*, duris numeris. *Both.* qui cum Perl. dat *eripit.*—5 *Jurgare et g.* dat Both. qui notat: ‘ Vulgo abest copula: sed A et Hel. *et jurgare*, B *ac j.*’—6 Quidam codices, in his nostri, sic fere: *A se vitiatam virginem, civem Atticam, Uxorem pot. Ctes. cith. Suo exorato duro patre Demea:* quæ spuria esse vel inde arguuntur, quod nusquam in his Periochis duodenarium migravit versuum numerum Sulpicius. *Both.* Al. libb. add. *Exorato suo patre duro Demea:* Hic vero versus superfluit et summam rei describendam, et numerum duodecim linearum Apollinari consuetum. *Perl.* In aliis edd. quas hic quoque sequitur West. additur sub finem hic versus, *Exorato suo duro patre Demea.* Zeun. *Ducet Æschinus*] Mss. R. et Pith. *ducit Æschinus A se vitiatam civem Atticam virginem. Uxorem potitur Ctesipho citharistriam, Exorato suo duro patre Demea.* Lind. *Citharistria* et *suo patre duro* Br. Hoc et Delph. dat. *Uxorem* ad finem versus exhibet Br. sed non tribuit Bruns ei codici distinctionem ullam aut post *uxorem* aut post *Potitur.*

ÆLII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMÆ,

PRÆFATIO IN ADELPHOS TERENTII.

Hæc Fabula palliata, ut ipsum indicat nomen, ex[1] plurali numero, cum sit una: et masculino genere, cum sit Comœdia: ex[2] Græca Lingua, cum sit Latina, censetur. Potuit eam Terentius Fratres dicere: sed et Græci nominis εὐφωνίαν perderet: et præterea togata videretur; ad summam, non statim intelligeretur Menandri esse: quod Terentius in primis lectorem scire cupit: minus existumans laudis, proprias scribere, quam Græcas transferre. Est igitur Menandri: et a Fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit. Hujus tota actio cum sit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianæ omnes, præter Heautontimorumenon, tamen majori ex parte Motoria est: nam Statarios locos perpaucos habet. Prodest autem et delectat actu et stylo. In hac, primæ partes sunt, ut quidam putant, Demeæ: ut quidam, Syri. Quod si est, ut primas Syrus habeat; secundæ Demeæ erunt, tertiæ Micionis, et sic deinceps. Quanquam etiam sunt qui putant,[3] primas Micioni dandas, secundas Syro, tertias Demeæ. Nam, quod ait Terentius, 'Senes qui primi venient:' non ad partes quas dicimus, sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum. Hæc etiam, ut cetera hujuscemodi Poëmata, quinque Actus habeat necesse est, choris divisos a Græcis Poëtis: quos etsi retinendi causa jam inconditos spectatores minime distinguunt Latini Comici, metuentes scilicet, ne quis fastidiosus finito Actu, velut admonitus abeundi, reliquæ Comœdiæ fiat contemtor et surgat; tamen a doctis veteribus discreti atque disjuncti sunt, ut mox aperiemus post argumenti narrationem. In hac Prologus aliquanto lenior inducitur: qui magis etiam in se purgando, quam in adversariis lædendis est occupatus. Protasis est turbulenta, Epitasis clamosa, Catastrophe lenis. Quarum partium rationem diligentius in principio proposuimus, cum de Comœdia quædam diceremus. Hæc sane acta est ludis scenicis funebribus L. Æmi-

1 *E* Z.—2 *Et* Z.—3 *Putent* cad. ed.—4 Cod. Pith. *mutatis per sc. modis*

lii Pauli: agentibus L. Ambivio et L. Turpione: qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant. Modulata est autem tibiis dextris, id est, Lydiis, ob seriam gravitatem, qua fere in omnibus Comœdiis utitur hic Poëta. Sæpe tamen, mutatis per scenam modis, cantica mutavit:[4] quod significat titulus scenæ, habens subjectas personis literas, M. M. C. Item Diverbia ab histrionibus crebro pronuntiata sunt, quæ significantur D. et M.[5] literis secundum personarum nomina præscriptis, in eo loco ubi incipit scena. Annotandum sane, quod hæc Fabula *προτατικὸν πρόσωπον* non habet, hoc est, personam, quæ ad argumentum nihil attineat, quæque sit assumta extrinsecus, ut est in Andria Sosia. Hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam, etiam tum rudi nomine Poëtæ. Itaque sic pronuntiatam, Adelphœ Terenti, non Terenti Adelphœ: quod adhuc magis de Fabulæ nomine Poëta, quam de Poëtæ nomine Fabula commendabatur. In hac quidem spectatur quid intersit inter rusticam et urbanam vitam: mitem et asperam: cœlibis et mariti: veri patris et per adoptionem[6] facti. Quibus propositis ad exemplum, vitanda perinde, fugiendaque, Terentius monstrans, artificis Poëtæ per totam Fabulam obtinet laudem.

cantavit. Dan. *cantata.* Lind.—5 Danielis cod. *D. et V.* Id.—6 Ms. *adoptationem.* Id.

ÆLII DONATI ARGUMENTUM IN ADELPHOS.

Ex duobus Atticis fratribus, alter quidem, Demea nomine, rus coluit, uxorem duxit, filios suscepit duos, Æschinum et Ctesiphonem. At alter, Micio nomine, uxorem non duxit,[1] et filios procreare noluit: sed sibi filium fratris Æschinum adoptavit: atque ita indulgenter eduxit a parvulo, ut effuse luxuriatus adolescens ad postremum civem Atticam virginem vitiaret, captus amore ejus: quo facto, et cum matre puellæ pepigit nuptias ejusdem, quam vitiavit. Cumque rem gestam ad patris, a quo adoptatus fuerat, conscientiam jam jamque perlaturus esset, precibus Ctesiphonis, fratris sui, qui apud durum patrem atque agrestem Demeam parcius atque arctius haberetur, impulsus est, et ut eidem a lenone raperet meretricem: quo facto, multiplici errore completur Fabula. Nam et Demea cum hoc ipso, id est, cum Micione litigabat, tanquam cum eo qui corruperit adolescentem adoptatum, in mores perditos, nesciens suum

1 Rectius in Ms. *uxorem ducere et filios procreare noluit.* Lind.—2 Pro *de*

sibi filium Ctesiphonem esse corruptum, eluditurque a Syro et Micione per totam Fabulam. Et mater puellæ jam decimo mense post raptum virginis Æschinum credit sibi ipsi rapuisse meretricem. Quæ perturbatio cito in tranquillum redacta est. Nam, re comperta de vitio virginis, Micio dat civem Æschino quam concupiverat: ejusque matrem ipse accipit. Deprehenso vero Ctesiphone in amore meretricis, primo irascitur Demea: post lenitur, atque habendæ ejus meretricis licentiam præbet. Primus actus hæc continet: Micionis solius primo verba: et post, ejusdem et Demeæ jurgium. Secundus actus hæc continet: lenonis alteram rixam adversus Æschinum pro puella: ejusdem apud Syrum querelas: lætitiam Ctesiphonis: obsessionem amicæ: et ejusdem gratiarum actiones apud Æschinum. Tertius actus hæc continet: trepidationem matris Sostratæ et Cantharæ nutricis ob parturientem Pamphilam vitiatam ab Æschino: Getam nuntiantem dominæ suæ per errorem, quod sibi rapuerit Æschinus meretricem: reditum in scenam Demeæ: ejusdemque cum Syro ludificante sermocinationem: interventum Hegionis, cum querela apud eundem Demeam de facto Æschini, de[2] consolatione Sostratæ. Quartus actus hæc continet: Ctesiphonis cum Syro colloquium: delusionem Demeæ: ejusdemque in scenam interventum, atque secundam frustrationem per Syrum factam: Micionis cum Hegione sermonem: querelam Æschini de rebus suis, ejusdemque cum Micione patre facetissimam dissertationem:[3] Demeæ reditum in scenam ex errore, in quem eum conjecerat Syrus: et renovatum cum fratre ejusdem jurgium: processionem in scenam temulenti Syri. Quintus actus hæc continet: deprehensionem Ctesiphonis cum meretrice: tertium cum Micione jurgium Demeæ, ejusdemque vitæ pristinæ correptionem: et per eum multa in Comœdia Nova, hoc est, blandimentum circa Æschinum, et affabilitatem circa Getam: conciliationem Syri et uxoris ejus: et veniam circa Ctesiphonem: permissionemque habendæ meretricis. Servatur autem per totam Fabulam mitis Micio, sævus Demea, leno avarus, callidus Syrus, timidus Ctesipho, liberalis Æschinus, pavidæ mulieres, gravis Hegio. In dividendis actibus Fabulæ identidem meminerimus; primo paginarum dinumerationem neque Græcos, neque Latinos servasse: cum ejus distributio hujusmodi rationem habeat, ut, ubi attentior spectator esse potuerit, longior actus sit: ubi fastidiosior, brevior atque contractior. Deinde etiam illud, in eundem actum posse conjici, et tres et quatuor scenas introëuntium atque exeuntium personarum. Facta autem hæc una est de duabus Fabulis, Adelphis Menandri, et Commorientibus Diphili.

habet *et* West.—3 *Decertationem*] Ms. *dissertationem*. Lind.

EXPOSITIO EPIGRAPHES; &c.

Extracta ex Editione Brunsiana.

Acta est ista Fabula Adelphe, quam Terentius Latine composuit post Menandrum, ludis funebribus, quos exercebant in anniversariis principum aut regum, quos inter heroas computabant, Quinto Fabio, Maximo, Publio Cornelio Africano, Emilii Pauli S. filio ædilibus curulibus Romæ, quos scilicet ludos fecerunt Lucilius Attilius Prænestinus, Minutius Prothimus. Modos fecit Flaccus clauditibiis Sarranis. Claudum, sicut jam diximus, genus est tibiarum, inæqualibus fistulis compositum. Sarranæ autem tibiæ dicuntur a Sarrano auctore, qui illud genus adinvenit. Fabula autum Adelphe, quam Terentius composuit per Menandrum, recitata est Romæ, dum isti supradicti ædiles curules essent et dum ludi funebres agerentur. Græca vero Menandri facta est Anicio, Marco Cornelio consulibus.

PROLOGUS.

Postquam Poëta. More suo in prologo malivolis respondet poëtis, qui calide ejus scripturas reprehendebant, et loquitur de se quasi de alio.

Sinapothnes Comœdia est Contes Difili. Contes Difilus Græcus comœdus fuit, qui composuit Fabulam, quam appellavit Sinapothnes, quæ Latine sonat, Commorientes; cujus Fabulæ partem ubi dicitur adolescens lenoni i. e. consiliatori stupri tulisse, cum Plautus vetus comicus intactam dimisisset nihil inde dicens, poëta Terentius, comœdus videlicet novus, eam partem sibi sumsit in Adelphos, h. e. in causam duorum fratrum. Adelphœ etenim dicuntur gemini fratres, sive generaliter fratres quicumque aliquo nomine censentur, et sorores. Hæc autem Fabula idcirco Adelphe vocatur, quia causam duorum fratrum narrat, Demeæ et Micionis. Demea siquidem habuit duos filios, quorum alterum commendavit fratri suo Micioni ad nutriendum, qui morabatur in urbe et sine uxore erat. Alterum autem retinuit sibi, cum quo morabatur in rure. Dum ergo Micio, qui in urbe habitabat, lasciviæ permitteret nepotem suum tendere, quoniam vita urbana otiosa solet esse, redarguebat illum frater suus Demea. Cetera pleniter legendo videbuntur.

PROLOGUS.

POSTQUAM Poëta sensit, scripturam suam

Postquam Poëta Terentius intellexit Comœdias, quas scripsit, curiose explorari,

Hæc Fabula in Mss. plurimis vocatur ADELPHŒ. Quod itidem ex libb. antiquis laudat Mur. Sed et Gifanius in Ind. Lucret. v. Tractus corporis.

Ab iniquis observari, et adversarios
Rapere in pejorem partem, quam acturi sumus,
Indicio de se ipse erit; vos eritis judices,
Laudin' an vitio duci id factum oporteat.
ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ Diphili comœdia 'st.
Eam COMMORIENTES Plautus fecit fabulam.
In Græca adolescens est, qui lenoni eripit
Meretricem, in prima fabula. Eum Plautus locum
Reliquit integrum: eum hic locum sumsit sibi
In ADELPHOS; verbum de verbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus novam: pernoscite,

et notari ab improbis hominibus atque adversariis obtrectandi gratia, et Comœdiam, quam exhibituri sumus, ab his reprehendi et culpari; ipsemet quid fecerit vobis indicabit; vos judicabitis utrum factum laude dignum sit, an vituperio. Diphilus Poëta comicus Græcus Comœdiam fecit, quam Græce Synapothnescontes inscripsit: eam Plautus Latine composuit, et Commorientes nominavit. In Græca Diphili quidam inducitur adolescens rapiens lenoni meretricem, in prima parte Fabulæ; eum locum reliquit Plautus intactum: hic vero Poëta Terentius hunc locum transtulit in Adelphos, et ex Græco in Latinum vertens ornatiorem reddidit. Eam Comœdiam novam, nempe Adelphos, vobis, spectatores, nunc acturi et recitaturi sumus.

West.—2 *Iniquos observare*] Vulgo *Ab iniquis observari.* Quæ grammatistæ cujusdam mihi videtur correctio, caventis, ne iniquos a scriptura observatos acciperent pueruli; quod cavere ineptum est. Jam una hæc sententia; cum vulgo aliter dicatur, scripturam observari; aliter, adversarios eam rapere in pejorem partem; quod genus vitii inprimis fugiunt probi scriptores. *Both.*—3 *Pej. rap. in partem* Both.—4 Guy. *De se ipse indicio erit.* EP. *Ipse de se indicio erit.* Barthius tamen Advers. XII. 6. contendit, legendum esse, *Indicio de se ipsa erit;* et *τὸ ipsa* referendum ad *τὸ* 'scripturam.' Mss. quidam et editi veteres: *et vos.* West. *Indicio de se ipse erit*] Commodum videtur huic versui sustentando ex 'ipse' vel *p*, vel *s*, elidere: vel ex 'erit' *t.* Fa. 'Erit' corripitur. Vel etiam sic poteris, *Indicio de sese ipse erit, vos judices.* Bent. *De sese ipse erit, vos j.*] Vulgo obscuratis quidem verbis gravibus *se ipse,* numerisque pessimis. *Both.*—5 Τὸ *id* abest a libris quibusdam scriptis et impressis. *West. Duci f. op.*] Interpone pronomen *id* post 'factum,' ex Bem. et Vi. *Fa.* Sic in duobus Regiis. *Bent. Id* omittit Br. *Factum id* Bent. Bip. Delph. Both. Perl.—6 *Synapothnescontes* Bent. Z. Delph. Bip. Both. Perl. *Sinapothnes contes Difili* Br.—8 *Eripit*] Hanc lect. ex Mss. tuentur Fa. et Par. In plurimis tamen est *eripuit:* quomodo et Do. legit, si credimus Bœclero, sed *eripit,* si Faërno. Videtur autem esse sermo de re præsenti. *West.* Omnes fere l. s. et Donatus *eripit:* quod et versum juvat, et convenire alioqui magis videtur loquenti de argumento Fabulæ, uti præsenti quam præterito: ut in Prologo Eunuchi, 'In ea est parasitus Colax.' *Faërnus.* Ita duo ex nostris vetustissimi. *Bent. Eripuit Z.*—9 *Meretricem. In prima Fabula, eum, &c.* Br. *Eum* abest a Guelf. 2.—10 *Eum* abest a M. sed in Bœnd. additum secunda manu. Perperam vero Guy. locum hunc solicitat, legens: *hic vero sumsit sibi.* Neque enim repetitio ejusdem substantivi insolens est Veteribus. *West. Eum hinc locum* R. *Lind.*—12 *Eum nos acturi sumus*] Hos tres versus spurios vocat Guy-

Furtumne factum existumetis, an locum
Reprehensum, qui præteritus negligentia 'st.
Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Eum adjutare, assidueque una scribere;
Quod illi maledictum vehemens esse existumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, cum illis placet,
Qui vobis universis et populo placent;
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sine superbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, ii partem aperient;
In agendo partem ostendent. Facite, æquanimitas
Poëtæ ad scribendum augeat industriam.

Nunc perspicite an censere debeatis, hunc locum, quem mutuatus est Terentius, furti vitio accusandum sit, an potius dicendum ab eo resumtum et retentum esse, postquam Plautus eum pro derelicto negligenter habuerat. Nam, quod adversarii isti in vulgus jactant, homines nobili et patricia stirpe clarissimos et operam suam dare, et perpetuo una Comœdias facere; quod illi vituperium grave arbitrantur, id sibi ingenti gloriæ tribuit, cum illis gratus et acceptus est, qui vobis, quotquot hic estis, et universo populo grati et accepti sunt: quorum beneficia, in militia et in pace, commode in omnes collata fuerunt sine fastu et ostentatione. Exinde nolite expectare ut argumentum fabulæ vobis enarretur. Senes, qui primi in proscenium prodibunt, ii partem explicabunt ipso initio, partem in reliquo dramate. Concedite, ut æquo et propitio animo adsitis, quo labor et industria Poëtæ ad faciendas Comœdias magis ac magis excitetur.

etus, nulla idonea ratione motus. Eug. *Eandem* legit. *West. Pernoscite, furtumne factum existumetis*] Neque hæc locutio magis absurda videri debebat Guyeto, quam illa in Prologo Andriæ, versu 24. 'Rem cognoscite, Ut pernoscatis.' *Id.*—15 Davent. distinguit, *malevoli homines, nobiles Tum adjutare.* Præter mentem, opinor, Poëtæ. *Id.*—17 Post 'vehemens' interpone verbum *esse*, ex o. l. s. *Fa.* Sic in nostris omnibus. *Bent. Esse* omitt. Er. *Perl.*—19 Quidam vetustissimi Codices legunt, *nobis;* quasi sermo sit de grege histrionum. *West.*—21 *Est* omittit Both.—23 Mss. plurimi: *eam partem aperient.* Quod et est in EA. Alii, *hi partem aperient.* West. *Hi partem aperient, In agendo partem ostendent*] Sic codices; sed legendum, *hi partim aperient, In agendo partim ostendent.* Bent. Sed omnes *partem* utrobique intelligi patant Fabulæ. *Primum* Guelf. 1. *Perl. Hi* Bip. Delph. Perl. *Hii* Br. Bentleium omnino sequitur Both.—24. 25 Bœnd. et EA. *ut vestra æquanimitas.* Forsan ex glossa; quia et Donatus τὸ *vestra* deesse notat. Bœcl. etiam τὸ *ut* in duobus Mss. reperit. Seu vero legas, *Vestra poëtæ ad scribendum augeat industriam*, seu, *Poëtæ ad scribendum augeat ut industriam*, versus constabit. *West.* 'Deest, vestra,' inquit Donatus: at quo jure deesse potest? qua consuetu-

NOTÆ

15 *Homines nobiles*] Nempe Scipionem Africanum, Lælium, et Furium Publium.

dine subintelligi? In recepta lectione constructio erit *æquanimitas poëtæ.* Mihi quidem non *vestra,* sed versus integer deesse videtur; quem vide an forte invenerim: *facite, æquanimitas Bonitusque vestra adjutrix nostræ industriæ Poëtæ ad scribendum augeant industriam.* Sic Phorm. Prol. 35. 'Bonitasque vestra adjutans atque æquanimitas:' et Hec. Prol. 24. 'Vestra intellegentia Sedabit, si erit adjutrix nostræ industriæ.' Notum est, in Prologis scribendis se ipsum suppilasse Terentium: tres versus continui in Prologo Heaut. repetuntur in Prologo Hecyræ. Jamque vides, cur versus exciderit: nempe quia eodem verbo duo terminabantur, *industriæ, industriam;* id, ut sæpe fit, librarii oculos fefellit. Denique jam recte habes *augeant:* nam, ut *augeat* producat ultimam, nullum in toto Terentio exemplum. Est quidem, qui sic versum interpolat, *Poëtæ ad scribendum augeat vestra industriam.* Sed bis in eo peccat: nam et verborum collocationem pravam inducit; et *augeat* in dissyllabon contrahit, prorsus contra artem. *Bent.* Ed. nostra c. figg. *facite ut vestra æq.* Sed verba *ut vestra* non sunt a codd. melioribus, et repugnant versui. Quod desiderat Do. *vestra* ante 'æquanim.' illud huic vs. cum aliis addimus, ut constet versus, qui sine eo vacillat. Dac. quoque sic edidit. Bent. vero integrum versum, quo facile caremus, subjiciendo, inanem operam ludit. *Bip.* Quæ Bent. excidisse putabat, cum minime necessaria esse videantur, haud scio an paucorum latura sint suffragia. *Both.* qui dat *Poëtæ adaugeat ad scribendum industriam. Vestra poëtæ ad scribendum augeat industriam* Bip. Delph. *Ut* ante 'æquan.' Guelf. 2. *Facile* Perl. per errorem, ut videtur: quamvis id repetat in Notis.

ACTUS I. SCENA I.

MICIO.

STORAX! non rediit hac nocte a cœna Æschinus,

MI. *Heus, Storax; non reversus est domum Æschinus filius hac nocte a convi-*

Var. scriptura *Mitio* et *Micio,* ut ex priori mitis cognoscatur, ex altero *μικίων.* Probat posterius Mur. secundum Athen. Deipnosoph. VI. *Perl.*— 1-2 Guy. eumque laudans Bœcl. post binos hosce versus perperam interrogationis notam poni aiunt. Vetustissimorum Codicum alii ponunt, alii non ponunt: unde nata Donati animadversio. Mihi omnino videtur esse interrogatio. *West.* Tolle notas [Notas: nam quidam interrogant ad finem et primi et secundi vss.] interrogationis. Storax vocatus non respondit: inde scit Micio neminem adhuc rediisse. Nemo domi manebat cum sene

NOTÆ

1 *Storax*] Sublata voce Storacem e servulis unum vocat; quo non respondente, intelligit nondum rediisse filium: Storacem enim huic ad cœnam eunti comitem dederat, et alios postea servos emiserat, qui obviam irent, et eum reducerent. Proprie locutus est, cum dixit 'adversum;' nam hi servi adversitores dicebantur, qui adversum ibant foris cœnanti, officii et tuitionis gratia. Storax, Græce *στόραξ,* est arboris lacryma odorata. Et ab odore ita servus nominatur.

Neque servolorum quisquam, qui advorsum ierant?
Profecto hoc vere dicunt: si absis uspiam,
Aut ubi si cesses, evenire ea satius est,
Quæ in te uxor dicit, et quæ in animo cogitat
Irata, quam illa, quæ parentes propitii.
Uxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi;
Et tibi bene esse soli, cum sibi sit male.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito,
Et quibus nunc solicitor rebus! ne aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit

vio, cui affuit cum sodalibus suis; neque ullus ex servis, qui obviam ei missi fuerant cum comitatum. Equidem hæc communis sententia vera est: minus damnosum est ea accidere quæ uxor irata de te suspicatur, et animo conjicit, quam illa, quæ parentes pii et filiorum studiosi eis timent. Uxor, si tardes domum redire, aut alius mulieris amore detineri te suspicatur, aut aliam amore tui captam esse, aut compotationibus te deditum esse, aut voluptati inservire; denique te solum in deliciis versari, dum ipsa molestiis et tristitia cruciatur. Ah, quæ suspiciones mentem meam agitant, quia non rediit filius! quibus timoribus animus angitur! ne aut ille Æschinus algore obstupuerit, aut uspiam lapsus membrum aliquod sibi omnino ru-

præter ancillas. *Bent.* Miror signum poni a nonnullis interrogandi, cum nulla Storacis sequitur responsio. *Perl.* Cum exeundo vocasset Storacem, nemoque servorum respondisset, post aliquantulum temporis ex silentio conjecturam facit, suosque sensus eloquitur. Sapienter hoc monet post Do. Dacieria, notatque alios, qui post ' ierant' signum rogandi ingerunt. Nemo certe respondet. *Bip.* Nec interrogant Br. Both.—4 *Evenire ea*] EA. *evenire tibi.* West. Quæ glossa esse videtur. *Perl.* Omnes antiqui libri, *Aut ibi.* Ita et Donatus. *Fa.* Quatuor tamen ex nostris, *Aut ubi si.* Recte. Et sic citat Servius ad Æn. III. 430. *Bent. Ibi* Br.—6 *Propitii*] J. *declarant.* Subditicium videtur. *Perl.*—8 *Aut te amari*] Bemb. Bas. et Donatus: *Aut tete amari*, ut et versus exposcit. Vi. habet, *Aut de te amari.* Fa. Et ex nostris nonnulli *tete.* Bent. *Aut animo obsequi*] Iidem libri vetusti: *atque animo obsequi.* Donatus, *aut.* Fa. Nostri omnes *atque.* Bent. *Atque pot. atque an. ob.* Bip. *Aut potare atque in an. ob.* Br. *Atque an. ob.* Bent. Both. Perl.—9 *Tibi bene esse*] Antiqui libri omnes habent, *Et tibi.* Sicut et infra, ' Et quibus nunc solicitor rebus:' sed hic *Et* transit in scansione in præcedentem versum. *Fa.* Etiam nostri plerique *Et tibi.* Sed accentus causa etiam corrigendum, *sibi cum sit male;* non ut libri, *cum sibi sit male.* Bent. Omnes ponunt comma post ' soli,' ego post ' esse,' et ' soli' jungo cum ' sibi.' *Schmieder.* Bentleium sequuntur Both. et Perl. qui monet *cum sibi* esse in Guelf. 3. et abesse *Et* a 2.—11 *Et* a tribus nostris abest: recte. Licet Servius ad Æn. IV. 380. habeat *Et.* Bent. *Et* abest a Guelf. 2. *Perl. Ne aut ille alserit*] Legendum, nisi omnia me fallant, *illiserit*, intellecto se, Græce: scriptum antiquo more verbum *ILLAESERIT* cito depravatum est. *Both. Et* delent Delph. Bip. Both.—12 Guy. præfert, *præfregerit.* Atque ita in Ms. Argentoratensi scriptum prima manu reperit Bæclerus. Quod mox cum eidem Guyeto minus placeret, mutavit in, *crus fregerit Aliqui;* forte respiciens locum Plautinum modo

Aliquid. Vah! quenquamne hominem in animum instituere, aut
Parare, quod sit carius, quam ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre: is adeo
Dissimili studio est, jam inde ab adolescentia.
Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium
Secutus sum; et, quod fortunatum isti putant,
Uxorem nunquam habui. Ille, contra, hæc omnia:

perit. Vah! potestne illud esse, ut quispiam ita animo sit affectus, ut quicquam carius habeat quam seipsum? Attamen ex me non est genitus, sed ex fratre meo Demea. Is frater dissimiliter vitam instituit, atque ego: jam inde usque ab ephebis ego hanc comem elegi vitam, urbanam et tranquillam; et, quod plerique beatum æstimant, uxorem nunquam ducere volui: ille omnia alia potiora duxit, agro

---

laudatum. Sed *perfregerit Aliquid* constanter legunt Codices. Sic Liv. XXII. 20. Cicero de Orat. II. 62. Phæd. V. 7. 8. 'Sinistram fregit tibiam.' *West.* Omnes fere antiqui libri, *præfregerit*. Fa. Sic et nostri. *Bent. Aut uspiam nunc ceciderit*] Non dubito, quin ex hoc versu in antecedentem τὸ 'nunc' migraverit, eoque ponendum sit loco, quo positum jam vides, ut ad tria ista perfecta 'illiserit,' 'ceciderit,' 'præfregerit' æque pertineat potius quam ad unum 'solicitor.' *Both. Perfr.* Er. *Perl. Præfr.* Br. Bent. Bip. Both. Perl.—13 Ms. Lips. et EP. habent *instituere in animo*. Sed et ita erat in omnibus Mss. Bœcleri. Guyetus in Scholiis Mss. *Parere*, id est, τίκτειν, defendit. *West. In animum instituere*] Bent. præeunte Faërno edidit, *in animo*. Utrumque recte. *Zeun. In animo* Guelf. 2. 3. Br. ET. EM. Bent. Bip. Both.—14 *Parere* Br. *Sit* pro *est* Guelf. 3. Dat Bothius: *quam ipsus sibi! Ac | Non ex me natus, fratris hic est. Adeo is est | Dissimilis studio: nam inde ab adolescentia | Ego, &c.*—15 Mss. quidam, *Atque*. Quæ inceptiva est particula. Atque ita Sosipater lib. II. ex Acrone citat, laudantibus G. et F. F. *West.* In Bembino et aliis antiquis, pro *Atqui*, est *Atque*. Quod vero sequitur in o. l. 3. ita collocatum est, *hic natus non est*. Fa. Similiter nostri plerique *Atque*. Charisius p. 204. 'Atque, pro, et. Terentius in Adelphis: 'Atque ex me hic natus non est, sed ex fratre.' Ubi Acron, Argute, inquit, nam per conjunctionem transitum fecit ad narrationem.' *Bent. Atque* Br. Bent. Bip. et cum Delph. *natus non est.*—16 Hanc distinctionem ex Aldo, Stephano, aliis, revocare visum fuit. Vulgo nunc ita: *is adeo Dissimili studio est: jam inde ab adolescentia ego.* Guyetus ita: *Atque ex me hic natus non est, sed fratre ex meo.* Sequentem versum expungit. *West.* Tres ex nostris, quorum unus 900. annorum, *Dissimilis studio est.* Recte. *Bent. Dissimili st. est jam inde*] Post 'est' Bent. distinguit [hoc modo: *studio est. jam inde ab adulescentia, Ego, &c.*] quod opus esse non arbitror. *Zeun.* Guy. hunc vs. ut sæpe alios, delevit immerito. J. colloc. *jam ab adolesc.* Cacophonia. *Perl. Dissimilis* A. *Both.* Sic dat Perl.—17 Vide an legendum sit, *vitam urbanumque otium.* Cic. Ep. Fam. XII. 1. 'Ut ego quidem et urbi et otio diffiderem urbano.' *Bent. Atque*] GM. sup. script. exhibet *urbanum*. Perl.—18 Guy. substituit *infortunatum*, exagitans in glossis ἀνεκδότοις Donatum, qui id non viderit, cum præsertim Menandrum haberet ad manum: præter mentem Poëtæ. *West.* Inepte conjecit Guy. *infort.* Bip. *Quo* Guelf. 2.—19 Distingue: *Ille, contra hæc omnia, Rure agere vitam.* Bent. Distinguunt al. post 'Uxorem' perperam; nec minus incommode quidam post 'contra.' *Perl.* Vulgo

Ruri agere vitam: semper parce ac duriter
Se habere: uxorem duxit: nati filii
Duo: inde ego hunc majorem adoptavi mihi:
Eduxi a parvulo; habui, amavi pro meo;
In eo me oblecto: solum id est carum mihi.
Ille ut item contra me habeat, facio sedulo:
Do, prætermitto: non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere. Postremo, alii clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium;
Nam, qui mentiri, aut fallere insuerit patrem,
Aut audebit, tanto magis audebit ceteros.

colendo vitam exercere, semper austere et laboriose se tractare: uxorem matrimonio sibi junxit: filios duos genuit: deinde hunc ego majorem natu in adoptionem accepi: a puero educavi, habui, et dilexi tanquam filium naturalem; in eo delicias omnes capio, hoc solum pretiosum habeo: ego omni cura laboro, ut pariter me carum vicissim habeat ille: do sumtus, prætermitto et dissimulo delicta ejus, nec oportere me puto in omnibus rebus patria potestate uti erga illum. Postremo, ita eum institui, ne mihi occultet ea, quæ alii filii clam patribus suis faciunt, nempe culpas, quibus obnoxia est ætas adolescentiæ; nam, qui mendacium proloqui coram patre, aut eum solitus fuerit verbis decipere, multo audacius hæc faciet in ceteros. Utilius et me-

distinguunt *Ille contra, hæc omnia.* Verius quod cum Bent. sequimur. *Bip. Ille contra hæc omnia, Ruri* Both. Perl. et sic Br. excepto quod plenissime distinguit post 'omnia.'—20 *R. a. semper v.* Sic certe EA. vetusque ed. nostra cum figg. melius quam vulg. *Ruri agere vitam: semper parce, &c.* Bip. *R. a. vitam semper, parce, &c.* Both. qui notat: 'Piget, reverentia codicum me deterritum haud reposuisse *R. vitam agere,* ut plene exaudiretur τὸ *Ruri,* verbum gravissimum, quod invenuste nunc deproperatur.'—22 *Duo sunt* Guelf. 2.—25 Mss. plusculi et editi, *itidem.* Alii, *idem.* West. *Idem* Guelf. 1. 2.—27. 28 Mss. quidam, et EA. *clanculum Patre.* Sed nec pyrrichius, nec trochæus primo senarii loco satis recte subsistit. *West.* Sic Guelf. 1. *Adulescia* Br.—30. 31 Bœcl. post Guy. *insueverit* defendit. Utrumque est in libris scriptis et impressis. Adi Gifan. Ind. Lucret. v. Suetus, et Donat. ad And. v. 2. 26. *Aut audebit* absunt a quibusdam Mss. unde glossema vocatur Boëclero, legenti, ut versus constet, *magis is.* West. Pro *insuerit,* alii codices *insueverit:* apud Martianum Capellam p. 160. *instituerit.* Sed, utcumque sit, qualis quæso locutio est, *insuerit aut audebit?* Certe aut *insuescet* et *audebit;* aut *insuerit* et *ausus fuerit.* Qualis porro sententia? post *insuerit,* quorsum infertur *audebit?* quasi non sæpe ac diu ausus sit, priusquam posset insuescere? Varia hic moliuntur Interpretes; sed rem ipsam puto me reperisse: *Nam qui mentiri aut fallere, ita uti fit, patrem Audebit, tanto magis audebit ceteros.* Bent. *Insueverit* GM. *Insuerit* al. Bent. vero, diversis temporibus merito offensus, mihi mutationem suam non probavit. Pro *insuerit* legere ausim *ut suerit,* sensu ac metro servato. Verba collocanda ita censerem: *Nam qui aut ment. aut fallere, ut suerit, patrem Audebit, tanto, &c.* Perl. *Aut audebit*] *Aut* al. versui 31. præponunt, al. [ut Bip. Delph.] annectunt priori. *Idem. Insueverit*] Sic nostra ed. Non intelligit

Pudore et liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quam metu.
Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Venit ad me sæpe, clamitans: Quid agis, Micio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumtum suggeris?
Vestitu nimio indulges; nimium ineptus es.
Nimium ipse est durus, præter æquumque et bonum:
Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.
Mea sic est ratio, et sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit,

lius esse censeo, verecundia et liberali clementia eum avocare a vitiis, quam timore. Hæc non ita fratri, ut mihi, videntur observanda, neque probantur. Ille sæpe me convenit vociferans: Quid facis, Micio? cur nobis corrumpis filium? cur sumtus das ei, ut amicas habeat? ut in potationibus se mergat? cur vestimenta splendidiora et nimio pretiosiora largiris? nimis imprudenter eum moderaris. Ille vero (Demea) asperior est, et sævior plus æquo et bono; et valde fallitur ita sentiendo, ut ego quidem opinor, quicumque sibi persuadet imperium, quod cum violentia quæritur et exercetur, esse fortius et diuturnius, quam illud quod amore conciliatur. Ego sic reor, credoque; qui vi aut necessitate adigitur ad suum faciendum officium, tantis-

---

Bent. connubium futuri perfecti et imperfecti, *insueverit aut audebit*, ex ipsa re natum; qui vel olim insueverit, vel primum audebit. Bœcl. legit *fallere insueverit Patrem tanto magis is aud. &c.* Sequuntur eum inter alios Dac. et Millerus. *Bip.* quæ dat *insueverit*. Both. dat: *aut fall. institerit patrem Audere, tanto magis audebit ceteros.*—35 Quinque hosce versus laudat Cicero de Invent. I. 19. Guy. tamen *clamans* præfert. *West. Venit sæpe ad me clamitans*] Et Do. et Bem. et Bas. et Vi. et multi alii, ita collocant, *Venit ad me.* Fa. Nostri quoque *Venit ad me; clamitans;* quod tamen versus respuit. Repone, *clamans.*-Bent. *Clamans*] Al. *clamitans*, quod repugnat metro: et frustra interciditur a 'sæpe,' quod alii præponunt verbis 'ad me.' Quamvis autem et Do. legat *ad me sæpe clamitans*, sequimur tamen cum Guy. et Bent. metri rationes. *Bip.* quæ dat *clamans* cum Both. Perl.—37 Mss. quidam et editi: *sumtus.* West. Aliqui libri, inter quos Bembinus, item Donatus: *sumtum.* Faërnus. Nostri omnes *sumtus.* Bent. *Sumtus* Br. *Sumtum rebus* Both.—38 *Vestitu*] Ita dixit pro, *vestitui*, quod in uno Ms. reperit Bœclerus. Mur. cum Guy. *nimium* defendunt. In vetustissimis libris est *indulgis:* quod ex Bem. laudat F. F. *West. Vestitum nimium* Guelf. 2. *Vestitu nimium* Both. Delph.—39 Bodl. et EP. cum EA. *æquum et bonum:* quomodo et omnes Mss. Bœcleri. Sed τὸ 'que' ante 'et' Terentianum est. *West. Nimium ipse durus est*] Bem. commodius versui collocat, *est durus.* Faërnus. Nostri omnes, *durus est.* Poteris et hoc modo, *Nimium ipse durust.* Ceterum hunc versum et quatuor præcedentes citat Cicero de Invent. I. 19. ubi *clamitans* et *sumptum* et *durus est*, hodie feruntur. *Bent. Que* omittit Guelf. 2.—40 *Et err. quid. m. long. sententia* Guelf. 1. *Et errat multum* C.—43 *Mea est sic ratio*] O. l. s. et Donatus, *Mea sic est ratio.* Fa. Sic et nostri.

Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit;
Studet par referre: præsens, absensque, idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium,
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest: hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed estne hic ipsus, de quo agebam? et certe is est.
Nescio quid tristem video: credo jam, ut solet,
Jurgabit. Salvum te advenire, Demea,
Gaudemus!

per cavet sibi, et abstinet a malo, dum id cognitum iri putat: si credit occultum fore, rursus ad suos mores revertitur. Ille, quem beneficio acquiras, omni studio libens officium facit, curat diligenter vicissim benefacere; sive adsit coram, vel clam absit, similem sui semper se geret, et in officio suo manebit. Hoc patrem decet potius assuefacere filium, libenter et ultro recte faciendo, quam terrendo exemplis propositis pœnarum alienarum. Hæc differentia est inter patrem ac dominum. Qui non potest talem se præstare, concedat hic oportet se ignarum esse regendi liberorum ingenia. Sed estne hic ipse Demea, de quo loquebar? Equidem is ipse est. Nescio propter quid tristis mihi videtur: puto jam pro more suo jurgiis mecum aget. Salvum te adesse lætor, Demea.

Bent. Est sic Z. Perl.—44 Hæc vetus et vera est lect. quam Palmerius perperam immutare tentavit. *Lind.*—46 *Rursus* Bodl. *West.* Antiqui libri, præter Basilicanum, et omnes fere alii, et Donatus, *rursus*. Immo Bem. prius habebat *rursum:* ut et habet Bas. *Fa.* Nostri fere omnes *rursum*, quod versui commodius est; et hic reponendum. *Bent. Rursus* Z. *Si clam fore sperat* Both.—47 *Is, quem* Both. *Quem b. a. ille* Bip. et sic multi post Mur. —48 Mss. et editi quidam, *præsens, absens.* West. *Studet par referre* vulgata, et *St. par pari referre* Gu. 1. utrumque ex interp. C omittit conjunctionem. *Both.* qui dat *Studet referre, præsens absens idem erit. Par pari referre* Guelf. 3.—49 M. et EA. cum Fabrini editione, *patrum.* Ita et Leid. unus. Sed Tr. *Hoc patrium potius est.* West. *Patrum* ed. nostra c. figg. *Bip.*—50 GM. *recta:* minus Latine. *Perl.*—51 Mallet Guy. *Hoc qui nescit:* non inelegantер, modo Codices faverent. In Tr. erat scriptum, *Hoc qui nescivit;* sed *τὸ nescivit* inductum, et mutatum in *nequit.* West. Malebat Guy. *nescit* probe. *Perl.*—52 Reperi in Mss. quibusdam, *Fateatur, se nescire.* Idem sibi repertum in duobus Codicibus testatur Bœcl. Ex impressis habent EA. ET. Junt. Venetæ, Arg. Davent. aliæ. Donatus non legit *τὸ se*, nec recensuerunt Stephanus, Fabrini, alii. Et sane metri ratio respuere videtur. *West.* Bent. duce Faërno *se* omisit: recte. *Zeun. Se* dant Br. Z. Delph.—53 EA. *aiebam:* quomodo et fuit in Bodl. sed mutatum in *agebam.* West.—54 *Tristem nescio quid* Both. *Ut assolet* Br. *Id,* non *jam* Guelf. 3.—55 Donatus infra 1. 2. 3. *Objurgabit.* West. *Salvum te advenire, Demea, Gaudemus*] Assentior iis, qui hic novum Scenæ initium statuunt. Qui enim hucusque solus de fratre Demea fuerat locutus, nunc advenientem alloquitur Micio. EP. *Salvo te adveniente, Demea, Gaudemus.* Id. Recte Dac. verba 'Salvom te,' &c.

refert ad initium Scenæ 2. *Zeun.* Ab his verbis 'Salv. te,' &c. Bipontini incipiunt Scenam 2. non inepte. *Perl.* Sic incipit et Both.

ACTUS I. SCENA II.

DEMEA. MICIO.

DE. EHEM! opportune: te ipsum quærito.
MI. Quid tristis es? DE. Rogas me, ubi nobis Æschinus
Siet, quid tristis ego sim? MI. Dixin' hoc fore?
Quid fecit? DE. Quid ille fecerit! quem neque pudet
Quicquam; nec metuit quenquam; neque legem putat
Tenere se ullam: nam illa, quæ antehac facta sunt,

DE. *Hem! commode, in tempore advenis; te ipsum quæro sedulo.* MI. *Quid mœstus es?* DE. *Interrogas me quid tristis sim, cum filium Æschinum habeamus? Nempe ejus causa sum tristis et solicitus.* MI. *Nonne vere dixi illum morose jurgaturum esse? Quid is fecit?* DE. *Quid fecerit, quæris? Qui neque pudore ullo afficitur, neque veretur quenquam, aut timet; neque æstimat se ulla lege obligari: nam, quæ antehac fecit, prætereo: o quænam modo nefanda palam gessit?*

1 *Ehem*] Libri plerique præferunt *Hem;* quod admirantis est, cum illud sit vocantis, atque adeo huic loco parum conveniens. *West. Hem*] Aliqui libri, inter quos Bem. et Ba. *Ehem:* quod magis convenit actibus repentinis, ut est subitus ejus, quem quis quærit, aspectus. *Fa.* Ita nostri omnes. *Bent. Ehem* commotius in re subita videtur. *Bip.*—2. 3 *Rogas me? ubi nobis Æschinus Siet? quid tristis ego sim?*] Verba obscuriora, et a Donato præterita. Zwærdecronius ita ordinat: *Rogas me, quid tristis ego sim? ubi nobis Æsch. siet?* Possit et ordo esse: *Quid tristis ego sim? rogites me, ubi nobis Æsch. siet:* q. d. Rogitas, quid sim tristis? Rogasse debebas, ubi nobis Æschinus siet. Sunt enim, qui *Rogas;* sunt qui *Rogitas;* sunt item, qui *Rogites* legunt. Eugraphius ita: *Interrogas me, quid ego tristis sim, cum Æschinum filium habeamus?* Leid. unus: *Rogitasne?* mox tres: *quid tristis ego sum?* Dac. unam facit interrogationem: *Rogas me, ubi nobis Æschinus Siet, quid tristis ego sim?* vertitque: *Pouvez vous me faire cette demande, vous, chez qui est Æschinus?* qui sensus omnium est optimus, in verbis de industria, ut videtur, a Poëta turbatis. Neque enim Demea furiosus ordine loqui debebat. *West. Rogitas me?*] Bem. et Vi. et multi alii, *Rogas me?* Fa. Et ita sex ex nostris. *Bent.* Edit. *Rogas;* et sine signo interrogationis, quod demum post 'sim' ponit. Sed repetita interrogatio vim habet. *Bruns.* Non repetunt interrog. Bent. Bip. Perl. et Both. qui dat *quid ego sim tr. Rogitas* Br. *Nescis* ante 'quid' dat Guelf. 3. *Hoc* abest a Guelf. 2.—4 Multi Mss. *Quid is fecit?* Impressi veteres variant. *West. Quid is fecit?* Dictionem *is* delemus ex auctoritate Bembini et Basilicani: quæ nec alioqui necessaria videtur: de Æschino enim sermo est, et de eo utique intelligitur. *Fa.* Sic noster veterrimus. Ceteri *Quid is fecit?* Utrumvis recte. *Bent. Is* habet Br.—5 *Neque metuit*] Omnes fere l. s. *nec.*

Omitto: modo quid designavit! Mi. Quidnam id est?
De. Fores effregit, atque in ædes irruit
Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiam,
Mulcavit usque ad mortem: eripuit mulierem
Quam amabat. Clamant omnes, indignissime
Factum esse. Hoc advenienti quot mihi, Micio,
Dixere! In ore 'st omni populo. Denique,
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum hujus simile factum. Hæc cum illi, Micio,
Dico, tibi dico: tu illum corrumpi sinis.
Mi. Homine imperito nunquam quicquam injustius,
Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

Mi. *Quidnam id est?* De. *Portam rupit ædium, in ædes irrupit alienas, ipsum dominum cum omni familia verberavit, ictibus lacessavit, ac pæne occidit, per vim abduxit mulierem, cujus amore impulsus erat. Omnis populus vociferatur nefarium scelus commissum esse. Quot mihi huc venienti, Mitio, hoc nuntiaverunt? Factus est totius populi fabula et querela. Quod si exemplum proponere utile est, nonne advertit fratrem suum Ctesiphonem in re familiari augenda studium omne ponere, vitam ducere frugaliter et temperanter in agro colendo? nullum unquam ejusmodi facinus ille ausus est. Hæc cum in illum dico, in te etiam dico: tu illum depravari pateris, Mitio.* Mi. *Homine ignaro rerum nunquam quicquam iniquius fuit, qui nihil recte factum æstimat, nisi quod a seipso factum est.* De. *Quare hæc dicis?*

Fa. Sic et nostri plerique. *Bent.*—7 *Dissignavit?*] Ita Ms. *Design.* edit. et cum signo exclamandi. *Bruns. Dissignavit* et Eug. Interrogant post *design.* Bent. Perl. *Dimitto* Guelf. 3.—9 *Omnem* omittit Bip. forte per incogitantiam. —10 *Multavit*] Omnes antiqui libri, *Mulcavit.* Fa. Sic duo ex nostris veterrimi. *Bent. Mulcavit*] In GM. et Br. *Mult.* Sed Victorius censet, ubi *mulctare* aut *multare* in hac significatione legatur, tunc legend. esse *mulcare.* Perl. *Mulcavit*] Sic recte antiqui l. o. Alii male et usitato errore *Mulct.* Bip. *Multavit* Delph.—12 In Ms. Lips. et EP. junctim legitur, *Factum esse hoc.* Westerhovius. Guelf. 2. quoque pungit post 'hoc,' non post 'esse:' et sic Br. qui dat *quod* pro *quot.*—13 *Dixere!*] Sustuli interrogationis notam. Est enim exclamatio cum admiratione. Bodl. non agnoscit τὸ *omni.* West. Interrogant Bent. Z. Bip. Dat Br. *Dixere. In ore, &c.*—14 Mss. et editi quidam vetusti: *patrem.* West.—15 Vetustiores nostri magno numero, *Rei operam dare.* Bent. qui sic dat cum Perl. Dat Br. *ruri esse, parcum ac sob.* Dat Both. *operam ruri, parcum ac sob.*—16 *Nullum hujus simile factum*] Plerique libri cum interrogatione hæc exprimunt. Quod quid sibi velit, non video. *West.* Nostri universi cum Edd. vett. *factum simile:* melioribus numeris. *Bent. Factum simile!* dant Both. Perl. *Facti* Guelf. 1.—18 Ms. Bodl. Bœnd. et Lips. cum EA. et EP. *nihil quicquam injustius est.* West. Codices nostri omnes *injustius est:* scribe igitur *injustiust.* Bent. *Injustius est* R. *Lind. Injustius est* G. ET. EM. *West. in Add.* Sic Br. *Injustiu 'st* Perl.—19 *Quin, nisi quod ipse facit* Bodl. *West. Nihil* Ms. *Nil* edit. *Bruns.* De hac varietate fere silemus. Hic etiam variant edd. Ceterum *facit* Guelf. 1. Bip.

DE. Quorsum istuc? MI. Quia tu, Demea, hæc male judicas.
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Scortari, neque potare; non est; neque fores
Effringere. Hæc si neque ego, neque tu, fecimus,
Non sivit egestas facere nos. Tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia?
Injurium est; nam, si esset, unde id fieret,
Faceremus: et tu illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quam, ubi te expectatum ejecisset foras,

MI. *Quia tu, Demea, pravo judicio res æstimas. Non est flagitii nomine dignum delictum, adolescentem cum meretricibus consuetudinem habere, et potationibus vacare, neque portas ædium perrumpere, mihi crede. Si neque ego, neque tu hæc commisimus, indigentia nobis non permisit. Tu nunc te laude dignum existimas, quod tunc ab his abstinuisti præ inopia; hoc est injuste judicare. Nam, olim si nobis facultas fuisset hæc faciendi, fecissemus: et tu, illum tuum Ctesiphonem, si humanitate præditus esses, patereris hæc facere nunc, dum ætas permittit; potius quam, ubi post mortem tuam tam exoptatam te ante januam collocasset, et mortuum*

Delph.—21 *Crede mi* Both. *Credere* Guelf. 2.—22 *Non est* absunt a M. *West.* Dat Both. *potare* . . . DE. *Non est?* MI. *Neque fores, &c.*—23 *Neque tu, neque ego* Bœnd. EA. EP. *West. Id si neque tu fecimus neque ego* Guelf. 2. —24 Bem. *Non siit.* Fa. Nostri omnes *sivit;* versu *siit* malente. *Bent. Sivit*] Par. p. var. *sinit.* Perl. *Facere egestas* Both.—25 Interrogandi signum posui, ob majorem emphasin. Neque aliter satis apte infertur illud, 'Injurium est.' *Westerhovius.* Hoc per interrogationem efferendum. Unus autem ex Regiis *duces*, non *ducis.* Etiam bene. *Bentleius. Duces*] Sic Bent. ex uno Reg. bene. *Perl. Duces* dant Bent. Both. Perl. Non interrogant Z. Bip. Perl. *Tu* sine *tum* Guelf. 2.—26 *Id* delet Perl. qui notat id esse in Guelf. 2. 3.—27 Lege *illum tu.* Bent. Sequitur Perl. *Illunc* habet Both.—28 *Decet* J. Gulielmius in Mil. Glor. Quæst. cap. 5. *West. Licet*] Sic nostri omnes: sed duo Jani Gulielmii, quos antiquissimos habuit, *decet*, non *licet.* Vide ipsum ad Plauti Militem cap. 6. et nos ad Horatium II. Epist. 2. 216. *Bent. Decet* Par. p. var. *Perl.*—29 Palmerius *elegisset* legit.

NOTÆ

29 *Expectatum ejecisset foras*] Mortui, apud Romanos, ubi animam egerant, lecto extracti humi deponebantur, deinde lavabantur, ungebantur, lecto funebri aptabantur, tum ad ostium domus cadaver admovebatur, versis in portam pedibus; quod Mitio suis verbis significat. Hæc Persius indicat Satira III. his versibus: 'Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis, In portam rigidos calces extendit: at illum Externi capite inducto subiere Quirites.'

Alieniore ætate, post faceret tamen.
De. Pro Jupiter! tu homo adigis me ad insaniam.
Non est flagitium, facere hæc adolescentulum! Mi. Ah!
Ausculta: ne me obtundas de hac re sæpius.
Tuum filium dedisti adoptandum mihi:
Is meus est factus: si quid peccat, Demea,
Mihi peccat: ego illi maxumam partem feram.
Obsonat? potat? olet unguenta? de meo.
Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum:
Ubi non erit, fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur: discidit

extulisset, hæc post faceret tamen, quamvis aliena ætate et intempestiva. De. *Proh Jupiter! tu homo me insanire coges. An non flagitiosum hæc agere adolescentem?* Mi. *Audi, ne me tædio eneces, hæc sæpius inculcando. Filium tuum mihi dedisti in adoptionem: is meus est factus legitimus: si quid delinquit, Demea, in meum delinquit damnum: ego in illa re potiorem partem sustinebo. Lautis epulis et cœnis insumit plurimum, large bibit vina, unguentorum odoribus fragrat? impensis meis hæc facit. Amicas habet? argentum largiar, quamdiu mihi facultas erit; quando non erit, fortasse ex ædibus et familia dimittetur. Januam disrupit? reficietur.*

West. Expectatum ubi te Both.—30 *Alieniori*] Libri antiqui et Donatus, *Alieniore*. Fa. Sic et nostri plerique omnes. *Bent.* Edit. [sc. Zeunii] *Alienore* mendose. *Bruns.* Mendum hoc continuatur a Z. Scribit Perl. esse in Guelf. 1. *Al. æt. post*, et in 2. *post fac. tam.* Quære, Lector, Œdipoda, qui hæc tibi explicet. Ceterum *Alieniori* dat Eug.—31 Mss. et editi quidam: *adiges*. Alii, *rediges*. Rursus alii, *redigis*. West. *Adiges*] V. Bas. et Do. *rediges*. Idem Donatus in sequenti Scena super eis verbis, ' Qui insanire incipiunt ex injuria,' citans hunc locum, legit *redigis*, quod lectionem Bembini, Victoriani, et Decurtati ex parte confirmat, in quibus *adigis* legitur: quod probamus. *Fa.* Nostri *rediges*, vel *redigis;* nisi quod codex ex veterrimis pro varia lect. habet *adigis*. Et sic citat Charisius p. 214. *Bent. Rediges* R. *Lind. Rediges* Br. *Tu me, homo, adigis* Delph.—32 *At* pro *Ah* Both.—34 Mss. et impressi quidam veteres, *adoptatum*. West.—36 Par. in marg. *illic*. Perl.—37 Citat Varro L.L. lib. VI. *Scortatur, potat, olet unguentum de meo;* addens: ' Scortari, est sæpius meretriculam ducere.' Quam lect. contra Codd. fidem laudat Fr. Floridus Sabinus, Lect. Subsec. I. 5. Quia vero *Obsonat* est in Codicibus omnibus, etiam in Donato, et Pr. lib. VIII. et IX. non minus videtur mutandum in *Scortatur*, quam *unguenta* in *unguentum*. West. Varro falsus est memoriæ: quippe omnes hodie libri *Obsonat*. Bent. Varronem haud dubie memoria fefellit. *Perl. Potat?*] Par. in marg. ' Sic Mss. omnes. At sunt qui totum locum reformare conantur.' *Id. De meo*] GM. *facit*. Glossam olet. Junguntur uno commate *olet ung. de meo* in Guelf. 3. *Id.* Varro lapsus est memoria. *Bip.* Interrogant semel, sc. post ' unguenta,' Z. Delph. *Obsonat, potat, olet unguenta; de meo* Bent. *Obsonat, potat, olet unguenta de meo* Br. Bip.—38 Non interrogant Br. Bent. post ' Amat,' neque post ' effregit,' nec post ' Vestem.' *A me* delet Both. *Ei* pro *a me* dat Br. Notat Bruns: ' Edit. pro *ei* legit *a me;* quod in codice, si non prima, certe

Vestem? resarcietur. Est, Dis gratia,
Et unde hæc fiant, et adhuc non molesta sunt.
Postremo, aut desine, aut cedo quemvis arbitrum:
Te plura in hac re peccare ostendam. De. Hei mihi!
Pater esse disce ab aliis, qui vere sciunt.
Mi. Natura tu illi pater es, consiliis ego.
De. Tun' consulis quicquam? Mi. Ah! si pergis, abiero.
De. Siccine agis? Mi. An ego toties de eadem re audiam?
De. Curæ est mihi. Mi. Et mihi curæ est: verum, Demea,
Curemus æquam uterque partem: tu alterum,
Ego item alterum; nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. De. Ah! Micio.

Vestem dilaceravit? reparabitur. Est (Diis gratia) facultas satis ampla hæc præstandi, et adhuc non sunt mihi gravia: tandem, aut desine me molestia afficere, aut dic quemvis arbitrum; hujus sententiæ acquiescam, et te plus errare quam me clare arguam. De. *Hei mihi! disce te patrem gerere ab aliis, qui peritiores sunt veræ patriæ potestatis exercendæ.* Mi. *Natura tu illi pater es; ego consiliis et recta institutione.* De. *Tune consulis bene quicquam, qui nimia indulgentia illum perdis?* Mi. *Ah! si perseveras aures obtundere, illico discessero.* De. *Itane me audire recusas, et abis?* Mi. *An ego toties de hac re iterata odiosa verba audire cogar?* De. *Non possum non habere curam filii.* Mi. *Æque mihi curæ est, ac tibi. Atqui, Demea, æqualiter partiamur curas filiorum tuorum: tu alterum curabis, hunc nempe, quem retinuisti apud te, in tua potestate; ego alterum itidem, quem adoptavi: nam, quod ambos regere tuo velis arbitrio, hoc pæne est repetere illum quem per adoptionem in filium dedisti.* De. *Ah, Mitio, quid me accusas!*

antiqua manus superscripsit.'—42 *Et unde*] Quidam libri non agnoscunt τὸ *Et*. West. Dat Bip. *Est Diis gratia, Cum est unde hæc fiant: et adhuc non &c.*—44 Ita plerique libri. Quidam, *in hunc rem*. West. *Et te* Br. *Ei mihi* Br. Bent.—45 *Ab aliis*] Ita Do. et Mss. quidam editique. Alii, *ab illis*. Conjectabat Palmerius: *qui vere sient*. Non male. [At Bip. notat: 'Frustra Palmerius, cui accedunt Guy. et Dac. conjecit *vere scient*.'] Atque ita etiam legi observat Pareus. In Tr. est, *qui vere sunt*. West. *Ab illis* G. ET. *Ab his* EM. *Id. in Add. Ab aliis* Donatus citat: nos tamen malumus *ab illis*, ut et in antiquis libris est, et multis aliis. *Fa*. Nostri omnes *ab illis*. Sed aliud restat. Quid hic facit *sciunt?* Palmerius, probante Guyeto, *sient*. Recte; modo et *veri* pro *vere* addas: *Pater esse ab illis disce, qui veri sient*. Ovid. Met. IX. 24. 'Jupiter aut falsus pater est, aut crimine verus.' *Bent*. Vet. Cod. *qui virere*. Lind. *Pater*] Micioni tribuerat hunc sermonem scriba codicis, sed ipse nomen delevisse videtur. *Bruns. Illis* Br. Bip. Perl. Bentleium omnino sequitur Both. nisi quod transponit *esse disce*.—47 Bem. *consiliis*. Ita et Cod. Argent. citatque ex Cod. Werteri G. F. *West*.—48 M. *Siccine ais?* ita et omnes Mss. Bœcleri. *An ego toties* Mss. quidam Demeæ tribuunt. *Totiens* G. EM. *West. Re*] J. *te. Totiens* GM. *Perl*. Sic Br.—49 *Cura* bis G.—51 *Ambos curare*] In Ms. Bodl. suprascriptum, *te*. West. Lege *curare ambos*. Bent. Sequitur Perl. Abest *curare* a Guelf. 1.—52 Bœnd. EA. EP. *Ah! ah! Micio*. West. *Ah Micio*] Bem. *A* sine aspiratione habet: Vi. et Bas. *Aha;* Decurtatus et aliquis liber Donati *Ha;* supra etiam per exclamatio-

Mi. Mihi sic videtur. De. Quid istuc? tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat! nihil ad me attinet.
Jam si verbum unum posthac. Mi. Rursum, Demea,
Irascere? De. Annon credis? repeton' quem dedi?
Ægre 'st: alienus non sum: si obsto: hem! desino.
Unum vis curem; curo: et est Dis gratia,
Cum ita, ut volo, est. Iste tuus, ipse sentiet
Posterius: nolo in illum gravius dicere.

Mi. *Sane sic censeo.* De. *Ah! quid plura verba perdam? cur hæc mihi exprobras? si ita sentis, prodigat, absumat, in perniciem ruat; nihil mea refert: jam si unum verbum posthac de hac re tibi fecero.* Mi. *Rursum, Demea, ira commoveris?* De. *Annon credis me irasci? num reposco quem adoptivum tibi tradidi? minime quidem reposco, sed ægre fero ejus luxum et libidinem; quamvis per adoptionem cum tibi cesserim, tamen cognationis jure naturali extraneus non sum; quo minus mirari debes, si obsum tuæ voluntati: sed tamen ego desisto. Vis unius Ctesiphonis, quem in potestate retinui, solummodo curam habeam; volo ut vis: et Diis gratias habeo, quod ille meus Ctesipho talis est, qualem cupio: iste tuus ipse Æschinus postremo experietur mala quæ nimia tua facilitas et indulgentia ipsi attulerit. Nolo contra illum pejora prædicere atque ominari.* Mi. *Nonnulla, quæ dicit*

---

nem dixit,' Ah, si pergis.' *Fa.* Nostri *Ah.* Bent. *Aha* Br. Post hunc vs. collocat Both. versum 56. et sic legit: De. *Ah, Micio, Irascere? annon credo? repeton' quem dedi?* Mi. *Mihi sic, &c.*—53 Bem. et Vi. *Quid istic?* et Donatus quoque, si bene consideretur, ita legit: exponens enim hæc duo verba sic dicit: ' Quid istuc? Deest loquor, aut resisto.' Hæc ille. Certum est autem non dici, resisto istuc, sed istic. Quæ vero sequuntur verba, ita in omnibus libris scriptis collocata sunt, *si tibi istuc placet.* Fa. Nostri etiam meliores *Quid istic?* Et præterea unus ex Regiis, *si istuc tibi placet.* Recte, vel propter accentum. *Bent. Quid istuc*] Sic cod. Edit. *istic:* fortasse ex operarum errore. *Bruns. Quid istic* dant Bent. Z. Bip. Both. et Perl. qui monet *istuc* esse in Guelf. 2. pro *istic. Si istuc tibi* legit Both. post Bent. *Si tibi istuc* Br.—54 In Bodl. desideratur τὸ *perdat.* West. *Pereat* in fine versus in Guelf. 1. 2. *Perl.*—55. 56 Mss. et edd. vett. quidam: *ullum.* Uni Codicum Bœcleri ascriptum, *Jam peream, si verbum ullum posthac.* West. *Rursum, Demea, Irascere?* De. *Annon credis?*] Embolismata hæc videntur Guyeto. Sunt vero in libris cum manu scriptis, tum impressis, quos vidi, omnibus: sed et agnoscit Donatus. Indicant igitur et hæc, et quæ sequuntur, verba stomachum Demeæ, eoque concisa proferuntur. Par. ex uno Pal. citat, *Ah! non credis?* Atque ita edidit. Mallet Palmerius: *Ah! non cedis?* Idem. *Repeton'*] Bodl. *repeton' filium.* Idem. Et veteres nostri et multo plures *verbum ullum.* Bent. *Ullum* R. *Lind. Ullum* nostra ed. *Annon credis* nobis aptius videtur quam cum Do. subaudire ' me irasci.' *Bip. Ullum* dant Br. Bent. Bip. Perl. Post ' Irascere ' non interrogat Br. de quo ita Bruns: ' Edit. interrogat: quæ interrogatio tanquam var. lect. in cod. notatur.' Dat Both. *Rursus, Demea?* De. *Ægre est, &c.* Vide ad vs. 52.—57 Bœnd. *Jam desino.* Bodl. G. EP. *Desino.* West. *Jam* pro *hem* Guelf. 2. Abest *hem* a Guelf. 3. *Perl.* Abest et a Br. *Em* dat Bent.—58 Mss. quidam, *et est Diis habenda Gratia;* quæ glossa est. *West.*—59 *Et iste* Guelf. 2. *Tuus istic* pro *Iste tuus* Both.—60 Mss. quidam: *Nolo in illum quicquam gr. dicere.* West.

Mi. Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit; tamen
Nonnihil molesta sunt hæc mihi: sed ostendere,
Me ægre pati, illi nolui: nam ita 'st homo;
Cum placo, advorsor sedulo, et deterreo.
Tamen vix humane patitur: verum si augeam,
Aut etiam adjutor sim ejus iracundiæ,
Insaniam profecto cum illo; etsi Æschinus
Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.
Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? postremo, nuper (credo, jam omnium
Tædebat) dixit velle uxorem ducere.
Sperabam jam defervisse adolescentiam:
Gaudebam. Ecce autem de integro! nisi, quicquid est,
Volo scire, atque hominem convenire, si apud forum est.

Demea de Æschino, vera quidem sunt; non autem omnia. Etsi nonnulla illa aliquam molestiam mihi exhibeant, nolui tamen manifestum facere Demeæ, me non æquo animo illa pati: sic enim homo a natura factus est; cum eum placidum ex irato reddere volo, ei acerrime repugno, et per vim et metum ab ira revoco; et tamen vix leniter id patitur: verum, si ei obsequendo magis irritem, adjuvemque impetum ejus iracundiæ, hoc erit profecto cum ipso insanire; etsi Æschinus aliquam nobis hæc agendo facit injuriam, et dedecori est. Quam is meretricem amicam non habuit, aut cui meretrici dona non largitus est? Ultimo nuper (puto, omnium amicarum satietas eum ceperat) dixit se cupere uxorem habere. Spem conceperam fervorem juvenilium voluptatum sedatum esse: gaudebam; ecce autem de novo amare cœpit. Sed, quicquid est, volo certo id scire, hominemque adire atque alloqui, si in foro versatur.

Gravius quicquam Perl. 1. 2. Sic restituit Bip. quæ monet *quicquam* habere suam ed. vet.—61 Recte Dac. ab hoc vs. novam Scenam constituit. *Zeun.* Quod facit et Bip.—62 *Hæc sunt* habent omnes aliæ edd. quæ penes nos sunt.—64 *Cum plane adv.* Both.—65 Ex *Tamen*, *n* eliditur, ut stet versus: alii modico negotio se explicuerunt, legendo *Vix tamen:* quam nos collocationem non admittimus, quia in nullo eam libro scripto invenimus. *Fa.* Ut in primo pede 'Tamen' corripiatur, solens est. *Bent.*—66 *Jam* ante 'adj.' Guelf. 2. 'Aut' in versum 65. rejicit Both. qui hunc vs. ita scribit: *Adj. etiam sim e. i.*—68 *Faciat* Guelf. 1.—71 *Velle se* Guelf. 1. 2.—72 Quidam libri, *deferbuisse.* Alii, *desævisse.* West. *Defervisse*] Alii, teste jam Do. legebant male *desævisse.* Bip.—73 In Bodl. τὸ *autem* est a secunda manu. *West. Sed* pro *nisi* Guelf. 2.

ACTUS II. SCENA I.

SANNIO. ÆSCHINUS. PARMENO.

SAN. OBSECRO! populares, ferte misero atque innocenti auxilium!
Subvenite inopi! ÆS. Otiose nunc jam illico hic consiste.
Quid respectas? nihil pericli est: nunquam, dum ego adero, hic te tanget.
SAN. Ego istam, invitis omnibus.
ÆS. Quanquam est scelestus, non committet hodie unquam, iterum ut vapulet.
SAN. Æschine, audi: ne te ignarum fuisse dicas meorum morum;
Leno ego sum. ÆS. Scio. SAN. At ita, ut usquam fuit fide quisquam optuma.
Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle

SA. *Per Deos oro, cives, auxiliamini infelici atque innocenti, subsidium afferte homini omnium ope privato.* ÆS. *Parmeno, jam nunc hic constanter et otiose mane. Quid toties aspicis, mulier? (fidicina,) nullum hic tibi periculum est; nunquam Sannio leno, dum hic præsens ero, te attinget.* SA. *Ego istam contra voluntatem omnium obsistentium retinebo.* ÆS. *Quamvis flagitiosus est, et nequam, nunquam quicquam hodie faciet, cur iterum a me cædatur.* SA. *Ausculta, Æschine, ne te excuses, quod ingenium et institutum vitæ meæ haud noveris; ego leno sum.* ÆS. *Probe id scio.* SA. *At sum talis, ut nullus usquam fidei magis observator fuerit: hoc scire te velim; nihil ducam, si ut te excuses, dixeris te invitum hanc*

Huic Scenæ in EP. præfixa nomina, SANNIO. PARMENO. MERETRIX. ÆSCHINUS. In Bodl. PARMENO. SANNIO. ÆSCHINUS. Guy. suo codici ascripserat FIDICINA, *κωφὸν πρόσωπον*. West. In Bent. SANNIO leno. ÆSCHINUS. PARMENO. Both. SANNIO. ÆSCHINUS. Bip. SANNIO, ÆSCHINUS, PSALTRIA, PARMENO servus, personæ mutæ.—2 Libri quidam: *otiose jam illico hic consiste nunc.* Varius autem verborum ordo est in variis Mss. et editis vetustis. *West.*—3 M. *spectas.* Mss. quidam: *nunquam ego dum adero, hic tanget te.* Alii, *nunquam dum ego adero hic, tanget te.* Alii aliter. *Idem.* In ed. Bip. *τὸ tanget* vs. sequentem incipit.—4 Pro *istam* Both. legit *illam.*—5 Libri quidam veteres, atque in iis EA. et ET. *Q. sit scelestus.* West. J. *committat.* 'Vulg. *hodie unquam, it. ut. v.* frustra onerato versu: glossatoris est *τὸ unquam.*' Both. qui igitur *unquam* delet.—6 Mur. *morum meum:* ob metrum: quod probat F. F. *West.* Ita et Dac. *Modorum* pro *morum* Guelf. 2. —7 *Unquam* 3.—8 *Tu quod te.* Sic libri omnes et Charisius p. 191. Frustra igitur est, qui interpolatum velit, *Tum quod te.* Bent. Bothius ordinat:

NOTÆ

8 *Hanc injuriam mihi nolle Factam*] Hæc est sententia: Non contentus

Factam esse, hujus non faciam: crede hoc; ego meum jus persequar;
Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re malefeceris.
Novi ego vestra hæc: nollem factum; jusjurandum dabitur, te esse 11
Indignum injuria hac; indignis cum egomet sim acceptus modis.
Æs. Abi præ strenue, ac aperi fores. San. Ceterum hoc nihil facis.
Æs. I intro nunc jam. San. At enim non sinam. Æs. Accede illuc, Parmeno;

mihi injuriam intulisse, te pœnitere facti. Hoc mihi satisfactum non erit; nihilominus actionem, quæ mihi competit, intendam; neque tu mihi unquam verbis satisfacies, quod facto mihi damnum et injuriam feceris. Mihi nota sunt vestra subterfugia et remedia juris, nimirum ista; pœnitet me fecisse, jurejurando dices me non meritum esse, cui hæc injuria fieret: hæc mihi non satis erunt, cum aliter tractatus fuerim ac meritus sum. Æs. *Abi ante, Parmeno, confidenter; et januam aperi.* San. *Atqui nihil efficis.* Æs. *Tu, puella, intra nunc jam domum.* San. *At enim non permittam ut intret.* Æs. *Accede huc, Parmeno, nimium hinc seces-*

nolle mi hanc injuriam.—9 Bodl. *hujus ego non faciam. Crede hoc: me jus persequar.* EA. et ET. *crede* omisso *hoc.* West. *Hujus quisquam* Guelf. 1. Ab eodem abest *ego. Hujus nihil est* 3. Abest *hoc* in contextu Guelf. 2. sed est sup. script.—10 *In re* Guelf. 1. 2. J. *malefeceris.* Both. legit *N. t. solves verbis unquam re mihi quod malefeceris.*—11 Ms. Lips. *Novi ego hæc vestra.* EP. *Novi ego vestra: hoc nollem factum.* Bent. versus sic disponit: *te esse in... Dignum injuria &c.* Pro *vestra hæc* Par. Ms. *jura hæc:* prave, judice Perl. Abest *ego* Guelf. 2.—12 Both. *indignis* pro vulg. *injuria hac.* Atque illi assentior, vulgarem lection. pro glossa habendum esse judicanti vocis 'indignis' a simili sequente sine dubio absorptæ: præsertim cum Do. comice scriptum moneat, 'indignum indignis.' *Perl.*—13 Dubitat Donatus, itane legendum, an, *Abi præstrenue.* Exhibeo autem præstantissimorum librorum lectionem. Nonius Marcellus, *perstrenue.* West. Lege ex nostris aliquot, *Abi præ strenue,* ut 'I præ:' sæpe. Et sic apud Nonium est, v. 'apertum.' Quanquam autem et iste etiam *fores* habeat, legendum *forem:* de qua voce jam supra egimus (Eun. II. 2. 51.). *Bent.* Alii male jungunt *præstrenue.* Bip. Distinctim legendum *Abi præ strenue,* ut in And. 'I præ sequar.' R. D. *Præstreme* habent Guelf. 1. Eug. Z. et Both. qui etiam *forem aperi* dat. *Fores aperi* Br. Z. Bip. Delph. Perl.—14 Mss. quidam, *I intro jam nunc tu.* Ita et EA. EP. ET. aliæ. Do. non videtur legisse *At.* West. Br. *I i intro jam nunc tu.* 'Al. omittunt *tu,* quod est in Ms. Reg. ap. Lind. et rationi metricæ versus convenit.' *Bip. Tu* habet Both. *Jam tu nunc* Guelf. 2. *Huc* pro *illuc* 3.

NOTÆ

ero solenni verborum satisfactione, scilicet, Agnosco indigno me intulisse injuriam: nollem factum.

9 *Hujus non faciam*] Pilum aut floccum manu ostendens, ait se tanti non facturum satisfactionem Æschinis, quanti pilum aut floccum.

Nimium istoc abisti: hic propter hunc assiste. Hem; sic volo.

Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos:

Ne mora sit, si innuero, quin pugnus continuo in mala hæreat.

SAN. Istuc volo ergo ipsum experiri. ÆS. Hem! serva: omitte mulierem.

SAN. O facinus indignum! ÆS. Geminabit, nisi caves. SAN. Hei misero mihi!

ÆS. Non innueram: verum in istam partem potius peccato tamen.

sisti. Hic prope hunc mane. Hem. Sic volo facias; vide ne oculos tuos avertas a meis oculis, Parmeno, ne in mora sis, si nutu oculorum significavero, quin pugnis malæ lenonis contundantur. SA. *Istud igitur volo ipsum, quod minaris, experiri.* Æs. *Hem, Parmeno, custodi puellam; tu, leno, omitte illam rapere.* SA. *O factum iniquum!* Æs. *Duplicabit plagas Parmeno, nisi prospicis tibi.* SA. *O me miserum!* Æs. *Non innueram, Parmeno, ut Sannioni alterum colaphum infringeres; verum quod tu cecideris eum, satius factum esse duco, et potius mihi, gratumque est, quam si non fecisses. Abi nunc jam cum virgine, Par-*

—15 *Hem! sic volo.* Hæc in EA. ET. et EP. Sannioni tribuuntur. *West.* SA. *hem, sic volo.* Æ. *Cave nunc.* Ex auctoritate libri Bembini personæ his verbis ascriptæ deleantur: sunt enim omnia verba Æschini. *Fa.* Sic et nostri meliores. *Bent.* Personas ascribit Br.—16 Plusculi Mss. *dimoreas.* Br. *demotuas:* sed notat Bruns: 'Edit. *demoveas,* atque sic nunc codex.' 'Oculos demovere dicendum est, non dimovere.' *R. D.*—17 *Si innuerim. Innuero* est in omnibus recentibus: nos tamen lectionem antiquam sequemur: ita est octonarius iambicus, ut præcedens et duo sequentes. *Fa.* Antiquiores nostri *innuerim.* Bent. *Innuerim* dant Guelf. 3. Br. Z. Both. Bip. 'Mss. quidam *in malam*: quod Plautinum est.' *West.*—18 M. *ego* pro *ergo.* [Ita et Guelf. 2.] Bodl. *Hem! servate.* West. *Omitte mulierem.* F. H. hæc post alios nonnullos Parmenoni tribuit. In G. autem omnia hæc, *Hem serva. Omitte mulierem,* tribuuntur Parmenoni. *Idem in Add. Omitte mulierem* Parmenoni tribuunt Bent. Z. Perl.—19 Mss. quidam, *O miserum facinus!* Ita et EA. et EP. Quidam vetusti Codices, cum EA. *Hei miseriam!* quomodo et in Donato reperit Rivius, et edidit Rob. Stephanus. Sed et est in Tr. Quinque Mss. Leidenses et Bodl. cum EP. *Ei miseriam!* Alii, *Hei miserum!* West. *O facinus indignum! Geminabit, nisi caves. Hei misero mihi.* Sic dedit Fa. nescio unde. Versus justo longior est; et a Libris scriptis nimium quantum abscedit. Nostri *O miserum facinus,* vel *facinus miserum,* et *Hei miseriam.* Repone, *O facinus miserandum! Geminabit, nisi caves. Hei miseriam!* Sic Phor. v. 9. 19. 'Pro di immortales, facinus miserandum et malum.' And. IV. 4. 28. 'O facinus animadvertendum! Quid clamitas?' *Bent. O miserum facinus! Nisi caves, geminabit* Both. *O miserum facinus. . . . . Hei miseriam* Perl. 'In Ms. R. *indignum* deest. Idem habet *Ei miserum!*' Lind. *O miserum facinus . . . . Ei miseriam!* Br. *O faciuu' miserum! . . . Hei miseriam!* Bip. quæ sic notat: 'Inde certe ab Erasmo vulg. *indig-*

I nunc jam. SAN. Quid hoc rei est! regnumne, Æschine, hic tu possides?

ÆS. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.

SAN. Quid tibi rei mecum 'st? ÆS. Nihil. SAN. Quid? nostin' qui sim? ÆS. Non desidero.

SAN. Tetigin' tui quicquam? ÆS. Si attigisses, ferres infortunium.

SAN. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi? 25

Responde. ÆS. Ante ædes non fecisse erit melius hic convicium;

Nam si molestus pergis esse, jam intro abripiere, atque ibi

Usque ad necem operiere loris. SAN. Loris liber! ÆS. Sic erit.

SAN. O hominem impurum! hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus?

ÆS. Si satis jam debacchatus es, leno, audi, si vis, nunc jam. 30

meno. SA. *Quidnam hoc facti sibi vult? Regemne hic te gerere audes Athenis, libera civitate?* ÆS. *Si Rex hic essem, haberes tuis virtutibus digna præmia.* SA. *Quid negotii est, quamobrem me cædis?* ÆS. *Nihil.* SA. *Quid? num tibi notus sum?* ÆS. *Non valde cupio te mihi notum esse.* SA. *Quidquamne ex tuis rebus attrectavi?* ÆS. *Si attigisses tantum, male et infeliciter id tibi cederet.* SA. *Si mihi non permissum est quæ tua sunt, attingere, cur tibi liceat puellam quam emi, retinere? responde.* ÆS. *Utilius tibi erit, hic ante ædes publice injuriam mihi vociferando non fecisse: nam si persistis molestiam mihi exhibere, intro domum sublatus innumeris lororum plagis cæderis, ad necem usque.* SA. *Me hominem liberum loris cædes?* ÆS. *Sic fiet.* SA. *O hominem flagitiis obscœnum! Itane libertate æquali Athenis omnes fruuntur?* ÆS. *Si satis bacchantis more insanivisti, leno, ausculta, si videtur, nunc jam tandem.* SA. *Egone bacchatus*

num: quod in codd. abest, qui plerique, ut edd. veteres nostrum habent.' —20 Abest *in* Guelf. 2. Br. distinguit, *peccato, tamen I nunc jam.* Abest *tamen* Guelf. 1.—21 Bent. *reii.* Tὸ *ne* in 'regnumne' metri causa excludit Guy. 'Ms. R. et vet. cod. *I nunc jam tu.*' Lind. Verba 'Quid hoc rei,' novam Scenam incipiunt in ed. Bip.—22 Ms. Lips. *ex tuis meritis:* sed suprascriptum, *virtutibus.* West.—25 Guelf. 1. *Quin.* Al. *Quid.* Legendum monet Bent. *Qui tibi meam magis licet habere.* EP. *licet eam h.*—26 M. *hoc* pro *hic:* ita et EP. quod laudat Rivius, et ex duobus Mss. Bœcl. *West. Heic convicium* Bip.—27 In Mss. plusculis est, *arripiere;* quomodo et Junt. exhibet, aliæque veteres. Sunt item Mss. in quibus est *N. s. m. perges jam esse, intro arripiere.* Et τὸ *perges* itidem est in EP. *West. Perges . . . arripiere* Br. Pro *intro* Guelf. 1. *intus. Perges . . arrip.* 3.—29 Nostri codices *esse æquum.* Recte tamen edd. vett. *æquum esse.* Bent. *Esse æquam* Br. Both. Bip. *Hicine* unico c Bent. Perl. Z.—30 Recte quinque ex vetustio-

SAN. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? ÆS. Mitte ista, atque ad rem redi.

SAN. Quam rem? quo redeam? ÆS. Jamne me vis dicere id, quod ad te attinet?

SAN. Cupio; æqui modo aliquid. ÆS. Vah! leno iniqua me non volt loqui.

SAN. Leno sum, fateor; pernicies communis adolescentium;

Perjurus, pestis; tamen tibi a me nulla orta est injuria.

ÆS. Nam hercle etiam hoc restat. SAN. Illuc, quæso, redi, quo cœpisti, Æschine.

ÆS. Minis viginti tu illam emisti; quæ res tibi vortat male!

Argenti tantum dabitur. SAN. Quid? si ego tibi illam nolo vendere,

sum in te, an tu in me? Æs. Desine ista, atque ad rem, de qua inter nos agitur, redi. Sa. *Quam rem? quo redeam? Æs. Jamne tibi placet ut dicam quod ad te spectat?* Sa. *Volo, dummodo æquitatis aliquid habeat. Æs. Vah! leno religiosus scilicet, me cupit æqua proponere.* Sa. *Leno sum, haud nego, exitium juventutis, perjurus, pestis publica, et calamitas, tamen nulla cœpta est a me tibi fieri injuria. Æs. Nempe id unum tibi faciendum superest.* Sa. *Rogo, Æschine, ut pergas loqui de re ipsa, quæ ad nos attinet, ut jam incepisti. Æs. Minis viginti tu illam fidicinam emisti, quæ res male tibi succedat: tantumdem pecuniæ tibi redditur.* Sa. *Quid si ego illam nolo tibi vendere, an me vi compelles ad id faciendum?*

ribus nostris, *Si satis jam debacchatus, leno, es.* Bent. Ita et habent Both. Perl. *Debacchatus jam es, leno* Br.—31 Laudat Rivius e Budæo et edit. Veneta et Argentina, *Egone autem debacchatus sum in te?* Exhibeo autem lectionem Faërni, optimos Codices secuti, quam laudat G. F. Τὸ *autem* tamen legunt etiam EA. et ET. sed et citat Ant. Augustinus, Emendat. lib. IV. cap. 11. *West.* Pro *mitte* alii *omitte.* Bip. *Egon' debacchatu' sum.* 'GM. collocat *ad rem atque*, mire.' *Perl.*—32 *Quod ad te attinet.* Bem. Bas. Vi. et multo maxima pars aliorum, his præponit pronomen *id:* et stat versus abjiciendo *d*, ex 'quod.' *Fa.* Nostri omnes *id quod.* Bent. *Jamne me id vis dicere* Both. *Id* abest Z. Bip. Abest *me* Guelf. 2.—33 Ms. Lips. *modo æqui.* EP. non agnoscit τὸ *me.* West. Br. *Cupio modo æqui.* Abest *Vah* Guelf. 2. —34 Both. *communis adolescentium pernicies.*—35 Recte duo ex veterrimis nostris, *nullast orta.* Bent. Bothius legit *Pestis, perjurus: tamen a me est nulla tibi orta injuria.* Br. Bip. Delph. *nulla est orta.* Perl. *nulla 'st orta.*—36 Bodl. et M. cum EA. ET. Junt. et EP. *Etiam id restat.* Est autem ironice dictum. Gr. Τοῦτο γὰρ ἔσθ' ὑπόλοιπον. Illud vero *id* defenditur forte loco Ciceronis, Att. XIII. 13. 'Id hercle restabat:' Virg. Æn. X. 29. 'Equidem, credo, mea vulnera restant.' Horat. Serm. I. 9. 28. 'Omnes composui. Felices! nunc ego resto.' *West.* Bem. *hoc restat.* Nostri omnes *id.* Nihil interest. *Bent. Id* habent Br. Guelf. 1. 2.—38 Alii *tantum tibi dabitur*

Coges me? Æs. Minime. San. Namque id metui. Æs. Neque vendundam censeo,
Quæ libera 'st; nam ego liberali illam assero causa manu.
Nunc vide, utrum vis; argentum accipere, an causam meditari tuam? 41
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. San. Pro supreme Jupiter!
Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.
Domo me eripuit; verberavit; me invito abduxit meam:
Ob malefacta hæc tantidem emtam postulat sibi tradier. 45
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.

Æs. Minime. San. *Quasi vero id metuam.* Æs. *Neque eam venumdari posse aio, quæ libera est: nam ego illam vindico, et assero ejus libertatem actione, quæ est de libertate. Nunc delibera, utrum vis facere, vel recipere viginti minas, quas pro pretio ejus dedisti, aut te præparare ad judicium de libertate ad quod te provoco: hoc apud te constitue, donec ego huc revertar, leno.* San. *Proh supreme Deorum Jupiter! minime miror insanos fieri per injuriam quamplurimos, cum ego insaniam ex injuria, quam accepi: domo me extraxit; cecidit; per vim, contra voluntatem meam servam mihi abripuit; pro his malefactis poscit, ut tanti ei hanc fidicinam vendam, quanti eam emi. Mihi homini misero plusquam quingentos colaphos in-*

improbantibus Fa. Bent. et Perl. J. *ego illam* omisso *tibi*.—39 EA. ET. et EP. *venundandam*.—40 Al. *nam ego illam lib.* Al. *nam lib. ego illam*.—41 EA. et ET. *argentum recipere*. West.—42 Abest *ego* Guelf. 3. EP. *summe Jupiter. Pro supreme Jupiter!* Hæc verba in Bip. novam Scenam incipiunt.—43 GM. *quo* pro *qui* prave: nam *qui* pronomen est. *Perl.* Br. *quin* pro *qui*.—44 Mallet Guy. *Homo me arripuit*. EP. *verberavit me: invito a. meam*.—45 Hic vs. et seq. inter se locum commutarunt in Bent. Bip. Perl. In ed. Both. sic ordinantur 47. 44. 45. Br. *darier:* sed notat Bruns: ' Edit. *tradier* quæ est hodierna lectio codicis.'—46 Vulg. *Homini misero:* sed A, B, C, *O homini*. Legendum *O hominem miserum*, i. e. pessimum. *Both.* Br. *O homini misero. Plus.* Guelf. 3. *Oh homini.* ' Guy. legendum censet, *impegit*, idque exemplis Plautinis firmat. Videtur autem τὸ *infregit ἐμφατικώτερον*, quam *impegit*. Sic Pers. Sat. 1. 115. ' Genuinum fregit in illis.' Cum quo loco verba Terentii componit Isaacus Casaubonus ad loc. cit. Guy. vero post suum *impegit* totum verbum suppositituum vocat.' *West.*—47 *Bene promeruit, fiet*. Sic dedit Fa. sed nostri universi, *fiat*. Recte. Id enim, notante

NOTÆ

40 *Ego liberali illam assero causa manu*] Ordo est: Ego assero hanc manu, causa liberali: id est, apprehendo hanc manu, hanc mecum duco, in libertatem eam asserens actione de libertate. Assertores dicuntur et vindices, qui aliquem ingenuum in servitute injuste detentum esse, actione liberali, id est, de libertate, contendebant, et affirmabant esse liberum, petebantque vindicias secundum libertatem, id est, ut in possessione libertatis maneret, interea dum de causa cognosceretur.

Verum enim, quando bene promeruit, fiat: suum jus postulat.
Age, jam cupio; si modo argentum reddat. Sed ego hoc hariolor;
Ubi me dixero dare tanti, testes faciet illico,
Vendidisse me: de argento, somnium: mox; cras redi.
Id quoque possum ferre, si modo reddat; quanquam injurium 'st.
Verum cogito id, quod res est: quando eum quæstum occeperis,
Accipiunda et mussitanda injuria adolescentium 'st.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes puto.

flixit: enimvero quia tam bene meritus est de me, fiat quod vult; postulat jus suum sibi tribui scilicet. Age, consentio, si modo pecuniam rependat; sed ego hoc divino, ubi me dixero puellam ei tradere tanti, quanti eam emi, statim testes vocabit, dicet viginti minis me illi vendidisse: nec posteu competet mihi actio de vi propter ereptam virginem: quantum ad argentum spectat, spes nulla, aut certe vana erit instar somnii; non numerabitur; semper eludet procrastinatione, dicens subinde, cras ad me huc revertere, pretium solvam conventum. Has dilationes et moras possum etiam ferre, si modo tandem quod promisit præstet, et viginti minæ mihi reponantur: quamvis injuriam mihi faciat, cogens me invitum vendere: atqui mihi propono id, quod verum est, et mecum sic loquor; quando tu leno, turpe lucrum facere cœpisti, suscipienda et toleranda est cum silentio, ne verbum quidem mutiendo, contumelia adolescentium. Sed nullum mihi reddetur ab Æschino argentum: frustra sum, et mecum ratiocinationes male subduco.

alibi Donato, est consentientis, *fiet* vero obedientis. *Bent.*—48 Lege hic et vs. 51. *modo si reddat:* ut I. 1. 4. 'Ubi si cesses' pro 'sicubi.' *Bent. Modo si* Both. Perl. Distinguit Br. post *jam: Age jam, c.* 'GM. *ariolor:* sup. script. *divino.* Item Er. sine *h* aspirante.' *Perl.* Abest *hoc* Guelf. 3. —52 Bodl. et EP. *inceperis.* G. *incœperis.* West. *Incep.* Br. Guelf. 3.—54 Elegantissimus hicce versus Guyeto suppositicius audit, tantum ideo, quod τὸ *egomet* offendit, mox recurrens initio Scenæ sequentis. Sed hæc potius artificiosa elegantia vocanda. Mss. quidam *deputo.* Ita et EP. et EA. cum Junt. ET. et EM. *West. Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes puto.* Sic Fa. ex suis libris: at nostri hoc modo: *Sed nemo dabit: frustra ego mecum has rationes deputo.* Ubi notabis *ego* pro *egomet:* et *deputo* pro *puto:* et inde colliges utrumque a correctoribus esse: quod uterque scansioni respondeat. Repone tamen, quod ipse Auctor dedit, *S. n. d. f. has egomet mecum rationes puto.* Id quoque monendum, unum ex Regiis *hanc rationem* habere. *Bent. Deputo* Guelf. 3. Br. Z. Delph. *Ego* quoque Br.

NOTÆ

49 *Testes faciet illico*] Testato denuntiabit me illi puellam vendidisse; sic actio de ereptione peribit, vel accusatio de vi. Deinde solutio erit expectanda.

50 *Mox; cras redi*] Verba procrastinantis debitoris, et frustrantis creditorem.

ACTUS II. SCENA II.

SYRUS. SANNIO.

SY. TACE! egomet conveniam jam ipsum: cupide accipiat, faxo; atque etiam
Bene dicat secum esse actum. Quid istuc, Sannio, est, quod te audio
Nescio quid concertasse cum hero? SAN. Nunquam vidi iniquius
Concertationem comparatam, quam hæc hodie inter nos fuit:
Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.
SY. Tua culpa. SAN. Quid agerem? SY. Adolescenti morem gestum oportuit. 6
SAN. Qui potui melius, qui hodie usque os præbui? SY. Age, scis quid loquar?

SY. *Tace, Ctesipho, bono sis animo; egomet adibo Sannionem, efficiamque ut cupiat sibi reddi viginti minas pro puella citharistria, fateaturque id sibi lucrosum esse. Quid rei est, Sannio, quod audio te nescio quam concertationem habuisse cum hero meo Æschino?* SA. *Nunquam vidi magis inæqualem concertationem, quam hæc hodie inter nos fuit, qua ego vapulans, ille me usque cædens utrique defatigati sumus.* SY. *Tu in causa fuisti.* SA. *Quid facerem?* SY. *Adolescenti te obsequi oportuit.* SA. *Quomodo id potui melius, qui hodie assidue os ei percutiendum dedi.* SY. *Age, scisne, quid velim dicere? Argentum vili facere in tempore, et*

In Bip. est Act. II. Sc. 4.—1 Mire in ordinandis hujus versus vocibus dissentiunt Mss. et editi vetusti. In Bodl. deest *τὸ jam*. ET. legit *Tace, egomet c. ipsum: cupide jam accipiat faxo*. West. Nostri universi cum edd. vett. alio ordine verba collocant quo iambicus est tetrameter, ut sequentes: *T. e. c. ipsum: c. a. jam faxo: a. e.* Bent. Ita et Br. Bip. In Perl. *τὸ jam* omittitur. *Jam faxo* Guelf. 3—2 Both. *Bene secum esse dicat actum. Quid istuc est, quod te audio. Ut* post *Bene* Guelf. 2.—4 Bodl. *Certationem*. Ita et EA. ET. et Junt. quam lect. laudat G. F. Mss. et editi quidam: *quam quæ hodie*. West. *Certationem comparatam, quam hæc h. i. n. f.* Sic dedit Fa. sed ex nostris plerique, *hæc quæ hodie*. Repono *Certationem comparatam, quam hodie quæ inter n. f.* Bent. Bothius legit *Certationem c. quam hodie inter nos quæ fuit. Certationem* Br. Bip. Z. Perl. qui etiam *quam hæc quæ hodie. Quam quæ hodie* Delph.—5 Distinguit Z. post *usque: verberando usque, ambo.*—6 Libri quidam scripti et editi: *Quid facerem?* West. Duo antiqui libri, inter quos est Bem. *Quid facerem?* utroque modo proceleusmaticus est in tertia sede octonarii iambici. *Fa.* Omnes nostri, duobus mediocribus exceptis, *Quid agerem?* Nihil interest: nisi quod hoc magis ad Græcum metrum accedat. *Bent. Quid facerem* Bip. Perl.—7 Junt. *Quid potui melius? usque os præbui.* Legendum monet Bent. *qui hodie ei usque os.* Ita et Both.

Pecuniam in loco negligere, maxumum interdum 'st lucrum.
SAN. Hui!
SY. Metuisti, si nunc de tuo jure concessisses paululum, atque
Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,
Ne non tibi istuc fœneraret? SAN. Ego spem pretio non emo.
SY. Nunquam rem facies: abi: nescis inescare homines, Sannio.
SAN. Credo istuc melius esse: verum ego nunquam adeo astutus fui,
Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.
SY. Age; novi tuum animum; quasi jam usquam tibi sint viginti minæ,

loco convenienti, aliquando est lucrifacere. SA. *Hui!* SY. *Timuisti, si nunc de tuo jure aliquid adolescenti, Æschino, remisisses, atque ejus voluntati obsecundasses, o ineptissime omnium mortalium, ne non tibi istud cum fœnore reponeret?* SA. *Ego spem lucri pecunia præsenti minime commuto.* SY. *Nunquam rem familiarem augebis, nec amplas facultates accumulabis: valeas, apage, nescis jurenes, quasi esca oblata, tanquam aves allicere.* SA. *Puto id melius esse, quod sentis: verum ego nunquam adeo solers et subtilis fui, ut non mallem, qualecumque compendium repræsentari mihi, quam promitti.* SY. *Novi animum tuum liberalem: quasi vero*

Br. *scis quæ loquar?*—8 Cl. Grævius ad Cic. Att. IV. 2. ad hæc verba, 'Quisque horum loco sententiam rogatus,' legit, *Pecuniam loco negligere:* fortasse e suo Ms. *West.* Idem tamen in Addend. notat in Ms. Græv. esse *P. in loco n.* '*Hui*] Mss. Leidenses quatuor, cum Heinsio, in edit. Amstelod. 1618. quæ est in Bibliotheca Leidensi, et quidam alii hanc vocem etiam Syro tribuunt. Codices alii rectius Sannioni. Neque enim in medio sermone facile reperias exclamandi hanc particulam, sed fere initio. Sic And. III. 1. 16. vel solam. Eun. IV. 7. 35. Guido Juvenalis itidem Sannioni tribuit, dicens, 'Interjectio ridentis est, quasi leno rideat dicta servi, et contemnat.'' *Idem.* SA. *Hui!* SY. *Metuisti si nunc.* Hæc omnia in iisdem libris, [vid. v. 4. ad vs. 6.] et in Bas. Syro ascribuntur. *Fa.* Sic et nostri meliores. *Bent.* Ita et Z. Br. *P. interdum negligere.*—9 *Metuisti.* Integrum hunc Syri sermonem interrogationis signo finire visum fuit, exemplo Aldi, Heinsii, et aliorum. M. duo Mss. Bœcleri, EA. et ET. *huic* pro *nunc.* West. Ita Guelf. 1. 2. Ibid. *si* post *atque.*—11 Non interrogant post *fœneraret* Bent. Bip. Perl. Z.—12 Legendum monet Bent. *abi, non scis.* Both. legit *abi! inescare nescis.*—14 *In præsentia.* M. addit, *quam in futurum.* ET. *quam in futuro.* Utrumque ex glossa. *West.*—15 Quærit Bent. 'Quid, si sic refingimus *Age novi tuum animum, quasi hujus jam tibi sint viginti minæ.*' 'Vide,' inquit idem, 'ne illud *jam usquam* totum a correctoribus fuerit, non a manu luscitiosi librarii: fortassis ab Auctore sic erat, *Age novi tuum animum, quasi terunci tibi sint viginti minæ.* Certe hoc modo justius collocantur arses et theses; et apte opponuntur XX. minæ ac teruncius.' Both. *quasi jam nusquam.* Mur. *quicquam* pro

Dum huic obsequare. Præterea autem te aiunt proficisci
Cyprum. SAN. Hem!
SY. Coëmisse, hinc quæ illuc veheres, multa; navem con-
ductam; hoc scio.
Animus tibi pendet? ubi illinc, spero, redieris, tamen hoc
ages.
SAN. Nusquam pedem. Perii hercle; hac illi spe hoc in-
ceperunt! SY. Timet:
Injeci scrupulum homini. SAN. O scelera! illud vide,
Ut in ipso articulo oppressit! emtæ mulieres
Complures; et item hinc alia, quæ porto Cyprum.
Nisi eo ad mercatum venio, damnum maxumum 'st.
Nunc si hoc omitto, actum agam; ubi illinc rediero,

pluris facias summam viginti minarum, præ studio obsequendi Æschino. Præterea autem jam profecturus es Cyprum, ut rumor est. SA. *Hem!* SY. *Aiunt te multa simul emisse, quæ hinc illuc exportares, navem te conduxisse: hoc certo scio. Animi dubius es, utrum proficiscaris Cyprum, an hic maneas. Ubi ex insula Cypro reversus fueris, ut exopto, debitas minas ab Æschino tunc accipies.* SA. *Nusquam pedem effero: per Herculem res mihi periit: hac illi expectatione moti, quod peregre mihi abeundum esset, viginti minas se reddituros promiserunt.* SY. *Metuit, Sannio, propter pecuniam: injeci in animum hominis scrupulum.* SA. *O scelestum! Vide ut occasione opportuna me aggressus est, ut pecuniæ solutionem differret: emtas mulieres habeo multas, alias etiam merces quas Cyprum veho. Nisi illuc mercatum proficiscor, detrimentum ingens accipiam: nunc si hoc negotium cum Æschino non perficiam, si viginti minas non recipiam, antequam abeam Cyprum, nihil*

---

jam usquam.—16 Mss. quidam *in Cyprum.*—17 Distinguunt Bent. Both. Z. *Coëmisse hinc quæ illuc veheres multa; navem conductam: hoc scio.* Bip. *Coëmisse hinc, quæ.*—18 Bent. *Animus tibi pendet: ubi illinc spero redieris tamen, hoc ages.* Both. *Pendet tibi animus. Ubi illinc, spero, redieris tandem, hoc ages.* Br. *Animus tibi pendet, ubi illinc redieris? spero tamen hoc agis. Animus tibi pendet: ubi* Z. Bip. Perl. Delph. Pro *spero* Guy. *sero.* Pro *tamen* in M. est *tum.*—20 *Illuc vide* Br. Both.—22 Guy. substituit, *in Cyprum:* quomodo et Eugraphium legisse autumat. *West. Complur.*] Sup. script. in Guelf. 3. ab altera manu *Quam plur.* Legit *multa* post *alia.*—23 *Mercatum veniam.* Nostri plerique omnes *venio.* Præterea pro *damnum maxumumst:* duo habent *damnum est maxumum.* Plane ex more Terentii. *Bent.*—24 Mss. plusculi, *omittam*, et paulo ante *veniam.* Ita et EP. Junt. Ald. St. aliæ. *West.*

NOTÆ

20 *O scelera*] Id est, O scelestos!

21 *Ut in ipso articulo oppressit*] Perseverat in ipsa metaphora sumta a scrupulo, id est, lapillo qui in calceos incidens, nos in articulis pedum premit et lædit. Itaque hic allegorice hæc verba, 'Ut in ipso articulo oppressit,' significant: In temporis puncto, et angustiis, quibus premor, me jamjam profecturum Cyprum aggressus est.

Nihil est; refrixerit res: nunc demum venis?
Cur passus? ubi eras? ut sit satius perdere,
Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi.
SY. Jamne enumerasti id, quod ad te rediturum putes?
SAN. Hoccine illo dignum 'st? hoccine incipere Æschinum?
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet?
SY. Labascit. Unum hoc habeo: vide, si satis placet:
Potius quam venias in periculum, Sannio,
Servesne, an perdas totum, dividuum face:
Minas decem corradet alicunde. SAN. Hei mihi!

ago: ubi illinc rediero, nihil est sperandum, voluntas debitoris imminuta erit, et tarda ad solvendum; dicet, quid tardius redis? nunc occasio mihi non est, cur passus es te tanto tempore absentem esse; ubi eras, quando paratus eram tibi pecuniam numerare, nunc mihi facultas non est. Talia objiciet, adeo ut melius sit perdere debitum, quam aut hic morari tam diu, dum iter non facio Cyprum; aut postquam rediero, pecuniam petere. SY. *Jamne tecum computasti, quod recipere debes argenti?* SA. *Hocne decet Æschinum facere? hocne aggredi? ut per vim me cogendo, hanc mihi tollere conetur?* SY. *Nutat animo. Unum hoc habeo, tibi quod dicam, Sannio: considera, si id satis tibi gratum est, potius quam in periculum totum amittendi incidas. Dimidium pretii pro puella, id est, decem minas in præsentia accipe: hanc summam corrogabit ab amicis, vel conficiet alicunde.* SA. *Hei mihi! etiam*

Nostri codices universi, *omittam.* Repone, *Nunc si hoc omittam, ac tum agam ubi illinc rediero; Nihil est.* Ita supra vs. 18. 'Ubi illinc spero redieris tamen, hoc ages.' Egregia certe emendatio; sed non nostra. Fama tantum ad me pertulit, nescio quem sic correxisse. *Bent. Omittam ac tum.* Both. *Omittam* Br. *Ac tum* Bip. In Delph. est *omitto, ubi illinc rediero, actum agam, Nihil est. Actum agit.* Ducta formula a judiciis, ubi quod semel judicatum est frustra iterum agitur, in Phorm. II. 3. 72. Neque adeo dici potest 'actum agere' de eo qui nihil agit: quam difficultatem tollit elegans viri doctissimi emendatio laudata Bentleio. *R. D. Omittam* Guelf. 2. 3.—27 Idem liber [Bem.] et aliquot alii, *Quam aut nunc manere:* alii et Donatus, *Quam aut hic manere:* his duobus modis stat versus, aliter impeditus. *Fa.* Duo ex nostris, *aut hic manere:* ceteri, *aut hinc nunc manere. Hic* placet; non, ut Faërnus dedit, *nunc.* Bent. qui inde dat *Quam aut hic manere.* Ita et Guelf. 3. Bip. Delph. *Quam aut nunc m.* Z. Both.—28 *Id* omittunt Br. Bent. Z. *A te* Br. improbante Perl. Bothius legit *Jamne enumerasti, ad te quod r. p.*—29 Non convenit, ut in eodem versiculo *Hocine* primam corripiat, deinde producat. Lege igitur, *Hocine illo dignumst? hocine inceptare Æschinum?* Neque aliter olim Donatus; ut ex ejus verbis conjectare licet: 'Quasi de magno facinore dixit; ut in Heaut. (III. 3. 39.) 'Vah, vide quod inceptet facinus.'' *Bent.*—30 Versum hunc Guy. exulare jubet. *West.* Vulg. *Per oppressionem,* frustra exasperato versu. *Both.* qui igitur dat *Oppressione ut hanc.*—31 Palmerius pro *unum hoc habeo,* legit *virum hoc habeo,* ad Plaut. Cas. II. 8. 34. *West.* Both. *si sat placet.* Br. *vide si placet.*—33 Mss. quidam, *dimidium face.*—34 Ita distinguo hunc locum. In quibusdam Mss. ita ordinantur voces: *Minas corradet alicunde decem.* West. Both. *Decem minas.*—35 Non interrogant, neque post 'miser' neque post 'nihil,' in vs. sequenti, Br. Bip.

Etiam de sorte nunc venio in dubium miser?
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber est totum caput.
Etiam insuper defrudet? nusquam abeo. SY. Ut lubet.
Numquid vis, quin abeam? SAN. Immo hercle hoc quæso, Syre;
Ut ut hæc sunt facta, potius quam lites sequar,
Meum mihi reddatur; saltem quanti emta 'st, Syre.
Scio te non usum antehac amicitia mea:
Memorem me dices esse, et gratum. SY. Sedulo
Faciam: sed Ctesiphonem video: lætus est

miser in periculo versor amittendi sortem pecuniæ. Nullo pudore Æschinus movetur? Omnes dentes concussit mihi, colaphis quoque caput totum tumefactum est: præterea etiam meam rem mihi per fraudem eripere audebit? Nusquam proficiscar, Cyprum non ibo: persequar actionem adversus illum. SY. *Fac ut tibi videtur. Nisi quid mandas mihi, nihil me impedit quin abeam.* SA. *Immo sane, hoc rogo, Syre, utcumque hæc sunt in me facta, saltem viginti minæ mihi reddantur pro puellæ pretio, potius, quam litigure cogar. Scio te antehac amicitiam meam expertum non esse, postea cognosces me non esse immemorem beneficii, nec ingratum.* SY. *Sincere id agam. Sed Ctesiphonem cerno. Exultat lætitia propter amicum quam*

Perl. Interrogat Delph. post 'nihil' sed non post 'miser.' Interrogant utrisque in locis Bent. Both. Z.—38 Eug. *defraudat:* sic et ed. nostra vet. Heins. Miller. dederunt. *Bip.* Ita et GM. Z. *Defrudet* tamen Do. Er. Dac. West. Bent. Riv. Fabriciique ex suis codd. legunt. Mss. quidam *nusquam abiero.*—39 Mss. quidam: *Immo jam hercle.* Ms. Lips. *Immo hercle quæso:* omisso *hoc.* West. Both. *Immo quæso hercle hoc.* Post *vis* interrogat Br. *Immo jam* Guelf. 2. *Quæso*] J. *scire.* Perl.—40 *Ut, ut* Perl. Idem cum Fa. Bent. et Both. *acta* pro *facta.* Br. *fata potius* sine distinctione. Guelf. 1. *potiusque* omisso *quam.*—41 Rivius Codices emendatiores, et Donati auctoritatem secutus, *reddat* legit. Atque ita ediderunt Rob. Stephanus, Pulmannus, Aldus. Sed et ita exhibent EV. 1. 2. cum EA. et ET. probat etiam Guyetus. *West. Reddat.* Al. *reddatur*, contra metrum. *Bip. Reddat* Both. —42 Mss. quidam, et EP. aliæque veteres, *Scio, te non esse usum.* Guy. integrum hunc versum resecat, merito improbante Bœclero. *West. Scio non te usum.* Bem. ita collocat: *Scio te non usum:* ita et omnes alii, nisi quod post *usum* addunt verbum *esse:* quod stare non potest. Bas. *Scio te non esse usum.* Fa. Nostri cum Basilicano consentiunt: nisi quod Academicus, *Scio non te esse usum.* Recte. *Bent. Scio te non esse* Br. *Scio, te non usum amicitia esse antehac mea* Both. Lectionem Bent. improbat Bip. 'Ms. R. et vet. cod. *Scio te non esse.*' Lind.—43 Both. *M. me esse atque gratum dices.*—44 Br.

NOTÆ

39 *Numquid vis, quin abeam*] Sermo discedentis, sexcenties a Plauto, et Terentio usurpatus. Donatus ad illud Terentii Eunuchi Actu 2. Scena 3. 'Rogo numquid velit,' notat; 'Hoc est, significo me abire:' nam abituri ne id dure facerent, dicebant his, quibuscum essent, numquid vis? *Vous plaît-il me commander quelque chose?*

De amica. SAN. Quid, quod te oro? SY. Paulisper mane. 45

possidet. SA. *Quid? an agis quod te precor?* SY. *Aliquantisper expecta.*

lætus est de amica.—45 Guy. integrum hunc versum hominis indocti fœtum dicit: sed merito vapulat a Bœclero. *West.* Guelf. 2. *quicquid.* 3. *facies quod te oro?*

ACTUS II. SCENA III.

CTESIPHO. SYRUS.

CT. ABS quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas:
Verum enimvero id demum juvat, si, quem æquum 'st bene facere, is facit.
O frater! frater! quid ego nunc te laudem? satis certo scio,

CT. *Nemo est, qui lætus non sit, cum, usus venit, a quovis beneficium accipere; verum profecto, id omnino gratum est, si is quem decet officium præstare, is præstat. O frater, frater Æschine, quid ego nunc laudes tuas verbis celebrem? Satis equi-*

In Bip. Act. II. Sc. 5.—2 *Quem æquum 'st benefacere, is facit.* Exhibeo editiones optimas, Rob. Stephani, Mureti, Erasmi, Goveani, Bergii, Venetas, Antesignani, Fabrini, aliorum. In aliis est, *quem æquum est facere, is bene facit.* Rursus in aliis: *quem æquum est benefacere, is bene facit.* Donatum legisse, *quem æquum est facere, is facit,* apparet ex ejus verbis, '*bene,* subaudiendum est bis numero.' Quod mirum est, non intellexisse Guyetum. Scribit enim: 'Quæ sequuntur verba, 'bis numero,' addititia sunt, et inepta.' Credo, quia ante illa, 'bis numero,' invenit τελείαν στιγμὴν, quales editiones et mihi videre contigit. *West.* G. et EM. *is bene facit.* Idem in Addend. *Si quem æquom'st benefacere, is facit* Do. et liber Bem. Vict. et Decurtatus: *si quem æquom'st facere, is bene facit:* reliqui omnes libri geminant lectionem *bene:* quod stare non potest. *Fa.* Nostri omnes bis habent *bene.* Bent. *Si quem æquum'st facere, is bene facit* Bent. Bip. Both. Z. Delph. 'Etsi Faërni Donatus, liber Bemb. Vict. et Decurt. habent Lindenbr. lectionem *si quem æquom'st facere, i. b. f.* lectio tamen, quam Faërnus edidit, *si quem æquom'st benefacere, is facit,* legibus linguæ convenientior esse videtur, præsertim cum Lindenbrogii Donatus haud dubie eandem sit secutus. Ceterum lectio ceterorum Faërni Bentleiique codd. qua *bene* geminatur, recte a Bentleio repudiatur.' *Zeun.*—3 Quatuor nostri veterrimi cum totidem aliis, *quid ego te nunc laudem?* Ad digitos si exigas, nihil interest; si ad aurem et accentum, non parum. *Bent.* Br. *qui ego te nunc l.* Vulgatam lect. *nunc te,* rectiorem

Nunquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin superet tua.
Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem.
Sy. O Ctesipho! Ct. O Syre! Æschinus ubi est? Sy. Ellum! te expectat domi. Ct. Hem!
Sy. Quid est? Ct. Quid sit! illius opera, Syre, nunc vivo: festivom caput!

dem scio, me nunquam illas tam honorifice prædicaturum, ut orationem virtus tua non excedat. Itaque præcipuum unum hoc proprium arbitror me habere, cujus alii expertes sunt; scilicet fratrem primis artibus, humanitate, beneficentia, omnibus anteferendum. Sy. *O Ctesipho.* Ct. *O Syre, ubinam Æschinus est?* Sy. *Ecce illum, in ædibus te expectat.* Ct. *Hem!* Sy. *Quid est?* Ct. *Quid sit quæris? Illius labore, et industria factum est, ut vita mihi salva sit. O lepidum*

esse censet Bip. quam *te nunc.*—4 Br. *Nunquam tam.*—5 Si *præter alios* legas, illud 'homini nemini' et supervacuum erit, et solœcum. Unius literulæ mutatio ab Auctore propulsabit hanc injuriam: *præter alias præcipuam.* 'Præcipuam præter alias,' præ aliis rebus, ut And. I. 1. 31. 'Horum ille nihil egregie præter cetera Studebat.' et 95. 'Quia erat forma præter ceteras Honesta.' *Bent.* 'Bent. inepte fingit *alias:* provocans ad Andr. I. 1. 31. Sed quod alterum laudat Andr. I. 1. 95. potius est pro vulg.' *Bip. Alias* receperunt Both. Perl. De Guelf. 2. notat idem 'non hab. *præter alias.*'—6 *Homini nemini.* Variant Mss. et editi. In aliis est, *Fratrem homini neminem esse.* In aliis, *Fratrem hominem esse.* Duo Mss. Leidenses, *Hominum neminem.* Duo, *Homini neminem.* Unus, *Hominem neminem.* Tr. *Fratrem. hominum neminem esse primarum magis principem.* West. Recte *homini nemini;* ut Hec. III. 1. 1. et alibi 'homo nemo:' licet omnes nostri, uno Regio excepto, hic habeant *neminem.* Bent. *Nemini* etiam legendum monet Fa. Ita et Do. Eug. Sic ordinat Both. *Fratrem primarum esse artium homini nemini m. p. Homini neminem* Br. *Fratrem hominum* vet. cod. ap. Lind.—7 Ms. Lips. *expectat te.* Alii *ellum?* interrogative.—8 *Festivom caput!* EA. ET. EV. I. Heinsius in edit. Amstelod. 1618. Syro hæc tribuunt; quod secuta est Dac. Quando tamen dubium manet, Æschinumne intelligat servus, an Ctesiphonem. Mss. plerique omnes tribuunt Ctesiphoni; atque in iis quinque Leidenses. *West.* Bip. Syro tribuit et legit *illius opera nunc vivo Si O festivum caput!* Abest

NOTÆ

6 *Homini nemini*] Vel *Hominem neminem*, vel *Homini neminem*, variæ sunt lectiones. Nemo homo est antiqua locutio, pro, nullus homo. Si legas, *Homini nemini*, sensus erit planior. Si legas, *Neminem hominem*, ita explica; unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror; scilicet hominem neminem, id est, nullum hominem, qui frater sit alicui, primarum artium magis principem.

Qui omnia sibi postputavit esse præ meo commodo;
Maledicta, famam, meum amorem, et peccatum in se transtulit:
Nihil pote supra: sed quisnam? foris crepuit. SY. Mane, mane! ipse exit foras.

virum! immo etiam omnes res postponendas sibi esse putavit meis commodis. Maledicta, infamiam, amoris mei periculum, et peccatum propter raptum puellæ suscepit in se: nihil supra tot beneficia dici potest: sed quisnam venit? SY. *Janua strepuit; ipse domo huc prodit.*

Syre Guelf. 2. Both. omittit *Quid sit?*—9 Rich. Bentleius, V. Cl. ad Horat. Serm. I. 10. 21. ex Donato et Codd. Faërni, sed et e duobus Britannicis optimæ notæ legit, *Quin' omnia sibi postputarit.* Sic Hec. III. 5. 33. Præstat autem *postputavit* legere, vel ideo, quod versu seq. etiam *transtulit* dicit. EP. *Pro meo c.* West. *Qui omnia sibi post putarit esse præ meo commodo*] Do. pro *Qui*, legit *Quin:* dicens admirative pronuntiandum: et ita habet V. ita et in Bembino emendatum est: itaque etiam exigit versus, qui est octonarius iambicus: sed si legas *Quin putarit*, non convenit, sed *putavit:* quod et ipsum in aliquot libris scriptis inveni: est autem plenum *Quine*, ut 'Quemne ipsa reliqui:' deinde abjecto *e*, remanet *Quin.* Fa. *Quin' omnia sibi post putarit esse præ meo commodo; Maledicta, famam, meum amorem, et peccatum in se transtulit.* Codices quidem vetustiores *postputarit:* duo mediocres *postputavit:* Etiam omnes, præter duos veterrimos, *Qui* pro *Quine.* 'Quine,' 'Quemne,' tam subjunctivo quam Indicativo junguntur. Lege igitur, *postputavit;* quia sequitur, 'transtulit.' Deinde pro *se* lege *sese. Maledicta, famam, meum amorem et peccatum in sese transtulit.* Bent. *Quine* Both. *Post putarit* Br. 'Versum, in quo vel emendando vel exponendo laborarunt editores et interpretes, hodie primo integrum damus. Primo Do. legit *Quin*, idque admirative pronuntiandum dicit. Nugæ. Sed Bem. cod. a prima manu *Qui;* a secunda, uti V. *Quin*, et alii *Quine.* Nos illud cum ed. nostra vetere, Erasmo, et pluribus aliis præferimus, quod respondeat τῷ 'illius.' Tum fluctuant codd. in verbo *postputavit;* pro quo alii *postputarit*, quod penderet ex isto *Quin*, a nobis rejecto. Neque vero moramur in permixta lectione ed. nostræ veteris, *Qui omnia sibi postponenda putarit præ m. c.* Illud *ponenda* certe a glossatore est, qui non meminerat simile Hec. III. 7. (al. 5.) vs. 33. 'Cum te postputasse omnes res præ parente intelligo.' Et ibi rectius conjunguntur in unam vocem, quæ h. l. dividenda censemus ob τὸ 'esse.' Quo enim referas τὸ 'esse,' nisi ad 'post,' uti Sall. Cat. 23. extr. ... 'invidia atque sapientia post fuere.' Sed quamvis etiam cum Erasmo, West. aliisque legas *Qui omnia sibi postputavit esse præ m. c.* (quæ rectior illa *Quin' omnia sibi postputarit esse præ m. c.*) desit tamen octonario in ultimis, quod explemus vocula *uno*, interposita contra τὸ 'omnia;' idque omissum librariis corrector margini ascripserat e qua dein in textu mendose adlitum τῷ *Qui* provenit illud *Quine*, quod turbas has dedit. Unum autem commodum dicit Noster, quod jam fruatur sua; cf. Enn. II. 3. 80.' *Bip. Quine*] Illud *ne* videtur abundare ut apud Horat. Serm. I. 10. 21. 'Quine putetis,' &c. ubi vid. Bent. *R. D. Pro meo* Guelf. 2.—10 *Laborem*] Vulg. *amorem;* quod quam falsum sit, nemo hominum criticorum sensit. At ab Erasmo in ed. Froben. I. et sqq. veriorem lectionem ascriptam invenimus: 'alias *laborem.*' Recentiores omisere. *Bip.* Vulg. *famam, meum amorem:* vitiose. *Both.* qui igitur legit *f. meûm amorum, et p. in sese.*—11 Mss. quidam, *Nihil supra potest.* Libri quidam vetusti, post EA. *Sed quidnam fores crepuit?* Atque ita Heinsius recensuit. Mss. quidam, *Sed quis-*

nam fores crepuit? Quomodo Leidenses omnes, nisi quod unus omittit τὸ *sed;* in uno suprascriptum, *aperuit.* Tr. et Junt. *Sed quisnam foris crepuit?* τὸ *quisnam* autem antique dictum pro *quœnam;* potuitque ita dixisse Ctesipho exultans gaudio, nec satis advertens animum, quæ fores crepuerint. Nisi autem legisset Donatus, *fores,* non annotasset, esse singularis numeri, nominativi casus. Sic 'feles,' 'vulpes,' pro, felis, vulpis. Quanquam et *foris* dixerunt. Plaut. Mil. II. 1. 76. 'Sed foris concrepuit.' *West.* G. *Nihil supra potest: quisnam fores crepuit?* Idem in Addend. Libri nostri omnes, *Nil supra potest.* Legendum igitur, *Nil supra pote.* Fa. *Sed quisnam foris crepuit*] Idem liber, item Do. non habent dictionem *sed;* et pro *quisnam, quidnam* legunt, ut et liber Victorianus, *fores* vero, pro *foris,* tantum Do. et idem Vict. ac Decurtatus, et Bas.; exponemus autem *quidnam fores crepuit,* qua de causa sonuit janua. *Idem.* Nostri omnes *fores,* perperam pro *foris. Sed* plerique omittunt: *quidnam* tres habent. Ego pro illo, quod dedit Fa. *Nil póte supra: quidnám fores crepuit?* sic repono, *Nil súpra pote: nam quíd foris crepuit?* Bent. Al. Sy. *Mane, ipse e. f.* 'Sy. *Nil pote supra*] Al. et hæc tria verba tribuunt Clitiphoni. Multum autem et in hoc versu laborant Critici, quorum cura hodie major octonario evasit. Diversimode vero eduntur *Nil pote supra: sed* (aliis omittitur) *quisnam* (al. *quidnam*) *fores* (al. *foris*) *crepuit.* Sy. *Mane, mane! ipse exit foras.* Cum ap. omnes versus excedat octonarium, omittimus cum Er. alterum *mane;* et *crepuit,* quod librariis in mente erat, ubi vox *fores* legebatur, emendamus in *exit.* Iisdem verbis respondet Syrus 'Ipse' (frater quem laudasti) 'foras exit.' Placuit ita magis, quam alia emendatio: *sed quid tam foris crepuit.*' Bip. *Sed quidnam* Z. *Nihil supra potest. Quisnam fores crepuit* Br. *Sed quidnam crepuit foris? Mane: ipse e. f.* Both. '*Nil supra potest* GM. et GC. *Quidnam* Par. ed.' *Perl.* 'MS. R. et Vet. cod. *Nihil supra potest? quidnam.*' Lind.

ACTUS II. SCENA IV.

ÆSCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.

Æs. Ubi ille est sacrilegus? San. Men' quærit? num quidnam effert? occidi!

Æs. *Ubinam est ille scelestus leno Sannio?* Sa. *Mene appellat? num pecuniam*

In Bip. Act. II. Sc. 6.—1 *Ubi ille est sacrilegus?* Ita edidi, Glareanum secutus. Vulgo, *Ubi est ille sacrilegus?* Et ita G. ET. EM. Malim tamen, si per Codices liceret, *Ubi illic est sacrilegus?* Sic And. III. 5. 1. et v. 6. 1. Nam *illic* pro *ille* usitatum Comicis. Sic And. II. 6. 27. Plautus sæpius. *West. Men' quærit?*] Ita plurimi libri. Pauci cum cod. Bem. citra interrogationem: quod laudat Tan. Faber. Atque ita est in edit. Amstelod. ex recensione Heinsii, 1618. *Idem. Num quidnam effert?*] Mss. quidam, *num quidnam effertur?* Alii *num quidnam affert?* quomodo est in uno Mss. Leidensium. Sed in uno, *num quidnam affert argentum?* ex glossa. *Idem. Men' quærit?*] Melius Bem. *Me quærit.* nec interrogative pronuntiandum est. *Fa.* Nostri omnes *Men' quærit?* Sed recte Bem. *Me quærit.* Bent. *Ubi est ille sacrilegus?* Br. Z. *Me quærit.* Both. Bip. Perl. *Affert.* Guelf. 3. et vet. cod. ap. Lind.—

Nihil video. Æs. Ehem! opportune; te ipsum quæro.
Quid fit, Ctesipho?
In tuto 'st omnis res: omitte vero tristitiam tuam.
Ct. Ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam
fratrem. O mi Æschine!
O mi germane! ah, vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere
existumes. 6
Æs. Age, inepte; quasi nunc norimus nos inter nos, Cte-
sipho.

domo exportat? Perii; nihil video pecuniæ illum domo afferre. Æs. Ehem; commode occurris, te ipsum studiose quæro. Quid agitur? In securo loco posita est res omnis tua; expelle vero omnem animo dolorem. Ct. *Per Herculem vero illam expello, qui quidem fratrem te possideo. O mi Æschine, o mi germane; ah vereor te præsentem amplioribus laudibus prosequi, ne id adulandi magis gratia me facere putes, quam quod memor sim beneficii. Æs. Age, stulte, hæc omitte; quasi*

2 Hunc et sequentem versum interpolatum esse, suboluit Guyeto: distinguit ergo, Æ. *Hem, Ctesipho, opportune. te ipsum quæro.* Ct. *Quid, Æschine?* Æ. *In tuto 'st omnis res: omitte vero tristitiam tuam.* Malim leviori mutatione: Æ. *Ehem! opportune: te ipsum quæro.* Ct. *Quid fit?* Æ. *Ctesipho, in tuto 'st omnis res: omitte vero tristitiam tuam.* In Mss. Leidensium uno est, Æ. *Ehem opportune, te ipsum quærito, Ctesipho, quid fit? in tuto 'st omnis res: omitte vero tristitiam tuam.* EA. *hunc tristitiam tuam.* West. *Te ipsum quærito.* Omnes fere l. s. *quæro:* utroque modo stat versus. *Fa.* Quinque ex nostris *quæro.* Recte. *Bent.* Gu. l. *quærito*, quod non deterius. *Both. Quæro*] Sic plerique Mss. Al. *quærito* præter metrum. *Bip. Quærito* Br. *Quid sit* Guelf. 1.—3 Bem. *tristitiem.* Ita et Bent. Both. Z.—4 *Hercle vero.* Ita plerique libri. Mur. tamen *facile vero* defendit, quomodo et erat in omnibus Mss. Bœcleri, sed et in Ms. Lips. G. EM. et EP. denique Junt. *West. Fratrem te habeam* Both. Versus hic magna inconstantia editur. Primum plerique *Ego illam hercle vero;* nostra vetus *Ego vero illam hercle, &c.* alii *Ego illam facile vero.* Bem. vero, omnibus prior, neque *hercle*, neque *facile* habet; unde et nos omittimus cum Dac. Tum illud *quidem* et *te* locum mutant. Plerique *qui quidem te fratrem h. &c.* Sed Bem. Er. Fa. West. Bent. *qui q. te habeam f.* et Dac. *qui te h. f. quidem, o!* Nos in hac inconstantia, et cum ex omnibus metrum laboret, ausi sumus huic mederi, omittendo τὸ *hercle*, quod Bem. non habet, legendo *Ego vero* cum nostra vetere, et quod locum mutaverat, in omni lectione auribus infestum *quidem* retrahendo. Sic utrique voci *Ego* et *illam* vis additur; et sic passim Plaut. et Cic. *Bip. Ego illam facile* Br. et Ms. R. ap. Lind. *Ego illam vero o.* Delph.—5 Both. *At vereor.* Br. *coram* omittit.—6 *Quo habeam gratum.* Ita edidi ex Codice Bembi, et auctoritate aliorum, simul metro suadente. In aliis est, *quam quod habeam gratum.* Rursus in aliis, *quam habeam quod gratum.* ET. legit, *Ne id assentandi magis æstimes, quam quod habeam gratum, facere.* G. *quod habeam.* Alii aliter. *West.* Bem. *quo*, ut et exigit versus. *Fa.* Nostri omnes mendose *quod.* Ceterum illud *assentandi* nescio an rectius *assentando:* sed codicibus et Magistris hoc concedemus. *Bent. Quod* Br. Bip. Z. Delph. Τὸ *id* abest J.—7 *Quasi nunc norimus nos inter nos.* Hæc varie leguntur. EP. et aliæ, *quasi nunc non nori-*

Hoc mihi dolet, nos pæne sero scisse, et pæne in eum locum
Redisse, ut, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.
Ct. Pudebat. Æs. Ah! stultitia 'st isthæc, non pudor, tam ob parvolam
Rem pæne ex patria? turpe dictu. Deos quæso, ut istæc prohibeant.
Ct. Peccavi. Æs. Quid ait tandem nobis Sannio? Sy. Jam mitis est.
Æs. Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam: tu intro ad illam, Ctesipho.
San. Syre, insta. Sy. Eamus; namque hic properat in Cyprum. San. Ne tam quidem;

nunc inter nos notitia incipiat; verum doleo, nos fere tarde certiores factos esse tuarum rerum, et fere eo redactos esse periculi, ut si omnes homines cuperent te juvare, nullo modo id possent. Ct. *Pudore impediebar.* Æs. *Ah! stultitia est ista, non verecundia; ob rem tam parvi momenti pæne ex patria profugisse: pudet me id dicere: Diis supplico, ut ista avertant, nempe fugam patriæ præ desperatione in amore.* Ct. *Erravi.* Æs. *Quid postremo nobis Sannio dicit?* Sy. *Jam mansuetus est.* Æs. *Ego ad forum me conferam, ut, soluta pecunia, illum dimittam. Tu intro domum ito ad amicam.* Sa. *Syre, urge Æschinum.* Sy. *Eamus quæso, Æschine, nam hic Sannio in Cyprum proficisci festinat.* Sa. *Non tantum festino,*

mus nos. Rursus alii, *quasi non norimus.* West. *Quasi nunc non norimus* Br. Bent. Z. Perl. Delph. Bothius legit *quasi non noverimus.*—8 Mss. et editi quidam, *Sed hoc m. d.* West. *In eum locum redisse*] Sic Phorm. I. 2. 5. ex quo loco conficias, τὸ *rem* hic excidisse; quod Guyetus in tribus Codicibus veteribus scriptum invenit. Legerim igitur, *et pæne rem in eum locum Redisse.* Atque ita habet EA. et ET. sed et EV. 1. Similis locutio est infra III. 2. 1. *Idem.* Do. et Bem. non habent dictionem *Sed:* quod et venustius est et versui congruentius. *Fa. Pæne in eum locum Redisse*] Quid est 'nos redisse in eum locum?' Omnino hic desideratur *rem;* ut Heaut. II. 3. 118. 'In eum res rediit jam locum, Ut sit necesse.' Editiones sane veteres, *pæne rem in eum locum.* Sic et scriptus codex apud Guyetum: ac duo alii *rem pæne.* Tu repone, *Hoc mihi dolet nos pæne sero scisse, et in eum rem locum Redisse.* Bentleius. *Rem* etiam B, C, Both. *Sed hoc* Bruns.—9 G. cum ET. et EM. *tibi nihil.* Westerhovius in Addend. Nostri universi cum editionibus veteribus *tibi nil.* Et Anapæstus in his versibus suavior est Dactylo: et 'tibi' in ictu esse debet. *Bent.* Both. legit *Rediisse . . . nil possent tibi a.* Br. *ut s. omnes tibi c. tibi nihil p. a.* Perl. *tibi nil. Rediisse* Delph.—10 Br. *Aha stultitia.*—11 Bem. *pæne e patria.* Fa. Nostri omnes *ex.* Bent. *Ex patria pæne! . . . ista ut p.* Both. *E patria* Bip. Bent. Delph. '*Ex patria*] GM. *excessisse.* Glossæ speciem habet.' *Perl.* Post *patria* non interrogat Br. *Et istæc* Z.—13 GM. *apud* pro *ad.* Br. *Ego ibo ad f.*—14 *Eamus* Æschino tribuit Both. 'Mss. et editi quidam vetusti *properat Cyprum.* EA. et ET. *Ne tam*

Quamvis etiam maneo otiosus hic. Sy. Reddetur: ne time.
San. At ut omne reddat. Sy. Omne reddet: tace modo, ac sequere hac. San. Sequor.
Ct. Heus! heus! Syre! Sy. Hem! quid est? Ct. Obsecro hercle, hominem istum impurissimum
Quamprimum absolvitote: ne, si magis irritatus siet,
Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tum perpetuo perierim.
Sy. Non fiet: bono animo es: tu cum illa te intus oblecta interim;
Et lectulos jube sterni nobis, et parari cetera.
Ego jam, transacta re, convortam me domum cum opsonio.
Ct. Ita quæso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.

quantumvis moram hic otiosus faciam. Sy. *Reddetur tibi pecunia, ne dubita.* Sa. *At effice, ut totam restituat.* Sy. *Totam restituet, sile modo, et me sequere hac via.* Sa. *Sequor.* Ct. *Heus, heus, Syre.* Sy. *Hem, quid me vis?* Ct. *Per Herculem te oro, homini isti sordidissimo pecuniam pro pretio puellæ cito solvite, ne si magis irritetur aliquo modo, rumor hujus rei ad patrem perveniat, atque ego tunc omnino interierim.* Sy. *Id non fiet, securus esto. Tu interea cum amica voluptati indulge, et lectos sterni, cetcraque ad cœnam necessaria adornari jube: ego jam, confecto negotio, illinc domum me referam cum eduliis, quæ emta sunt.* Ct. *Sic fiat quæso; quando hæc res feliciter nobis evenit, hunc lætum agamus diem.*

cito quidem.' West.—16 M. *Ah, fac ut omne reddat.* Quæ manifesta glossa est. *Idem.*—17 Lege ex veterrimo nostro et altero *Obsecro hercle te, hominem.* Alioqui claudicat versus. *Bent.* Both. *Hercle, obsecro, h.* Bip. *Obsecro hercle te.* Br. O. *h. te, hominem imp.* Guelf. 1. *Hem* omittit. *Hercle te* Delph. —19 Al. *tunc.*—20 Mss. quidam et EA. EP. et ET. *bono animo esto.* Ita et Do. *West. Bono animo esto*] Bem. et Bas. *bono a. es.* Ita optime versus procedit. *Fa.* Nostri perperam *esto.* Bent. *Esto* Br. GM. Z.—21 Br. *lectos.* —22 EA. *Ego autem jam.* West. Ita et Guelf. 3.—23 Mss. plusculi non agnoscunt τὸ *hoc.* Neque EP. *West.* EA. *hilarem sumamus hunc diem.* Ita et ET. *Idem.* Correxit olim Palmerius *hilare sumamus;* cui tamen recte monenti nemo obtemperavit. Videamus, an nobis melius cadat alea. Plautus in eadem phrasi adverbium usurpat. Epid. I. 2. 54. ' Eamus intro ad te, ut hunc hodie diem Luculente habeamus.' Pseud. v. 1. 23. ' Hoc ego modo atque herus minor hunc diem Sumsimus prothyme.' Sed Pœn. v. 6. 30. ' Ut hunc diem Habeamus hilarem, hujus malo, et nostro bono.' Ubi tamen fidenter emendes *hilare.* Nimirum ea ætate ' hilarus ' dicebant; nunquam, quod sciamus, ' hilaris.' Extra hæc loca, nec Plautus neque Noster ' hilaris,' sed semper ' hilarus.' ' Hilare ' adverbium Nonius ex Afranio citat, et ex ipso Cicerone; qui ter quaterque etiam alias eo adverbio utitur. Charisius p. 180. ' ' Hilariter ' ab eo quod est ' hilaris :' ' Hilare ' autem ab ' Hilarus.' Acron in Terentii Adelphos; ubi Terentius, *Hilare*

hunc sumamus, inquit, *diem*. Sed et Afranius in Sororibus: ' Nunc te obsequentem atque hilaram, ut dixi, præbeas.' Hodie quidem apud Charisium utrobique editum est *hilarem*. Sed plane contra auctoris sententiam; qui hæc exempla ideo adducit, ut ' hilarus ' olim dictum esse probet; non ut ' hilaris,' quod in communi tum sermone erat. *Bent.* *Hilare hunc* Both. *Hoc* abest Br. Guelf. 3.

ACTUS III. SCENA I.

SOSTRATA. CANTHARA.

So. Obsecro, mea nutrix, quid nunc fiet? Can. Quid fiet, rogas?
Recte, ædepol, spero. So. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.
Can. Jam nunc times, quasi nunquam affueris, nunquam tute pepereris?
So. Miseram me! neminem habeo: solæ sumus. Geta autem hic non adest;
Nec quem ad obstetricem mittam; nec qui arcessat Æschinum. 5

So. *Precor te, mea nutrix, dic mihi, quid eveniet.* Can. *Quæris? per Pollucem faustum rerum eventum spero.* So. *Jam modo dolores parituram invadere cæperunt.* Can. *Nunc metuis, quasi nunquam parturientibus præsens interfueris, neque tu ipsa enixa liberos fueris.* Sos. *O me infortunatam! Nemo mihi est, qui opem ferat; solæ relictæ sumus: Geta autem hinc abest, nec ullus ex domesticis mihi nunc restat, quem ad obstetricem accersendam mittam, aut qui Æschinum huc*

1 *Obsecro, mea nutrix.* Ita præstantissimæ editiones, Junt. Ald. et his vetustiores. In aliis *O. te, mea n.* Rursus in aliis *Obsecro, mea tu n.* Mss. variant. *West.* *Quid fiet, rogas?* Ita plurimi optimique libri Mss. et impressi. Vulgo, *Quid fiat, rogas?* Idem. Bem. Vi. et Decurtatus *Quid fiat?* sane in omnibus libris hic vs. terminat in *rogas.* est autem trochaicus catalecticus, cum sequentes sint octonarii iambici. *Fa.* *Quid fiat* Bent. Both. Z. Perl. *Obsecro, mea tu nutrix* Delph. *Obsecro te, mea n. . . . Quid fiat* Bip. *Quid nunc fiet r.* Br. ' Al. *rogitas.*' Perl.—2 *Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.* Tan. Faber nutrici hæc verba assignat, non Sostratæ. *Bent.* qui improbat.—3 Malim, si per codd. liceret, *Tam nunc times.* West. *Quasi nunquam affueris.* Elegantius codex Pet. *quasi nusquam.* Bent. *Tam nunc* Both. *Quasi nusquam* Perl. Vet. cod. ap. Lind. *peperisti.*—5 Et versus, qui iambicus esse debet, et sententia legi postulant: *Nec est quem a. o. m. n. q. accersat Æschinum.* Bent. Vulg. *Nec g. ad. o. m.* sed iambicus hic vs. esse debet, ut recte monet Bent. Et is quidem *Nec est quem.* Hel. *Nunc* præbet pro *Nec*; sed utrumque verum puto. *Both.* qui legit *Neque nunc quem.* *Accersat* Br.

CAN. Pol is quidem jam hic aderit; nam nunquam unum intermittit diem,
Quin semper veniat. SO. Solus mearum miseriarum est remedium.
CAN. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum 'st, hera;
Quando vitium oblatum est; quod ad illum attinet potissimum;
Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia. 10
SO. Ita pol est, ut dicis: salvos nobis, Deos quæso, ut siet.

vocet. CAN. *Per Pollucem is certe mox præsto hic erit. Etenim nullo cessat die nos invisere.* SO. *Solus is meis ægritudinibus medetur.* CH. *Ex repentino rei casu, nihil fortunatius contingere potuit, quando filia tua vitiata est; quantum præcipue spectat ad juvenem, qui id fecit: cum tam præstanti sit forma, tam clara stirpe, tam bona indole, tam divite domo.* SO. *Per Pollucem vera loqueris. Deos precor ut hunc nobis servent.*

—7 *Solus mearum miseriarum est remedium.* Sic recentiores nostri, sed veteres omnes, *S. mearum est miseriarum.* Bent. Ita et Br. Perl.—8 In Mss. Leidensibus quinque, M. G. et Lips. *E re natæ*, q. d. ex usu filiæ: quam lectionem e quindecim Mss. post Rivium defendit Guyetus. Sed scire licet, Terentium 'natam' pro filia nunquam, 'gnatam' sæpius dixisse. In Tr. et EA. *Here nate*, quod valet *Heræ natæ*, et agnoscunt plusculæ editiones veteres: quæ lectio nihilo melior est. *West. E re nata.* Sic Fa. dedit, auctore Donato: sed nostri codices universi *E re natæ.* Et satius est omnino, ut librorum omnium lectionem retineamus, *E re natæ.* Bent. *Natæ* nostri codd. Hel. *Frenate.* Both. '*E re nata.* Bent. inepte lect. corruptam quorundam codd. et edd. præfert *E re natæ.*' Bip. *Eræ natæ* Br. Guelf. 3. *Natæ tantæ* pro *E re nata*, tertio litem dirimens, 1. *O hera* 3. *Natæ* GM. et GC. *Perl.*—9 *Oblatum quando vitium* Bip.—10 Mss. et impressi quidam, *tali animo.* West. Restituo antiquam Poëtæ manum, et suum sibi reddo, *Talem, tali ingenio atque animo, n. e. t. f.* Bent. Ita habent et Both. Bip. *Talem, tali genere, tali animo* Delph.—11 Abest *nobis* Guelf. 3.

ACTUS III. SCENA II.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

GE. NUNC illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,

GE. *Nunc talis est miseria nostra, ut si omnes omnia sua simul consilia adhi-*

Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant,
Quod mihique, heræque, filiæque herili est. Væ misero mihi!
Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest;
Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia.
Hoccine sæclum! o scelera! o genera sacrilega! o hominem impurum!
So. Me miseram! quidnam est, quod sic video timidum et properantem Getam?
Ge. Quem neque fides, neque jusjurandum, neque illum misericordia
Repressit, neque reflexit; neque quod partus instabat prope,

beant, atque huic malo, quod mihique, dominæque meæ Sostratæ, filiæque ejus Pamphilæ factum est, mederi conentur, nihil quicquam juvent. Væ misero mihi! tot difficultates inopinato circumstant, ex quibus evadi non potest: vis stupri, inopia ipsius puellæ, injustitia erga miseros, solitudo a defensoribus, infamia ab iis, qui credunt vitiatam pretio. Hæcne tempora adeo corrupta sunt? O crimina infanda! o gentem sacrilegam! o hominem impium. Æschinum! So. *Me infortunatam! quidnam est, quod sic video pavidum, et festinantem Getam?* Ge. *Quem neque fides data, et obligatio juramenti, neque ulla commiseratio retinuit, neque revocavit*

1 Mallem cum Guy. *Nunc illud est, cum si.* Si enim *quod si* legas, simpliciter pro 'si' sumendum erit: quando sensus et constructio parum constabunt. Ms. Bœnd. *Nunc istud est.* West. *Si omnes*] Mss. Leidenses quinque, Tr. Bœnd. cod. Lips. G. *omnia omnes.* Ita et omnes Bœcleri, cum editionibus quibusdam vetustissimis, in quibus sunt EA. ET. et EM. Sed editiones Juntarum, Aldi, R. Stephani, Faërni, Heinsii, aliorum, legunt uti edidi. *Idem. Nunc illud est, quod si omnes omnia*] Miror sic dedisse Faërnum, cum plerique codices et edd. vett. habeant, *Nunc illud est, quod si omnia omnes.* Vide infra v. 9. 21. Quanto hoc venustius est, et collocatione et numeris! *Bent. N. i. est, cum, si omnia omnes* Both. *Omnia omnes* Br. Bip. Perl.—2 Post *quærant* M. addit *nobis. Auxili nihil* Bent. Bip. *Auxili nil* Perl. *Ferant* pro *afferant* Guelf. 3.—3 Expungit hunc versum probæ Latinitatis et artificii Guyetus, sed *πάθος* currentis clamantisque Getæ valde imminuit. *West. Mihi* omisso *que* Guelf. 3.—6 *Impurum.* Ita in plerisque Mss. et editis. In quibusdam est *impium:* [In Addend. memorat G. et EM.] quomodo edididerunt Junt. Aldus, Heinsius, alii. *West. Hocine sæculum.* Bem. Vi. et Bas. *sæclum:* utroque modo stat trochaicus. *Fa.* Nostri codices *sæculum:* neque aliter stat versus. *Bent. Hominem impium* Br. Bent. Both. Z. Perl. Bip. Delph. *Sæculum* Z. Delph.—8 Do. monet, *illum* abundare. Mss. Par. 3. *ulla.* Quod vero, ut opinor, tribuitur magistellis, qui non saperent venustam pronominis, *illum*, abundantiam. *Perl.* Vulg. *illum* legitur pro *ulla*, Mureti lectione, quam exhibet Hel. *Both. Illiu' misericordia* Bip. '*Neque illum m.*] Pro eo Mss. quidam, *N. ulla misericordia.* Atque ita recensuit Heinsius. Sed neque auctoritate quorundam impressorum caret. Eleganter autem *παρέλκει τὸ* 'ille' post relativum, vel nomen proprium. *West.*—10

Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. So. Non intelligo
Satis, quæ loquatur. Can. Propius, obsecro, accedamus, Sostrata. Ge. Ah!
Me miserum! vix sum compos animi: ita ardeo iracundia.
Nihil est quod malim, quam illam totam familiam mihi dari obviam,
Ut ego iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc est recens:
Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar modo.
Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis!
Sublimem medium arriperem, et capite primum in terram statuerem,

a perfidia, neque quod tempus pariendi imminebat proximum virgini, quam violarat. So. *Non satis capio quæ Geta dicit.* Ca. *Appropinquemus magis, oro te, Sostrata.* Ge. *Ah me infelicem! vix sum potens animi, ita iracundia inflammatus sum. Nihil est quod magis optem quam omnes ex ista Mitionis familia mihi obvios offerri ut iram hanc omnem in eos egeram, dum hic dolor meus novus est. Pœna sufficiens mihi fuerit, dum modo nunc ultionem de illis sumam; seni patri primum vitam eriperem, qui tam scelestum juvenem in lucem edidit: tum autem Syrum instigatorem, vah! quibus illum tormentis dilaniarem! in sublime elatum medium ejus corpus ad me traherem, et præcipitem in solum durum et saxosum alliderem, sic, ut ejus ce-*

Vulg. *indigne per vim*, præpositione acuta, nomine gravissimo elevato tanquam enclitico: sic 'duriter' et similia leguntur, atque hoc ipsum in vetere inscriptione. *Both.* qui igitur legit *indigniter vi vitium.*—11 *Quæ loquitur* Idem. —13 R. non habet *totam.* Bothius legit *quam illanc t. f. dari obviam* omisso *mihi.* Br. Z. Delph. *dari mihi. Dari mi* Bip. Bent.—14 *Ut iram hanc.* Lege ex Bem. et aliis fere omnibus, *Ut ego iram hanc.* Fa. Unus tantum et alter e nostris *ego.* Ceterum unus ex veteribus, *ægritudo est hæc recens,* non *hæc est.* Recte. *Bent.*—15 Guy. inficete versum hunc expungit. *West.* Versus claudicat, nisi in 'dum' synalœpha cesset, plane contra artem et Terentii morem. Dele ista *dum illos ulciscar modo.* Hemistichium est, ut mox vs. 19. *Bent.* Bothius legit *dum illos ulciscar meo modo.*—16 Br. *Seni animum.*—18 Assentior Palmerio et Guyeto, legentibus, *Capite pronum in terram statuerem.* Juvat hanc lectionem, quod nonnullæ editiones habent, *Sublimem medium primum arriperem, et capite in terram statuerem.* Scilicet quia τὸ 'primum' suspectum erat, varie collocatum est. Sed et pronus error fuit 'primum' describentis ἀντὶ τοῦ 'pronum.' Neque ullum commodum sensum τὸ 'primum,' sed incuriose repetitum videtur ex versu 16. *West. Sublimem medium arriperem, capite primum in terram statuerem.* Alia collocatio mihi magis probata est in libro Bembino: *Sublimem medium primum arriperem, et capite in t. s.* Fa. Hoc quod Bembinus exhibet, *Sublimem medium primum arriperem,* a

Ut cerebro dispergat viam.
Adolescenti ipsi eriperem oculos; post hæc præcipitem darem;
Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, et prosternerem.
Sed cesso heram hoc malo impertiri propere? So. Revocemus. Geta!
Ge. Hem! quisquis es; sine me. So. Ego sum Sostrata.
Gb. Ubi ea est? te ipsam quærito;
Te expecto: oppido opportune te obtulisti mihi obviam,
Hera. So. Quid est? quid trepidas? Ge. Hei mihi!
So. Quid festinas, mi Geta?

rebrum per diversas partes viæ spargatur: adolescenti ipsi erucrem oculos, postea præcipiturem ex alto: reliquos ex illa domo projicerem, impellerem, distraherem, concuterem, et in terram affligerem; sed differone heræ hoc malum cito communicare? So. *Revocemus eum currentem. Geta.* Ge. *Hem, quicumque sis, sine me festinare, ne me retine.* So. *Ego sum hera tua Sostrata.* Ge. *Ubinam stas? te ipsam ubique peto, te expecto: valde tempestive te mihi obviam dedisti hera.* So. *Quidnam tibi est? quid trepidus es?* Ge. *Hei mihi!*

Correctore se natum prodit; qui cum id in recepta lectione, *Primum statuerem capite in terram*, ineptum esse vidisset, cum post illud *primum* nihil deinceps sequatur, illud *primum* ad prius versiculi colon retraxit. Atqui, o quisquis eras, alia via succurrendum erat huic difficultati: sic enim legendum, *Sublimem medium arriperem, et capite pronum in terram statuerem.* Bent. *Capite pronum* Both. Bip. Perl. *Sublimem per medium* Br. *Sublimem medium primum a. et c. i. t.* Z. Delph. ' Pal. *pronum* restituit primus, quod vero vocabulum ob tantam similitudinem scripturæ facile corrumpebatur in *primum*. In GM. quidem script. invenio *pmũ*, ut vix constet, utrum illorum verius legatur. Sed *primum* ex versu 16. huc migrasse verisimile est.' *Perl.* Verissime viri doctissimi emendarunt, *cap. pronum.* R. D.—19 Ita edd. veteres. Neque insolens est enallage temporis; quam non admittentes alii, *dispergeret* ediderunt. *West. Dispergat via* Br. *Cerebro viam ut dispergeret* Both. ' *Dispergat.* Cave cum aliis corrumpas in *dispergeret*. Habet enim prius imperfectum, uti cetera omnia, vim futuri, e quo consequatur præsens.' *Bip.*—20 Guelf. 1. *post hoc.*—21 *Funderem.* Guy. reponit *funderem*, quasi magis militare: sed nulla codd. auctoritate nititur. *West. Tunderem*, quod omnes codices habent, minime hic convenit. Etsi ita Nonius citet v. ' ruere:' et ita vetustus ibi codex. Omnino verum est, quod et Guy. vidit, *funderem.* Sic ' fusi hostes,' passim: omnia hæc verba a militari pugna translata sunt. *Bent.* Τὸ *et* omittit Both. *Tunderem* probat Bip. *Atque* pro *et* Guelf. 3.—22 Libri quidam Mss. et editi: *Revocemus. Geta, Geta, hem!* West. *Revocemus. Geta hem.* Br. *Revocemus Getam, o Geta, Geta* Guelf. 1. *O Geta, Geta* 3.—23 *Ubi ea est?* Corrige *Ubinam es?* ut alibi ' ubinam est?' *Bent.* Ita et Both. ' *Ubi es?* Vulg. *Ubi ea est?* Bent. facit *Ubinam es?* Sed omitte *nam;* et sic demum procedet versus.' *Bip. Et* post *quærito* Guelf. 2.—24 *Te expecto.* Sic codices alii: sed lege, *expeto*, ut codex Academicus. *Bent.* Ita et Both. *Te expecto oppido: oportune* Br.—25 *Quid festinas, mi Geta?* Laudat Aspe-

Animam recipe. Ge. Prorsus! So. Quid istuc prorsus ergo 'st? Ge. Perimus!
Actum 'st! So. Eloquere ergo, obsecro te, quid sit. Ge. Jam! So. Quid jam, Geta?
Ge. Æschinus! So. Quid is ergo? Ge. Alienus est ab nostra familia. So. Hem!
Perii! quare? Ge. Amare occepit aliam. So. Væ miseræ mihi! 29
Ge. Neque id occulte fert: ab lenone ipsus eripuit palam.
So. Satin' hoc certum 'st? Ge. Certum: hisce oculis egomet vidi, Sostrata. So. Ah,

So. *Quid properas, mi Geta? Animum collige.* Ge. *Omnino.* So. *Quid istud omnino?* Ge. *Perimus, actum est de nobis.* So. *Enarra, quæso, quænam res sit.* Ge. *Jam.* So. *Quid jam, Geta?* Ge. *Æschinus.* So. *Quid igitur is fecit?* Ge. *Alienavit animum suum a nobis; amare incepit aliam virginem, quam Pamphilam.* So. *Hem! perii. Quare alienus factus est a nobis?* Ge. *Aliam amicam, relicta Pamphila filia tua, sibi junxit.* So. *Væ miseræ mihi!* Ge. *Neque id celat, ipsemet a lenone puellam vi abstulit.* So. *Satisne hoc certum habes?* Ge. *Certe his oculis egomet deprehendi hoc, Sostrata.* So. *O me infor-*

---

rum Grammaticum Guyetus, verba hæc Cantharæ nutrici, non Sostratæ tribuentem, utpote blandiora, quam pro matrona et servo dicta. Sed et heri heræque servis et ancillis blandiebantur, quoties usus veniebat. Tum Geta solus omnem familiam sustentabat. Georgius autem Fabricius illa, *hei mihi*, Cantharæ tribuit. *West. Cur times?* post *quid festinas* Guelf. 3.—26 Apparet Donatum *Animam* legisse, non *Animum*, quomodo tamen est in quibusdam Mss. et editis præstantissimis, quia de ' anhelitu' interpretatur; cum ' animus' ad consternationem potius referatur. *West. Animum recipe.* Placet mihi lectio Bembini *Animum recipe:* hoc enim et Terentii sensui, et iis, quæ Do. de anhelitu dicit, magis quadrat. *Fa.* Certa lectio *Animam;* et sic codex noster 900. annorum. *Bent. Animum* Br. Z. Eug.—27 *Eloquere obsecro quid sit.* Multi l. s. inter quos Bem. post *Eloquere*, addunt *ergo:* quod vero sequitur, etiam præter eos libros et Basilicanum, Do. habet hoc modo, *obsecro te quid sit:* quæ mihi plenior videtur oratio: versui certe optime consulit. *Fa. Actumst. Eloquere ergo obsecro te quid sit. Jam. Quid jam Geta.* Sic dedit Fa. et ascito *ergo* Iambicum inter Trochaicos fecit. Veteres nostri fere omnes non habent *ergo;* sed recentiores quinque habent. Lege, *Actumst. Loquere ergo obsecro te.* Bent. *Te* omittit Both. *Loquere ergo* Perl. *Ergo* omittit Br.—28 Al. *Quid ergo is?* Pro *ab nostra* alii *ex* vel *a nostra.* Pro *Hem* Bip. habet *Hei mihi.*—30 Codex unus *a lenone.* Palmerius subdistinguit: *a lenone: ipsus eripuit palam.* Bent. *A lenone* Bip.—31 Faërno Donatus legit, *Scisne hoc certo?* Atque ita est in EA. cum apud Poëtam, tum apud Interpretem, sed et Ms. Bœnd. In aliis libris est, So. *Satin' hoc certo?* Ge. *Certo.* Rursus in aliis utrobique est *Certe.* West. G. et EM. *Satin' hoc certe?* Ge. *Certe.* Idem in Addend. *Ah!* Mss. et impressi quidam veteres, *Ah, ah!* quod laudat Rivius. *Idem.* Nostri *Certe, certe:* vel *Certo, certo.* Bent. *Certum 'st?* Ge. *Certe* Z. *Satine hoc certe?* Ge. *Certe.* Br. qui etiam *Ah!*

Me miseram! quid credas jam? aut cui credas? nostrumne Æschinum?
Nostrarum vitam omnium? in quo nostræ spes, omnesque opes sitæ
Erant; qui sine hac jurabat se unum nunquam victurum diem;
Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris; 35
Ita obsecraturum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere.
Ge. Hera, lacrymas mitte: ac potius, quod ad hanc rem opus est, porro consule.

tunatam! Quænam res jam credi potest, aut cui homini credatur? nosterne Æschinus hæc fecit? ille salus nostrum omnium? in quo spes nostræ, omnia bona nostra posita erant? qui jurabat se ne unum quidem diem sine Pamphila spirare posse? qui promittebat se puerum, qui nasciturus esset, pro suo legitimo in suo sinu positum educaturum? se patri supplicaturum, ut permitteret eam sibi matrimonio jungere? Ge. *Hera, desine lacrymari, ac potius quod ad hanc rem attinet, in posterum con-*

omittit. *Certum* probat Bip.—32 In plusculis Mss. et edd. optimis est *nostrum Æschinum;* quod licet ad metrum minus aptum sit, videtur tamen subitæ admirationi magis servire. *West. Nostrum Æschinum?*] *Nostrumne Æschinum* habent aliqui libri etiam antiqui, inter quos Bem. qua lectione optime stat trochaicus. *Fa. Quid jam credas? . . . nostrum Æschinum Nostram* Br. *Quid jam credas, aut c. credas? n. Æschinum, Nostram* Both. *Quid jam credas?* Perl. '*Ah! me miseram.* Al. omittunt hoc alterum *ah*, quod geminatum est in ed. nostra vetere. Quæ omissio fecit, ut dein al. contra Bem. præpostere redderent *jam credas.*' Bip.—33 Omnes libri scripti ita collocant, *spes opesque omnes.* Fa. *Nostram vitam omnium: in quo nostræ spes opesque omnes sitæ Erant: qui sine hac jurabat se unum nunquam victurum diem.* Sic codices omnes: fallor tamen, an Auctor sic dedit: *Nostram omnium vitam: in quo nostræ spes opesque omnes sitæ; Qui se sine hac jurabat unum nunquam victurum diem.* Bent. *Nostram v. o. i. q. n. spes opesque om.* Br. *Nostram* Bip. Z. Perl. *Spes opesque* Bip. *Nostrum omnium in quo vitæ spes opesque nostræ omnes sitæ, Qui se* Both.—35 Gerardus Falkenburgius suo Codici ascripserat: 'Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, patreis Ita obsecraturum. Ut primitivum sit pro possessivo:' ἐν τῷ ἑαυτοῦ κόλπῳ. In Ms. Lips. et Bœnd. legitur eodem modo, nisi quod *patrem* habent; quomodo et Fabrini edidit, et Juntæ, cum Aldo. Scioppius et G. F. existimant, τὸ *patris* dictum pro *patreis* vel *patres;* quasi Æschinus dixisset, se utrumque patrem, Micionem adoptivum, et Demeam genuinum esse obsecraturum. *West. Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, patrem Ita obsecraturum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere.* Bem. et V. pro *patrem*, habent *patris;* ut sit ordo, in gremio sui patris: in Bas. et plerisque aliis legitur *patres;* quod et hanc lectionem ex parte confirmat. Quod vero sequitur, ita Bembinus habet, *hanc si uxorem ducere;* ut conjicere detur *si*, pro *sibi*, sicut 'mi' pro 'mihi,' antiquos scripsisse: nec sane aliter stat versus, nisi aut ita scribas, aut certe in scansione eam dictionem in unam syllabam contrahas: quæ deinde per synalœpham elidatur. *Fa. Patris* duo ex nostris veterrimi; ceteri *patres.* Porro ex Petrensi codice legendum, *hanc se uxorem ducere.* Bent. Both. ex Hel. legit *Qui senis in gremio sui . . . . ut l. hanc se u. d.* Br. *patres.* Guelf. 2. *senis sui* pro *se in sui.* Delph. *patris? ita.*—36 *Hanc sibi* Br. Perl. *Ut l. hanc u. d.* Delph. *Ut l. hanc se u. d.* Bip.

Patiamurne, an narremus cuipiam? CAN. Au! mi homo, sanusne es?
An hoc proferendum tibi videtur usquam esse? GE. Mihi quidem non placet.
Jam primum, illum alieno animo a nobis esse, res ipsa indicat.
Nunc si hoc palam proferimus, ille inficias ibit, sat scio.
Tua fama, et gnatæ vita, in dubium veniet: tum si maxume
Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari:
Quapropter quoquo pacto tacito est opus. SO. Ah! minime gentium:

silium quære, an feramus cum silentio hoc malum, an alicui communicemus. CAN. *Hau, mi homo, composne mentis es? An hoc verbis detegendum esse ullo in loco censes?* GE. *Mihi quidem non videtur esse proferendum. Jam primum amorem suum a nobis avertisse, re ipsa nobis manifestum apparet. Nunc si hoc divulgemus, ille pernegabit, probe scio, se stuprasse Pamphilam: tua existimatio, et salus tuæ filiæ in periculum adducetur: tum etiamsi fateatur eam vitiasse, non conducit hanc illi nubere, quando aliam sibi amicam sumserit. Quamobrem, quovis modo, silere istud oportet.* SO. *Ah! neutiquam id faciam, non tacebo.* GE. *Quid vis agere?*

—37 *Consule.* Mss. quidam et edd. vett. *prospice.* Sensu et metro plane eodem. *West.* Do. et omnes quotquot sunt l. s. præter V. *porro prospice.* Fa. Tres ex nostris veterrimi *consule.* Recte. *Bent.*—38 *Au! mi homo.* Hæc præter mentem Donati in Mss. quibusdam et edd. vetustis Sostratæ tribuuntur. *West.* Legendum monet Bent. *Patiamur,* demto *ne.* '*Au au, mi homo*] Bem. Vi. et Do. semel tantum *au* habent.' *Fa.* Nostri uno excepto omnes *Au au:* neque aliter stat versus. *Bent. Patiamur .... Au, au* Both. *Au, au, mi homo: sanus non es.* Br. qui etiam hæc Sostratæ tribuit. *Au, au ... sanus es?* Perl. *Sanun'ne es? an.* Sic Bip. quæ notat 'retrahimus ad integrandum versum ex sequenti *an.*'—39 *An hoc proferendum tibi usquam esse videtur?* O. l. s. *tibi videtur esse usquam,* præter Bembinum, in quo legitur *usquam esse.* Ceterum prima hujus versus syllaba in præcedentem versum rejicitur: versus vero stat abjecto *r,* ex 'videtur,' item *m,* ex 'quidem,' quamvis consonans consequatur. *Fa.* Nostri partim *esse usquam,* partim *usquam esse.* Sed unus ex Regiis non habet *esse:* idem cum tribus aliis *Proferendum hoc.* Lege *An prof. hoc t. v. usquam? Mi q. n. p.* Bent. *An p. hoc .... videtur unquam?* Br. *An p. hoc .... videtur usquam?* Both. *P. hoc .... v. esse usquam?* Bip. *Tibi usquam esse videtur?* Delph.—40 Vulg. *Jam* frequentissimo errore. *Both.* qui igitur dat *Nam p. animo illum alieno.* Br. *ab nobis.*—41 In quibusdam Mss. et editis antiquis [in Addend. memorat G. cum ET. et EM.] est *proferemus.* West. Nostri omnes mendose *proferemus.* Bent. *Proferemus* Br. qui etiam nullam distinctionem habet post *scio. Proferemus* Guelf. 1.—43 Reponit Bent. *non est utile huic, illi dari.* Br. legit *cum amat ... illi dare.* 'J. *amat.* GM. *dare.* Sed *e* in fine mutatum apparet a manu alicujus imperiti.' *Perl.*—44 *Tacito.* Ms. Lips. et Bodl. cum quibusdam edd. vett. *celato.* West. *Quapropter quoquo pacto celato est opus.* Bem. et omnes fere alii, *tacito'st opus:* et ita versus stat, aliter non. *Fa.* Quinque ex nostris *tacito:* plures et vetustiores *celato.* Cui hoc placet, ita legat, *Quapropter quoquo pacto est celato opus. Ah minime gentium.* Bent. *Quoquo tacito pacto est opus* Both. *Celato* Br. *Aha* Guelf. 3.

Non faciam. GE. Quid agis? So. Proferam. GE. Hem! mea Sostrata, vide, quam rem agas.
So. Pejore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est.
Primum indotata est: tum præterea, quæ secunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non potest. Hoc reliquum est:
Sin inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat.
Postremo, quando ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul,
Neque pretium, neque rem ullam intercessisse, illa aut me indignam, Geta,

So. *Id manifestabo!* GE. *Ah, mea Sostrata, considera quid agendum sit tibi.* So. *In deteriori conditione res esse non potest, quam in qua nunc posita est: primum nulla dos ei est: præterea, pudicitia quæ loco dotis erat, amissa est, pro virgine dari in uxorem non potest: si negabit Æschinus Pamphilæ vitium obtulisse, testimonium mecum perhibebit hic annulus, quem amiserat. Postremo, quoniam mecum scio certo, me omnis culpæ esse expertem, neque ullam rem intervenisse, quæ illam,*

—45 *Quid agis?* Edd. quædam veteres, *Quid ais?* Et videtur inconcinne eidem personæ tributum, *Quid agis?* et mox rursus, 'vide, quam rem agas.' *West.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, *Quid ages?* ut et exigit ratio, cum sequatur responsum Sostratæ in futuro, 'Proferam.' *Fa.* Unus ex nostris *ages.* Alii *agis.* Unus ex Regiis *Quid ais?* et recte. Est admirantis et dissentientis, non interrogantis. Si *agis* legas, bis idem dicitur, cum mox ait, 'quam rem agas.' Porro quæ sequuntur, 'mea Sostrata, vide quam rem agas,' Cantharæ verba sunt, non Getæ: ut vel illud indicat, 'mea Sostrata:' quod muliebre blandimentum est. Uterque et Geta et Canthara consilium Sostratæ repudiant. *Bent. Quid ages?* Both. qui etiam Cantharæ tribuit verba *Hem! mea, &c.* Perl. dat ut Bent. *Quid ages?* Bip. Delph.—46 Ex libro Bembino pro *potest* lego *potis est:* aliter nullo modo potest procedere hic versus, neque ut iambicus, neque ut trochaicus. *Fa.* Nostri perperam *potest.* Bent. Ms. Pal. 3. *In pejore. Potis est* Both. Bip. Delph.—48 *Dari pro virgine* Both.—49 Magna Librorum pars, *Si inficias ibit.* Utrum elegantius sit, merito dubites. Quod autem Bœclerus reperit, *Si in inficias ibit,* atque inde τὸ *Sin* confirmari putat, non magis sequitur, quam ex lectione Ms. Bœnd. *Si inficias inibit.* West. *Quem amiserat.* M. et Bœnd. *quem ipse amiserat.* Ita et EP. et EV. 1. Guyetus versum hunc, in quo palmarium Sostratæ argumentum est, spurium vocat. Sed nec proxime præcedens sine hoc stare potest; hoc enim unum reliquum erat, ex annulo convincere Æschinum. Nec juvat Guyetum τὸ *amiserat,* pro quo *amisit* scribendum fuisse dicit. Sed et 'annuli' in re simili mentio, Hec. v. 3. 23. seqq. *Idem.* Nostri fere omnes cum edd. vett. *anulus, quem ipse amiserat.* Recte: abjecto, ut solet, *s,* 'analu'' fit dactylus. 'Ipse' sententiæ non parum confert. *Bent.* qui etiam *Si* pro *Sin.* Ita et omnino legunt Both. Perl. *Si* Br. Z. Bip. Delph.—50 Muta ordinem, et scribe, *Postremo quando ego mihi sum conscia.* Bent. Ita et habet Perl. *Quando conscia ego* Both.—51 Reponendum mo-

Experiar. GE. Quid istuc? accedo, ut melius dicas. So. Tu, quantum potes,
Abi, atque Hegioni cognato hujus rem omnem narrato ordine;
Nam is nostro Simulo fuit summus, et nos coluit maxume.
GE. Nam hercle alius nemo respicit nos. So. Propera tu, mea Canthara,
Curre: obstetricem arcesse, ut, cum opus sit, ne in mora nobis siet.

aut me non deceat, Geta, judicio agam. GE. *Quid istud est? quid tibi resistam? accedo tuæ sententiæ, ut quæ melius, quam ego dicas, et prudentius sentias.* So. *Tu quantum potes celeriter proficiscere, atque Hegioni cognato Pamphilæ rem omnem, ut acta est, expone: is enim Simulo marito meo, patri virginis summus amicus fuit, et nos maxime observavit.* GE. *Recte facis, nam per Herculem nemo alius nostri curam habet.* So. *Festina tu, mea Canthara, abi propere, obstetricem adducito, ut, cum partus instabit, nullam moram faciat.*

---

net Bent. *intercesse aut illa aut me.* Perl. omittit *ullam.* Par. pro var. *illam autem.* Etiam GM. hab. *illam,* cui voci subscript. *culpa. Intercesse* Bip. ita et Er. Dac.—52 Priscianus Instit. Grammat. lib. XVI. *accedo, ut rectius dicas.* Wiel. vel cum Do. *dicam* legit, vel ellipsin statuit, q. d. *ut quæ melius dicas.* Quanquam τὸ *dicam* in nullis mihi libris repertum. *West. Quid istuc?*] Aliqui libri, inter quos Bem. Bas. et Vi. *Quid istic?* ita et Do. nam quamvis in eo mendose legatur, *Quid istuc?* tamen in expositione asserit hoc ita dici, quasi diceretur, quid hic resistam? sane ita ordinantur versus in libro Bembino et aliquibus aliis, ut ponatur ante hæc verba dictio ' Experiar,' et sit hic integer versus, *Experiar.* GE. *Quid istic? accedo ut melius dicas.* So. *Tu quantum potes.* Fa. *Experiar. Quid istic? accedo ut melius dicas. Tu q. potes.* Versus justo longior est. Repone, *Experiar. Quid istic? cedo, ut melius dicas.* Est qui sic legi velit, GE. *Quid istic?* So. *Accede.* GE. *Ut melius dicas.* Et ' Quid istic?' ait, dissentientis est. Itane vero? tum erit cum ' non ' et ' minime ' erunt assentientis. Sed et aliud experitur. *Quid istic cedo? ut eum in jus ducas?* O conjecturas lepidas et probabiles! *Bent.* Both. legit *Quid istic? cedo ... potest.* Br. *Quid? istic accedo ... In q. p.* Delph. *Quid istic? ... In quantum potes, abi,* transfertque dictionem ' Experiar ' ad vs. præcedentem: *indignam; experiar, Geta. Quid istic?* Z.—53 Aliqui libri scripti inter quos Bem. ita habent *rem enarrato omnem o.* Et pro *hujus* Bem. habet *ejus.* Fa. Nostri omnes *hujus.* Recte. *Bent. Enarrato* Br. Perl. *Ejus r. enarrato* Bip. Bothius legit *Abi, H. cognato hujus, omne enarrato ordine.*—54 *Nostro Simulo.* Cur non potius, *meo?* cum Simulus videatur fuisse maritus Sostratæ, pater Pamphilæ. *West.* Both. *summus Simulo fuit.*—55 Pro *Propera* reponit Bent. *Propere.* Ita et dat Both. Abest *tu* Guelf. 2.—56 GM. collocat *opus cum sit.*

ACTUS III. SCENA III.

DEMEA. SYRUS.

DE. DISPERII! Ctesiphonem audivi filium
Una affuisse in raptione cum Æschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere.
Ubi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo: persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum Syrum ire video! hinc scibo jam, ubi siet;
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non ostendam me id velle. SY. Omnem rem modo seni,

DE. *Occidi; audivi Ctesiphonem comitem fuisse Æschini, cum puellam rapuit; id mihi infelici summum malum adhuc reliquum est, si Æschinus Ctesiphonem, qui alicui rei utilis esse potest, ad luxum et libidinem impellat. Ubinam igitur Ctesiphonem quæram? in lupanar, ut suspicor, quoddam ab Æschino abductus est: persuasit flagitiosus ille Ctesiphoni, probe scio, ut secum illuc iret. Sed ecce Syrum venire video: jam ex illo sciam, ubi sit Ctesipho: atque mehercule de illo hominum cœtu est: si animadverterit me illum cupide quærere, nunquam dicet, ubi sit ganeo ille: dissimulabo me id cupere.* SY. *Res gestas ab Æschino Mitioni ex*

2 In aliis est *affuisse*, in aliis *fuisse*. Sed *affuisse* vincit numero Mss. unde etiam prælatum a Mureto. Atque ediderunt ita Juntæ, Aldus, Fabrini, post EA. ET. alias. Neque aliter Nonius Marcellus citat. *West.* Bem. *fuisse*. Sed nostri omnes *affuisse*. Nec spernendum. *Bent.* *Fuisse* Bip. Delph.—4 In Tr. M. Bœnd. aliisque nonnullis est, *alicujus rei:* quomodo et EA. ET. EP. EV. 1. 2. Arg. et quibusdam aliis legitur. Eug. *alicujus spei* videtur legisse. Utrumque perperam: dixit autem *alicui rei*. Ex Donati verbis non licet dispicere, *alicujus*, an *alicui* legerit. *West.* *Etiam eum.* Πλεονάζει τὸ *eum*. Vide supra III. 2. 17. quanquam abest a quibusdum Mss. et impressis [in Addend. notat G. et EM.] In aliis est *etiam ad nequitiam eum adducere*. Idem. *Abducere*. Præstat hæc lectio præ illa quorundam codd. *adducere*. Idem. *Ad nequitiam adducere*. Bem. *ad nequitiem*, quod magis sapit antiquitatem. *Fa.* Nostri omnes *nequitiam*. Bent. GM. *alicujus:* sup. script. *utilitatis*. Lind. omittit *eum*, quod Par. narrante abundat. *Perl.* qui dat ut Bent. *ad nequitiem adducere*. Bothius legit *Q. a. re est, etiam meum ad nequitiam adducere*. Br. *ad nequitiam eum adducere*. Notat Bruns ' ed. omitt. *eum* rectissime.' *Alicujus rei* R. D. *Eum* abest Z. *Ad nequitiem adducere* Bip. *Ad nequitiem* Delph. *Nunc* pro *eum* Guelf. 3.—5 Mss. quidam et impressi *aliquo in ganeum*. West.—6 Mss. et editi quidam veteres legunt *persuasit Æschinus ille impurus:* quod ex glossa videtur irrepsisse. *Idem.* *Æschinus* post *persuasit* Guelf. 2.—7 Τὸ *jam* abest a quibusdam libris.—8 C *At.* Both. *Atqui*.—10 *Omnem rem.* In quibusdam codd. h. l. initium Scenæ IV. statuitur, [In Addend. memorat G. ET. et EM.] laudante Mureto. Malui autem plurimorum et Donati auctoritatem sequi. *West.* Omnes l. s. *id me velle*. Fa. Sic et

Quo pacto haberet, enarramus ordine: 11
Nihil vidi quicquam lætius. DE. Pro Jupiter!
Hominis stultitiam! SY. Collaudavit filium:
Mihi, qui id dedissem consilium, egit gratias.
DE. Disrumpor. SY. Argentum annumeravit illico:
Dedit præterea in sumtum, dimidium minæ:
Id distributum sane est ex sententia. DE. Hem!
Huic mandes, si quid recte curatum velis.
SY. Hem! Demea, haud aspexeram te. Quid agitur?
DE. Quid agatur! vostram nequeo mirari satis 20
Rationem. SY. Est hercle inepta, ne dicam dolo,
Atque absurda. Pisces ceteros purga, Dromo:
Congrum istum maxumum in aqua sinito ludere
Paulisper: ubi ego venero, exossabitur;
Prius nolo. DE. Hæccine flagitia! SY. Mihi quidem
non placent; 25

ordine recitavi: neminem quenquam hilariorem illo vidi. DE. *Proh Jupiter, hominis ineptiam!* SY. *Filium Æschinum laudibus prosecutus est: mihi qui illi suasissem, gratias egit pro consilio.* DE. *Animi discrucior.* SY. *Pecuniam statim numeravit; insuper in sumtum dimidium minæ largitus est: postea id dispartitum est ex voluntate Æschini.* DE. *Si quid recte paratum esse cupias, hoc officium manda huic Syro.* SY. *Ehem, Demea, non te videram: quid fit?* DE. *Quid fiat rogas? non possum satis mirari vestrum agendi morem.* SY. *Est mehercule inconveniens, ne mentiar, et ineptus. Pisces ceteros sordibus expurga, Dromo; congrum istum maximum in aqua sine paulisper spatiari, et subsilire: postquam ego venero, ossa ei detrahentur. Prius nolo eum purgari.* DE. *Hæcne flagitia fieri*

nostri omnes. *Bent.* Ita Br. Both. Bip. Perl. et Delph. quæ hunc vs. in duos separat finiens priorem verbo *velle*. *Omnem rem* novam Scenam incipiunt in Both. et Bip. Ita et in Guelf. 2. *Modo* abest 3.—11 *Quo p. se h.* Idem cum Z. Delph. Improbant Perl. West. 'Pro *enarramus* bona librorum pars *enarravimus* exhibet.' *West.*—12 Bent. Bip. Delph. *Nil quicquam vidi.*—14 *Qui id dedissem consilium.* Varie hæc leguntur, et, *qui dedissem*, et *qui consilium dedissem*. West. Nostri omnes *qui id d.* Bent. Ita et Bem. Bas. *Consili* Both. Abest *id* Guelf. 2.—15 Mss. quidam, *enumeravit*. Atque ita est in EA. ET. et Venetis. *West.*—16 *Insumtum* Br.—20 In plusculis codd. repetitur, *Quid agitur?* quod morosius videtur, et Demeæ magis conveniens. *West. Agitur* Guelf. 1. 3.—21 Bent. *ne dicam dolo, atque.* Both. *ne d. dolo, et.* Guelf. 2. *dolos.*—23 EP. *Congrum vero.*—24 In Bembino pro *Paulisper* est *Tantisper*, quamvis deinde mutatum in *Paulisper*. sed retinendo antiquam lectionem, *Tantisper* absolute ponitur: idemque est quod, interea: sane in eodem libro pro *venero*, est *rediero*: quod et ipsum placet. *Fa. Tantisper, ubi ego rediero, exos.* Sic dedit Fa. Nostri omnes *Paulisper*, et *venero*. Utrumque recte. Nam et *Tantisper* nusquam alias absolute: et Syrus *venero* dicit; quia jam in Scena sive in Platea est, et nondum domum venerat. Coquis hæc præcipit; dum ipse in Scena moratur. Certe *rediero* locum hic non habet; nisi jam inde

Et clamo sæpe: Salsamenta hæc, Stephanio,
Fac macerentur pulchre! De. Di vostram fidem!
Utrum studione id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum? væ misero mihi!
Videre videor jam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. Sy. O Demea!
Istuc est sapere, non, quod ante pedes modo 'st
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere. De. Quid? isthæc jam penes vos psaltria 'st?
Sy. Ellam intus. De. Eho, an domi est habiturus? Sy. Credo, ut est
Dementia. De. Hæccine fieri! Sy. Inepta lenitas

debent? Sy. *Mihi quidem displicent, et clamitare soleo. Hæc sale condita edulia elue, et emolli diligenter, Stephanio.* De. *Dii vestram fidem invoco, utrumne id cum delectatione studet facere, aut in hoc se laudandum esse existimat, si corruperit filium. Væ misero mihi! Videre videor diem illum, cum hinc omnium indigus abibit ad militiam.* Sy. *O Demea! hoc est sapientem esse, non quod obvium est, et ob oculos solum versatur videre; sed etiam quæ ventura sunt prævidere.* De. *Quid istane fidicina in vestris est ædibus?* Sy. *Ecce illam intus.* De. *Eho, an domi eam Æschinus tenebit?* Sy. *Credo, quæ eorum insania est.* De. *Adeone flagitiosi sunt, ut hæc committant?* Sy. *Stulta Mitionis mansuetudo, et indul-*

---

aliquo abiturus esset Syrus; quod non fit. *Bent.* Faërni lect. dant Both. Bip.—25 Mss. quidam *Hæccine fieri flagitia.* West. Nobis *quidem* h. l. additum videtur a sciolis librariis; ut passim. Demto illo versus constat. *Bip. Equidem* Guelf. 2.—27 *Ut* post *Fac* Idem.—28 Hottomannus ad Cic. Verr. IV. 1. legit *an tanti putat.* West. Al. *habeat*, male. *Perl.* Br. *studio ne* separatim. Vulg. *Utrum studione id sibi, &c.* sed Do. legisse videtur *verum:* unice convenit *vero*, quod reposui. *Both.* qui etiam ordinat *Studione vero id sibi habet. Hunc* post *sibi* Guelf. 2.—29 *Fore, gnatum si perd.* Both.—30 Perl. *cum huic egens.* Br. Both. *cum hic e.*—34 Distinctio sic est in Guelf. 3. *Quid istæc? jam.* Br. *Quid, istæc jam.*—35 *Ellam intus*] Qui ita ediderunt, auctoritate Donati nituntur. Sed editiones vetustissimæ et probissimæ legunt, *Est jam intus.* Atque ita reperi in G. et quatuor Mss. Leidensibus, quam lectionem Dacieria revocavit. In quinto Ms. Leidensi, Bœnd. et Bodl. *Etiam intus.* In Lips. *Est etiam intus.* Mss. Bœcleri varie, *Est etiam intus. Est hæc jam intus.* Quomodo et EA. ET. et EM. exhibent. *West.* Sy. *Est jam intus*] Super his verbis Donatus hæc dicit: '*Est jam intus:* ut, Ellum, confidens, catus.' ex iis Donati verbis adducor ut credam, atque adeo pro certo teneam, legendum esse, *Ellam intus:* aliter quæ ex Andria huc citat, non quadrant. *Fa.* Nostri omnes, *Est jam:* sed recte *Ellam* ex Donato; et præterea pro *Eho, an domi est habiturus?* lege *Eho, an est domi habiturus?* Bent. *Etiam intus* Br. *Eho, domin' habiturus?* Both. 'Par. Ms. *Est hæc jam intus.* Quæ quidem interpretatio mihi videtur vocis 'Ellam' minus obviæ.' *Perl. Etiam intus* Guelf. 1. qui etiam cum 3. *sit habiturus?*—36 Libri quidam: *Hæccine flagitia!* Alii *Hæccine flagitia fieri!* quod ex glossa videtur. *West.*

Patris, et facilitas prava. De. Fratris me quidem
Pudet, pigetque. Sy. Nimium inter vos, Demea (ac
Non, quia ades præsens, dico hoc), pernimium interest.
Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille, somnium: sineres vero tu illum tuum
Facere hæc? De. Sinerem illum! an non sex totis mensibus
Prius olfecissem, quam ille quicquam cœperit?
Sy. Vigilantiam tuam tu mihi narras? De. Sic siet
Modo, ut nunc est, quæso. Sy. Ut quisque suum volt esse, ita 'st.

gentia nimia id efficit. De. *Pudore afficior propter fratris turpitudinem, et dolore, propter licentiam, qua perdit filium.* Sy. *Nimium, Demea, tu et Mitio dissimiles estis, nec hoc dico ut te præsentem in os laudem: pernimium dissimiles, inquam. Tu quantuscumque es, non sapiens tantum es, sed ipsa sapientia: ille vanus, instar somni, et iners. An ferres illum tuum filium Ctesiphonem, si eu committeret, quæ Æschinus committit?* De. *Ferre illum? an non sex mensibus integris ante odoratus fuissem, et deprehendissem, quam ille ullam rem cœpturus esset facere.* Sy. *Quid vigilantiam, et prudentiam tuam mihi commemoras, quæ mihi maxime nota est?* De. *Talis esse pergat cupio, qualis nunc est.* Sy. *Ut quivis optat esse*

Hæccine fieri flagitia? Bem. non habet dictionem *flagitia*, sine qua procedit senarius sine detrimento sensus. *Fa.* Etiam a tribus nostris abest *flagitia* Bent. *Hæcine fieri.* In Ms. R. additur *flagitia:* sed aliena manu. *Lind.*—37 Both. *Patris! facultas prava! Me fratris q.*—39 *Quod ades.* Ita Gu. 1. vulg. *quia ades*, ingrata elisione. *Both.*—40 *Nil* Bent. Both. Bip. Perl.—41 M. et Bœnd. cum EA. ET. Venet. Davent. St. Ald. Junt. *Ille futilis.* Sed improbat Fa. Bœcl. citat e Ms. *Futile somnium.* Ms. Lips. *somnus.* Fœdissimum mendum vocat Guy. legitque, *omnium*, uti And. v. 3. 1. Quæ lectio cum nullius codicis, quod quidem sciam, auctoritate nitatur, somnianti excidisse videtur. *West. Ille futilis, somnium. sineres vero illum tuum*] Τὸ *futilis* non habet, nec Donatus, nec liber Bembinus, aut Vaticanus: quæ dictio et valde impedit senarium, qui ea deleta sustentatur, corripiendo priorem in 'Ille,' addendoque dictionem *tu*, post *illum*, ex libro Vaticano et Basilicano, quam recentiores habent post *vero:* Bembinus vero nusquam. *Fa.* Nostri omnes perperam *futilis* addunt; sed ex eis duo recte, *illum tu tuum*, non *tu illum tuum.* Bent. *Ille somnium futilis .... vero illum tuum* Br. *Ille somnium! Tun' sineres vero illunc tuum* Both. *Ille futilis* Guelf. 1. *Futile somnium* 2. Τὸ *tu* abest Z. *Illum tu tuum* Delph.—42 Libri quidam Mss. et impressi veteres, *aut non.* West. Om. lib. script. *aut non.* Fa. Sic et nostri *aut.* Bis tamen apud Priscianum *ac;* ut in codice vetusto legitur. *Bent. Aut non* Br. Both. Z. Bip. ita et Guelf. 3.—43 *Cœperit*] Fa. Riv. Barthius Advers. XVI. 1. ex Prisciano et quibusdam vetustis Terentii et Donati Libris *cæperet* tuentur. Et laudat Bœclerus e duobus Mss. Adde ejusdem Chrestomath. *West.* Priscianus p. 879. Præteritum imperfectum esse dicit a 'cœpio.' Sed p. 1193. habet *cæperit*, et codex ibi vetus. Duo veteres ex nostris *cæperit*, reliqui *cæperet.* Bent. *Cæperet* Br. Both. *Ceperit* Guelf. 1.—44 Legendum monet Bent. *V. t. tun' mihi? Sic sit modo Ut nunc est quæso. V. t. tu mihi? Sic sit modo* Both. Bip. *Sic sit modo* Br. Perl.—45 Quidam codices ex glossa

De. Quid eum? vidistin' hodie? Sy. Tuumne filium?
Abigam hunc rus: jamdudum aliquid ruri agere arbitror.
De. Satin' scis ibi esse? Sy. Oh! qui egomet produxi.
De. Optume 'st.
Metui, ne hæreret hic. Sy. Atque iratum admodum.
De. Quid autem? Sy. Adortus jurgio fratrem apud forum,
De psaltria istac. De. Ain' vero? Sy. Vah! nihil reticuit.

suum filium, sic est. De. *Quid eum? (intelligit Ctesiphonem) vidistine hodie?* Sy. *Tuumne filium? (abigam hunc molestum senem ad suum prædium.) Jampridem hunc ruri alicui rei dare operam opinor.* De. *An certior es, ibi eum agere.* Sy. *Oh, qui egomet illum eo usque deduxi.* De. *Recte factum. Timui ne hic hærens cum Æschino moraretur.* Sy. *Atque ira valde commotum.* De. *Quamobrem?* Sy. *Incepit in foro fratrem objurgare propter hanc fidicinam.* De. *Itane est, ut ais?* Sy. *Vah! nihil prætermisit eorum, quæ exprobranda fuerunt: nam ut*

habent *Ut quisque filium suum.* West.—46 Distinguit Br. *Quid? eum vidistin hodie?* et ita Bip. Guelf. 2. *Quid, eum* Vulg. *Tuumne filium*] Ms. Lips. *Abigam hunc rus. Tuumne filium? Abiit hinc rus. jam dudum aliquid ruri agere arbitror.* West.—47 *Abigam hunc rus.* Hæc Syrus secum, vel ad spectatores conversus. Male igitur in nonnullis codd. tribuuntur Demeæ. G. *Abiit hinc rus.* Idem. Verba *Abigam hunc rus,* aut Demeæ sunt tribuenda, aut Syrus ea ad Spectatores dicit, non audiente Demea. *Zeun.* Demeæ tribuunt Br. Both. legitque ille *Abiit hinc rus?* hic quoque *hinc* pro *hunc.* Sic ad hæc verba notat Bruns, ' Edit. tribuit Syro : male, ut recte judicavit Zeun. Bothius ergo Demeæ tribuit, sed *hinc,* quanquam bona lectio, est apud eum ex mendo typographico. *Abiit hinc* vel *Abigam hunc,* atque ita in cod. olim lectum esse ostendit litura; unde corrector suam lectionem hauserit nescio, nam edit. quas consului omnes *Abigam hunc.' Hinc* pro *hunc* Guelf. 3.—48 *Ibi esse.* Pro eo libri quidam legunt, *eum ibi esse:* quod ex glossa videtur insertum. *West. Qui egomet produxi.* Variant libri, etiam *quem* et *quin* legentes; quorum hoc metro repugnat. *Idem. Satin scis ibi eum esse?* Dictio *eum* in nullo est l. s. quam et alioqui versus respuit, nec sermo desiderat : utique enim intelligitur *eum.* Fa. Nec in nostris est *eum.* Bent. *Qui egomet produxi*] Hic variant libri; alii *qui,* ut Bembinus et Basilicanus; alii, *quin;* alii, *quem,* ut Vi. et Decurtatus ac Donatus, quos sequimur. *Fa.* Ita variant et nostri; ita tamen ut vetustiores *qui;* mediocres *quin;* recentiores *quem.* Nonius v. Producere : ' Terentius Adelphis : O quin' egomet produxi.' Sic et codex ibi vetustus. Edd. Terentii vett. et ibi Donatus *quem.* Hoc ideo præfero, quia sequitur mox *iratum. Quem egomet produxi. .... Atque iratum admodum.* Certe *quin',* quod quidam mavult, stare hic non potest; nisi ex ' scis ibi esse' Dactylus fiat; et balbutientem ac titubantem senem hoc devolvisse fingamus. *Bent.* Post *produxi* interrogat Br. *Oh, quem* Both. Bip. —49 Mss. quidam et veteres impressi *ne hæreret huic,* i. e. Æschino : quam lect. tuetur Janus Gulielmius; sed in Scholiis ineditis refutat Guy. *West.* —50 Omnes codices *Adortus est.* Lege *Adortus jurgio est.* ut etiam est ap.

NOTÆ

47 *Abigam hunc rus*] Hæc secum Syrus tacite loquitur.

Nam, ut numerabatur forte argentum, intervenit
Homo de improviso: cœpit clamare, o Æschine!
Hæccine flagitia facere te! hæc admittere
Indigna genere nostro! De. Oh! lacrumo gaudio.
Sy. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
De. Salvos sit, spero: est similis majorum suum. Sy. Hui!
De. Syre, præceptorum plenus istorum ille. Sy. Phy!
Domi habuit unde disceret. De. Fit sedulo.
Nihil prætermitto: consuefacio: denique,
Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

lenoni pecunia forte numerabatur pro pretio puellæ, repente Ctesipho supervenit in ipso facto: cœpit ita vociferari; Æschine, hæcne flagitia committere te non pudet? indecora sanguini nostro, et familiæ? De. *Oh, præ gaudio lacrymas continere nequeo.* Sy. *Non tu hoc argentum perdis solum, sed etiam teipsum.* De. *Hunc Dii servent; ut spero, majores suos imitabitur.* Sy. *Hui!* De. *Syre, ejusmodi præceptis, quibus fratrem monuit, abundat Ctesipho.* Sy. *Phy! domestica hæc habuit a te monita, et exempla quibus imbutus est.* De. *Sic informatur a me diligenter: nihil negligo: his eum exerceo studiis: denique spectare, tanquam in speculo, mores, et actiones omnium volo, atque ex aliis, quod ei usui sit, exemplum*

Donatum. *Bent. Adortus est* Br. *Adortus jurgio est f. ad f.* Both. *Adortus jurgio est* Bip. Perl.—51 *Psaltria hac* Br. Bent. Both. Bip. et Perl. Ms. Lips. Guelf. 3. *Ain' verum?*—55 In plusculis libris est, *Oh, oh.* In aliis etiam *præ gaudio.* West. *Generi* Br. *Ohe* Idem. In Guelf. 2. *tuo* pro *nostro.* Ibid. *Oh, oh lac. prægaudio. Præ gaudio* 3.—56 Pro *hoc* Both. legit *hic.*—57 Reponendum monet Bent. *Salvos sit; spero erit similis.* Improbat Bip. Br. *suorum.* Ita et G. cum ET. et EM.—58 Hunc versum quam elegantem et commodum expungit Guy. ut insititium, licet jam a Donato lectum, et in omnibus codicibus expressum. *West.* Omnes libri *plenus est.* Lege *S. præceptorumst plenus i. i. P.* Bent. *Plenus est* Br. Guelf. 2. *Pheu* pro *Phy* Both.—60 *Nil* Bent. Z. Both. Perl. Delph.—61 Mirifica lectionum varietas in codicibus cum Mss. tum impressis. Videas in illis, *tanquam in speculo:* et, *tanquam speculum vitas omnium:* et, *tanquam in speculum vitas hominum.* West. G. *tanquam in speculum vitas omnium.* ET. et EM. *in vitas hominum.* Idem in Addend. *In speculum vitas omnium.* Bem. habet *in vitas.* Fa. A nostris omnibus male abest *in.* Bent. *In s. vitas o.* Br. ' Par Ms. *in speculo* male.' *Perl. Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium*] Sic legitur in codice Bembino omnium veterrimo et sic edidit Bent. Vulgares editiones habent *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium*, quam lectionem Burmannus ad Petron. 84. p. 538. confirmari putat loco Ciceronis in Pison. c. 29. Sed utriusque loci diversa ratio est,

NOTÆ

57 *Hui*] Fingit se admirari quæ dicit senex.

Hoc facito. Sy. Recte sane. De. Hoc fugito. Sy. Callide.
De. Hoc laudi est. Sy. Isthæc res est. De. Hoc vitio datur.
Sy. Probissime. De. Porro autem. Sy. Non hercle otium 'st
Nunc mihi auscultandi. Pisces ex sententia
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio 'st;
Nam id nobis tam flagitium 'st, quam illa, Demea,
Non facere vobis, quæ modo dixti: et, quod queo,
Conservis ad eundem istunc præcipio modum:
Hoc salsum 'st; hoc adustum 'st; hoc lautum 'st parum,
Illud recte: iterum sic memento: sedulo
Moneo, quæ possum, pro mea sapientia.
Postremo, tanquam in speculum, in patinas, Demea,
Inspicere jubeo, et moneo, quid facto usus siet.
Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:
Verum quid facias? ut homo 'st, ita morem geras.
Numquid vis? De. Mentem vobis meliorem dari.

petere: hoc facito, dico. Sy. *Sapienter certe.* De. *Ab hoc caveto tibi.* Sy. *Perite.* De. *Hoc laudem affert.* Sy. *Hoc utile est.* De. *Hoc dedecus parit.* Sy. *Præclare.* De. *Ut longius, et amplius memorem.* Sy. *Per Herculem nunc nihil mihi restat otii, ut sermoni tuo attentus aures præbeam: pisces ut optabam inveni: qui ne computrescant mihi sedulo cavendum est: nam id nobis tam flagitiosum est, et indecorum, quam vobis hæc non agere, quæ modo locutus es: et quoad possum hæc conservos meos sic moneo; hoc sale nimis conspersum; hoc ustum præ nimia coctione; hoc parum mundatum est; illud recte; fac ut iterum recorderis sic apparare cibum: diligenter sic præcipio, pro eo, quod sapere possum. Ultimo tanquam in speculum, in patinas, lances, discos, paropsides spectare jubeo. Et moneo, suadeo, doceo, quæcumque facere utile est. Fateor stulte fieri, quæ committuntur in hac familia: verum, quid facias? ut Mitio a natura factus est, ita obsequendum ei, qui herus est. Num quid vis mandare?* De. *Ut ad saniorem mentem redeatis.*

---

ne dicam lectionem *in vitas* planissime confirmari v. 74. *R. D.*—68 *Quam illa, Demea*] Lege ex vetere nostro 900. annorum codice *quam illa, o Demea.* In ista sede Spondeus suavior Trochæo est. Præterea, pro *quæ modo dixti*, lege, *modo quæ dixti.* Anapæstus hic suavior Dactylo. *Bent. O Demea ... modo quæ dixti* Both. *O Demea* Bip. Perl.—69 *Dixisti* Guelf. 3.—72 Mss. quidam *mementote.* Forte, quod dictum 'Conservis.' Atque ita editiones Venetæ, EA. ET. Pulmanni. Mire autem exprimit ἀλαζονείαν rei culinariæ Præfecti. *West.* Both. *recte est.*—73 Ms. Bodl. et Ms. Lips. *pro mea sententia.* Ita et Br.—74 Abest *in* posterius Guelf. 2.—75 EP. *facto opus siet.* 'Bem. *usus sit:* ita pulchre stat senarius, eliso ex 'usus' posteriore *s.*' Fa. Tres ex nostris, *opus siet.* Etiam bene. *Bent. Usus sit* Z. Bip. Both. Perl. Delph.

Sy. Tu rus hinc abis? De. Recta. Sy. Nam quid tu hic agas,
Ubi, si quid bene præcipias, nemo obtemperet?
De. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet.
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, procul quem video? estne hic Hegio,
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle 'st: vah!
Homo amicus nobis jam inde a puero. Dii boni!

Sy. *Tu ad prædium proficisceris?* De. *Sic est.* Sy. *Nam quid tu hic facias, ubi si quædam bona præcepta tradas, nullus est qui ea observet?* De. *Ego vero hinc discedo, cum Ctesipho, cujus causa huc veneram, rus reversus est. Illius solius curam gero, ille mihi proprius est filius: quoniam ita se velle frater significavit, pro arbitrio suo ei consulat. Sed quis ille est quem procul venientem video? estne hic Hegio tribulis noster? Si recte aspicio, is certe ipse est. Vah! homo est amicitia nobis conjunctus jam inde a primis annis. Dii boni! profecto eorum, qui ei similes*

—78 *Nunc quid vis?* Br.—79 *Tu rus hinc abis?* Ita exhibeo ex quinque Mss. Leidensibus, M. et Bœnd. sed et EP. St. Junt. EA. aliis; tanto magis, quod mox Demea respondet: 'Ego vero hinc abeo.' Et de Ctesiphone: 'Rus abiit.' Rivius et Faërnus *ibis* tuentur; quod est in Ms. Lips. G. *Recte.* West. Sy. *Tu rus hinc abis?* De. *Recte.* O. fere l. s. inter quos Bembinus et Victorianus, *hinc ibis*, ut exigit versus: solus vero Bembinus pro *Recte*, habet *Recta;* quod maxime placet: ut sit sensus, 'recta eo rus.' *Fa.* Nostri meliores *ibis:* et CCC. pro varia lectione *Recta:* in textu, ut ceteri, *Recte.* Bent. *Ibis? Recte* Z. Bip. *Recte* Br. *Ibis* Both. Perl. Delph.—80 Br. Guelf. 1. Z. Both. *obtemperat.*—81 *E. vere* Z.—82 Legendum et distinguendum monet Bent. *Rus abiit: illum curo: unum illud ad me attinet, Quando ita vult frater: d. i. i. v. Attinet, Quando i. v. frater: de.* sic distinguendum vult West. Ita et Z. 'Curo unum, *ille.* Alia est Bent. lectio, atque ejus distinctio hæc, *illum curo: unum illud.* Qua vero mutatione, ut pace viri dicam, sensus magis obscurari quam illustrari mihi videtur.' *Perl.*—84 *Sed quis illic est, quem procul video?* Aptior versui collocatio est, quæ est in libro Bembino, et Donato, *quem video procul:* in eo vero, quod mox sequitur, *estne hic Hegio,* particulam *hic,* non habent nec Donatus, nec liber Bembinus, nec multi alii. *Fa.* Utraque lectio ad digitos respondet; sed in una est *procúl,* in altera *prócul.* Bent. *Quem video procul? estne Hegio* Bip. *Estne Hegio* Br. Z. Both. Perl. *Ille* pro *illic* Guelf. 2.—85 Unus ex Academicis *is est hercle. Vah.* Pet. *is hercle. Vah.* Hoc placet. Infra IV. 2. 39. 'Verum hercle. Vah.' *Bent.* Ita Perl. Both. Bip.—86 *Dii boni.* Hæc verba in M. junguntur versui seq. *West.*

NOTÆ

85 *Tribulis noster*] Qui ex eadem est tribu. Populus Atheniensis distributus fuit in tribus duodecim, ad mensium numerum, et rursus unaquæque tribus in triginta genera, quemadmodum vocant, ad dierum mensis numerum.

Næ illiusmodi jam nobis magna civium
Penuria 'st: homo antiqua virtute, ac fide.
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video! vah! vivere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, ut salutem, et colloquar.

sint, magna est egestas civium: vir antiqua virtute, ac fide præditus: non facile damnum aliquod ab illo publice eveniet. Quam vehementer gaudeo, cum etiam adhuc homines his moribus præditos superstites aspicio! Vah! Vitam agere etiam nunc jucundum est. Præstolabor hic illum, et cum eo sermonem conferam.

—87. 88 *Ne illiusmodi jam nobis magna civium Pœnuriast, homo antiqua virtute ac fide.* Sic Fa. Sed omnes nostri cum vett. edd. numerosius, *magna nobis.* Repone, *Ne illiusmodi jam magna nobis civium Pœnuriast, antiqua virtute ac fide.* Deleatur *homo*, quod versum onerat; et putide hic iteratur, cum altero abhinc versu præcesserit, 'Civium illiusmodi antiqua virtute ac fide.' In quibus Hegio comprehensus æque laudatur, ac si addas *homo.* Bent. Ita et Both. *Magna nobis* Br. Bip. Perl. et Delph. quæ etiam *antiqua homo.*—89 *Haud cito.* Junt. omisit, et Ald. Mss. quidam et impressi veteres, *Haud scio.* West. *Haud scito* Guelf. 1. *Aliquid* pro *quid* 3. Ita sententiam finit Br. *sit publice Quam gaudeo. Ubi.*—90. 91 *Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias Restare video: vah, vivere etiam nunc libet.* Illud *vah* et supra metrum redundat, et, cum admirantis et una indignantis sit, nullum hic locum habet. Lege et distingue, *Quam gaudeo: ubi etiam hujus generis reliquias Restare video, vivere etiam nunc lubet.* Bent. Post *video* interrogat Br. *Vah* abest Both. Bip. Omnes edd. penes nos *lubet* pro *libet.*

ACTUS III. SCENA IV.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

He. Pro Di immortales! facinus indignum, Geta.
Quid narras! Ge. Sic est factum. He. Ex illan' familia
Tam illiberale facinus est ortum? o Æschine,
Pol haud paternum istuc dedisti. De. Videlicet

He. *Proh Dii immortales! facinus infandum, Geta, quid refers?* Ge. *Sic istud commissum est.* He. *Ex illone genere tam claro tam indignum ingenua persona scelus exire potuit? O Æschine, per Pollucem haud parentum moribus conve-*

In Bip. et Both. hic est Act. III. Sc. 5.—1 *Facinus indignum, Geta: Quid narras!* Præstat hæc lectio præ illa quorundam librorum: *f. i. Geta, Quod n.* quomodo tamen citat Priscianus Instit. Grammat. lib. XVIII. *West.*

De psaltria hac audivit: id illi nunc dolet
Alieno: pater is nihili pendit. Hei mihi!
Utinam hic prope adesset alicubi, atque audiret hæc!
He. Nisi facient, quæ illos æquom 'st, haud sic auferent.
Ge. In te spes omnis, Hegio, nobis sita est.
Te solum habemus: tu es patrònus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendavit, senex.
Si deseris tu, perimus. He. Cave dixeris.
Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror.
De. Adibo. Salvere Hegionem plurimum
Jubeo. He. Te quærebam ipsum. Salve, Demea.
De. Quid autem? He. Major filius tuus Æschinus,

niens istud fecisti. De. *Scilicet de citharistriæ hujus raptione inaudivit; propterea ille, quamvis non sit propinquus genere, tamen id ægre fert: pater vero ipse Mitio hoc facinus minimi facit. Hei mihi! utinam hic præsens esset, atque Hegionem querentem audiret.* He. *Nisi hanc injuriam ex æquitate reparabunt, non sic impune habebunt.* Ge. *In te, Hegio, omnem spem nostram posuimus, nullum alium defensorem habemus, tu es Patroni loco, et parentis: ille senex pater Pamphilæ Simulus, e vita discedens, nos fidei tuæ custodiendos tradidit: si a te deserimur, perditi sumus.* He. *Ne hujusmodi verba loquaris, neque hoc faciam, neque fas esse, neque nisi cum impietate me id posse facere judico.* De. *Accedam. Hegionem salvum esse et bene valentem ex animo opto.* He. *Te ipsum invenire cupiebam: salvus sis, Demea.* De. *Quid autem est, quod me velis?* He. *Filius tuus Æschi-*

Et ita habent Guelf. 2. et Hel. Bip. et Both.—5 Mss. quidam: *De ps. hic aud.* Non incommode. *West.* Non dixisset Demea *hac*, sed *istac*, ut supra dixit III. 4. 25. 'Istæc jam penes vos psaltriast?' Unus ex Meadianis *hic*, scilicet Hegio. Sed ille nongentorum annorum, *De psaltria hoc audivit.* Recte: sic Eun. III. 2. 45. 'Et illud de Rhodio.' *Bent.* Ita et Both.—6 Guy. legit: *pater id nihili pendit:* addens in glossis ineditis, τὸ *is* respuere aures Latinas; credit autem, *id* mutatum in *is*, quod præcederet, 'Id illi nunc dolet.' Sed et Donatus, et reliqui Codices tuentur τὸ *is*. Sic supra III. 2. 17. Itidem τὸ 'illum' πλεονάζει. In quibusdam libris est, *nihil pendit.* West. Vulg. *Alieno: pater is nihili p.* mendosissime: patruus Æschini Micio, non pater. *Both.* qui inde dat *Alieno, patruus n. p. Nihil pendit* Delph. Perl. cum Eug.—7 In Ms. Lips. est, *Utinam hic esset alicubi, atque hæc audiret.* West. Τὸ *prope* abest Both.—8 *Ni facient.* O. l. s. et Do. *Nisi f.* et est in prima sede proceleusmaticus. *Fa.* Et nostri omnes *Nisi.* Bent. *Afferent* Br. sed notat Bruns: 'edit. *auferent*, probante Bent. et sic nunc Ms.' *Ni faciant* Eug. *Auferrent* Guelf. 2.—10 Mss. et impressi quidam [in Addend. memorat G. et EM.] *tu pater:* alii *tu es pater.* West. *Tu pater* Br. Guelf. 1. 2. Bent. Bip. Both.—12 M. Bœnd. et duo Bœcleri: *Si d. nos tu.* Tr. *S. d. tu nos.* Sed Mss. Leidd. quinque cum editis præstantissimis, *S. d. tu.* West. Legendum monet Bent. *periimus.* Ita et dant Both. Bip. Delph.—13 *Nec f. neque me sat p. p. a.* Both. *Arbitror posse* Br. *Nec faciam* Bip.—14 Priscianus Instit. Grammat. lib. XVIII. *Gaudere H. plurimum jubeo.* West. *Gaudere Hegionem.* Sic quatuor scripti: licet Putschius ediderit, *Salvere H.* et *Salve H.* Memoriane lapsus est Magister, an verbo verbum 'gaudere' est χαίρειν? Bent.—15

Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni
Neque liberalis functus officium est viri.
De. Quid istuc? He. Nostrum amicum noras Simulum,
Atque æqualem? De. Quidni? He. Filiam ejus virginem
Vitiavit. De. Hem! He. Mane; nondum audisti, Demea,
Quod est gravissimum. De. An quid est etiam amplius?
He. Vero amplius; nam hoc quidem ferundum aliquo modo 'st:
Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:
Humanum 'st. Ubi scit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus ultro, lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, jurans se illam ducturum domum.
Ignotum 'st; tacitum 'st; creditum 'st. Virgo ex eo
Compressu gravida facta est: mensis hic decimus est.
Ille bonus vir nobis psaltriam, si Dis placet,

nus, major natu, neque probo neque ingenuo viro rem dignam egit. De. *Quid istud est?* He. *Amicus noster Simulus notus fuit tibi, qui eadem ætate erat nobiscum?* De. *Quare mihi notus non fuerit?* He. *Filiam ejus violavit Æschinus.* De. *Hem!* He. *Audi, nondum tibi renuntiavi, Demea, illud, quod est deterrimum.* De. *An quicquam est etiam deterius?* He. *An deterius etiam aliquid sit? nam hoc quidem aliqua ratione excusari potest; impulit eum ad hoc facinus nox, amor, vinum, adolescentia: hoc peccatum in hominem cadere potest. Ubi vidit se id fecisse, matrem virginis Sostratam adit sponte, flens, supplicans, deprecans, promittens, juramento se obligans illam in uxorem ducturum; parcitum est, silentio facinus tectum est, fides illi habita est. Virgo sic per vim stuprata ex hoc concubitu gravidata est: jam mensem decimum uterum gestat. Ille bonus vir nobis fidicinam,*

Melior lectio quorundam codicum: *Oh! te q. ipsum.* Sic And. III. 3. 1. *West.* Ita et habent Bent. Bip. Both. Perl. Delph.—17 Pro *dedisti* legit Both. *abdedisti.*—18 Ms. Par. et vet. cod. ap. Lind. *officio.* Al. collocant *functus est officium.*—19 Bodl. G. et unus Bœcleri: *Q. istuc est?* Alii *Q. istuc rei est?* West. *Q. istuc est?* Br. Bent. Bip. Z. Perl.—20 Illud *Atque* Bent. Bip. superiori vs. apponunt. Both. legit *Simulum et Æqualem?*—22 *An quid.* Ita præstantissimi libri. In aliis quibusdam, ut G. et EM. *An quicquam.* West. Nostri *quicquam*, non *quid.* Utrumvis recte; sed hoc magis. *Bent. Quicquam* Br. Z.—23 M. *Vero amplius est.*—25 Tò *Humanum est* in Br. versui superiori apponuntur. '*Ubi scit factum.* Libri quidam: *ubi sit factum.* Unde Fabrini ita legens vertit: *subito che fu fatto questo.* Alii: *ubi sic factum.* Maxima tamen Mss. et impressorum pars cum Donato: *Ubi scit factum.* Sic Virg. Æn. v. 788. '*Causas tanti sciat illa furoris.*'' *West. Ubi sit* Guelf. 1. *Ubi istud f.* Both.—29 *Mensis hic decimus est.* Etsi sic citet Lactantius ad Statii Thebaidem I. '*Mensis hic decimus est,*' tolle tamen *hic*, quod et versus respuit, nec sensus desiderat. *Bent. Hic* expungunt quoque Both.

Paravit, quicum vivat; illam deserat.
De. Pro certon' tu istæc dicis? He. Mater virginis
In medio 'st; ipsa virgo; res ipsa: hic Geta
Præterea, ut captus est servorum, non malus,
Neque iners, alit illas: solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce, vinci; quære rem.
Ge. Immo hercle extorque, nisi ita factum 'st, Demea.
Postremo non negabit: coram ipsum cedo.
De. Pudet; nec, quid agam, neque quid huic respondeam,
Scio. Pam. Miseram me! differor doloribus.
Juno Lucina, fer opem! serva me, obsecro! He. Hem!

si ita Diis visum est, quæsivit, cum qua consuetudinem habeat, derelicta Pamphila. De. *Hæcne certa sunt, quæ dicis?* He. *Sostrata, mater virginis, in medium proditura est, ut id probet, ipsa virgo Pamphila, ipsa virginis graviditas: hic præterea Geta, servus frugi, pro conditione et statu servili, et solers, alimenta illis subministrat, solus toti domui victum præbet: abducito, vinculis astringito, facinus quærito.* Ge. *Quinetiam tormentis exquire, et suppliciis crucia, nisi ita factum est, Demea, postremo non inficiabitur ipse Æschinus; hunc nobis hic præsentem statue.* De. *Pudore suffundor, neque quid faciam, neque quod responsum ei dem invenio.* Pa. *O me infelicem! discindor doloribus. Juno Lucina fer mihi auxilium parturienti, salvam me præsta, te precor.* He. *Hem! anne Pamphila,*

Bip. *Compressum* Guelf. 3.—30 Br. ordinat *nobis si diis placet psaltriam.* Tὸ *Ille* abest Both.—31 Mss. quidam *hanc deserat.* Fa. e cod. Bembino laudat *deserit.* West. Sine dubio rectius *deserit;* licet omnes nostri *deserat.* Itaque et in textum admisi, quod Fa. facere neglexit. *Bent. Deserit* Both. Perl. —33 Tὸ *hic* abest Perl.—34 Mss. et editi quidam vetusti legunt *servolorum.* Sed *servorum* esse in omnibus libris Prisciani, testis est F. F. *West. Servulorum, non malus.* Dictioni *servulorum* versus repugnat: *servorum* admittit: ut in Bem. est, itemque Donato, hos Afranii versus citante: ' Is, ut servorum captus est, facillime Domo atque nostra familia provenditur.' *Fa. Captus est servorum, non malus.* Sic dedit nobis e Bembino Fa. et Bembino olim Corrector aliquis. Nostri omnes *servulorum,* contra metrum: reposuit itaque *servorum.* Immo sic reponendum erat: *P. ut captus servolorum est, non malus.* Et tamen Priscianus p. 729. *est servorum:* ut vetustus quoque ibi codex. *Bent. Captus servulorum est* Both. Perl. *Captus est servulorum* Br. —35 *Neque iners ad illas, solus qui omnem familiam* Both. ' Ms. R. *alit illam.*' Lind. Sic distinguit Br. *alit illas solus, omnem f.* Perl. sic: *alit illas, s. o. f.* —37 Hic vs. et seq. in Ms. Lips. etiam Hegioni tribuuntur. *West.* Ita et in Br. ubi notat Bruns: ' *Immo* et quæ sequuntur verba, edit. tribuit Getæ. Sed num probabile est, Getam de se dicturum esse, se postremo non negaturum esse? Aptius hæc ab Hegione prolata dicuntur.'—38 M. cum edd. Juntarum, Aldi, R. Stephani, *coram ipso cedo.* Sed et ita Fabrini. Præstat autem lectio codicis Bem. et plusculorum Mss. quam exhibeo. *West.* Veterrimus ex nostris *ipsum:* ceteri *ipso.* Bent. Br. et Er. *ipso.*—39 *Nec* pro *neque* Br. Guelf. 2.—40 *Miseram me!* Ante hæc verba plerique codices veteres legunt INTUS. Alii PAMPHILA CLAMAT INTUS. Utrumque a Librariis est, non a Poëta. Sic And. III. 1. 15. *West.* INTUS Br. In Guelf. 2. G. INTUS CLAMAT PAMPHILA: et incipit ab hoc versu nova Scena. Pro *differor*

Numnam illa, quæso, parturit? GE. Certe, Hegio. HE. Hem!
Illæc fidem nunc vostram implorat, Demea:
Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.
Hæc primum ut fiant, Deos quæso, ut vobis decet:
Sin aliter animus voster est, ego, Demea,
Summa vi defendam hanc, atque illum mortuum.
Mihi cognatus erat: una a pueris parvolis
Sumus educati; una semper militiæ et domi
Fuimus; paupertatem una pertulimus gravem.
Quapropter enitar, faciam, experiar: denique
Animam relinquam potius, quam illas deseram.
Quid mihi respondes? DE. Fratrem conveniam, Hegio:

quæso, in pariendo laborat? GE. *Sic sane est, Hegio.* HE. *Hem! illa auxilium vestrum plorans invocat, Demea: quod jure exigere potest, a volentibus id exoret. Hæc primum Deos precor ut faciatis, quemadmodum vos decet: sin aliter animati estis, summo conatu eam propugnabo, atque illum patrem ejus defunctum. Is mihi cognatione conjunctus erat, una a pueris educati sumus, una semper in bello et pace socii fuimus, inopiam una perpessi sumus, onerosam valde, et acerbam: quapropter contendam, laborabo, tentabo omnia, denique vitam potius amittam, quam illas indefensas solas relinquam. Quid responsi mihi das?* DE. *Fratrem meum Mitionem*

Guelf. 1. *deferor.*—42 Vet. cod. ap. Lind. *Certe parturit.*—44 Ex scriptura Mss. vix internoscere queas, *jus* scripserit Poëta, an *vis*, ob exiguam differentiam. Et possit Do. videri legisse *vis*, quia interpretaturus dicit, 'Vis igitur legum intelligitur.' Neque enim 'jus legum' commode dicitur. Sed et testatur Gabriel Faërnus, in Cod. Bem. ascriptum fuisse, 'Vis, necessitas legum.' Si vero *jus* scripsit Terentius, intelligitur vis justitiæ. *West. Id voluntate.* Guy. e tribus Mss. *τὸ ut* inserit; quod et mihi repertum: quando legendum: *id ut v. i.* Idem. Utrum *jus* an *vis* scriptum fuerit, in vetustissimis membranis vix possis dignoscere: *vis* tamen hic legendum; ut ex obliquis casibus, ubi magna differentia est, facile probes. *Bent. Vis* dant Br. Z. Perl. et probat Ruhnken. *Jus* defendunt Both. Bip. *Ut* post *id* Guelf. 2.—45 G. *ut nos decet.* R. *ut vos decet.*—47 Al. *hanc defendam.* Bent. legit *defendam has.*—48 *Una a pueris parvolis Sumus educati.* Defendit hanc lect. Fa. ex Bem. et Mss. aliis, addens, in nullo Ms. legi, *educti.* Sed et R. Stephanus edidit *educati*, et dudum ante eum alii. 'Educere' tamen Terentio frequentius, quam 'educare.' In Ms. Lips. est *a puero parvoli.* West. *Una a pueris parvoli.* Liber Bembinus, *parvolis:* alios quoque libros vidi, in quibus prius ita erat, sed deinde ex ea voce *s* abrasum fuit. *Fa.* Tres ex nostris præcipui *parvolis:* ceteri inepte *parvuli.* Quomodo enim a pueris parvuli educantur, cum parvuli etiam pueris natu sint minores? *Bent. Erat* abest Guelf. 1. *Parvoli* dat Delph.—49 *Sumus educati*] Vix stare hic versus potest, nisi legas, *educti:* quod tamen in nullo l. s. est. *Fa.* Nostri quoque *educati.* Sed miror Faërnum plus Librariis, quam versus legi et ipsi Auctori tribuisse, qui illud non in textum asciverit. *Bent. Educti* Both. Bip. Delph. —51 Omnes edd. penes nos *nitar.* Guelf. 3. *deinde* non *denique.*—52 Alias *illam.* Er.—53, 54 Hunc versum ex Phormione, II. 4. 21. huc insertum qui-

Is, quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
He. Sed, Demea, hoc tu facito: cum animo cogites,
Quam vos facillime agitis; quam estis maxume
Potentes, dites, fortunati, nobiles;
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos voltis perhiberi probos.
De. Redito: fient, quæ fieri æquum 'st, omnia.
He. Decet te facere. Geta, duc me intro ad Sostratam.
De. Non me indicente hæc fiunt. Utinam hoc sit modo
Defunctum! verum nimia illæc licentia

adibo, Hegio; quod is mihi de hac re suaserit, id faciam. He. *Sed tu, Demea, hæc apud te considera: quanto majores vobis sunt facultates, quanto potentiores, locupletiores, feliciores, nobiliores estis, tanto libentiori animo vos æquitati obsequi par est, si vos honestos æstimari vultis.* De. *Redi; omnia ex æquitate observabuntur.* He. *Hoc te facere convenit, Geta: duc me intro ad Sostratam.* De. *Non hæc fiunt, quin ante denuntiaverim. Utinam, hoc facinore Æschinus finem flagitiis suis im-*

---

dam post Muretum crediderunt. Et sane parum commode hoc loco legi videtur, cum de Æschini rebus nihil faceret Demea ex consilio Micionis, qui corrumpi eum sinebat, invito Demea, sunm jam esse factum jure adoptionis dicens Æschinum. Porro Demea in fine hujus Scenæ ita stomachatur in fratrem, ut eum minime consulturus videatur. Sed neque Donatus versum hunc hic legisse videtur, quia nihil ad eum notavit. Igiturne delendus, quamvis tot Mss. et impressi antiqui eum exhibent? *ἐπέχω.* Illa autem, *id sequar*, in Mss. quibusdam, editisque leguntur, *id exequar*. West. *Consilium, id exequar.* Omnes libri antiqui, et plerique alii ex recentibus, *id sequar*: sane in Bembino totus hic versus deerat, sed qui eum in margine ascripsit, scripsit *exequar*. Fa. Plerique etiam nostri *id sequar*. Bent. *Convenium, Hegio.* Absurde vulg. assuit versum a librario quodam ex Ph. III. 3. (al. II. 3. 4.) 21. *Id quod, &c.* quem uti Mur. h. l. alienum pridem sapienter monuit, ita nec agnoscit cod. Bem. a prima manu, nec Do. legisse videtur. Ceteri Mss. habent; unde apparet, quam sit unus Bem. illis omnibus præstantior. Nos expungere omnino non dubitamus. *Bip.* Expungendum quoque monet Both. *Exequar* Hel. Guelf. 2. *Id* pro *Is* 3.—55 G. F. *facito dum animo c.* legit. In Mss. et impressis quibusdam est, *tecum animo c.* West. *Tecum animo cogites.* Lectio libri Bembini, Victoriani, Basilicani, *cum animo cogites*, sanat hunc versum. *Fa.* Veterrimus noster *cum animo;* reliqui *tecum animo.* Vel legendum est, *facito, cum animo cogites*, vel *facito dum animo cogites*, vel *facito, tecum cogites.* Pari omnia sensu et usu: sed postremum placet: sic infra v. 3. 22. 'Quæso hoc facito tecum cogites.' *Bent. Tecum* Guelf. 1. —56 Al. *estis maxumi.*—57 Guelf. 2. *divites.* 1. 3. *et nobiles.*—60 Legendum monet Bent. *fieri quæ.* Ita et dat Perl. Bothius legit *quæ æquum fieri est.* —61 *Intro* abest Br.—62 Solicitatur *τὸ indicente* quasi minus Latinum. G. F. 'Observa,' me indicente,' hoc est, me non dicente; quod an alibi lectum sit, nescio.' Guyeto durum visum est, mutanti in *inticente*, multo durius. *West. Fient* Bem. sed alii omnes *fiunt:* et ut videtur, etiam Do. *Fa.* Nostri omnes *fiunt.* De *indicente* vide Gronov. ad Livii XXII. 39. *Bent. Utinam hoc sit modo.* Duo antiqui libri Bem. et Vi. *utinam hic* habent. *Fa.*—63 In qui-

Profecto evadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc evomam. 65

posuerit: at nimia illa non modo libertas, sed licentia, certe progreditur eo usque, ut magnam perniciem afferat. Abeo, ut fratrem conveniam, et hæc in eum tædia exonerem.

busdam codd. est, *nimis illæc l.* West. *Hæc* pro *illæc* Guelf. 2.—65 Mss. et editi quidam *exquiram.* West. *Ibo et req.* Br. *Ibo requiram* Both. Bip. Delph.

ACTUS III. SCENA V.

HEGIO.

Bono animo fac sis, Sostrata; et istam, quod potes,
Fac consolere. Ego Micionem, si apud forum 'st,
Conveniam; atque, ut res gesta est, narrabo ordine.
Si est, facturus ut sit officium suum,
Faciat: sin aliter de hac re est ejus sententia, 5
Respondeat mihi; ut, quid agam, quamprimum sciam.

Sostrata, fac ut bonum animum habeas, et istam filiam tuam Pamphilam fac consolatione recrees; ego Mitionem, si apud forum est, adibo, et eum certiorem faciam, quemadmodum res acta sit, ut is officium suum faciat, si ita ejus fert voluntas: sin aliter animo affectus est, sententiam suam mihi aperiat, ut quid agere debeam, quamprimum constituam.

In Bip. Act. III. Sc. 6. Scenam hanc genuinam esse, evincunt, præter Donati auctoritatem, qui in quibusdam tantum non ferri hos sex versus asserit, non in omnibus, etiam locutiones Terentio dignissimæ. Porro autem Hegio, qui paulo ante a Geta intro ad Sostratam erat ductus, infra IV. 3. non poterat rursus prodire in Scenam, nisi ante rursus egressus esset ex ædibus Sostratæ. Nec audiendus Guyetus, spurios hos sex versus vocans, quia scilicet Hegio alloqui non possit Sostratam, quæ nec in hac Scena, nec in præcedenti compareat. Optime enim Eug. 'Senex ingressus domum, vidit parturientem puellam, ejus matrem consolatur, promittens se conventurum Micionem, Æschini patrem, et coacturum, ut vitiatam ducat uxorem ille, qui vitiavit.' Cohæret autem hæc Scena superiori in Ms. Lips. et EP. Junt. et Ald. *West.* Ita et cohæret in GM. Both.—1 J. *quoad.* al. *quam* pro *quod.* Perl. —2 *Consolare* Guelf. 1. *Fac* abest Br.—4 Male in EA. Junt. Ald. et Lindenbrogii distinguitur, *Si est facturus, ut sit officium suum.* West. *Si* hic sine synalœpha est; contra morem et artem. Lege, *Si ita est.* Vel sic etiam poteris, *Sire est*, et *Sire aliter.* Bent. Both. legit *ut suum f. officium siet.*—6 *Mi* pro *mihi* Bent. Both. Bip. Perl. Delph.

ACTUS IV. SCENA I.

CTESIPHO. SYRUS.

CT. AIN', patrem hinc abisse rus? SY. Jamdudum. CT. Dic sodes. SY. Apud
Villam est: nunc cum maxume operis aliquid facere credo. CT. Utinam quidem,
Quod cum salute ejus fiat, ita se defatigarit, velim,
Ut triduo hoc perpetuo prorsum e lecto nequeat surgere.
SY. Ita fiat! et istoc, si quid potis est, rectius. CT. Ita; nam hunc diem 5

CT. *Certone dicis patrem meum Demeam ad villam hinc profectum esse?* SY. *Jampridem profectus est.* CT. *Age, quæso, dic mihi.* SY. *Apud villam est. Nunc cum maxime in colendo agro occupari puto.* CT. *Utinam sane ita labore delassetur, (quod sine detrimento valetudinis ejus fiat,) ut tribus diebus perpetuo somno in cubili detineatur, neque expergefieri possit.* SY. *Ita fiat, atque etiam longiori tempore, si hoc tibi commodius est.* CT. *Ita nam hunc diem continuum in volup-*

---

1 Mss. quidam, *Ain' tu:* quod laudat Guy. ex duodecim Mss. Codicibus; quare et suæ editioni ascripsit: quo motus forte Bœcl. ita edidit. In vetustioribus agnoscunt EA. ET. EV. 1. 2. Omittunt Juntæ, Aldus, St. Fabrini, Heinsius, Dac. cum ed. Pict. ex recensione Phil. Melanchthonis, Davent. Basiliensi, anni 1548. aliis, post EP. *West. Ain patrem hinc abiisse rus? Jamdudum. Dic sodes. Apud villam est*] Versus hic est trochaicus tetram. acatalect. *Fa.* Verba 'Villam est' collocant in fine hujus versus Bent. Z. Both. Perl. *Ain tu* Guelf. 2. 3. *Abiisse* Delph. Bip.—2 *Cum maxime*] Mire variant Mss. et impressi, exhibentes, *cum maxime, hunc maxime, autem maxime, eum maxime.* Guy. probat, *Nunc eum cum maxime.* West. *Nunc eum maxume*] Legendum, *Nunc cum maxume*, ut in Bem. et V. est. Donatus, in hac parte corruptus, nec *eum*, nec *cum*, sed *autem* habet. *Fa.* Recte *cum maxume.* Nostri *eum*, vel *autem*, vel nihil omnino. *Bent. Aut*, non *cum* Guelf. 1. *Autem* post 'Nunc,' omisso *cum* 3. *Perl. Eum* pro *cum* Br. Delph.—3 Pr. Inst. Gram. lib. XV. *defatigaret. Velim* πλεονάζει post 'Utinam.' Quod non animadvertens Donatus, binas sententias fecit. Ita: '*Utinam quidem:* sub. *apud villam sit.* Mox de integro: *Quod cum, &c.* Incommode. *West. Defatigari* Guelf. 2. *Nesciat* pro *nequeat* 1. *Perl. Utinam quidem!*] Intell. id sit. Al. vero 'Utinam' conjungunt cum 'velim,' et hoc πλεονάζειν volunt, quod absque exemplo est. Nos cum Do. facimus. *Bip. Defatigare*] Sic Br. Correct. in *defetigarit:* et sic est in edit. *Bruns.* Sic est in Z. Bent. Both. *E lecto prorsus* Delph. *Prorsus* et Br.—5 *Ut* ante 'hunc' Guelf. 2.—6 Mss. et impressi

NOTÆ

5 *Et istoc, si quid potis est, rectius*] Servus improbus non lassitudinem, sed mortem Demeæ precatur; duram quietem et somnum ferreum, ut Virgilius ait; 'Olli dura quies oculos et ferreus urget Somnus; in æternam clauduntur lumina noctem.'

Misere nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere:
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope 'st:
Quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quam huc revorti posset iterum.
Nunc ubi me illic non videbit, jam huc recurret, sat scio.
Rogitabit me, ubi fuerim; quem ego hodie toto non vidi die. 11

tate et gaudio insumere vehementer desidero: et rus illud non ob aliam causam mihi valde odiosum est, quam quod urbi propius est: quod si esset remotius, prius nox patrem in itinere invaderet, quam huc iterum remeare posset. Nunc ubi ille me in villa non reperiet, jam properabit huc reverti, probe scio. Quæret a me ubi moratus fuerim, cum a me toto hoc die visus non fuerit. Quid excusationis affe-

---

quidam exhibent, *Misere cupio;* omisso, *nimis.* Alii, *Mi Syre, cupio.* Sed *Misere nimis* firmatur a Donato. *West. Misere nimis cupio*] Nostri fere omnes *Misere cupio,* nec agnoscunt illud *nimis.* Unus tamen ex Regiis *Nimis misere cupio.* Rectissime: et inde est, quod in ceteris desit *Nimis.* Quippe inter *diem* et *misere* absorptum est *Nimis* (*Diemmisere*). Bent. In R. *nimis* deest. *Lind.* Vulg. *Misere nimis.* Ex qua lect. equid. suspicor venisse, ut illa oriretur quam Pall. habent, *Mi Syre nimis.* Perl. *Nimis* omitt. Br. *Nimis misere* Both. Perl. *Ut cœpi, cupio* Bip.—7. 8 Mss. et editi quidam, *nisi quia tam prope 'st.* West. *Tam* post 'quia' Guelf. 2. *Perl.* Alii versui 7. præter metrum addunt *prope est:* quod cum Er. sequenti præmittimus. *Bip.* Hunc versum et sequentem ita ordinatos habet Bembinus, *Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope'st. Quod si abesset longius.* Fa. Hos vss. sic Both. dat:

Et illud rus n. a. c. ita male odi,
Nisi quia prope est. Quodsi longius abesset,
Nox prius, &c.

—9 *Quam huc reverti posset iterum*] Finis est versus trochaici tetrametri acatalectici. Puto tamen eum corruptum, et pro *posset* legendum esse *possiet.* Dictionem vero *iterum* delendam, eo magis quod in Bem. non omnino legitur, *posset iterum,* sed *posse iterum:* in quodam vero alio libro, *posset iter:* quod non ita multum distat a *possiet:* ita versus esset octonarius Iambicus, ut ceteri. *Fa.* Πλεονάζει τὸ 'iterum.' Quanto minus ferendum illud Guyeti, *revorti posseret,* et Faërni *possiet,* deleto *iterum.* Ut tamen sit Trochaicus octonarius catalecticus, Faber legit: *Priu' nox oppressisset illic, quam huc posset revortier.* West. *Longius, prius Nox, &c.*] Vulg. *prius* versui 9. præmittitur, qui sic totus aberrat a metro: cui ut mederemur, porro fecimus *revortier* quam *revorti.* Sic non opus vi, quam alii inferunt. *Bip.*—10 *Viderit* Ms. Lips. *West. Illuc* Guelf. 3.—11 Quidam Mss. et editi veteres, *Rogabit.* Guyetus vero et *me* et *ego* in hoc versu duo glossemata vocat ἐν ἀνεκδότοις. *West. Rogabit me ubi fuerim*] Bem. *Rogitabit:* quod instantius est. *Fa. Rogitabit ubi fuerim*] Nostri omnes cum Edd. vett. *Rogabit me, ubi fuerim.* Recte. 'Ubi' accentum hic habet in syllaba priore. Ergo *Ubi fue* proceleusmaticus est, Dactyli tempus habens; et irato apprime convenit rapide loqui. *Bent.*

Quid dicam? Sy. Nihilne in mentem? Ct. Nunquam quicquam. Sy. Tanto nequior.

Cliens, amicus, hospes, nemo 'st vobis? Ct. Sunt: quid postea?

Sy. Hisce opera ut data sit. Ct. Quæ non data sit? non potest fieri. Sy. Potest.

Ct. Interdiu: sed, si hic pernocto, causæ quid dicam, Syræ? 15

Sy. Vah! quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.

Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo.

Cum fervit maxume, tam placidum, quam ovem reddo. Ct. Quo modo?

ram? Sy. *Nihilne in mentem tibi venit, quo te excuses?* Ct. *Nihil quicquam.* Sy. *Tanto pejori loco es. Clientem, amicum, hospitem neminem vos habetis?* Ct. *Habemus quidem; sed quid hoc juvabit?* Sy. *Dices illis officium te præstitisse in eorum rebus.* Ct. *Quod præstatum minime fuerit? Non potest fieri, ut id factum esse pater credat.* Sy. *Potest fieri.* Ct. *Potest quidem per diem; sed si hic totam noctem transigo, quid respondere potero, Syre?* Sy. *Vah! utinam etiam per noctem consuetudo esset officium amicis suis præstare. Age securo sis animo: ego ejus mentis conceptus callide scio. Cum vehementer ira exardet, tam mansue-*

Rogabit Br. Perl. *Hodie* delet Both.—12 Codices alii, *Nihilne in mentem est?* Alii, *Nihilne in mente est?* Bœnd. *nequior es.* West. *Nihilne in mente est* G. ET. EM. *Id. in Add. Nihilne in mente est*] Ita aliqui libri, sed plerique, inter quos Bembinus, *Nihilne in mentem est?* Ego ex infra scriptis verbis Donati conjicio legendum sine verbo *est: Nihilne in mentem?* ut subaudiatur 'venit:' dicit enim super eo versu: '*Hisce opera ut data sit*] A superiore subauditur, veniat in mentem.' Hæc Donatus. Non posset autem subaudiri, veniat, nisi supra esset, aut in voce, aut in sensu. *Fa.* Vera est lectio *Nihilne in mentem est?* atque ita noster ille 900. annorum: ceteri *in mente est.* Porro lege *Nusquam quicquam.* Bent. Ex eo, quod Do. notavit, omittendum *est* videtur. *Nequior es* Guelf. 2. *Perl. Nihilne in mentem*] Sic Do. legisse videtur. Sed Bem. *in mentem est:* quod Plautinum. *Bip. N. in mente est* Br. *Est* addit et Z. *Nusquam* dat Both.—14 Bœnd. *Hisce opera dic ut data sit.* West. *Dic* post verba 'ut d. s.' in Guelf. 3. *Perl.* Non interrogat Br. ante 'non.'—16 *Ut etiam* M. *West. Ut* post 'vell.' omisso *etiam* Guelf. 3. *Vell. ut etiam* 1. *Perl.*—18 Pr. Inst. Gram. lib. IX. *quasi ovem.* Codices quidam scripti et impressi, [numerat in Addendis G. ET. EM.] *fervet.* Sed idem verbum etiam tertia conjugatione extulerunt Veteres. *West.* Pr. ita citat: *Cum maxume fervit, tam placidum quasi ovem reddo.* Est autem antiqua locutio, post 'tam' inferre 'quasi.' *Fa.* Pr. p. 866. ubi et codex vetus *quasi ovem.* Quod autem ait 'tam—quasi' antiquam locutionem esse; voluit credo illud Plauti Curc. I. 51. 'Tam a me pudicast, quasi soror mea sit.' Ubi codex tamen Regius *quam si.* Lege, *Tam a me pudicast, quam si soror mi sit.* Siquis igitur illud *quasi* a Pr. accipiat, non *tam* hic legat, sed *tum: Cum fervit maxume, tum placidum quasi ovem reddo.* Illud enim observandum, *reddo*

Sy. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum Deum:
Virtutes narro. Ct. Meas? Sy. Tuas: homini illico lacrymæ cadunt,
Quasi puero, gaudio: hem tibi autem! Ct. Quidnam est?
Sy. Lupus in Fabula.
Ct. Pater est? Sy. Ipsus est. Ct. Syre, quid agimus?
Sy. Fuge modo intro: ego videro.
Ct. Si quid rogabit, nusquam tu me: audistin'? Sy. Potin' ut desinas?

tum, quam ovem facio. Ct. *Quo pacto?* Sy. *Te laudando; nam hoc illi valde placet: apud illum te ut Deum laudibus celebro: virtutes tuas prædico.* Ct. *Measne?* Sy. *Tuas: illi lacrymæ ex oculis fluunt præ gaudio, sicut puero. Hem tibi autem adest ille.* Ct. *Quidnam est?* Sy. *Lupus in fabula.* Ct. *An pater est?* Sy. *Ipse est.* Ct. *Syre, quid mox nobis agendum?* Sy. *Festina intro ædes ire: ego cogitabo quid facto opus sit.* Ct. *Si quid a te quærat, nusquam tu me vidisse respondeas; audivistine?* Sy. *Potesne desinere loqui?*

---

tam placidum; cum *reddo* dicis, nec *quam ovem*, nec *quasi ovem* possis dicere; subaudiretur enim, quasi ovem reddam. Atqui ovis non *redditur* placida, non ex fera cicuratur, mansuefit; sed natura et indole est placida. Repone: *Cum fervit maxume, tam placidum, quam ovis est, reddo.* Bent. Nihil mutandum: nam elliptica scribendi ratio est; ubi supplendum 'quam ovem esse constat.' *R. D.* GM. [et Br.] *ferret. Quasi* pro *quam* Guelf. 3. Bentleio assentio: nisi forte existimamus Poëtam paululum indulsisse aurium judicio. Attamen ingeniosi viri causam Terentius ipse infra v. 3. 63. agere videtur. *Perl. Oleum* pro *ovem* legit Both.—20 *Measne* Bent. et Perl. qui notat *Meas* esse in Guelf. 3.—21 *Præ gaudio* quidam Mss. *West.* Absunt *Quasi pu.* a Guelf. 1. *Præ gaudio* dant Guelf. 1. 3. *Em* Br. Bent.—22 Alii: *Paterne? Ipsu 'st.* Guyetus præfert, *Pater adest? Ipsus.* Ms. Lips. *Quid agam?* West. *Pater adest* G. EM. *Paterne* ET. *Id. in Add. Pater est? Ipsus. Syre.* Tres ex nostris *Paterne est? Ipsus.* Lege, *Paterne? Is ipsus.* Bent. *Paterne* Guelf. 2. 3. *Perl.* Ed. nostra vetus Arg. *Paterne. Ipsus.* Bene inserit Bent. *Is ipsus:* quod et metrum poscit. Al. minus bene *Pater est? Ipsu' est.* Al. pejus: *Pater adest? Ipsus.* Bip. Bentleium sequuntur Bip. Both.—23 Mss. et impressi quidam: *Potin' es, ut desinas?* West.

NOTÆ

21 *Lupus in Fabula*] Adagium, quo utimur, quoties supervenit ille, de quo loquimur, et nobis sua præsentia detrahit facultatem loquendi. Sic Plautus in Sticho, act. IV. scen. 1. 'Atque eccum tibi lupum in sermone!' 'Sermo' pro familiari colloquio illic sumitur. Eadem est vis verbi 'Fabula:' unde fabulari, quod et elegans, et Veteribus olim pervulgatum, hodie vix notum in eo significatu. Credebatur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens, ut tradit Plinius lib. VIII. cap. 22. Virgilius etiam id confirmat, Eclog. IX. 'Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœrin Jam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores.'

ACTUS IV. SCENA II.

DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.

DE. NÆ, ego homo sum infelix! primum fratrem nusquam invenio gentium:
Præterea autem, dum illum quæro, a villa mercenarium
Vidi: is filium negat esse ruri: nec, quid agam, scio.
CT. Syre. SY. Quid ais? CT. Men' quærit? SY. Verum. CT. Perii! SY. Quin tu animo bono es.
DE. Quid hoc, malum! infelicitatis? nequeo satis decernere; 5
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Primus sentio mala nostra; primus rescisco omnia;
Primus porro obnuntio: ægre solus, si quid fit, fero.

DE. *Profecto sum infortunatus: primum fratrem Mitionem nullo loco reperio: etiam, dum illum quærito, mercenarium, qui mercede conductus in villa operatur, vidi: is Ctesiphonem rure abesse ait; nec quid agere debeam, novi.* CT. *Syre.* SY. *Quid dicis?* CT. *Mene petit?* SY. *Petit.* CT. *Perditus sum.* SY. *Age, forti animo esto.* DE. *Quænam hæc est, o rem malam! infelicitas? cum nihil certi constituere possim, nisi quod a natura comparatus sum ad tolerandum adversitates: primus infortunia et damna nostra patior: primus, omnium subito certior fio: primus si quid adversi imminet, nuntio: solus dolorem, si quid contingit, sentio.* SY.

1 Mss. quidam et impressi veteres post EP. *egomet homo.* West. Versus est justo longior. Duo ex nostris non habent *homo.* Malim tamen *sum* ejicere. *Bent.* At formula 'homo sum' Terentii est, quæ adimi non debet. *Perl.* Versus justo longior est: eoque rejecit Bent. *τὸ sum*, quod retinendum videtur. *Homo* in Mss. et edd. priscis locum mutat: hoc aliunde ingestum potius absit. *Bip. Sum* delet Both. Interrogat Br. post 'infelix.'—2 Quidam Mss. et impressi codd. *a v. redeuntem merc.* West. *A. v. m.*] Par. ms. *redeuntem*, mire. *Perl.*—3 Charisius lib. I. *rure* legit. *West. Vidi; negat is filium esse ruri* Both. et Perl. qui monet in Guelf. 2. esse quod legimus.—4 Bona pars Mss. et impressorum Codicum, atque in illis EP. *Quid agis?* Quidam rectius, *Quid est?* West. Bembinus liber, et omnes fere alii, *Quid est?* Fa. Unus tantum ex nostris *est*, ceteri *ais, agis.* Porro lege ex tribus nostris, *bono animo es.* Bent. *Quid est* prisca ed. nostra. Vulg. *quid ais?* Nihil vero narravit. *Bip. Agis* Br. *Est* Z. Bip. Both. et Perl. qui dat *bono animo.*—5 *Sat* Both. —6 Abest *credo* a Guelf. 2. *Re* Both. legit.—7 *Nostra, primus rescisco, omnia* Both. *Nostra, pr. rescisco omnia* Perl.—8 *Pr. porto, enuntio* Pall. *West.* Par.

NOTÆ

5 *Quid hoc, malum! infelicitatis*] Hic 'o malum.' 'malum' pro interjectione positum,

Sy. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.
De. Nunc redeo: si forte frater redierit, viso. Ct. Syre,
Obsecro, vide, ne ille huc prorsus se irruat. Sy. Etiam taces?
Ego cavebo. Ct. Nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi;
Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum 'st.
Sy. Age, tamen ego hunc amovebo. De. Sed eccum sceleratum Syrum!
Sy. Non, hercle, hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.
Scire equidem volo, quot mihi sint domini: quæ hæc est miseria?
De. Quid ille gannit? quid volt? quid ais, bone vir? est frater domi?

Hunc hominem ridiculo habeo: affirmat se scire primum, cum solus omnia ignoret. Nunc revertor visurus si frater forte reversus fuerit. Ct. *Syre, cave, precor, ne pater huc recta prorsus cum impetu se inferat.* Sy. *Taceas, ego cavebo.* Ct. *Per Herculem minime hodie hanc rem administrandam tibi mandabo: nam jam me in cella aliqua, cum illa puella conclusum occultabo: id tutissimum est.* Sy. *Fac ut videtur, tamen hunc amoliar.* De. *Sed ecce flagitiosum Syrum.* Sy. *Per Herculem nullus quisquam hic permanere, si ita consuefit agi, diutius potest. Certe volo certior fieri, quot dominos habeo: quæ est hæc infelicitas?* De. *Quid ille ganniens dicit? quid garrit? quid tibi est, bone vir? estne frater domi?* Sy. *Quid tu, proh*

p. var. *porto.* Abest *fit* a Guelf. 2. *Perl.*—9 Distinguit Guyetus, *se scire, is solus nescit, omnia.* Scilicet quia dixerat Demea 'Primus rescisco omnia.' Idque miratur Guyetus non observasse Donatum. Mirum autem non observasse Guyetum, omnem emphasin esse in τῷ 'scire,' et 'nescire;' atque adeo τὸ 'omnia' ad prius verbum esse subaudiendum. *West.* Demea ter dixerat eodem accentu, 'Primus sentio,' 'Primus rescisco,' 'Primus obnuntio.' Quid Syrus? *Primum ait se scire.* Ita depressit *Primum* in Thesi; ut, quod elate dicendum esset, vix posset exaudiri. Tu repone, *Rideo hunc: se primum ait scire: is sólus nescit ómnia.* Sed nescio an legendum sit, *ait primus scire.* Mutarunt forte Magistri; ne Solœcismo scilicet discipulos insuescerent. *Bent. Se primum ait scire* dat Both. Notat glossa in Br. post 'omnia' aliter pungi per interrog.—10 *Frater forte* Both.—11 *Non taces* Guelf. 2.—13 *Jam* abest a G. [Br.] ET. EM. *West.* 'Cellam' hic in Thesi delitescit, quod maxime proferendum erat. Nullus ex codicibus nostris agnoscit illud *jam.* Lege igitur: *Nám me in céllulam aliquam.* Bent. *Jam* legitur in B. *Both.* qui dat *Nam me jam aliquo in cellam cum illa c.* Bentleium sequitur Perl.—15 Nimis laxo socco incedit hic versiculus. Repone, *Nón hercle hic quidem pérdurare.* Nonius tamen, v. Durum, *durare* hinc citat. *Bent.* Novam Scenam ab hoc versu incipit Bip.—16 *Sunt* Guelf. 2.—17 *Garrit* alii. *West.*

Sy. Quid, malum! bone vir, mihi narras? equidem perii.
De. Quid tibi est?
Sy. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, et istam psaltriam,
Usque occidit. De. Hem! quid narras? Sy. Hem! vide, ut discidit labrum.
De. Quamobrem? Sy. Me impulsore hanc emtam esse ait. De. Non tu eum rus hinc modo
Produxe aiebas? Sy. Factum: verum venit post insaniens:
Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis?
De. Laudo, Ctesipho: patrissas: abi, virum te judico.

malum! me appellas cum his verbis, Bone vir? Equidem occidi. De. *Quid quereris?* Sy. *Rogas quid querar? Ctesipho me pugnis miserum, et istam fidicinam usque contudit et pœne conscidit.* De. *Hem! quid ais?* Sy. *Hem, aspice, ut diffidit mihi labrum.* De. *Qua de causa?* Sy. *Me suasore queritur hanc fratrem comparasse.* De. *Nonne tu modo eum hinc ad villam comitatum deduxisse aiebas?* Sy. *Ita est: at venit post furens: nullam rationem mei habuit: nonne eum pudere debuit, hominem senili ætate confectum ictibus diffregisse, quem ego modo puerulum in ulnis gerebam meis?* De. *Laudo te, Ctesipho: similis es majorum: eja age, te in hac adolescentuli ætate jam virum esse dico.* Sy. *Laudas?*

Par. ms. *agis* pro *ais*. Perl. 'Quid,' quod est in initio versus, rejicit Delph. in versum 16.—18 Demea dixerat *Bóne vir*, Syrus in repetitione accentum mutat *Bone vír*. Hoc non ab Auctore, sed a Librariis venit. Repone, *mihi, bóne vir, narras?* Bent. Pro *bone vir* dat *boni* sine *vir* Both.—20 In quibusdam Libris est, *discidit mihi labrum*. West. *Labrum ut discidit* Both. *Em* dat Bent. bis: hic non ei assentit Br. contra ac quod fere aliter facit.—21 Ms. Lips. [etiam Br.] non agnoscit *τὸ modo*. West. *Non tu eum rus hinc dixtin' abesse* G. *Id. in Add. Num tu eum rus hinc mihi Prodiisse aiebas* Guelf. 1. *Rem ceptam* pro *emtam* 3. *Perl.*—22 Mss. quidam et impressi veteres, *Prodiisse*. Sed *Produxe* tuetur etiam Donatus. *West. Rus hinc modo*] Hæc verba præcedenti versui [sc. versui 21.] attribuimus. *Fa.* Unus ex Regiis *aibas* habet, ut nos ubique reponimus; non *aiebas*. Bent. *Produxisse* GM. et in marg. 'Al. *produxe.*' *Est* post 'Factum' Guelf. 2. *Perl. Aibas* Both. Perl. *Post venit* Delph.—23 Codices quidam, *Non puduit*. Alii barbare, *Non puduit se*. West.—24 Repone *puerum modo*. Bent. Sequitur Both.—25 *Abi, virum te judico*] Guy. in glossis Mss. male: 'Dimitto te: absolvo te culpa, Ctesipho, ob hoc factum.' Ubi enim laudabant quem, 'Abi' dicebant. Perperam igitur Par. hæc Syro dicta autumat. *West. Laudo, Ctesipho: patris-*

NOTÆ

17 *Quid ille gannit*] Conqueritur gannitu. Gannire proprium est vulpium.
25 *Patrissas*] Patris mores refers.

Sy. Laudas? næ, ille continebit posthac, si sapiet, manus.
De. Fortiter. Sy. Perquam! quia miseram mulierem, et me servolum,
Qui referire non audebam, vicit; hui! perfortiter!
De. Non potuit melius: idem, quod ego, sentit, te esse huic rei caput.
Sed estne frater intus? Sy. Non est. De. Ubi illum quæram, cogito.
Sy. Scio ubi sit; verum hodie nunquam monstrabo. De. Hem! quid ais? Sy. Ita.
De. Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. Sy. At nomen nescio
Illius hominis; sed locum novi, ubi sit. De. Dic ergo locum.

per Pollucem comprimet posthac, si quid mentis habeat, manuum impetum. Ct. *Macte fortitudine, Ctesipho; strenue fecisti.* Sy. *Valde vero strenue, qui infirmam fœminam, et miseratione dignam; et me timidum servum, qui contra repercutere verebar, verberibus contudit.* De. *Non potuit ille melius facere. Idipsum credit quod ego, te esse auctorem harum turbarum: sed estne frater intus in ædibus?* Sy. *Non est.* De. *Dubito quonam in loco eum invenium.* Sy. *Scio ubi eum invenias, sed nunquam hodie tibi locum ostendam.* De. *Quid ais?* Sy. *Ita, non ostendam.* De. *Conteretur certe tibi mox caput.* Sy. *Verum latet me nomen illius hominis, apud quem est, sed locus mihi notus est.* De. *Indica ergo locum.*

---

sas] Lege et distingue, *Laudo: o Ctesipho, patrissas.* O addunt tres ex nostris, quorum duo inter optimos. *Bent. Laudo te* J. *Patrizas* Br.—26 Mss. quidam: *Laudasne? ille continebit.* Ita et editorum quidam, in quibus EA. EP. et Junt. *West.* Ita et Br. *Sapit* Guelf. 3.—27 *Quia*] M. *nimis quia.* West.—28 *Hui! perfortiter*] Hæc Guy. Demeæ tribuit. *Id. Fortiter* pro *perfort.* dat Br.—29 *Sentit* Bem. cum plurimis Mss. aliis. Pauci, *sensit:* quomodo tamen etiam Junt. *West. Idem sensit quod ego*] Bem. *Idem quod ego sensit:* postea, deleto *s* medio, remansit *sentit*, quod perspicue melius est. Eadem collocatio est in V. Bas. et in aliquibus aliis libris, et apud Donatum: licet verbum non habeat, ut possit sciri, utrum legerit *sensit*, an *sentit.* Fa. *Nón potuít meliús, idem quód ego*] Sic nostri omnes, et *sensit.* Sed vides, ut incommode Accentus in finales incidant. Contra ac supra II. 2. 7. 'Qui pótui mélius.' Facile igitur inducor, ut sic olim fuisse existimem: *Non pote mélius: ídem ille quod ego sénsit té esse huic rei caput.* Qui *sentit* in Bembino interpolavit, voluit opinor *censet*, quod est, putat, existimat. *Bent. Sensit* Br. Delph. Both. Perl.—30 *Quæram*] Bem. *inveniam*, laudante Guy. *West. Quæram*] Sic dedit Faërnus, non ausus Bembino suo fidere. Nostri omnes *quæram:* rectum tamen est *inveniam.* Nec minus rectum *quæram.* Bent.—31 In fine hujus versus ascribe dictionem *Ita*, quæ est prima subsequentis. Sic hi duo versus erunt trochaici catalectici, ut ceteri. Ita quoque ordinantur in Bem. et aliquot aliis libris. *Fa. Ita* collocat Z. in versu seq. *Siet* pro *sit* Both. *Agis* pro *ais* Guelf. 3.—32 Pr. lib. I. Inst. Gram. *Dimminuetur*, quasi *Disminuetur:* quod laudat Gifanius, Ind. Lucret. v. Diminuo. *West.*

SY. Nostin' porticum, apud macellum, hanc deorsum?
DE. Quidni noverim?
SY. Præterito hac recta platea sursum: ubi eo veneris,
Clivos deorsum vorsus est: hac te præcipitato: postea
Est ad hanc manum sacellum; ibi angiportum propter est.
DE. Quonam? SY. Illic ubi etiam caprificus magna est:
nostin'? DE. Novi. SY. Hac pergito.
DE. Id quidem angiportum non est pervium. SY. Verum
hercle: vah!
Censen' hominem me esse? erravi. In porticum rursum
redi:

SY. *Novistine ubi sita est porticus ad macellum, ad imum vicum, deorsum?* DE. *Novi.* SY. *Procede hac parte, recta per plateam sursum ascendens: ubi eo perveneris, clivus est declinans ad inferiorem vici partem: per hunc descende subito: exinde structum est ad hanc manum sacellum; prope angiportus est.* DE. *In qua parte?* SY. *Illic ubi ficus sylvestris procera est: novistine?* DE. *Novi.* SY. *Hac progredere.* DE. *Is quidem angiportus est impervius.* SY. *Verum mehercule: vah! tanta est stoliditas mea, ut vix me hominem esse dicas. Errore lapsus*

Jam omittit Br.—34 In quibusdam Libris et EP. est, *hac deorsum.* Codices quidam cum Donato, *norim.* West. *Hac*] Par. ed. *hanc.* Perl. *Hac*] Al. male *hanc.* Bip. *Hac* Bent. Both. et Perl. *Ad* pro *apud* Both.—35 Repone *sursus.* Bent. *Sursus*] *Sursum* al. præter metrum. *Bip. Sursus* Both. Perl. *Et rursum* Guelf. 2.—36 In quibusdam Codicibus deest *te.* Alii, *hac te præcipita.* West. *Clivos deorsum vorsum est: hac te præcipitato: postea*] Bem. *hac præcipitato* absolute habet: ut Virgilius: 'Nox humida cœlo Præcipitat.' Ita quoque videtur legere Donatus, ita dicens, '*Præcipitato:* Cito descende.' Qua lectione admissa, licet versus sic quoque sustentari possit, tamen, ut melius habeat, quia in aliquibus libris pro *vorsum* est *versus*, legerim *vorsus.* Fa. *Clivos deorsum vorsus est: hac præcipitato: postea*] Sic dedit Faërnus. Nostri cum vett. Edd. *vorsum est; hac te præcipitato.* Unus tantum habet *vorsus*, idem tamen *te* habet. Utroque modo et versus et sententia constat. Pr. *versum* hic legit p. 1013. de Adverbiis in Um: 'Orientem versum, Occidentem versum: Deorsum versum, Terentius in Adelphis.' Sic codices scripti: in Putschii editione deest *Deorsum versum.* Bent. 'Præcipitare' sæpe sine casu absolute ponitur. *R. D. Vorsum* Br. Bent. Both. Perl. *Te* omittunt Delph. Bip. *Rursus* pro *vorsus* Guelf. 2.—37 Libri quidam Mss. et impressi, post EP. *prope est.* West. *Ibi*] J. *ubi.* Perl.—38 Versum hunc denarium catalecticum trochaicum faciunt: quos nullos scripsit Terentius. Alibi: *Quidnam? Illuc, &c.* Ego legendum putarim *Ubinam? Ubi etiam, &c.* ut sit Trochaic. octon. hypercat. *Quonam* non videtur sententia postulare: *Illic* Do. non legit. *Gov. Quonam*] Ms. Lips. EA. et EP. *Quodnam?* Guy. reponit, *Ubinam?* Mss. quidam, *nosti?* Deest a Bemb. aliisque nonnullis, quando versus est trochaicus catalecticus. *West.* Deleta ex auctoritate Bembini dictione *nostin*, versus remanet trochaicus catalecticus, ut ceteri. *Fa.* Vetus noster delet *nostin:* tu dele etiam *Quonam.* Bentleius. Vulg. præmitt. *Quonam?* GM. *Quodnam?* Utrumque cum Bent. omitto. *Nostin* nec edid. Par. *Perl. Quodnam* Br. Omittit Both. qui cum Br. Bip. et Perl. delet *Nostin.*—39 Pr. Inst. Gramm. lib. XVIII. *Id autem angiportum.* Quod

Sane hac multo propius ibis, et minor est erratio.
Scin' Cratini, hujus ditis, ædes? De. Scio. Sy. Ubi eas præterieris,
Ad sinistram hac recta platea: ubi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextram: priusquam ad portam venias, apud ipsum lacum
Est pistrilla, et exadvorsum fabrica: ibi est. De. Quid ibi facit? 45
Sy. Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit.
De. Ubi potetis vos? Sy. Bene sane. De. Sed cesso ad eum pergere.

sum: in porticum iterum regredere. Sane hac compendiosior est via, et difficilius a via aberratur. Scisne ubi domus posita Cratini hujus locupletis? De. *Scio.* Sy. *Ubi eam transieris, ad sinistram ito per rectam hanc plateam: quando ad Dianæ ædem veneris, confer te ad dextram, priusquam ad portam urbis pervenias, apud ipsum lacum est pistrinum parvum, atque ex opposito fabri lignarii officina ibi est.* De. *Quid ibi facit Mitio?* Sy. *Lectulos discubitorios cum acernis fulcris, in quibus sub sole cœnetur, construendos locavit.* De. *Ubi scilicet potationes celebretis: egregie certe; sed nimis moror, quominus ad eum iter peragam.* Sy. *Perge*

videtur vel ἁμάρτημα μνημονικὸν scribentis, vel error Librariorum; quia lib. VII. est, *Id quidem angiportum.* West.—40 Non opus cum Guy. legere *Sentio hominem, &c.* West.—41 *Sane multo pr. hac, et minor ibi est erratio* Both.—42 *Scin' Cratini, hujus ditis, ædes*] Ita distinguo. Si enim 'hujus' ad 'Cratini' referretur, quod fit vulgo, necesse esset, digito monstrari posse, qui nunc procul habitabat. Sensus igitur est: Scin' ædes Cratini illius divitis? *West.* Br. et edd. quæ penes nos sunt non distinguunt ante vocem 'ædes.'—43 *Templum* post 'Dianæ' Guelf. 3. Supplementum interpretis. *Perl.*—44 *Portum* Guelf. 3. et ab altera manu *illum* pro *ipsum.* Id. Dat Br. *Ito ad dexteram priusquam ad portam venias. apud ipsum, &c.*—45 *Est pistrilla et exadvorsum est fabrica*] Nullus l. s. habet verbum *est* secundo loco. *Fa.* Neque nostri habent *est.* Bent. *Est* medium dant Z. Delph. Bip. *Ex adverso* Guelf. 1.—46 Multi Mss. et impressi, cum EP. *iligneis.* Ita et Pr. Inst. Gramm. lib. II. Ms. Lips. *iligneis pedibus in sole.* Jo. Clericus, Art. Crit. III. 1. 6. 23. legit *Lectulos illic salignis ped.* West. *Iligneis*] Bem. *iligneis.* Virgilius: 'Currentem ilignis potare canalibus undam.' *Fa.* Nostri omnes *iligneis.* Bent. *Illignis* Bem. *Illigneis* GM. *Ligneis* Guelf. 3. *Perl. Iligneis* Br.—47 *Ubi potetis vos*] Hæc in Mss. nonnullis Syro tribuuntur; sed et in quibusdam editionibus, in quibus est EA. et Junt. Iidem Libri sequentia, *Bene sane*, tri-

NOTÆ

43 *Ad Dianæ veneris*] Sic absolute dicebant, non addito 'templum.'

44 *Apud ipsum lacum*] Lacus etiam sunt receptacula aquæ, ad aquandum, aut lavandum deductæ, quales multi Romæ fuerunt, ut Curtius, insigni aquæductu memorabilis, ut qui a quadragesimo milliari in urbem fuerit perductus, opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile distribueretur. Plinius lib. XXXVI. cap. 15.

SY. I sane. Ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium.
Æschinus odiose cessat: prandium corrumpitur.
Ctesipho autem in amore est totus. Ego jam prospiciam mihi:
Nam jam adibo, atque unumquodque, quod quidem erit bellissimum,
Carpam; et, cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem.

quidem: ego te tractabo, fatigabo hodie, ut meritus es capularis senex decrepite. Æschinus moleste tardat, prandium corrumpitur, Ctesipho autem amicæ operam omnem dat suam; tempus jam est, ut mihi consulam: nam jam aggrediar, et quicquid erit suavissimum decerpam, et cyathos sæpius exhauriens sensim hunc traducam diem.

buunt Demeæ. *West. Ubi potetis vos.* DE. *Sane bene*] Idem liber hæc omnia Demeæ attribuit: in cujus persona optime quadrant: ut erat in Victoriano, et ita collocat Bembinus cum Basilicano, *Bene sane*, quod et venustius est. *Fa. Bene sane*, nostri omnes. *Bent.* Bent. [cum Z. et Bip.] totam hanc lineam Demeæ attribuit. Non placet. *Perl.* Br. Bent. Z. non interrogant post 'vos.' Nec Both. qui dat *Ubi p. vos* Syro, cetera Demeæ. Interrogant post 'pergere' Z. Bent. Bip. Both. Sed Both. in Notis, Dele, ait, virgulam extremo versu.—49 Unus ex Regiis *otiosus*. Lege *odiosus*. Bent. *Otiose* vett. edd. *Bip. Otiose* mutat. in *odiose* in Guelf. 1. *Perl.*—50 Non habet *est* unus Guelf. *Tum* pro *jam* expressum habet ed. Both.—51 Guy. male *abibo*. Bona Mss. pars, *unumquicquid*. Ita et edd. EP. Junt. Davent. aliæ veterum. In Codice Argentino est: *Atque unum, quod quidem ferculum erit bellissimum, carpam.* West. Et ita dant Br. Bent. Z. Both. Perl.—52 *Sórbilláns*] Sic Fa. et codices plerique: sed unus ex Meadianis *sorbilans*. Recte, secunda brevi, ut 'ventilans.' *Bent. Sorbilans* ergo dat Perl. *Ciatos* pro *cyathos* habet Br. *Sorbillans paul. cyathos pr. d.* abjecto *hunc*, Both.

NOTÆ

48 *Silicernium*] Terentius vocat extremæ ætatis senem, a silicernio, quod est prandium funebre, quod conficiebatur circa silicem, id est, sepulcrum mortui: sic 'capularis senex' dicitur a Plauto, et 'capuli decus,' morti contiguus, capulo mox efferendus. Capulus autem est feretrum; quod corpora capiat.

ACTUS IV. SCENA III.

MICIO. HEGIO.

MI. EGO in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere, Hegio:
Meum officium facio; quod peccatum a nobis ortum 'st, corrigo:
Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant
Sibi fieri injuriam; ultro, si quam fecere ipsi, expostulant,

MI. *Ego in hac re nihil meritum me video, cur tantis laudibus me prosequaris, Hegio: meo officio satisfacio; pravum factum a nobis emendo; nisi me his hominibus annumeres, qui ita æstimant se accepisse injuriam, si aliquam fecere ipsi; priores queruntur, et accusant, non expectata querela eorum qui injuria affecti*

1 Hic Muretus Actus v. initium statuit. Abeunte enim Demea quæsitum fratrem, Syro autem sorbillatum cyathos, Scena vacua remansit. Infra autem, ubi vulgo incipit Actus v. Æschinus in Scena remanet. *West.* Quartam Scenam hic incipit Bip. *Ego in h. re quamobrem laud. tant. nihil invenio, Hegio* dat Guelf. 3.—3, 4 Mire in hoc loco se torquent Interpretes. Nullus autem commodus sensus elici posse videtur, nisi legas et distinguas cum R. Stephano, in elegantissima editione, formæ minimæ, anni 1540. qua haud scio, an quisquam editorum Terentii deinceps usus sit: *qui ita putant, Sibi fieri injurium, ultro si, quam fecere ipsi, expostulant, Et ultro accusant.* Construe: Si ultro expostulant injuriam, quam ipsi fecere, et ultro accusant. Quomodo fere Fabrini reddidit: ' Che pensano cosi, che sia fatto loro ingiuria, che siano ingiuriati, se ingiuria alcuna ne hanno ad altri fatta essi, perversamente si lamentano, e perversamente dicon male, e biasimano.' Quem sensum cum in totidem verbis non videret Donatus, culpatur a Faërno, præferente Bembinum illud, *expostules.* Eodem sensu, sed mutato paulum ordine, edidit EV. 4. *si, quam fecere ipsi, ultro expostulant, Et ultro accusant.* Quibus verbis nihil clarius. Idem vero Stephanus quadriennio ante ediderat, *ultro si, quam fecere, ipsi expostulant.* West. *Nisi me*] Aliqui libri, inter quos Bem. Bas. et V. *Nisi si me:* ita versus, aliter claudicans, sustentatur. *Fa.* Sic e nostris meliores quinque *Nisi si.* Bent. *Qui ita putant, Sibi fieri injuriam, ultro si quam fecere ipsi expostulant, Et ultro accusant*] Valde se torquet Donatus super hoc loco, nec tamen explicat; nimirum et ipse in mendosum librum Terentii inciderat. Legendum est ex Bem. *expostules:* et sensus est: De facta ab eis tibi injuria, etiam insuper te accusant. *Fa.* Recte hic Bem. *expostules*, quod vel ex conjectura facile erat restituisse: nostri *expostulant:* et Pr. p. 1143. *expostulent.* Sic etiam vetus ibi codex. *Bent.* Rationem Faërni recte probat Bent. *Zeun.* Hic locus e Bem. ita legendus est: *Sibi f. injuriam ultro si quam fecere ipsi expostules.* R. D. *Qui ita putant .... accusant*] Distinctionem huc usque verborum sequor, quam Stephani Westerhovius optimam laudavit. *Perl. Expostules*] Omnes ante Fa. legebant male *expostulant;* in qua mendosa lect. ipse se torquet Do. ut recentiores taceamus. Sed Fa. ex Bem. verum restituit, ut mirari oporteat, cur in obscura et falsa lect. hærere malint plerique editt. Heinsius, Dac. West. *Bip. Qui ita putant;*

Et ultro accusant: id quia non est a me factum, agis gratias?
He. Ah! minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.
Sed quæso, ut una mecum ad matrem virginis eas, Micio,
Atque istæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri;
Suspicionem hanc propter fratrem ejus esse, et illam psaltriam.
Mi. Si ita æquum censes, aut si ita opus est facto, eamus.
He. Bene facis;
Nam et illi animum jam relevabis, quæ dolore ac miseria

sunt. Id quia similiter non feci, gratias laudans agis. He. *Ah, neutiquam: nunquam te alio ingenio, ac tu es, mihi finxi: sed rogo, ut mecum simul ad Sostratam, matrem virginis Pamphilæ venias, Mitio, atque ista eadem, quæ mihi retulisti, referas; suspicionem nempe hanc de Æschino, accidisse propter fratrem ejus Ctesiphonem, et hanc fidicinam, quam is amat.* Mi. *Si ita justum esse arbitraris, aut si ita fieri oportet, eamus.* He. *Recte agis: nam animum recreabis illi, quæ*

Sibi f. injuriam ultro, si quam fecere ipsi, expostulant; Et, &c. dat Delph. et sic Z. nisi quod levissime pungit in fine versus 4. *Q. i. putant S. f. injuriam, ultro si quam fecere ipsi expostulant Et, &c.* habet Br. *Q. i. putant; S. f. injuriam ultro, si quam fecere ipsi expostules, Et, &c.* Bent. *Q. i. putant, S. f. injuriam ultro, si, quam f. ipsi, expostules: Et, &c.* Bip. *Q. i. putant: S. f. ultro injuriam, si, quam fecere, expostules, Et, &c.* Both. Ceterum dat Delph. *Nisi si in illo me.*—5 *Agis gratias*] Primus, opinor, ita edo, monente Donato. Habet autem interrogatio admirationem; qua demta minor erit emphasis. *West.* Vulgo *agis gratias:* cui West. et Bent. signum rogandi addidere recte. Sed metrum poscebat *agisne gratias?* Bip. Non interrogant Br. Both.—6 Guy. legit, *nunquam esse aliter;* sed rationem non addit. Si credidit, minus Latine dici, *in animum inducere aliquem,* falsus fuit. *West.*—7 In J. *eas* omiss. *Perl.*—8 *Mihi narrasti* libb. quidam. *West. Mihi quæ* Both.—9 Sic et Donatus legit: 'Nimis,' inquit, 'breviter et succincte.' Nimis quidem succincte, et nimis obscure ac illepide. Sed vetus est erratum. Codex Meadianus pro *ejus esse* habet *esse ejus.* Repone, *Suspicionem hanc propter fratrem esse: ejus esse illam psaltriam.* Bent. Sic Bent. e cod. Mead. restituit rectius quam vulg. *Bip.* Mutatio Angli mihi placet. *Perl.* qui eam in textum recepit: et notavit Guelf. 3. habere *propt. fr. ej. esse et il. ps.* Dat Bothius *S. h. fratrem propter, ejus esse il. ps.*—10 *Si ita æquum censes*] Quatuor hos versus expungit Guyetus. Vide Donatum. *West.* Posterius *si* non est in Bem. *Fa. Aut ita opus est* Fa. dedit, ex solo Bembino: nostri universi *aut si ita:* et sic solet Terentius passim. Revocetur itaque in Textum, unde superstitione ejectus est. *Bent.* Id tamen delent Bip. Both.—11 *Nam et illi animúm jam relevabis, quæ dolore ac miseria*] Principio, *relevaris* legendum, ut versu sequente est 'fueris functus.' Deinde vide, ut Accentus cadat in ultimam *animúm.* Repone, *Nam et illi jam ánimum rellevaris, quæ dolore et miseria.* Præpositio Re in compositione fere duplicat consonantes apud vetustos; ut, Redduco, Reperio. Non opus est ergo febriculosis cujusquam conjecturis, *illius; illi tu, præ dolore.* Ceterum Donatus ad locum, 'A justo,' ait, 'et utili est tota sententia. Et sane hi versus desunt, quos multa exemplaria non habent.'

Tabescit; et tuo officio fueris functus: sed, si aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. Mi. Immo ego ibo. He. Bene facis.
Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt, nescio quomodo,
Suspiciosi; ad contumeliam omnia accipiunt magis; 15
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi;

tristitia et solicitudine consumitur, etiam tu officium feceris: sed si aliter tibi videtur faciendum, egomet illi eadem dicam, quæ mihi dixisti. Mi. *Immo, ego una tecum ad eam ibo.* He. *Quod boni viri est, facis: omnes quibus res sunt tenues, et pauperculæ, ad suspiciones, nescio quomodo, sunt procliviores: omnia in contemtum sui fieri putant; propter suam infirmitatem semper se contemni credunt: qua-*

Quos intelligit versus, sunt 11. 12. et 13. Et casu ex exemplaribus nonnullis exciderant; eo quod decimus et tertius decimus eodem vocabulo 'Benefacis' terminentur. Hoc in nullo non codice fere evenire, norunt qui libros scriptos versaverunt. Sed vide nunc Guyeti indolem et ingenium: arrepta hac a Donato suspicione, hos omnes quatuor pro nothis, spuriis, et insititiis damnat. *Bent.* J. *revelabis.* Al. *relerab.* Sed Bent. recte, opinor, *rellevaris.* Perl. *Rellevabis* Bip. *Relevaris* Both. qui notat confirmare emendationem Gu. 1. *Jam animum* dant Both. Perl.—12 *Tuo*] *Tu* quidam codd. *West.* Sic Delph. Bip.—13 Hiat versus, nec sententia satis plena est. Ut utrique mediceris, repone, *Immo ego quoque ibo:* nempe una cum Hegione; ut sequitur hic vs. 18. 'Sequere me ergo hac intro.' *Bent. Dixisti* Both.—14 *Queis* et *mage* Both. *Sunt res* GM.—16 Cum vidissem in Bem. pro *neglegi* scriptum esse in contextu *claudier;* Donatumque affirmare, legi etiam, et *claudere*, et *claudicare*, sane hunc locum semper habui de mendo suspectum: nam *negligi* quidem, quæ recentior lectio est, negotio, quo de agitur, non convenit; *claudier* vero omnes vident ad sensum Poëtæ non quadrare. Quare in eam conjecturam venimus, ut legendum arbitremur *calvier*, qui est infinitivus modus verbi, calvor, quod aliquando passivum invenitur apud auctores, et pro, decipi, accipitur: ita exponente Prisciano: aliquando deponens, et pro, frustrari, exponitur a Pompeio Festo, item a Caio jureconsulto. *Fa. Se semper credunt calvier*] Sic in textum ipsum conjecturam suam *calvier* ascivit Faërnus. Nollem factum. *Calvi* plerumque active significat, *frustrari:* nonnunquam tamen passive, *falli, decipi*, nulla addita, quod Terentii locus postulat, contumeliæ significatione. Sic, ubi active sumitur, simpliciter notat, frustrari; sed contumeliose non omnino. Valeat itaque *Calvier:* et quæratur aliud, quod notionem contumeliæ in se habeat. Et quidem illud *neglegi*, quod in omnibus nostris insedit, non omnino incommode habet: sed unde illud *claudier* in Bembino; et illud in Donato, '*neglegi:* Legitur et *claudicare?*' (sic Edd. vett. non addunt *et claudere.*) Sine dubio altius quid hic latet; quod me e puteo extracturum existimo. *Claudere* in priscis membranis plerumque scribitur *cludere;* et opinor in Bembino fuisse *cludier:* Repone, *ludier.* Apud Donatum quoque pro *claudicare* repono *ludificari*, quæ interpretatio est τοῦ *ludier.* Jam, opinor, quadrant omnia. *Bent. Negligi*] Sic fere omnes Mss. codd. In nonnullis tamen *claudier* est. Videri posset scripsisse Terentium *calvier.* Sed vulg. lect. veriorem puto. *Lind.* Fa. *calvier:* quamvis autem ei accedant Lind. H. Junius, Pareus, Faber, et Dac. haud probamus verbum, quod hac in re non satis aptum videtur. Bent. ex *claudier* facile reperit *ludier:* quod non magnam vim habet, cum ante de contumeliis s. injuriis

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est.
Mi. Et recte, et verum dicis. He. Sequere me ergo hac intro. Mi. Maxume.

propter si præsens eam alloquendo, te excusaveris, magis idoneum id erit ad eam placandam. Mi. *Et rectum et verum est, quod suades.* He. *Sequere me ergo hac via ad domum intro Sostratæ.* Mi. *Eamus.*

dixerit, quibus magis *lædimur* quam *ludimur*. Et *læsi* placandi sunt purgatione. *Bip.* quæ dat *lædier*. Both. dat *se credunt intercludier*.—17 Ita expressi ex Leidd. quinque, Lipsiano, Bœnd. Tr. Bodl. sed et EA. EP. Junt. EV. 3. St. Davent. Venetis, ET. Arg. Pict. Fabrini, Antesignani, Basileensi, Lugdunensibus duabus, annorum 1511. et 1520. Plantiniana, aliis: quos Codices singillatim nomino, ne ægre ferant nuperi editores, quod secum non *ipsi* expresserim. Et in uno Leid. suprascriptum reperi, 'Sostrata et filia.' Tum Donatum legisse *ipsis*, liquet, quia 'coram præsentibus' interpretatur. Neque enim matri tantum, sed et Pamphilæ purgandus erat Æschinus. *West.* Idem liber *ipsi coram:* ut sit ordo, purgare ipsi, id est, matri; coram, id est, præsentem præsenti. Quod autem purgare se matri, nec ulli alii intelligendum sit, ex iis, quæ supra dixit, apparet: 'Sed quæso ut una mecum ad matrem virginis eas Micio. Atque istæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri.' *Fa. Ipsi coram*] Immo cum aliis omnibus scriptis et Edd. vett. lege *ipsis coram;* hoc est, matre et virgine. *Ipsis* etiam apud Pr. p. 1130. et sic quatuor ibi codices. *Bent. Ipsi* legunt Z. Delph. Bip. Perl.—18 J. non habet *ergo*.

ACTUS IV. SCENA IV.

ÆSCHINUS.

Discrucior animi: hoccine de improviso mali mihi objici

Curis distrahor atque animi angor: tantumne infortunium me inopinato invasit,

1 Nusquam majorem vel Librorum, vel Interpretum dissensionem in collocandis versibus reperias, quam in hac Scena. Unde Faërnus, postquam expedire quid tentasset, subjungit: 'Sed verius est, hos omnes versus, præter duos primos, esse generis ejus, quod 'confusum' vocamus.' Dac. in alia omnia abit. Ego, ut potui, ordinavi ex Antesignano, Mureto, et R. Stephano. Si vero vel ita non satis expedivi rem, certus sum, e vulg. lect. non plus boni metri elici posse. Guy. in ἀνεκδότοις ita dimensus est versus singulos, ut vel ipse solus, vel reliqui omnes ridiculi sint. Usque adeo verum est, quod dixit Cicero, Oratore cap. 55. 'At Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus et versus intelligi possit.' Quid, si Terentius data opera Æschinum metu confusum etiam confusis versibus loqui voluit? Id vero mihi proximum

Tantum, ut neque quid me faciam, neque quid agam, certum siet?
Membra metu debilia sunt; animus timore obstipuit.
Pectore consistere nihil consilii quit. Vah! quomodo
Me ex hac expediam turba? tanta nunc suspicio de me incidit;
Neque ea immerito. Sostrata credit, mihi me psaltriam hanc

ut neque quid me faciam, nec quid agam scire possim? omnes corporis mei partes timore languidæ et infirmæ factæ sunt: animus formidine attonitus est, et torpet: nihil mens consilii capere potest. Vah! qua ratione ex tantis difficultatibus me explicabo? suspectus factus sum Sostratæ: illa credit me hanc fidicinam meæ

videtur. In Mss. et impressis nonnullis est *malum*. West. *Discrucior animi: hocine de improviso mali mihi objici*] Sic primum versum constituit Faërnus: sed perperam. In veterrimo nostro, *Discrucior animi* clausula est, sive per se versum constituit. Recte. Sic enim Varro apud Rufinum De Metris Comicis p. 2707. 'Varro in VII. de Lingua Latina: Clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam: ut apud Accium, 'An hæc jam obliti sunt Phryges?' Nonnunquam ab his initium fit, ut apud Cæcilium, 'Di boni, quid hoc?' apud Terentium, 'Discrucior animi.' *Bent.* Repone *ex improv. mali mi obj.* Id. *Disc. an.*] Versus novem, qui hic sequuntur deinceps, ut a Bent. distinctos habemus. *Perl.* Versus priores septem hujus Scenæ, misere turbatos ab editt. nos, partim cum Heinsio, alia ratione facilius ordinamus in Iambicos, qui tamen, quæ hodie est vulgata, non omnes assurgunt in octonarios. *Bip.* Hunc vs. redigit in duos et Bothius, qui dat *Hocc. mihi mali de imp. obj.*—2 Sic Fa. dedit. Tu repone Trochaicum tetrametrum, *Tantum; ut ne quid de me faciam, nec, quid agam, certum siet? Nec* in secundo loco pro *neque* tres nostri veterrimi cum quatuor aliis habent. *Quid de me*, tres ex nostris cum Edd. vett. *Bent. Me*] GM. *de me*. Perl. *De me*] Al. *me*, præter metrum. *Bip. Tantum ut neque, quid me, nec, quid agam, certum siet*] Vulg. *quid me faciam, nec quid, &c.* Bent. codices nonnullos secutus, quibuscum faciunt C, Hel. trochaicumque hunc redditurus, legi jussit *quid de me f.* Sed frustra talis versus obturbaret creticos. *Fac.* glossema est. Durior versus rei congruit. *Both. Nec quid agam* Br.—3. 4 In Codicibus quibusdam est *obstupuit*. Atque ita correxit in Libro suo Guyetus. *West. Membra metu debilia sunt: animus timore obstipuit. Pectore consistere nihil consilii quit. Vah*] Ita Faërnus: sed in hunc modum versus redigo, qui Choriambici sunt: *Membra metu debilia sunt: animus præ timore Obstipuit: pectore consistere nil consili quit.* Bent. *Nihil consili quicquam potest*] Vulg. *nihil consilii quit.* Sed vet. cod. ap. Lind. *consilii quid potest;* unde nostrum supra, quod et Heins. agnoscit, ad sermonem Æschini et rationes metri aptius. *Bip.* GM. script. *Obstup.* Abest *consili* a Guelf. 2. *Valet* pro *quit* J. *Perl.* qui, quamvis jam dixerit se hos vss. ut a Bent. distinctos habere, collocat tamen *Vah* in fine sui versus 5. Claudit Bip. versum 3. voce *pectore*, et dat *obstupuit*. Both. legit:

Membra debilia sunt, animus obstupidus est,
Pectori consili nil quit consistere.

—4–7 In Bodl. *id* deest. *West. Quomodo me ex hac expediam turba Tanta? nunc suspicio de me incidit: neque ea immerito*] Sic versus ordinavit Faërnus, sed aliter veterrimus noster; ut scias Magistros veteres nihil hic scivisse.

Emisse: id anus fecit indicium mihi.
Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat missa; ubi eam vidi, illico
Accedo, rogito, Pamphila quid agat: jam partus adsiet:
Eone obstetricem arcessat: illa exclamat: Abi, abi jam, Æschine!
Satis diu dedisti verba; sat adhuc tua nos frustrata 'st fides.

voluptatis causa pro me comparasse: anus Canthara id mihi indicavit: nam cum forte ea ad obstetricem hinc ibat, ego eam subito adivi, quæro quid rerum agat Pamphila, an tempus pariendi instet, an ea de causa ad obstetricem deducendam festinet: ad hæc verba illa vociferatur, Apage, apage, Æschine, satis diu nos verbis circumvenisti; satis promissis nobis spem falsam dedisti. Hem, quid istud rogo, inquam,

---

Vah ex priore versu huc retraho: et *nescio* huc assumo, cum propter versum, tum et sententiam.

Vah, Quo modo me ex hac expediam turba, nescio: tanta nunc
Suspicio de me incidit;
Neque ea immerito: Sostrata credit mihi me psaltriam hanc emisse: id
Anus mi indicium fecit.

Noti generis hi versus sunt, Tetrameter catalecticus et plenus cum clausulis suis; ut solenne est in magna animi commotione. *Vah* vel intra versum, vel extra esse potest, ut apud Græcos Tragicos φεῦ. Faërnus sic dedit: *Sostrata credit mihi me psaltrium hanc emisse: id anus Mihi indicium fecit.* Ceterum, qui ad And. III. 2. 1. pollicitus erat, 'se septem hic latentes Bacchiacos, a nemine ad hunc usque diem intellectos, expediturum;' ubi ad rem ventum est, quid promissis dignum efficit? Malim lectori, siquis legat et cum nostris conferat, integrum judicium remittere. *Bent.* GM. non habet *ex. Nescio* abest a Guelf. 2. 3. *Perl. Mihi me*] Abest *me* a Guelf. 3. *Id. Turba tanta? tanta*] Al. semel *tanta* legunt. Fa. signum rogandi posuit post *tanta.* Alii sqq. jungunt. Nos malumus id repetitum a Poëta credere: et sic octonarius poscit. *Bip. Id anus fecit indicium mihi*] Al. *id anus mihi ind. fecit.* Heins. *anus ind. id f. mihi.* Nos sequimur ordinem, quem et West. recepit, et versui aptiorem quisque sentiat. *Id.* Dat Z. *P. c. n. consilii quit: vah! | Quomodo me ex hac expediam turba | Tanta? nunc suspicio de me incidit; neque ea immerito. | S. credit, mihi me ps. hanc emisse: id anus | Mihi ind. fecit.* | Delph. *M. m. d. sunt: an. tim. obstupuit: pectore | Consistere nihil consilii quicquam potest. Vah! quo modo | Me ex h. turba expediam? t. n. s. de me incidit,* | *N. ea immerito. S. credit, mihi me emisse hanc psaltriam:* | *Anus ind. id f. mihi.* | Bip. *Me ex h. exp. turba tanta? tanta n. s.* | *De me incidit, neque ea immerito. S. credit, mihi* | *Me ps. h. emisse: id anus f. ind. mihi.* | Both. *Vah, quomodo me ex h. exp. turba nunc? tanta incidit* | *Suspicio, neque illa immerito, de me: emisse hanc psaltriam* | *Mihi me, credit Sostrata: an. id f. ind. mihi.* | Legit Perl. omnino cum Bent.—8 Do. non videtur legisse τὸ *eam,* quod contra Rivium defendit Glar. ob metrum. *West.* Abest *vidi* a Guelf. 3. *Missa erat* dat Bip. *Namque hinc ea ut erat missa forte, ubi vidi ego illanc, illico* Both.—9 Bœnd. *jamne.* Guy. corrigit, *jam partusne.* West. Duo ex nostris et Edd. vett. *jamne.* Quod et versui commodius. *Bent.* Sequitur Perl. *Et si j. part. ads.* Guelf. 3. *Rogo* Br.—10 Bœnd. *Abi, abi, Æschine, jam satis diu.* Vide Barth. Advers. XXV. 5. *West. Accersat* Br. Bent. *Clamat* Br.—11 Variæ hæc leguntur. In Codd. aliis est, *Satis diu verba dedisti.* In aliis, *Satis diu*

Hem! quid istuc obsecro, inquam, est? valeas: habeas illam, quæ placet.
Sensi illico id illas suspicari: sed me reprehendi tamen,
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod minime 'st opus
Usquam efferri. Age, mitto: fieri potis est, ut ne qua exeat.
Ipsum id metuo, ut credant; tot concurrunt verisimilia.

est? quapropter hæc dicis, Canthara? Facesse, fruere illa fidicina, qua delectaris. Animadverti statim illas suspicari me hanc fidicinam amare; sed tamen me retinui, cohibui ne quid inconsiderate de fratre illi anui loquaci referrem, ac manifesta res fieret. Nunc quid debeo facere? dicamne hanc psaltriam fratris amicam esse? quod nullo modo oportet palam fieri. Age, omitto illud; fieri enim potest ut hoc non divulgetur; vereor autem, ut credant hanc fidicinam me mihi non rapuisse; tot

---

dedisti verba nobis. In Bodl. est, *Satis diu dedisti verba notis.* I. e. noscentibus te. Verum, nisi seu *nobis*, seu *notis* tollatur, versus parum constabit. *West. Adhuc*] In Libris quibusdam est *ad hoc:* q. d. *μέχρι τούτου. Id. Satis diu verba dedisti nobis: satis adhuc tua frustrata est fides*] O. l. s. ita collocant, *dedisti verba*, omnesque post *tua* habent dictionem *nos*, itemque Donatus. Dictionem vero *nobis*, nec Donatus habet, nec liber Bembinus: et, pro *satis adhuc*, uterque habet *sat adhuc.* Itaque versus, aliter impeditus, Iambicus octonarius est ut ceteri, duabus primis dictionibus anapæstum in prima sede facientibus, hoc modo, *Satis diu dedisti verba, sat adhuc tua nos frustrata est fides.* Fa. Recte hoc. Nostri omnes mendose, *verba nobis: satis.* Bent. Al. *nobis* post *verba*, quod non est in Bem. sed a glossa. *Bip. Verba*] GM. GC. Guelf. 3. [Br.] *nobis. Satis ad hæc* Guelf. 2. *Perl. Satis* Br.—12 *Hem* rejicit Both. in versum præced.—13 Duplex Librorum lectio. In duobus Leidd. Tr. et Lipsiano est *reprehendi.* Idem e duobus Mss. citat Bœclerus. In Leid. 3. dubia est lectio, unde tamen prius *reprehendi* conficias, quam *repressi*, quomodo est in duobus aliis, sed et M. et Bœnd. et ET. quodque e tribus Pall. laudat Pareus. Secutus sum St. EV. 3. Davent. Pict. ex recensione Ph. Melanchthonis, Heidelbergensem, Basileensem, alias. *West. Reprehendi*] Tres ex nostris cum Edd. vett. *reppressi.* Etiam probe. *Bent.* Vet. cod. *me pallio reprehendi.* Lind. *Ad*, non *id* Guelf. 2. *Repressi* exhib. GM. suprascriptum: et id dat Guelf. 1. Abest *tamen* a Guelf. 3. *Perl. Reprehendi*] Sic meliores scripti et edd. interque hos Erasmi princeps, Fa. Lind. Dac. West. Bent. Al. vero scripti et editi, interque hos Arg. c. figg. Genev. in Corp. Poët. 1611. Heinsius *reppressi* s. *repressi*, ead. sententia. *Bip. Repressi* Delph. —14 *Ut* pro *ac* Both.—15 Codices quidam: *dicamne.* Et, *id quod.* West. *Id quod* Guelf. 2. *Perl. Dicamne* Bip. Delph. Dat Z. *dicam fratris esse? id quidem m. &c.*—16 Ita plerique Libri. Quidam, *Age, omitto.* Mihi neutrum satis placet. Mallem, si per Codices liceret, *Age, mutio.* West. *Age mitto*] Vi. *amitto.* Bem. *ac mitto*, ut et in Phormione: 'Ac mitto imperium.' *Fa.* Nostri universi *Age.* Bent. *Omitte* Guelf. 2. *Age omitto* GM. *Perl.* Vulgo *Age m.* quod in his ambagibus ineptum videatur. Sed Bem. *Ac mitto*, et Vi. *efferri amitto:* unde nostrum *Jam mitto* facilius elicitur. *Bip. Ac* Bent. Z. Both. *Uti* pro *ut* Delph.—17 Non cepit vim et elegantiam horum verborum Guyetus, mutans in, *De me id metuo, ut credant.* West. *Ipsum id*] Malimus

Egomet rapui; ipse egomet solvi argentum; ad me abducta 'st domum.
Hæc adeo mea culpa fateor fieri: non me hanc rem patri,
Ut ut erat gesta, indicasse? exorassem, ut eam ducerem.
Cessatum usque adhuc est: nunc porro, Æschine, expergiscere! 21
Nunc hoc primum est: ad illas ibo, ut purgem me; accedam ad fores.
Perii! horresco semper, ubi pultare hasce occipio miser.
Heus! heus! Æschinus ego sum; aperite aliquis actutum ostium.

conveniunt indicia, quibus id conjici potest; ego ipse rapui illam lenoni, ipse egomet numeravi pretium pro ea, inde illam raptam in ædes adduxi. Fateor me in causa et culpa fuisse, cur in hanc suspicionem inciderim; quia debui patri rem dixisse, uti gesta est; ab eo impetrassem, ut eam pro uxore domum ducerem: segnis et tardus fui huc usque; nunc vero, Æschine, a socordia te excita. Nunc hoc primum faciam, illas conveniam, ut eis omnem suspicionis causam adimam, et crimen a me removeam. Fores pulsabo. Interii miser, trepidus et frigore corpus rigescit semper, quoties hoc ostium pulsaturus sum. Heus, heus, ego sum Æschinus, ocyus

---

ipsum illud. Sed trochaicos hos et jam priores duos esse jubent magistri, Neque eos amplius tangamus. *Bip. Concurr.*] Al. *occurr.* Perl. *Uti* pro *ut* Delph.—18 Bœnd. *Psaltriam egomet rapui:* ex glossa. Mss. quidam, cum Pr. Inst. Gramm. lib. XIII. legunt, *ipse ego solvi argentum.* West. *Ad me abducta 'st domum*] Ita jusserat Æschinus, supra II. 1. 14. Sed in Ms. Lips. *est domum* absunt. *Id. Adducta est* Br.—19 *Fieri*] Posuit hic Schmieder. notam exclamandi. Sed placet punctum aliorum. *Dixi* post 'pat.' Guelf. 3. *Perl.* —20 Magna Mss. pars, *Ut erat gesta.* Sed Do. legit, ut edidi, atque ita Fa. Riv. Heinsius, alii recensuerunt. Demum trochaicus ita postulat. *West.* Duo ex nostris, Pet. et CCC. *indicasse? exorasse, ut eam ducerem?* Bent. Non geminant *ut* Pall. *Perl.* Nec Br. nec Both. qui dat *indicasse: exorassem;* et monet *Utut* parum quadrare huic loco. Admirandi signum dat Both. post 'indicasse.' *Ut ut* collocat Delph. in versu anteced. et dat *ducerem domum.*—21 *Nunc jam porro*] Do. et aliqui libri, inter quos Bem. Bas. et V. *jam* non habent; sine qua stat trochaicus; aliter non. *Fa. Jam* habet Guelf. 2. *Est usque adhuc* Delph. Bip.—22 *Illas*] Ed. *alias:* forte ex mendo typogr. Archetypon enim hujus ed. habet *illas.* Bruns. Cujus cod. interrogat in fine versus.—23 Mira Mss. varietas. In aliis, *ubi hasce pultare occipio fores miser.* In aliis, *ubi hasce pultare occipio fores.* Rursus in aliis, *ubi pultare hasce occipio miser fores.* Mur. defendit *fores miser,* ut sit iambicus quadratus; laudante F. F. Rivius et Fa. rejiciunt *fores.* Videntur mihi in tribus hisce versibus inesse signa Æschini perturbati; unde parum concinne loquitur, geminans, *nunc, nunc; ibo, accedam; fores, fores.* De quo Rivius et Fa. non cogitarunt. *West. Ubi pultare hasce occipio fores*] Sic est in Bembino: in aliis varie legitur; plerique enim ita habent, *occipio fores miser.* Aliqui, inter quos Vi. et Decurtatus, non habent vocem *fores:* itaque etiam Ubaldinus Bandinellus legebat: et sane hic dictio *fores* superfluit; utique enim ea vox subintelligitur ex proximo versu. Hoc et Riv. annotavit. *Fa.* Nostri mendose, *fores miser;* et vs. 23. deest *jam.* Bent. *Pulsare* Al. *Perl.* Ed. nostra

Prodit nescio quis: concedam huc. 25

mihi fores reserate. Exit nescio quis; interea huc secedam.

vetus *fores miser*. Ex inconstantia Mss. et edd. colligi potest denuo additum esse *fores* a glossa. *Bip. Fores miser* habet et Br.—24 *Ego s. Æschinus* Guelf. 3. Abest *aliquis* a 2.

ACTUS IV. SCENA V.

MICIO. ÆSCHINUS.

Mi. Ita, uti dixi, Sostrata,
Facite: ego Æschinum conveniam, ut, quomodo acta hæc sint, sciat.
Sed quis ostium hoc pultavit? Æs. Pater hercle est: perii! Mi. Æschine.
Æs. Quid huic hic negotî 'st? Mi. Tune has pepulisti fores?
Tacet. Cur non ludo hunc aliquantisper? melius est, 5
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.

Mi. *Sostrata, ita ut vos monui, facite: ego Æschinum adibo, ut intelligam ab eo, quomodo hæ res actæ sint; sed quis has fores pulsavit?* Æs. *Per Herculem pater ipse est; occidi.* Mi. *Æschine.* Æs. *Quod negotium habet pater hic?* Mi. *Tune hoc ostium pulsasti? silet. Quid me impedit nunc, quominus hunc per aliquod tempus ludibrio habeam? istud opportunum est, et conveniens, quoniam hoc secretum*

1. 2. *Uti dixi*] Ita Donatum secutus expressi. In Libris quibusdam est, *ut dixti*. West. *Facite*] Ita legendum esse vel e Do. apparet; quare quorundam Codicum *Facito* pro mendoso habendum. *Id. Facito* G. EM. *Id in Add.* Videtur elidendum *t* ex *ut*. Fa. Tantum abest, ut elidas quid ex *ut*; ut adjiciendum aliquid sit, *uti*; et sic quatuor ex nostris meliores. *Bent. Ita ut dixi, Sostrata, Facite*] Sic Faërnus: sed omnes nostri *Facito*, et quatuor *dixti*: duo *dixisti*. Enimvero legendum est, *Ita uti dixti, Sostrata, Facito*. Quippe hoc Micionis ingenio convenit; non imperare, sed obsequi. *Id. Acta hæc sint*] O. l. s. *sunt*. Faërnus. Nostri quoque *sunt*. Bent. *Dixti* Vet. Cod. *Lind. Facite* legit Schmieder. *Bruns. Ut* Z. *Dixti* Delph. *Facito* Br. *Sunt* Br. Bent. Delph. Bip. Bentleium omnino sequuntur Both. Perl.—3 *Pulsavit* G. EM. *West*. Sic Br.—4 *Huic* delet Both.—5 *Cur non l. h. aliquantisper? m. est*] Si addas *nunc*, versus constat. *Er.* Illud proximi versus *Tacet* occupat ap. Fa. et Bent. principium hujus vs. *Zeun.* Id rejiciunt in versum 4. Z. Bip. Delph. *Cur hunc al. non ludo* Bip. Delph. Dat Both. *Tacet. Quin ludo hunc.*

Nihil mihi respondes? Æs. Non equidem istas, quod sciam.
Mi. Ita? nam mirabar, quid hic negotii esset tibi.
Erubuit: salva res est. Æs. Dic sodes, pater,
Tibi vero quid istic est rei? Mi. Nihil mihi quidem:
Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc advocatum sibi. Æs. Quid? Mi. Ego dicam tibi:
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Ut opinor, has non nosse te, et certo scio:
Neque enim diu huc commigrarunt. Æs. Quid tum postea?
Mi. Virgo est cum matre. Æs. Perge. Mi. Hæc virgo orba est patre:
Hic meus amicus illi genere est proxumus:

nunquam fidei meæ committere voluit. Nihil mihi interroganti respondes? Æs. *Non equidem istud ostium, quantum scio, pulsavi.* Mi. *Non pulsasti? nam mirum quidem mihi videbatur, quid rei agendum hic haberes. Præ pudore rubore suffusus est, res bene se habebit.* Æs. *Dic, quæso pater, tute vero quod negotium hic gerendum habes?* Mi. *Nullum quidem mei causa; sed quidam ex amicis modo me huc e foro avocavit, ut ei adessem, et consilio meo auxiliarer.* Æs. *Quapropter?* Mi. *Ego dicam tibi; quædam fœminæ inopes in istis ædibus habitant, has puto tibi esse ignotas, et proculdubio ita est; neque enim multo antehac huc advenerunt.* Æs. *Quid tum postea?* Mi. *Puella ibi est cum matre.* Æs. *Continua sermonem, quæso.* Mi. *Hæc puella patre vita functo privata est: hic meus amicus est*

—6 *Ipse* omitt. Br.—7 *Istas*] Sub. Fores pepuli. Quanto magis mirum, et quosdam Mss. et non pessimæ notæ editos Codd. præferre *instas*. West. *Instas* R. *Lind.* GM. ut al. *instas:* non placet, propter ‘ equidem.’ *Perl.* Sic dat et Br.—8 *Itan?* O. l. s. et Donatus, *Ita.* Faërnus. Nostri etiam *Ita:* sed male Faërnus per interrogationem protulit. *Bent.* qui cum Perl. dat *Ita: nam, &c. Jam* pro *nam* Guelf. 2. et *huic* ante ‘ hic.’—10 Sic Faërnus: sed nostri fere omnes *rei est.* Repono, *istic rei fuit? nil mihi quidem.* Jam enim inde exierat. *Bent. Re* pro *rei* Both. *Negotii* pro *rei* Guelf. 3. —11 GM. *a foro me:* bene, quo vitaretur hiatus. *Perl.*—14 Nisi legem Pediam metuerem, legerem: *Ut opinor, has non nosti; et certo scio.* Bona librorum pars, *opinor, has non nosse te,* legit. Quod Dacieria est secuta, et ante illam F. F. *West. Ut op. has non nosse*] Hoc ne Latine quidem dictum est. Guyetus versum ejicit. Donatus ad locum: ‘ Adeo obscuræ sunt et nullius pretii, ut opinor has non nosse te.’ Cum dicit ‘ Adeo ut,’ necesse est ut legerit, *Ut opiner has non nosse te: et certo scio.* Et sic legendum est; distinctione quoque, ut dedimus, adjuvandum. *Bent. Opinor*] Sic ed. nostra 1496. Heins. Dac. Al. *Ut opinor:* in quo emendando frustra laborant West. et Bent. *Bip.* quæ dat cum Br. *Opinor.* Delph. legit *Op. eas non nosse te, et certe scio.* Both. *pauperculæ . . . Æsch. Ut opinor.* Mic. *Has non nosse te, certo scio.* In Guelf. 3. est *quod nescis eas* post ‘ scio.’—15 *Migrarunt* Both. 16 *Virgo cum matre* id.—17 *Genere est illi* id.—19 Br. dat *Nihil recte. Pergc.*

Huic leges cogunt nubere hanc. Æs. Perii! Mi. Quid est?
Æs. Nihil: recte: perge. Mi. Is venit, ut secum avehat;
Nam habitat Mileti. Æs. Hem! virginem ut secum avehat!
Mi. Sic est. Æs. Miletum usque, obsecro? Mi. Ita. Æs. Animo male 'st.
Quid ipsæ? quid aiunt? Mi. Quid illas censes? nihil enim.
Commenta mater est, esse ex alio viro,
Nescio quo, puerum natum; neque eum nominat:
Priorem esse illum; non oportere huic dari.
Æs. Eho! nonne hæc justa tibi videntur postea?
Mi. Non. Æs. Obsecro, non? an illam hinc abducet, pater?

illi cognatione proximus; huic lex Solonis vult uxorem esse, aut si ille eam non duxerit, dotem ei orbæ dare. Æs. *Actum est de me.* Mi. *Quid tibi est?* Æs. *Nihil male est: progredere.* Mi. *Is vero huc profectus est, ut eam hinc secum abducat; nam habitat Mileti.* Æs. *Hem! virginem hanc ut abducat?* Mi. *Sic facturus est.* Æs. *Itane quæso tam procul hinc Miletum eam avehet?* Mi. *Sic est.* Æs. *Animo linquor præ dolore. Quid illæ mulieres animi habent? quid dicunt?* Mi. *Quid illas putas dicere? nihil. Mater hoc excogitavit, dicit filiam peperisse puerum ex alio nescio quo homine, cujus nomen celat: illum esse præferendum huic Milesio, ut eam ducat uxorem.* Æs. *Eho! nonne hæc æquitati consentanea esse arbitraris?* Mi. *Minime.* Æs. *Quamobrem, quæso? illamne hinc avehet?*

—20 *Advehat* Guelf. 2. Legit Both. *Nam Mileti habitat. Hem, utne secum virginem . . . .?* abjecto *avehat.*—21 *Sic*, omisso *est*, Guelf. 2.—22 *Quid ipsæ*] Alias *Quid ipsæ aiunt?* Er. *Istas* EP. *West. Istas*] Hic quoque Donatus, et Bem. et omnes recentes, *illas.* Fa. Unus tantum ex nostris, *illas.* Bent. Abest *quid* medium a Guelf. 2. *Perl. Nihil enim. Commenta*] Edit. non interpungit. *Bruns. Istas* Br. Z. *Agunt* pro *aiunt* Both.—24 *Enim* pro *eum* Both.—25 *Ei* pro *huic* Guelf. 2.—26 Æsch. rogat, tanquam id, quod pater dixerat commentum, verum omnino sit. Ita se patri aperit. Do. vel hoc *postea* ad audita de puero ex alio viro nato referendum, vel abundanter dictum censet; cui posteriori sententiæ accedunt hodie omnes. Nobis in nostro, quod sæpius sumitur *παρέλκειν*, non placet. Sed et vetus ed. Argent. signum rogandi aliter ponit —*videntur? postea* —quasi Æsch. amplius dicturus fuisset: Postea etiam illam hinc abducet? A parte interpellatus id certe mox addit. Venerat quoque in mentem, an legi possit *poscier.* Bip. *Eho, nonne hæc juste tibi videtur poscere* Both.—27 *Hinc* omitt. Both.—28 *Quid*

NOTÆ

20 *Mileti*] Urbs Cariæ, nunc dicta, *Melaxo.*

Mi. Quid illam ni abducat? Æs. Factum a vobis duriter,
Immisericorditerque; atque etiam, si est, pater,
Dicendum magis aperte, illiberaliter.
Mi. Quamobrem? Æs. Rogas me? quid illi tandem creditis
Fore animi misero, qui cum illa consuevit prius,
Qui infelix haud scio an illam misere nunc amat,
Cum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,

Mi. *Ita est. Quid est causæ cur non abducat?* Æs. *Dura mente, et misericordia experte egistis, tu pater, et Milesius ille amicus cum his mulieribus, et, ut ingenue dicendum est, non ut viros liberales et honestos decet.* Mi. *Quid ita?* Æs. *Quid ita rogas? quomodo animatum et affectum fore hunc misellum censes, qui cum hac virgine nunc usque conversatus est, tanquam uxore sua? qui infelix etiam forte nunc ejus amore inflammatus est, quando intuebitur hanc crudeliter præsentem sibi præ-*

---

illam ni] Tmesis Comica. In pluseulis tamen libris est, *Quidni illam.* West. *Quidni illam*] Omnes antiqui libri, et plerique ex recentibus, *Quid illam ni.* Fa. Ita nostri quoque plerique omnes. *Bent. Quidni illam*] Sic Hel. et vett. edd. Vulg. *Quid illam ni*, dure atque insolenter. *Both.* qui illud dat cum Delph. Bip.—30 GM. *illib. aperte*, satis confuse. *Perl.*—31 *Credis* Guelf. 3. *Me* delet Both.—32 *Cum illa consuevit*] Ita Leidd. quinque, Tr. Lips. Bodl. Sed M. et Bœnd. *illi consuevit:* quod Græcis est, ὁμιλεῖν τινί. Atque ita legunt Mur. St. Pulmannus, Heinsius, et his multo vetustiores libri, in quibus EA. Guyetus *κατ' ἀναστροφὴν* legit, *qui illa cum suevit prior.* Ego Juntas, Aldum, EP. et alias secutus sum. Estque Phrasis magis Terentiana. *Prius* vulgo. *Prior* tamen vincit numero librorum. Sic Eun. Prol. 6. ‘ Quia læsit prior.’ *West.* Do. et Bem. *qui illa.* Ceterum dictionem *prius* non ponit Donatus: liber vero Bembinus et plerique alii antiqui, loco ejus, habent *prior*, ut et in Eunucho, ‘ Quia læsit prior.’ *Fa. Qui illa consuevit prior*] Sic ex Bem. Faërnus, sed a Correctore vetere est, metrorum perito. Nostri universi *cum illa* et *prius.* Tu, vel repone, ut codices ceteri, quod ab alio præreptum video, *Fore animi misero, quicum illa consuevit prius:* vel, quod verius existimo, *Fore animi misero, qui cum ea consuevit prior.* Servius tamen ad Æn. IV. 408. *qui cum illa consuevit.* Bent. *Cum illa*] Par omitt. *cum* male. *Perl. Qui illi cons.*] Sic plures Mss. et editi vett. (inter quos nostra Arg.) et recc. itemque Do. qui tamen et legi dicit *illam*, quod ferri nequit. Multi præter metrum legunt *cum illa cons.* Bip. quæ dat cum Delph. *qui illi. Qui illa* Both. *Prior* Bip. Both. Perl.—33 *An illam nunc misere amet*] O. fere l. s. et in iis Bem. et Bas. *misere nunc amat:* ut et versui convenit. *Fa.* Ita omnes nostri. *Bent. Et nunc amat*] *Et* vulg. abest, quod sententia requirit. *Both.*—34 In libris quibusdam est, *præsens præsentem:* quomodo et Servius legit ad Virg. Æn. IV. 83. *West. Præsens præsenti*] Ineptissima hæc lectio est; quæ tamen, nescio quo fuco, minus acutos et diligentes facile fallat. Inspice atque excute; et reperies eundem esse qui *præsens* est, et cui *præsenti* eripitur. Quicquamne esse potest absurdius? Donatus ad locum: ‘ Adjuvant significationem hæc ex abundanti addita: ut Virgil. ‘ Illum absens absentem auditque videtque.’ ’ Atqui, o Magister, hic duo sunt; absens Dido, absentem Æneam. Addit ex eodem aliud, ‘ Fratrem ne desere, frater.’ At etiam hic duo sunt; frater Liger, fratrem Lucagum. Ergo

Abduci ab oculis? facinus indignum, pater! †
Mi. Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui? quando nupsit? auctor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? Æs. An sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc veniret, expectantem? hæc, mi pater,
Te dicere æquom fuit, et id defendere.
Mi. Ridiculum: advorsumne illum causam dicerem,
Cui veneram advocatus? sed, quid ista, Æschine,
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. Quid est?
Quid lacrymas? Æs. Pater, obsecro, ausculta. Mi. Æschine, audivi omnia,

senti auferri, et abstrahi in conspectu suo? factum immite, et vituperandum, pater. Mi. *Qua de causa hæc ais? an pater illam uxorem promisit? an in manum tradidit? quando nuptiæ factæ sunt? cujusnam auctoritate celebratæ? cur duxit uxorem ad alium pertinentem?* Æs. *An otiose desidere domi virginem nubilem oportuit sine conditione, et illam expectare, quoad propinquus ille eam uxorem peteret? Hæc, mi pater, te dicere justum fuit, et in defensionem virginis proferre.* Mi. *Quam ridiculus es? an arbitraris me debuisse contra illum verba facere, qui me sibi advocatum adjunxerat? Sed quid hæc nostra interest, Æschine? aut quid nobis cum illis negotii? abeamus hinc. Quidnam est? cur lacrymaris?* Æs. *Pater, oro ut me audias.* Mi. *Æschine, accepi omnia quæ dicturus es, et probe scio; nam te*

repone, *præsens præsentem.* Præsens amator præsentem amicam. Et ita plane apud Servium citatur, ad Virg. *Bent.* Bent. idoneis rationibus demonstravit legend. esse *præsens præsentem.* R. D. *Præsentem* bene Bent. emendat vulg. *præsenti*, quod perplexum est. *Bip. Præsentem* dat et Both.—37 Solicitant hanc lect. Guyetus et Dac. Ille, *quis dedit Huic? quando nupsit?* Hæc: *Qui, quando nupsit?* legunt. Addit Dacieria, designari cærimonias nuptiarum. Nihil mutandum. EP. *Qui est?* West. *Auctor*] J. *actor.* Perl. —38 Vulg. *Cur duxit alienam?* Quis, obsecro, quam? In *Condixit* virgo intelligenda, in *alieno* Æschinus, admodum apte ad sequentia totamque orationem. *Both.* qui dat *Condixit alieno? An s. virginem Domi oportuit t. grandem, d. c. hinc, &c.*—39 *Dum cognatus huc*] Sic Faërnus, et sic codices nostri. Sed multo elegantius est, quod vett. Edd. et codex Rivii habent, *hinc.* Sic et Do. quoque legit. *Bent. Hinc* legendum, non *huc.* Ita reponit idoneus Grævius ad Flor. iv. 2. p. 748. ediditque Bent. *R. D. Huc*] Elegantius *hinc.* Perl. *Huc*] Ald. Er. cet. Sed *hinc* nobis placet. *Bip. Huc* est in Leidd. quinque, Tr. Lips. Bodl. et Bœnd. probante Glar. Sed in M. est, *hinc.* Priorem lect. tuentur Junt. Ald. St. in eleganti edit. minimæ formæ, anni 1540. Muretus; posteriorem Pulmannus, Manutius, Heinsius, cum multis edd. vetustis; quasi non de Milesio illo tantum, sed de quovis cognato *hinc Illinc* veniente sermo sit. *West.* Non ergo erat cur Grævius ad Flor. iv. 2. 44. diceret pessimas edd. legere *huc.* Id. in Add. *Hinc* dat Delph.—42 Stephanus, Manutius, Pulmannus, Heinsius, alii Donati auctoritatem secuti *Ridicule* ediderunt. Sed, si maxime ita præstaret legere, adverbium esset, non vocativus. *West. Ridiculum*] *Ridicule* habet ed. Arg. 1496. Er. adverbialiter *Ridicule.* Sed leve est. *Bip.* Lego *adversusne.* Bent. Quod dat Both. *Ridicule* Delph.—43 *Id* pro *ista* Both. Omittit Delph.—44 *Aut* delet Both.

Et scio; nam te amo; quo magis, quæ agis, curæ sunt mihi.
Æs. Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater,
Ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. Mi. Credo hercle; nam ingenium novi tuum
Liberale: sed vereor, ne indiligens nimium sies.
In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere.
Jam id peccatum primum magnum; magnum, at humanum tamen.
Fecere alii sæpe, item boni: at, postquam id evenit, cedo,

amo, eoque majorem curam eorum quæ agis gero. Æs. *Ita velim hunc erga me amorem continues, dum vitam agas, et eo me dignum præstem, mi pater, ut me hanc culpam commisisse vehementer doleo, et tui gratia pudore suffundor.* Mi. *Facile id credo; nam quam probæ sis indolis et ingenuæ scio, sed metuo ne in rebus tuis negligentior sis atque incautior. In quanam civitate demum opinaris te agere? nonne Athenis vivis, ubi leges vigent? Virgini vitium obtulisti, quam ne quidem attingere tibi licitum fuit. Jam crimen istud primum grave est: grave certe: at in hominem potest cadere: admisere illud quoque sæpissime viri alii, etiam probi: at postquam id fecisti, dic, quæso, quodnam remedium circumspiciendo huic facto*

—45 *Quod* Br.—46 *Amo te* Delph. Dat Both. *Ut sient: nam te amo; quo mage, quæ agis, sunt curæ m.*—47 *Promerentem ames*] GM. *ut.* Perl. *O mi pater* Br.—50 *Novi ingenium* Both.—51 *Tand. civ. id.*—52 *Jus non erat*] O. l. s. *fuerat.* Ita stat trochaicus. Præterea Bem. ita collocat, *non jus fuerat.* Fa. Nostri omnes *jus non fuerat.* Bent. *Non jus* Bent. Bip. Perl.—53 Ita distinguo. Plaut. Merc. II. 2. 48. 'Humanum amare est.' In quibusdam Codd. alterum *magnum* desideratur. Quod additum facit tetrametrum brachycatalecticum, vel ecthlipsi neglecta acatalecticum. Restituit Muretus velut neglectum a Librariis. *West. Jam id peccatum primum magnum, at humanum tamen*] Versus hic trimeter trochaicus est hypercatalecticus, cujusmodi nullum alium apud Terentium invenio. Ego puto geminari debere dictionem *magnum*, distinguendo utrobique hoc modo, *Jam id peccatum primum magnum: magnum, at humanum tamen.* Ita versus est trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri: non tamen moveo vulgatam lect. *Fa.* Certissimum est *magnum* geminari hic debere; et nimis timide Faërnus, qui in Textum non asciverit, *Jam peccatum primum id magnum: magnum at humanum tamen.* Sic Euphoniæ causa lego, non *Jam id peccatum primum magnum.* Ceterum redonamus cuidam correctiunculam, qua *Civem* apponit versus initio. Quippe *Civem* fuisse jam ista indicaverant, 'Quam te non jus fuerat tangere.' *Bent.* Alii semel *magnum* dant: sed duplex posci a metro vidit Fa. et Mur. restituit: quem sequuntur Dac. West. Bent. *Bip. Primum magnum, et* Br. *Z. Et* pro *at* Perl. qui notat *at* pro *et* habere Guelf. 3.—54 *B. viri*, omisso *item*, Guelf. 2. et *eveniet.* Perl. *Id* omitt. Delph. Dat Both. *Jam id p. p. magnum*,

Numquid circumspexti? aut numquid tute prospexti tibi,
Quid fieret, qua fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,
Qua resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid? credebas, dormienti hæc tibi confecturos Deos,
Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es: duces uxorem hanc. Æs. Hem! Mi. Bono animo es, inquam. Æs. Pater,
Obsecro, non ludis tu nunc me? Mi. Ego te! quamobrem? Æs. Nescio;
Nisi quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.

attulisti? Numquid tu ipse providisti rebus tuis? quid faciendum foret? et quomodo fieret? Aut si pudore impeditus fuisti quominus id mihi tute ipse declarares, an fecisti ut per alios id inaudirem? dum dubius animi, quid agere debueris, hæres, menses elapsi sunt decem. Objecisti illam tuam amicam, et infantem ex ea susceptum, teque ipsum magnis periculis et miseriis, quantum in te positum fuit. Quid tibi persuadebas eventurum ita cessando? tibi desidenti, et stertenti, res tuas Deos peracturos? et amicæ, te otioso, et nullomodo allaborante, deductionem ad ædes tuas factum iri? Ægre tulerim si in ceteris tuis rebus ita negligens fueris: sed hilari esto animo, illam in uxorem accipies. Æs. Hem! Mi. Lætus esto, inquam. Æs. Pater, dic mihi, quæso? an non me ludificaris? Mi. Ego te ludificer? quamobrem? Æs. Nescio, nisi quia tantopere hoc ita esse cupio, eo vehementius metuo ut succe-

---

at h. est tamen: boni | Fecerunt item alii sæpe. At, &c.—55 *Circumspexisti* Guelf. 3. *Prospexisti* 2.—56 *Qua f.*] M. *quomodo f.* EP. *mihi ipsum.* West. Lege ex nostris fere omnibus *mihi ipsum.* Bent. *Quid fieret?*] Ms. Par. *et.* Perl. *Ipsum mihi* transponunt Bip. Both.—57 Distinct. post ' hæc ' in Guelf. 2. *Perl.*—58 Glar. hunc versum legit: *Prodidisti te atque illam miseram, et gnatum, quod in te fuit.* West. Abest *et* primum a Guelf. 3. *Perl.* Et a Br. et Delph. *Et te* delet Both.—59 Abest *hæc* a Guelf. 2. *Perl. Quid credebas? dorm. &c.* Br. Bent. Lind. *Consecuturos* Br.—60 Vulg. *domum:* quasi ipsa domi suæ cubiculum virgo non habuisset. *Both.* qui dat *tuum. Sine tua opera illam* Delph.—61 *Noli te* et *soc. esse* Guelf. 2.—62 *Hem!*] Guy. *Hunc,* cum interrogatione. *West. Uxorem hanc*] Versus justo longior est. Tolle *hanc,* quod non agnoscit Do. Satis constabat quam uxorem intelligeret. *Bent. Uxorem*] Al. post ' ux.' intrudunt *hanc.* Bip. Vulgo impedito versu: nam *hanc,* magni momenti verbum, deleri, quæ Bentleii ratio est, cuinam placeat? Rei conversioni gravissimæ metrum gravissimum convenit. *Both.* qui dat *ux. hunc duces.* Æsch. *Hem, pater* .... Mi. *Bono animo es, inquam.* | Æsch. *Obsecro, num ludis, &c.*—63 *Num ludis* alii. *West.* Pro *non* rectius Bent. cum Fa. edidit *num.* Zeun. Interrogat edit. post ' te.' *Bruns.* Nam Br. dat *Ego te quamobrem? Num* habent Br. Delph. Bip. Perl.—64 Et dictionem *Nisi* respuit versus: nec eam habet Donatus, nec ullus

Mi. Abi domum, ac Deos comprecare, ut uxorem arcessas: abi.
Æs. Quid? jam uxorem? Mi. Jam. Æs. Jam? Mi. Jam, quantum potes. Æs. Di me, pater,
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.
Mi. Quid! quam illam? Æs. Æque. Mi. Perbenigne.
Æs. Quid! ille ubi est Milesius?
Mi. Abiit; periit; navem ascendit: sed cur cessas? Æs. Abi, pater:
Tu potius Deos comprecare; nam tibi eos, certo scio,
Quo vir melior multo es, quam ego, obtemperaturos magis.
Mi. Ego eo intro, ut, quæ opus sunt, parentur: tu fac, ut dixi, si sapis.

dat. Mi. *Ad ædes nostras proficiscere, ac Deos precibus exora, ut postea uxorem accersendam cures: proficiscere.* Æs. *Quid, tam cito uxorem? jamne?* Mi. *Jam.* Æs. *Jam?* Mi. *Quantum cito fieri potest.* Æs. *Ita velim, pater, ut Dii omnes odio me habeant, nisi te plus oculis meis amo.* Mi. *Quid, plus illa Pamphila?* Æs. *Tantum, quantum illam.* Mi. *Abunde est, et plusquam mihi satis est.* Æs. *Sed ubinam est homo ille Milesius?* Mi. *Discessit, naufragio periit, postquam mari se dedit; sed cur tamdiu moraris?* Æs. *Abi, pater; te potius Deos precari convenit: nam certus sum, quod multo magis probus et pius in eos es, quam ego sum, illos potius te exaudituros.* Mi. *Ego intro domum eo, ut curem omnia paranda, quibus nunc usus est: tu ea, quæ te monui, exequere, si sapiens es.* Æs.

antiquus liber. *Fa. Nisi quia*] Ita expressi, plurimos et probatissimos Codices secutus. Et est comicum, 'nisi quia,' et, 'nescio nisi.' Unde adeo immerito τὸ *Nisi* respuit Faërnus. Bona pars Mss. et impressorum, *ideo vereor.* West. Tres ex nostris cum Edd. vett. *Nisi quia.* Correctores olim ejecerunt *Nisi:* atqui ejiciendum fuerat *quia. Nescio: Nisi tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.* Bent. Habet Guelf. 1. *cupio. Verum id v. m.* Et 2. *ideo* pro *eo.* Perl. Fere codd. *Nisi quia tam m.* mendose quidem: quod vel metrum indicat. Vulgatæ *Quia tam m.* difficili τοῦ *eo* relatione. Bent. denique haud melius *Nisi tam m.* Both. qui dat *Nisi quam m. Nisi* omitt. Br. Z. Bip.—65 *Accersas* Bent. Delph.—66 *Jam uxorem*] M. *jam ducam uxorem?* Ms. Lips. Bodl. Bœnd. cum EA. et quibusdam aliis: *jamne uxorem ducam?* Gul. Canterus, *quantum potest.* Forte melius: estque elegans et plane comica locutio. *West. Jamne uxorem*] Particula *ne*, nec a Donato ponitur, nec est in libro Bembino; utroque tamen modo stat versus. *Fa.* Nostri *jamne.* Sed, pro *potes*, veterrimus noster *potest:* et sic Donatus; cum sic explicat, 'Aut deest, cito; aut, Quantum potest esse.' *Bent.* R. et vet. cod. [et Br.] *jam uxorem ducam?* Lind. *Jamne uxorem* Perl. Delph. *Potest* Br. Bip. Delph. Both. Perl. Non interrogat Br. post tertium 'Jam.'—67 Codices plerique omnes, *nunc ego amo meos.* Recte; ut in ea sede Dactylus sit, non Trochæus. *Bent. Nunc ego amo* R. *Lind.* Et sic Br. Bip. Both. Perl. *Mage* Both.—68 *Quid? Quam? Illam?* Br. *Ubi ille* Both.—69 Canterus Nov. Lect. iv. 24. *Navem ascendit, abiit, periit.* A M. abest τὸ *Abiit.* West. *Navim* Guelf. 3.—70 Lege *Deos potius.* Bent. Sequitur Both. *Certe*

Æs. Quid hoc est negotî! hoc est patrem esse? aut hoc
est filium esse?
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est?
hem!
Itaque adeo magnam mihi injecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit: sciens cavebo.
Sed cesso ire intro, ne moræ meis nuptiis egomet siem?

Quænam hæc res est? hocne est patris officium facere? aut hocne est filium se præstare? Si frater, aut sodalis meus esset, quo pacto magis obsecundaret voluntati meæ? Nonne tam bonus pater singulari amore prosequendus est? hicne an non in oculis gerendus est? hem! itaque, cum se mihi tam benigne accommodet, in magnam me conjecit curam, ut caveam ne quicquam faciam inconsiderate quod illi displiceat; nam sciens, et prudens ne id faciam, diligenter curabo. Sed differo domum introire, mihi videndum est ne ipsemet nuptias meas retardem.

Br. Delph.—71 *Ego sum* Delph.—72 Pr. Inst. Gramm. lib. XVIII. *Ego ibo intro:* quam lect. probat Erasmus, ob iambicum octonarium. Guy. nothum dicit hunc versum, scilicet, quia Donatus in quibusdam non inveniri ait. *West. Fac tu* Delph.—73 *Quid hoc negoti* Delph. Bip.—74 *Mage* Both.—75 Non habet *est* Guelf. 2. *Hicce non gestandus* Both.—76 *Injecit*] Lege, ut necessario postulat versus, *injicit:* quin et sententia idem flagitat. *Bent.* Sequitur Both. ut et Perl. qui monet *injecit* esse in Guelf. 2. 3. An ergo Guelf. 1. dat *injicit?* Vix credas. Sed sæpe sic frustra possis quærere de lectt. Guelf. 1. 2. 3. quæ seorsim exhibet Perl.—77 Sic Faërnus. Sed ex lege versus 'faciam' Tribrachys esse debet, non (ut est) Anapæstus. Tres ex nostris *Ne imprudens forte:* ab aliis quatuor *forte* abest. Repone, metri causa, et distingue, *Ne imprudens faciam forte.* Bent. Al. disting. post 'sciens' perperam. *Perl.* Ut Br. sic: *quod nolit sciens. Cavebo.* Bentleio emendanti accedit Both.—78 Mss. et impressi quidam, post EP. *mora.* West. *Ne mora*] Bem. *moræ.* Utroque modo stat versus; sed hoc rectius. *Fa.* Nostri plerique *mora.* Duo *in mora.* Lege autem *sim*, non *siem.* Bent. *Mora* Br. Z. Delph. *Sim* Delph. Bip. Perl. In fine non interrogant Br. Z. Bip.

ACTUS IV. SCENA VI.

DEMEA.

Defessus sum ambulando: ut, Syre, te cum tua
Monstratione magnus perdat Jupiter!
Perreptavi usque omne oppidum: ad portam, ad lacum:

Ultro citroque commeando totus defatigatus sum. Dii te, Syre, male perdant, qui tam male iter mihi monstrasti. Totam urbem moleste circumivi ad finem

Quo non? neque illic fabrica ulla erat, neque fratrem homo
Vidisse se aiebat quisquam: nunc vero domi
Certum obsidere est usque, donec redierit.

usque; ad portam, ad lacum, et quo non perveni? neque illic ulla fabri taberna: neque fratrem Mitionem ullus hominum se vidisse dicebat: nunc vero constitui domi assidue permanere, donec reversus fuerit.

3 *Usque inde* EA. *West.*—4 In plusculis Codd. utrobique est *nec.* G. EM. *nec fabrica illic ulla erat.* Id. Aliqui libri, in quibus est Bem. *nec fratrem homo.* Bas. utrobique habet *nec: nec illic fabrica, nec fratrem.* Fa. *Quo non? neque illic fabrica ulla erat: neque fratrem homo*] Sic dedit Faërnus: sed eo pacto 'fabrica,' quod emphasin habet, in Thesi occultatur. Nostri omnes; *fabrica illic ulla.* Repone, *Quo non? nec fabrica illi ulla erat: nec fratrem homo. Illi* pro, illic, passim apud Nostrum et Plautum. *Nec nec* nostri quam plurimi. *Bent.* GM. colloc. *fabrica illic ulla.* Perl. Vulgo *illic ulla*, mala lect. Bent. *illi ulla;* B *ibi ulla.* Vides jam adverbium esse ab interprete. *Both.* qui dat *neque ulla fabr. erat nec f. h.* Adverbium omittit Delph. Sic et Br. qui dat *nec fabr. ulla erat nec.* Legit Perl. *neque ulla fabr. illic erat, nec.* Bip. *nec fabr. illic ulla erat, nec.*—5 Aut *se* delendum; et sane librum vidimus, qui eam particulam non habebat; aut 'aiebat' in duas syllabas contrahendum per synizesin, ut sæpe. *Fa.* Immo semper Disyllabon apud Nostrum est, et scribendum *aibat.* Bent. Et sic dant Bip. Both. Perl.

ACTUS IV. SCENA VII.

MICIO. DEMEA.

Mi. Ibo, illis dicam, nullam esse in nobis moram.
De. Sed eccum ipsum! te jamdudum quæro, Micio.
Mi. Quidnam? De. Fero alia flagitia ad te, ingentia,
Boni illius adolescentis. Mi. Ecce autem! De. Nova;
Capitalia. Mi. Ohe! jam. De. Nescis, qui vir sit. Mi. Scio.

Mi. *Ibo, et Sostratæ, filiæque ejus Pamphilæ nuntiabo nos in mora non esse nuptiis celebrandis.* De. *Sed ecce ipsum fratrem. Te jam pridem perquiro, Mitio.* Mi. *Quidnam affers novi?* De. *Fero alia flagitiosa facinora ad te boni illius adolescentis.* Mi. *Ecce autem ea, quæ solet, objicit.* De. *Recentia, capitis pœna digna.* Mi. *Ohe, jam satis est.* De. *Ignoras qualis vir sit.* Mi. *Probe scio*

2 Lege ex nostris plerisque *o Micio.* Bent. Sic dat Perl.—4 *Adolescentuli* Guelf. 3.—5 Mss. et impressi quidam, *Ohe! jam desine:* quod repetitum videtur ex Heaut. v. 1. 6. *West.* Lege ex nostris plerisque *Ah nescis.* Bent. *Ah*] GM. *Ha,* idque correct. atramento alieno. *Perl. Ah* dant Br. Z. Bip.

De. Ah stulte! tu de Psaltria me somnias
Agere: hoc peccatum in virginem est civem. Mi. Scio.
De. Eho! scis? et patere? Mi. Quidni patiar? De. Dic mihi,
Non clamas? non insanis? Mi. Non: malim quidem.
De. Puer natus est. Mi. Di bene vortant! De. Virgo
nihil habet.
Mi. Audivi. De. Et ducenda indotata 'st? Mi. Scilicet.

quæ fecit. De. *Ah inepte: tu tibi persuades falso me de fidicina renuntiare: hoc recens flagitium factum est in virginem civem Atticam.* Mi. *Sat scio.* De. *Eho, scis, et tamen id permittis fieri?* Mi. *Quamobrem non permittam?* De. *Dic mihi, quare non clamitas, increpas, tanquam ad insaniam redactus?* Mi. *Non: malim quidem, si fieri posset, aliter esse.* De. *Ex illa virgine genuit filium.* Mi. *Dii bene, feliciterque id succedere velint.* De. *Virgo illa nullam omnino rem possidet.* Mi. *Rescivi.* De. *Et illam uxorem accipiet sine ulla dote?* Mi. *Nimirum*

Delph. Perl. *At* pro *Ah* Both. *Siet* Delph.—6. 7 Variant Libri scripti et impressi. In aliis est, *Oh, stulte;* rursus in aliis, *O stulte:* quod magis corripientis esse videtur. *West. Ah stulte, tu de psaltria me somnias Agere. Hoc peccatum est in virginem civem. Scio*] *O stulte* habet liber Bembinus: quod magis videtur corripientis esse. Præterea apud omnes l. s. hæc verba hunc ordinem habent, *hoc peccatum in virginem est civem,* versusque ita in Bembino et aliis ordinati sunt: *O stulte, tu de psaltria me somnias Agere, hoc peccatum in virginem est civem. Scio.* Fa. Pro *O* nostri omnes, *Ah stulte.* Forte utrumque retinendum: *Scio. Ah, O stulte.* Ut Demea ex animo dolens, vix loqui possit sine interjectione dolentis. *Bent.* Pro *O* l. antiq. *Ah.* GM. *Ha.* Ubi verba abhinc quæ huj. ac sequentis versus sequuntur in marg. inveni addita: quod quidem codicis minime optimæ esse videtur notæ. *Perl. Sentias* Br. Superscript. *somnias,* tanquam lectio textualis. *Bruns.* Dat Br. *Ah. Stulte tu de ps. me sentias Agere, &c. O* pro *Ah* Z. Bent. Delph. Perl.—8 Ex Bem. corrige, *Oho.* Fa. Nostri *Eho.* Bent. *Oho* dant Bent. Z. Perl. *Ohe* Delph. *Dic mihi* dat Micioni Both.—9 *Malim quidem*] Non convenit inter Interpretes, utri hæc verba sint tribuenda, Demeæne, an Micioni; illud maxime Guyetus, hoc Mur. defendit. Donatus dubitat, ob varietatem Mss. Videntur autem omnino Micionis esse verba. Consentit maxima Mss. pars, sed et optimorum ex impressis, post EP. Rari Codices legunt, Mi. *Non malum quidem:* q. d. Ne malum quidem verbum unum propterea dico. Ita Fabrini reddidit: 'Non dico pure una mala parola.' *West.* Bent. cum Fa. et Mur. rectius verba *Malim quidem* Micioni quoque tribuit. Nam mitiori Micionis ingenio magis convenire sunt existimanda. *Zeun. Non malim*] Equidem accipio pro, nolim quidem sc. insanire. Conf. infra vs. 30. Editiones vero omnes, post *Non* puncto posito, *Malim quidem* aliæ tribuunt Demeæ, sensu sane inepto; pleræque Micioni, plura, ni interpellaretur, locuturo. Mur. ita supplet: *Malim quidem,* si fieri posset, aliter esse; sed, quando, quod factum est, infectum fieri non potest, æquo animo fero. *Schmieder.* Hæc verba Demeæ tribuunt Z. Both. *Num cl. num ins.* Guelf. 1.—10 *Est* delet Both.—11 Mirum, id rogare Demeam, qui ipse dixerat, peccatum esse in virginem civem, et puerum natum, sciebatque Leges Atticas vel matrimonium jubere, vel necem stupratoris. Nisi potius, monente Donato, sine interrogatione pronuntiandum, et jungendum illis, 'Virgo nihil habet.' *West.*

DE. Quid nunc futurum est? MI. Id enim, quod res ipsa fert:
Illinc huc transferetur virgo. DE. O Jupiter!
Istoccine pacto oportet? MI. Quid faciam amplius?
DE. Quid facias? si non ipsa re istuc tibi dolet,
Simulare certe est hominis. MI. Quin jam virginem
Despondi; res composita 'st; fiunt nuptiæ:
Demsi metum omnem: hæc magis sunt hominis. DE. Ceterum,
Placet tibi factum, Micio? MI. Non, si queam
Mutare: nunc, cum non queo, æquo animo fero.
Ita vita 'st hominum, quasi, cum ludas tesseris:
Si illud, quod maxume opus est jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

talem ducet. DE. *Quid nunc inde eventurum est?* MI. *Id scilicet, quod res ipsa, ut est, suadet; virgo ex ædibus matris ad nostras huc deducetur.* DE. *O Jupiter! siccine agendum est?* MI. *Quid me vis amplius agere?* DE. *Quid agas? si vere de his rebus non doles, certe, si homo ratione aliqua es præditus, dolere te simules.* MI. *Quin immo virgo jam desponsa est Æschino, res transacta est, et omnis contentio placata, pactæ sunt nuptiæ, omnem timoris causam ademi matri et virgini. Hæc magis sunt hominis ratione præditi, quam ea quæ suades.* DE. *Attamen, placet tibi factum istud Æschini?* MI. *Minime, si infectum reddere possim: nunc cum non possim, id patienter tolero. Vita hominum non absimilis est ludo tesserarum; si quod optas, jactu non ceciderit feliciter, opus est, ut quod infausta et aversa fortuna cecidit, illud arte et industria corrigas.* DE. *Egregium scilicet cor-*

Tolle notam interrogationis, ut infra vs. 33. *Bent.* Sustuli notam interrog. *Perl.* Sustulit et Both.—13 *Transfertur* Br. si id Bruns accurate exscripsit.—15 *Quid facias, rogitas? si non re ipsa tibi istuc dolet*] Duo hic mutanda: nam et verbum *rogitas*, quod nec est in Bembino, et versui repugnat, delendum est, et hæc verba hoc ordine sunt ponenda: *si non ipsa re;* idque ex o. l. s. *Fa.* Leidd. quinque, M. Bodl. G. et Lips. cum EP. Junt. Aldd. St. EM. *Quid facias, rogitas?* Tr. et Bœnd. *Quid facies, rogitas?* ita et EA. ET. Venetæ, Lugdunensis, aliæ. Præterea autem varie hic versus legitur. Ego Rivium maxime, Faërnum et G. F. secutus sum. *West.* Nostri omnes *rogitas.* Bent. *Ipsa re*] J. et Venetus cod. *re vera.* 'Istuc' ante 'dolet' Guelf. 3. *Perl. Rogitas* Br. *Re ipsa* Both. *Tibi istuc* Bent. Z. Delph. Bip.—16 *Certe* omittit Br.—18 *Demsi*] Par. Ms. *Depressi.* Perl. *Mage* Both. Perl.—20 *Non queo*] Mss. et editi quidam, *nequeo.* West. *Non cum nunc queo* Guelf. 1. *Animo æquo* Bent. Z. Both. Perl.—21 Jubet Donatus, 'notare genus locutionis. Rectum quippe erat, Quemadmodum tesseris ludere.' Hoc nempe vult *cum* illud supervacuum esse. Et sic profecto est. Auctor enim dedit, *quasi si ludas.* Bent. *Quasi cum*] Sic Lind. Sic it. Syr. Mim. citat. *Perl.*—22 *Quod est maxime opus*] Ex iisdem omnibus libris, et Donato, repone hunc ordinem verborum, *quod maxime opus est.* Fa. Sic et nostri. *Bent.*—23 Abest

DE. Corrector! nempe tua arte viginti minæ
Pro Psaltria periere; quæ, quantum potest,
Aliquo abjicienda est; si non pretio, at gratiis.
MI. Neque est, neque illam sane studeo vendere.
DE. Quid igitur facies? MI. Domi erit. DE. Pro Divum fidem!
Meretrix et materfamilias una in domo?
MI. Cur non? DE. Sanum te credis esse? MI. Equidem arbitror.
DE. Ita me Di ament, ut video ego tuam ineptiam,
Facturum credo, ut habeas quicum cantites.
MI. Cur non? DE. Et nova nupta eadem hæc discet? MI. Scilicet.

rectorem! tua arte effectum est, ut viginti minæ pro fidicina absumtæ et perditæ sint: quæ fidicina abigenda hinc est, aut pretio vendita, aut gratis data. MI. *Neque est nobis emtor, neque vendere libet.* DE. *Quid ea igitur facies?* MI. *Domi sedebit.* DE. *Proh Deorum fidem! meretrixne et materfamilias una in ædibus tuis morabuntur, atque habitabunt!* MI. *Quidni?* DE. *Num sanæ mentis es?* MI. *Profecto me talem esse censeo.* DE. *Ita mihi Dii sint propitii, ut jam tuam amentiam perspectam habeo; te quippe conaturum credo, ut habeas psaltriam cum qua vocem cantando exerceas.* MI. *Cur non?* DE. *Et nova etiam nupta eadem cantica docebitur?* MI. *Scilicet ita fiet.* DE. *Tu vero inter eas*

---

forte a Guelf. 2. et *ut* a 3. *Perl. Ad artem ut corr.* Both.—26 *Abjicienda*] Facessat et abigatur Guyeti *abigenda*. West. *At gratiis*] Varia lectio: *gratis; gratiis; at gratis; vel gratis; at gratiis; vel gratiis.* Id. *Si non pretio, at gratis*] Particulam *at*, non sane necessariam, non habet Bem. Ceterum nos pro *gratis*, ex ratione versus, *gratiis* legendum esse contendimus. *Fa.* Nostri omnes *vel gratis*. Recte Faërnus *gratiis*. Certum est nec Nostrum nec Plautum usquam dixisse *gratis*, semper τρισυλλάβως *gratiis*. Bent. *Pretio*] L. antiq. *at*. Pall. *vel*. Perl. *Abicienda*] Sic Hel. prisco more. Vulg. *abjicienda*. Both. qui illud edidit. *Vel gratis* Guelf. 1. Br. *At* seu *vel* delent Bent. Z. Delph. Bip. Both. Perl.—28 Nostri veterrimi et ex ceteris plerique *facias?* Recte: non, velis facere; sed, possis facere? et insuper legendum, *Quid illa igitur facias?* Bent. *Illa* recepi, suadente Bent. Acute enim dicit: ‘ Responsum ‘ Domi erit’ postulat *illa*.’ Perl. *Quid ea igitur facies*] Vulgo abest *ea*. Sed memoratam fuisse psaltriam, ex Micionis responso intelligitur. Vidit Bent. *Both. Facias* Br. Perl.—29 Mss. et editi plusculi: *erit una in domo?* quod ex glossa additum videtur. *West. Erit una in domo?*] Sic quidem etiam stare posset hic versus; sed melius habet, ut in libro Bembino, detracta dictione *erit:* quod ne sensui quidem quicquam nocet. *Fa.* Nostri perperam *erit*. Bent. *Erit* ante ‘ una’ Guelf. 2. *Perl.* Sic et Br.—30 Magna Librorum pars legit, *Sanumne*. West. *Sanumne*] Delenda est particula *ne* juxta o. l. s. versusque rationem. *Fa. Sanum te credis esse*] Mirum hoc; cum nostri universi *Sanumne* habeant: et recte, modo ordinem mutes, *Sanumne credis te esse?* Bent. *Sanumne* Guelf. 2. *Perl.* Sic Br. Delph. Z. *Sanum te credis* Perl. *Sanumne credis te* Both.—31 Meliores nostri magno numero, *tuam ego*. Recte. *Bent.* Sic Br. Both. Berl. *Ineptiam,*]

De. Tu inter eas restim ductans saltabis. Mi. Probe.
De. Probe? Mi. Et tu nobiscum una, si opus sit. De.
Hei mihi!
Non te hæc pudent? Mi. Jam vero omitte, Demea,
Tuam istanc iracundiam; atque, ita uti decet,
Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis.
Ego hos conveniam: post huc redeo. De. O Jupiter!
Hanccine vitam! hoscine mores! hanc dementiam!

funem duces, et chori præsultor eris et princeps. Mi. *Egregie.* De. *Egregie?* Mi. *Etiam tu nobiscum una saltabis, si te usus fuerit.* De. *Hei mihi! non te horum pudet?* Mi. *Nunc vero istam tuam iracundiam abjice, atque ita ut convenit, hilaritati et lubentiæ indulge in tui filii nuptiis. Ego hos adibo, postea huc revertor.* De. *O Jupiter! hancne vitam ducere oportet? hosne esse mores? hanc insa-*

Vel; Sic notat glossa τοῦ Br.—32 Codices quidam, *Facturum te credo.* West. *Ut* omittit Br.—33 *Et nova, &c.*] Non hoc per interrogationem effertur, sed affirmative per irrisionem. *Bent.* Sic dant Br. Perl. et Both. qui exhibet *discet; . . .* Mi. *Scilicet.*—34 Mss. quidam et impressi post EP. *psaltabis.* West.—35 De. *Probe?*] Hæc a multis Mss. et editis antiquis absunt, etiam ab EP. sed defenduntur a Rivio et Fa. Nihil autem causæ esse videtur, quare Demea τὸ *Probe* repeteret magis, quam quod præcessit, 'Cur non,' et 'Scilicet.' *West.* Mi. *Probe. et tu nobiscum*] Bem. geminat dictionem *Probe*, habens eam secundo loco sub persona Demeæ: quam lectionem et Rivius ex suo libro annotavit. Ita etiam versus optime constat. *Fa.* De. *Probe?* Mi. *Et tu nobiscum una, si opus sit. Hei mihi.* Illud *Probe* a Correctore Bembino provenit, ad versum fulciendum. Ex tot nostris duo tantum *Probe* repetunt, atque illi ex mediocribus. Et sane inepta, enervis, putida repetitio est; nec reliquis hic convenit, quæ ironia et irrisione omnia dicuntur. Longe facilior et verior in promtu erat correctio: De. *Tu inter eas restim ductans saltabis.* Mi. *probe. Et tute nobiscum una, si opus sit.* De. *Hei mihi!* Bent. De. *Probe?*] Bent. omittit tanquam a glossatore Bembini putide iteratum. Sed errat vir magnus. Nam simili modo resonat supra iv. 5. 66. vocula 'Jam' in ore iterantis comice. Sic item centies. Abest a Guelf. 2. *Perl.* Geminatum *Probe* sub persona Demeæ ex Bem. Faërnus edidit. Alii omittunt, et sic metrum corrumpunt. Neque Bent. audiendus est, qui dedit *Et tute, &c.* Bip. Bentleium sequitur Both. Illud iteratum *Probe* collocat Delph. in versu 34. *Ei mihi* Br.—36 Duo ex nostris melioris notæ, *Jam vero mitte, o Demea.* Certe, sive *mitte* sive *omitte* legas, *o Demea* omnino retinebis, ne in ista sede Trochæus sit, quem data opera evitat Noster. *Bent. O* dant Both. Perl.—38 Codices quidam *Hilarem* legunt, atque in iis EP. *West.* Bem. et plerique alii habent, *gnati in nuptiis.* Fa. Nostri omnes *in nati nuptiis.* Bent. *Hylarem* GM. *Perl. Nati in* Bent. Z. Bip.

NOTÆ

34 *Restim ductans*] Lusus est natus, ut refert Donatus, ab eo fune, quo equus ligneus Græcorum in Trojam introductus est. In hoc ludo manibus funem tenentibus saltare solent. Choreæ princeps et præsultor funem ducit, quem alii, eodem fune apprehenso, præeuntem sequuntur.

Uxor sine dote veniet: intus Psaltria est:
Domus sumtuosa; adolescens luxu perditus;
Senex delirans. Ipsa, si cupiat, Salus
Servare prorsus non potest hanc familiam.

niam? uxor indotata domum deducetur; meretrix fidicina ædibus excepta est; domus sumtibus diffluit; adolescens libidine et luxu fervens; senex mentis inops et insanus: adeo ut ipsum Salutis numen potestatem non habeat, quantumvis conetur, hanc familiam servandi.

Delph. Both. Perl.—41 *Sine dote veniet uxor* Both.—44 Non possum non existimare, et hic et in similibus Plauti locis, ubi totus fere lepor in agnominatione situs est, reponendum esse *Salvare* pro *Servare;* neque vox vel obsoletior vel minus usitata rusticum dedecet. Atqui Hel. dilucide *Salvare.* Both. Sic dat et Guelf. 2. *Hanc familiam non potest* Delph. *Hanc f. non poterit* Br.

NOTÆ

43 *Ipsa, si cupiat, Salus*] Colebatur Salus Romæ pro Dea; cujus ædes a Caio Julio Bubulco Consule in bello Samnitico vota fuit, et ab eodem Dictatore dedicata.

ACTUS V. SCENA I.

SYRUS. DEMEA.

Sy. Ædepol, Syrisce, te curasti molliter,
Lauteque munus administrasti tuum.
Abi! sed, postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est. De. Illud sis vide

Sy. *Per ædem Pollucis, Syrisce, corpus delicate fovisti, et magnifice officio tuo functus es. Jam abi: sed postquam in ædibus lautitiis omnibus atque epulis ad satietatem me implevi, huc prodire et expatiari visum est.* De. *Videsis specimen*

Omnes fere edd. inde ab Erasmo, hinc, ubi nullo intervallo opus, male ordiuntur Actum v., præter Dac. quæ hanc et seq. Sc. recte addit iv. uti et ed. nostra vet. *Bip.* quæ igitur hic habet Act. iv. Sc. 9. In ed. Both. est Act. iv. Sc. 8.—1 *Curasti te* Br.—3 Both. *sic* pro *sed.*—4 Libri quidam scripti et impressi cum EP. legunt: *Porro deambulare.* West. Br. *Pro* (ex-

NOTÆ

1 *Syrisce*] Syrus Syriscum se vocat, diminutiva forma, blandiendi causa. Syriscus est vas vimineum ad reponendas ficus.

Exemplum disciplinæ! Sy. Ecce autem hic adest
Senex noster: quid fit? quid tu es tristis? De. Oh! scelus!
Sy. Ohe! jam: tu verba fundis hic sapientia?
De. Tun'? si meus esses. Sy. Dis quidem esses, Demea,
Ac tuam rem constabilisses. De. Exemplum omnibus
Curarem ut esses. Sy. Quamobrem? quid feci? De. Rogas?
In ipsa turba, atque in peccato maxumo,
Quod vix sedatum satis est, potasti, scelus!

illud egregium disciplinæ. Sy. *Ecce autem conspicio senem. Quid rei agitur? Quid mœstus es, et irato similis?* De. *Oh! scelerate.* Sy. *Ohe! jam tu incipis diffluere verbis sapientibus.* De. *Tune hæc facias? si meus esses.* Sy. *Dives esses re tua familiari bene administrata et constituta, Demea.* De. *Efficerem ut exempli loco omnibus esses propositus.* Sy. *Qua de causa? quid feci?* De. *Quid fecisti, quæris? in ipsa rerum perturbatione, atque in gravissimo crimine, recenti adhuc, vixque sopito, potationibus te totum dedisti, quasi triumphans victoria repor-*

---

clamatio,) *deambulare.* GM. *Proh.* Legendum et subdistinguendum monet Bent. *Illuc sis vide; Exemplum. Illuc* dant et Both. Perl. Br. legit *Illud sis: vide.*—5 Variat series verborum in hoc versu. Plurimi enim finiunt ex Bem. in *adest*, al. in *senex*. Perl. In *senex* finit Both.—6 Mallem *Ohe! scelus:* quomodo libri quidam Mss. et impressi exhibent. Atque ita venustius inferetur mox a Syro alterum *Ohe.* Sic plane Heaut. IV. 1. 9. In aliis utrobique est *Eho.* West. *Oh scelus* probat Fa. Br. habet *Ohe scelus.*—7 Insititium hunc versum vocat Guy. Distinxi autem ita, monente Faërno; ut sensus sit: Ohe jam desine. Riv. *fundes* legit, etiam apud Donatum. Atque ita est in plerisque editionibus antiquis. *West.* Sy. *Eho jam tu verba fundis hic sapientia?* Aliquot libri, *Oh jam* habent; Bembinus *Ohe jam:* quam lectionem recipimus, distinguendo post 'jam,' quasi dicere velit, Ohe jam desine: deinde per interrogationem reliqua subdendo. *Fa.* Unus ex nostris *fundes:* non male. *Bent.* Br. *Eho: jam tu ... sapientia.* Both. *Ohe, nam tu v. fundes.* '*Ohe jam! tu.* Sic Bem. Ed. nostra c. figg. et Fa. distinxit post *jam;* alii ante *jam.* Er. legebat *Eho jam tu.* Al. denique Mss. habent *Oh jam, &c.* quod fere nobis placeret præ vulg. ut repetat illud *Oh* Demeæ.' *Bip. Ohe, jam tu* Z. Perl. Delph.—8 Plures et meliores ex nostris, *Tu si meus esses,* Sy. *Dis quidem.* Recte: continuatur enim oratio, 'Exemplo,' &c. *Bent.* Ita et habet Perl. 'Vulg. *Tun'* (vel *Tu*, vel *Tum*, ut cod. A.) *si meus esses;* sed C: *Jam tun' si m. e.* Bene quadrat *Nam*, quo præsertim et servulus usus fuit; nam verba adversariorum repetere irati solent.' *Both.* qui inde legit, *Nam meus tu si esses, ...* Sy. *Dis q.* Br. *Tun', si meus.* Z. *Tun' si m.* Bip. sic habet, *Tu, si meus esses ...* Sy. *Dis quidem.* et notat, ' interjecta a Syro verba non impediant, ut hæc disjungas a consequente *exemplum, &c.* Al. proinde male *Tun'? si meus, &c.*'—9 Bem. *exempla.* Fa. Immo *exemplo*, ut credo, in Bembino fuit. Sic enim legendum esse vel puer videat. Nostri perperam *exemplum.* Bent. *Exemplo* Both. Perl. *De mea* post *const.* Guelf. 3.—10 Perl. *Rogitas?*—12 *Potasti, scelus!* Ita edidi ex Mss. quinque Leidensibus, M. cod. Lips. Tr. Bod. et Bœnd. atque ita erat in Mss. omnibus Bœcleri, aliisque. Sed et ita legunt editiones Venetæ, EA. Junt. Ald. Lug-

Quasi re bene gesta. SY. Sane nollem huc exitum.

tata. SY. *Certe nollem huc ex ædibus prodiisse.*

dunensis, Plantiniana, Davent. aliæ. Accedunt Augustinus Gambarellius in Observationibus in Terentium, et Jac. Tollius ad Auson. Ecl. XXI. Paucæ editionum veterum præferunt, *potastis*, quam lectionem nuperi quidam editores imitati. Et videtur sane in nonnullis Codicibus repetita per errorem prima in τῷ ' scelus ' litera, atque adeo ex *potasti* factum *potastis*. Syrum certe quidem molliter sese curasse, ex ipso audiverat Demea, de conservis ceteris nihil audiverat. Neque porro, si *potastis* dixisset, non addendum fuerat, *scelus*, sed, *scelesti*. Do. tamen *potastis* legit, quod tuetur Rivius. *West. Potasti scelus.* Sic Fa. et sic nostri omnes. Donatus tamen legebat *potastis*; et explicat, 'Oratorie 'potastis' dicit, cum unum ebrium cernat.' Frustra. Hæsit in ejus exemplari *s* ex verbo sequenti. *Bent.* Br. legit, *sedatum est satis potasti. Scelus Quasi re. Z. potastis* habet.—13 *Nollem huc exitum.* Ita legit etiam Do. ad And. I. 1. 13. estque in plerisque Mss. et editis. Nonnulli legunt : *nollem nunc exitum ;* [in Addend. citat G. cum ET. et EM.] ut τὸ *exitum* nomen sit, media correpta. *West. Hunc* GM. Br. et Ms. R. ap. Lind.

NOTÆ

13 *Quasi re bene gesta*] Rem gerere proprie dicebant, cum victis hostibus insignem aliquam victoriam retulerant. Horatius: 'Rem gerere, et captos ostendere civibus hostes, Attingit solium Jovis, et cœlestia tentat. Principibus placuisse viris non ultima laus est.'

ACTUS V. SCENA II.

DROMO. SYRUS. DEMEA.

DR. HEUS! Syre; rogat te Ctesipho, ut redeas. SY. Abi.
DE. Quid Ctesiphonem hic narrat? SY. Nihil. DE. Eho! carnufex,
Est Ctesipho intus? SY. Non est. DE. Cur hic nominat?
SY. Est alius quidam, parasitaster parvolus:

DR. *Heu, Syre; rogat te Ctesipho ut ad se redeas.* SY. *Abi.* DE. *Quid de Ctesiphone hic loquitur?* SY. *Nihil.* DE. *Eho! carnifex, an Ctesipho hic intus est?* SY. *Non est.* DE. *Cur hic igitur illum nominat?* SY. *Alium vocat ejus-*

In Bip. est Act. IV. Sc. 10. In Both. IV. 9.—1 In Mss. et editis quibusdam est, *Heus! heus!* West. Ita GM. *Carnifex* post *Abi* Guelf. 2.—2 *Nil* Bent. Both. Perl.—4 *Parvolus.* Petrus Victorius Var. Lect. XXXV. 18. ex Codice Bembino legit *paululus*, idque miratur, Faërnum non animadvertisse,

Nostin'? De. Jam scibo. Sy. Quid agis? quo abis?
De. Mitte me.
Sy. Noli, inquam. De. Non manum abstines, mastigia?
An tibi jam mavis cerebrum dispergi hic? Sy. Abit.
Ædepol commissatorem haud sane commodum,
Præsertim Ctesiphoni: quid ego nunc agam?
Nisi, dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi: sic agam.

dem nominis parasitum parvulum: nonne tibi notus est? De. *Mox discam quis sit.* Sy. *Quid agis, Demea? quo abis?* De. *Ne me detine.* Sy. *Ne abeas, dico.* De. *Non manum a me tollis, et desinis me tenere, verbero? An vis jam tibi caput disrumpi, et cerebro viam spargi?* Sy. *En discessit. Convivæ certe hic erit parum jucundus, præcipue Ctesiphoni. Quid ego nunc agam? nisi dum hæ turbæ sedatæ fuerint, interea in angulum aliquem me abdam et per somnum hoc villi, quod caput tentat, decoquam.*

confirmans porro vocis usum. Sed et magna Mss. pars legit *paululus*, quorum duodecim laudat Guyetus. *West.* Nostri plerique omnes *paululus*. Bent. Ita et Br. Perl. Both. Bip. et Ms. R. et vet. cod. ap. Lind. probatque Ruhnken.—7 *Cerebrum dispergi.* Ita est in plerisque omnibus Mss. et editis antiquis, etiam Juntarum, Aldi, Rob. Stephani; itaque legebant Gambarellus et Fabrini. Faërno tamen *dispergam*, quod est in Donato et Codice Bembino, minacius videtur; cujus rei rationem non video. De re ipsa vide supra III. 2. 19. IV. 2. 32. et Enn. IV. 7. 33. In magna autem librorum parte τὸ *jam* non comparet. *West.* *An tibi mavis cerebrum dispergi hic?* Sy. *abiit.* Multi l. s. post *tibi* habent dictionem *jam*. Bembinus ita totum hunc versum habet, *An tibi jam mavis cerebrum dispergam hic?* Sy. *Abit.* Sane *dispergam* minacius mihi videtur, quam *dispergi; Abit*, quam *abiit*, numerosius. *Fa.* Recte hic Bembinus. Unus tantum ex nostris *jam*, omnes *dispergi*. Bent. *Dispergam* dant Bip. Both. Z. Perl. Delph. Τὸ *jam* abest Br. Guelf. 3. *Abiit* dant iidem cum Guelf. 1.—8 Guy. defendit suum *commissator*, ne τὸ 'Ædepol' regat accusativum, scilicet. *West.*—9 *Ergo* pro *ego* Guelf. 2.—10 *Hæc* pro *hæ* Both. ex Gu. 1. Br. *in angulum aliquo.*—11 Mss. quidam et editi, *hoc vini*. West. in Addend. memorat G. et EM. *Vini* habent Mss. Pall. et Paris. GM. GC. Br. Ms. R. et vet. cod. ap. Lind.

NOTÆ

11 *Hoc villi*] Ut Syrus se Syriscum, ita vinum villum, appellat, ὑποκοριστικῶς.

ACTUS V. SCENA III.

MICIO. DEMEA.

Mi. Parata a nobis sunt, ut dixi, Sostrata,

Mi. *Parata a nobis sunt omnia, Sostrata, ubi vis, nuptiæ fient. Sed quisnam?*
Delph. et Var. Clas. *Terent.*

Ubi vis. Quisnam a me pepulit tam graviter fores?
De. Hei mihi! quid faciam? quid agam? quid clamem,
aut querar?
O cœlum! o terra! o maria Neptuni! Mi. Hem tibi!
Rescivit omnem rem; id nunc clamat scilicet:
Paratæ lites; succurrendum 'st. De. Eccum adest
Communis corruptela nostrum liberum!
Mi. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
De. Repressi, redii: mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus: dictum hoc inter nos fuit;
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,
Neve ego tuum? responde. Mi. Factum 'st; non nego.

domo mea exiens, tam impetuose fores impulit? De. *Hei mihi! quid faciam? quid agam? quid exclamem, aut quos questus effundam? o cœlum! o terra! o maria Neptuni!* Mi. *Me miserum! Demea audivit omnia de amore Ctesiphonis. Hoc scilicet est causa tot vociferationum: jurgia contra me excogitata sunt; sed tamen auxiliandum est Ctesiphoni.* De. *Ecce, adest corruptor liberorum nostrorum.* Mi. *Tandem cohibe iracundiæ tuæ impetum, quique a sana mente excurristi, tandem ad eam redi.* De. *Cohibui, redii, prætermitto convicia omnia; rem ipsam et causam litis veram consideremus: inter nos convenit, et tute hoc dictavisti, ne tu mei filii curam susciperes, neque ego tui: nonne hoc verum est, quod dico?* Mi.

Dac. ex Ms. R. hoc loco initium Actus v. facit: et ita Bip. Both.—1 Mss. et editi quidam: *Parata nobis.* West. In libris quibusdam Mss. et impressis, *ita ut dixi:* quomodo et Do. legit. *Idem. Ita ut* Bent. Perl. 'Nos cum aliis omittimus *ita*, quod metro repugnat.' *Bip.*—3 A Mss. atque editis nonnullis, post EP. absunt *quid agam?* poscit autem senarius, ut adsint. *West. Hei mihi quid faciam?* Post hæc verba addendum est, *quid agam?* ex libro Bembino, et aliquot aliis, ac Donato, versusque ratione. *Fa.* Duo tantum ex tot nostris, *quid agam;* atque id prave positum ante 'quid faciam.' *Bent. Quid agam* absunt Br. *Quæram* Guelf. 2.—4 Idem cum EP. *Neptunia.*—5 Magna Mss. et editorum pars *ilicet* legunt. Sed et ita Do. et Servius ad Virg. Æn. II. 424. defenduntque ex codice Bembi Rivius et Fa. *West. Ilicet* prius erat in Vi. sed deinde priore *i* abraso, remansit *licet.* Fa. Bona Bembini Serviique venia, retinemus quod nostri omnes habent *id n. c. scilicet.* Illud *ilicet* ipsa sententia repudiat. Si enim *ilicet*, ut reipsa est, desperantis est, qui fit, ut proximis verbis dicat 'succurrendum est?' quod non est desperantis, sed confidentis et securi. Atque illud insuper non est nihil; quod si *ilicet* legis, trochæum habes in sede incommoda. *Bent. Ilicet.* Sic Bem. Serv. ad Virg. Æn. II. 424. quibus se opponens magnus ille corrector vel corruptor Bentleius propugnat, quod alii mendose habent præterque sensum *scilicet.* Bip.—7 Br. *nostrorum. Liberorum* Guelf. 2.—9 J. *omitto.*—10 *Dictum hoc inter nos fuit.* Sic ex solo Bembino dedit Fa. Et ipsius et mei omnes, *dictum inter nos hoc fuit.* Recte: si ex Arseos et Theseos ratione, quæ præcipua Poëtæ virtus est, etsi parum hodie intellecta, rem dijudices. 'Inter nos' centies centiesque apud Nostrum pronomina hæc, ut apud Græcos Enclitica, accentum in præcedens verbum reflectunt: 'hoc' autem omnino in ictu hic esse oportet. *Bent. Dictum inter nos hoc fuit* dant Br. Both. Bip. Z. Perl.—11 *Ortum est* Br. *Exortum* Guelf. 1.—12 Non interrogat Br.

DE. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam, Micio? nam qui minus
Mihi idem jus æquom 'st esse, quod mecum 'st tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
MI. Non æquom dicis; non; nam vetus verbum hoc quidem est;
Communia esse amicorum inter se omnia.
DE. Facete! nunc demum isthæc nata oratio est.
MI. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.
Principio, si id te mordet, sumtum filii
Quem faciunt, quæso facito hæc tecum cogites:
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,

Non diffiteor, sic est, ut ais. DE. *Cur nunc filius meus Ctesipho apud te potationibus indulget? cur in ædibus tuis id ei permittis? cur ei tua pecunia amicam comparas, Mitio? nonne æquum est, ut idem jus mecum observes atque ego tecum: quando igitur tuus filius mihi curæ non est, ne meus sit tibi curæ.* MI. *Minime justum est, quod ais: nam vetus adagium adversatur; communia esse amicorum inter se omnia.* DE. *Festive quidem id dictum est. Sed cur nunc tandem hoc adagium usurpas?* MI. *Frater, rogo ut hæc pauca audias, si non tibi incommodum est. Primum si id te pungit et dolore afficit, quod sumtus filii tui faciunt, fac ut hæc animo reputes; tu quondam illos educabas, prout facultates tuæ ferebant,*

---

post *tuum*.—13 *Cur meus nunc* Both.—14 Var. codd. *num qui:* al. *numquid.* Sed placet *nam*, particula probandi. *Perl. Num qui* Bent. Bip. Z. *Numquid* Br. Guelf. 3. Both.—15 Sic Fa. Variant codices: sed legendum arbitror, *Mihi jus idem sit tecum, quod mecum tibi.* Bent. Pauci libri præferunt, *quam quod mecum est tibi?* West. *Quam mecum*] Alias *quod.* Er. Bothius legit *Mi idem jus tecum ais esse, quod mecum est tibi?* Guelf. 3. *Idem mihi jus tecum est tibi?*—17 In quibusdam codicibus est: MI. *Non æquum dicis.* DE. *Non?* MI. *Nam vetus.* West. Do. totum hoc Micioni tribuit; et sic codex notæ optimæ apud G. F. Nostri omnes Demeam interponunt. Utrumvis ita se commendat, ut nescias utrum præferas. *Bent.* Demeam interponunt omnes edd. penes nos præterquam Delph.—19 Nisi ita legas et distingnas, sensum commodum non video. *West. Facete: nunc* Bent. Z. Delph. *Facete, nunc* Br.—22 Plerique libri habent, *hoc tecum:* Bem. *quæso hoc facito.* Fa. Nostri *facito hæc.* Bent. *Quæso hoc f.* Both. Perl. Bip.—23 Servius ad Virg. Æn. XI. 285. *illos duo* legit; quod et Pierius et Cerda firmant, variis exemplis hanc declinationem Græcissantem astruentes. Idem in *ambo* accidit. Vide Parei Lex. Plautin. In quibusdam libris est, *tolerabas.* Existimatque Fa. *tollebas* de filiis adultis proprie non dici. *West.* Bem. pro *duos, duo* habet; pro *tollebas, tollerabas*, per duo *l*, licet mendose; nam debet esse per simplex. *Fa. Tu illos duo olim pro re tolerabas tua.* Sic Fa. et *duo* quidem recte; *tolerabas* perperam. Nostri omnes *duos* et *tollebas.* Charisius p. 101. 'Duo, hos duo. Terentius in Adelphis: 'Tu illos duo olim pro re tollebas tua:' Ubi Helenius Acron: duo pro duos.' Vides et libros et Grammaticos veteres *tollebas* hic exhibere. Nam quod Fa. arbitratur, *tollebas* de adultis jam filiis non proprie dici, id quidem verum est, sed nihil ad rem. 'Olim' enim tollebas, dicit; itaque non de adultis agitur, sed infantibus. *Bent.* Fa. haud

Quod satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidisti, scilicet,
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserva, quære, parce: fac quam plurimum
Illis relinquas: gloriam tu istam obtine.
Mea, quæ præter spem evenere, utantur sine.
De summa nihil decedet: quod hinc accesserit,
Id de lucro putato esse omne. Hæc si voles
In animo vere cogitare, Demea,
Et mihi, et tibi, et illis demseris molestiam.
De. Mitto rem: consuetudinem ipsorum. Mi. Mane:

cum credebas rem tuam familiarem satis amplam fore eis ambobus, meque etiam uxorem accepturum. Eandem rationem putare perge, eadem antiqua ratio tibi constet. Rem familiarem attente serva, auge, parce ea utere: stude ut eis quam ingentes poteris divitias relinquas; gloriam tu istam propriam posside; sed bonis meis, quæ contra quam sperabas tibi et ipsis obvenere, permitte ut utantur illi et fruantur. De rationibus rei tuæ nihil detrahetur. Quod de meis bonis tibi accreverit, id omne tanquam inopinatum lucrum te invenisse existima. Hæc si lubet serio ad animum revocare, Demea, et te, et me, et illos ingentibus animi molestiis et ægritudinibus liberabis. De. *Mitte sermonem de opibus et divitiis: de prava vitæ eorum ratione dicamus.* Mi. *Expecta; prævidi quod dicturus eras; ad istud*

---

bene conjecit, et Dac. recepit, *tolerabas*, quod dicitur de adultis. *Bip. Duo* Both. Perl. Bip. *Tolerabas* Delph.—26 Magna Mss. pars, sed et editi quidam præcipui post EP. *tibi obtine* legunt. *West.* [Hæc West. in Nota ad vs. 26. sed suspicor pertinere ad vs. 28. maxime, cum ibi plerique codd. *tibi obtine* legunt, nullus tamen quem invenio in hoc loco.] ‘ Vulg. *eandem illam rationem*, penitus obscurato verbo *eandem*. Both. qui igitur *τὸ illam* omittit. ‘ Par. pro var. *retine*.’ Perl. *Rationem an. ini.* Vulg. *r. an. obtine.* Falsum sane h. l. verbum, quod versum afficit, idem dicit ac ‘ Conserva,’ et mox injucunde repetitum foret. Male proinde alii *τὸ Conserva* conjunxerunt seqq. *Bip.* qui igitur dat *antiquam ini, Conserva: quære.*—28 *Illis relinquas: gloriam tu istam obtine.* Sic dedit Fa. nescio unde. Quippe omnes nostri, et Edd. vett. *gloriam tu istanc tibi obtine.* Cum autem versu abhinc altero habuerimus, idque etiam in versus fine, ‘ rationem antiquam obtine;’ nullum mihi dubium est, quin *obtine* hic addititium sit. Repono, *Fac quam plurimum Illis relinquas, gloriamque istanc tibi.* Bent. Ita et Both. *Istanc tibi o.* Br. *Istam tibi o* GM. ‘ *Obtine.* Male Bent. id hoc loco expunxit, quod vs. 26. corrigendum erat, et subdens *tibi* (quod est a glossa) ex suis Mss. hoc trahit ad ‘ relinquas.’ *Bip.*—29 Br. distinguit *evenere utantur, sine De summa.*—31 *Id de lucro putato esse, omnia hæc si voles.* Nos ex libro Bembino, versusque ratione ita legimus, *Id de lucro putato esse omne, hæc si voles.* Fa. Nostri perperam *omnia hæc.* Bent. Bothius legit *In lucro id deputato esse omne. Omnia hæc* Br. Perl. *Omnia si hæc v.* Delph.—32 *Vere* mutat Both. in *vera.*—33 Vulg. *Et mi et tibi et illis*, minus fortiter, maleque deproperatis *mihi* et *tibi* pronominibus. *Idem.* qui igitur dat *Mihi, tibi, illis d. m.* ‘ Both. conjunctionem *et* ter positam tollit. Qui vero in demendo vel addendo sane audacior est ipso Bentleio.’ *Perl.*—34 *Illorum* Br. *Vide* post *ipsor.* Guelf. 3.—35 *Scio*

Scio: istuc ibam. Multa in homine, Demea, 35
Signa insunt, ex quibus conjectura facile fit;
Duo cum idem faciunt, sæpe, ut possis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet;
Non quod dissimilis res sit, sed quod is, qui facit:
Quæ ego illis inesse video, ut confidam fore, 40
Ita ut volumus: video sapere, intelligere, in loco
Vereri, inter se amare: scire est liberum

respondere parabam. Certum est, Demea, multa in hominibus indicia inesse, ex quibus conjicere possumus, cum duo eandem rem faciunt, uni nociturum eam esse, non alteri; adeo ut quis dicere possit, huic licet sine periculo damni id agere: illi non licet. Non quod res ipsa sit quandoque dissimilis, sed quod ii qui eam faciunt, dissimiliter affecti sunt natura: atqui hæc signa quæ dico, illis insita esse video; adeo ut certam spem habeam eos tales fore, quales optamus esse. Perspicio eos sapientes et prudentes esse, verecundos, et modestos esse loco, et tempore, amore mutuo conjunctissimos: unde facile intelligere licet liberale illis esse ingenium, et nobi-

abest ab eodem. *Multa Demea in homine* Br.—36 Reponit Bent. causa metri, *Signa insunt, quibus ex.* Ita et Both. *Ex quis conjectura* Bip.—37 *Duo idem cum f.* Both.—38 *Huic l. i. f. hoc* Idem.—39 Bem. pro *quod* utrobique habet *quo.* Vi. vero posteriore tantum loco, *sed quo is qui facit.* Fa. Nostri *quod, quod.* Bent. *Quo, quo* Both. Bip. Perl. Τὸ *is* abest Br.—40 Do. *esse in illis.* Mss. quidam et editi, post EP. *in illis esse.* West. *Quæ ego esse in illis video, ut confidam fore ita, ut volumus.* Donatus ita habet: *Quæ ego illis inesse:* at Bem. *Quæ ego inesse illis:* qua lectione admissa, est tribrachus in prima, non elidendo diphthongum in 'Quæ:' omnes vero quotquot sunt libri, dictionem *ita* posteriori versui ascriptam habent, cujus tamen prima syllaba in scansione ad præcedentem pertinet versum. *Fa. Quæ ego illis inesse video.* Sic a Fa. est: sed vett. edd. *Q. e. esse in illis v.* Codices nostri omnes, *Q. e. in illis esse v.* Recte. *Bent. In illis esse* Br. Both. Perl. In Guelf. 3. *Sed ea* incipiunt. *Ita fore* Both.—41 In Mss. quibusdam et impressis cum EP. est, *video eos sapere.* Sed nec metro postulante, nec sensu. Priscianus lib. XVIII. ter citat, nec *eos* addit. *West. Video eos sapere.* Dictio *eos* non est in Bem. nec sane versui, aut sensui necessaria est. *Fa.* Atqui *eos* in omnibus fere nostris est, et apprime huc convenit. In Bembino ideo deest, quod inter 'video' et 'sapere,' *eos* absorptum sit. *Bent.* Both. legit *Ut volumus: video eos s. i. in loco et. Video eos sapere* Br. Perl.—42 *Vereri, interdum amare* Both.—43

NOTÆ

35 *Multa in homine, Demea, Signa insunt*] Hujus loci obscuri sententia est; homini intelligenti facile est, de vita et moribus hominum adolescentium æstimare animum et ingenium ipsorum; adeo etiam, ut cum rem eandem facere videntur, dicat tamen peritus rerum æstimator, hoc licet facere huic, qui scilicet liberali ingenio præditus est, nec facile corrumpi potest: illi non licet, nimirum qui per naturæ improbitatem indulgentia abutitur.

40 *Quæ ego illis inesse video*] Ordo, et sensus hic est: Multa in homine signa sunt, ex quibus conjectura facile fit: quæ ego in illis esse video, ut confidam fore ita, ut volumus.

Ingenium, atque animum; quovis illos tu die
Reducas: at enim metuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paulo. O noster Demea,
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
Solum unum hoc vitium senectus affert hominibus;
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est;
Quod illos sat ætas acuet. De. Ne nimium modo
Bonæ tuæ istæ nos rationes, Micio,
Et tuus iste animus æquus, subvortant. Mi. Tace:
Non fiet: mitte jam istæc: da te hodie mihi:
Exporge frontem. De. Scilicet, ita tempus fert;
Faciundum est: ceterum rus cras cum filio
Cum primo lucu ibo hinc. Mi. Immo de nocte censeo;

lem animum: quamobrem, quandocumque libuerit, eos in rectam vitæ viam reducere poteris. Verum metuis fortasse ne rei familiari augendæ minus studeant; o noster Demea, ad omnia alia ætate peritiores fimus; verum senectus hoc vitium inducit in homines; plus multo quam satis est de divitiis accumulandis laboramus; ad quod illos hæc ætas senilis satis instigabit. De. *Cavendum est ne speciosæ istæ duæ rationes, et tuus iste mitis et facilis animus nos perdant et filios nostros.* Mi. *Ne metue, hoc non adveniet, omitte ista verba mali ominis, permitte ut sis hodie in mea potestate: explica frontem.* De. *Nimirum tempus id requirit, faciendum est, quod vis: verum cum primum dies lucebit, eras hinc discedam.* Mi. *Immo de nocte*

Die tu Br. ' GM. pro *tu die* exhib. *studio:* quam lect. miror singularem. At quæ vulgata est, ea in marg. ibi notatur.' *Perl.*—47 *Affert senectus hominibus.* Nescio unde hoc cepit Fa. vides ' affert ' in ultima ictum suscipere. Nostri universi *senectus affert h.* Recte. *Bent.* Vulg. *Solum unum,* ex int. horridoque metro. *Both.* qui legit *Unum senectus vitium hoc affert hominibus. Solum hoc unum* Br. Par. Ms. *omnibus* pro *hominibus. Sed* ab initio Guelf. 3. —49 *Ne nimium modo bonæ tuæ istæ nos rationes, Micio, et tuus iste animus æquus subvortant.* Hæc varie leguntur. Mss. Leidenses tres *subvortant.* Tr. *subvertat:* sed lineola transversa τῷ A incumbente. unde et *subvertant* valere queat. Eandem lectionem ex tribus Pall. laudat Par. Robertus Stephanus, Palmannus, Plantinus ediderunt: *Næ, nimium modo bonæ tuæ istæ nos rationes, Micio, et tuus iste animus æquus subvortit.* Sed videtur adversari huic lectioni, quod continuo sequitur, ' Non fiet.' EA. Junt. Ald. aliæ melioris notæ *subvortant* legunt. *West. Na nimium* Par. ed. improbante Perl.—51 *Subvortat.* Nostri omnes *subvortant.* Utrumvis probe, et legerim etiam, *Bonæ tuæ istæc,* pro *istæ,* ut ' hæc ' pro ' hæ.' *Bent. Subvortat* Z. Delph. Both. ' *Subvortant.* Sic plur. Mss. Sed varie leg. *subvortat; subvertant; subvortit; evertant.*' Perl. —53 *Exporge* Guelf. 2. *Tempus ita fert scilicet* Both. *Scilicet, ita tempus est* Bip.—54 *Cras.* Abest hæc vox a Ms. Lips. et Bodl. et EP. sed nequit abesse sine metri damno. *West.* Abest Guelf. 3.—55 *Cum primo lucu.* Ita plerique Mss. et impressi. Pauci, in quibus Ms. Lips. G. EP. et EM. *Cum prima luce.* West. *Ibo hinc.* Hæc verba in libris quibusdam per ἀποσιώπησιν omittuntur; forte ne septenarius versus poneretur inter senarios. *Idem.* Dictionem *Immo* delemus et ex ratione versus, et ex auctoritate libri Bem-

Hodie modo hilarum fac te. De. Et istam psaltriam
Una illuc mecum hinc abstraham. Mi. Pugnaveris.
Eo pacto prorsum illic alligaris filium:
Modo facito, ut illam serves. De. Ego istuc videro:
Atque ibi, favillæ plena, fumi, ac pollinis,
Coquendo sit faxo, et molendo: præter hæc
Meridie ipso faciam, ut stipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo 'st. Mi.
Placet:
Nunc mihi videre sapere; atque equidem filium

quoque, si libet, dummodo hunc diem hilariter transigas. De. *Et istam quoque fidicinam mecum hinc abducam.* Mi. *Præclaram rem feceris; ita illic filium addixeris atque affixeris: sed vide ut illam studiose conserves.* De. *Dabo operam ut istud fiat. Efficiam ut illic, in villa, favillis, fumo, ac pulvere farinæ subtilissimo impleatur coquendo, ac molendo: præterea ardenti meridiei hora ipsa eam mittam in agrum, ut stipulas colligat; tam tostam eam reddam, et nigram quam carbo est.* Mi. *Id mihi jucundum est. Nunc te judico esse sapientem. Et profecto tuum*

---

bini. *Fa. Cum primo lucu ibo hinc.* M. *De nocte censeo.* Sic a Faërno est. Et vel hic facile deprehendas correctoris Bembini vestigium. Nostri codices universi sic habent, *Cum prima luce ibo hinc.* M. *Immo de nocte censeo.* Quem versum cum iste intelligeret longiorem justo esse, reduxit ad senarii mensuram, ejiciendo *Immo.* Atqui, o iste, illud *Immo* retinendum erat, quo vix carere potest sententia; ejicienda autem *ibo hinc,* quibus libenter caret. Repone, *Cum primo luci.* M. *Immo de nocte censeo.* Longe aptius et iracundius est, ut *ibo hinc* subintelligantur quam exprimantur. Et sic Donatus: *Cum primo lucu: ἀποσιώπησις. lucu* quidem nunc apud Donatum scribitur: sed rectum est *luci,* ut codex G. Fabricii hic in textu habuit. Ita Charisius ex Sisenna laudat *luci* adverbium *i* litera terminatum, ut 'mani:' et sic sæpe apud Plautum; nunquam autem *lucu.* Bent. Vulg. *Cum primo lucu* vel *luci,* ut Bent. sed cod. C. *Prima cum luce,* egregie collocato verbo *Prima.* Both. qui dat *Primo cum luci. Immo de nocte censeo. Ibo hinc* omittendum censet Bip. *Cum prima luce ibo hinc. De nocte censeo* Br. *Cum prima luce* GM. GC. Pal. 5.—56 Lege ex tribus nostris *hilarum te faci;* ceteri *te fac.* Bent. *Te face* Both. Bip. Delph. Perl. *Te fac* Br. *Hylarem* Gueif. 3.—57 Abest *illuc* ab eodem.—58 Legitur et *illuc,* et *illi* adverbialiter. Videtur autem potius rus intelligere, quam Psaltriam. *West. Illi* Bent. Both. Bip. *Prorsus illi* Delph. —59 *Ego istuc videro.* Viderit Guyetus, qui τὸ *Ego* expunctum vult, num 'videro' et 'videris' sine pronomine præmisso dixerint veteres. And. II. 6. 25. 'Ego istæc recte, ut fiant, videro.' Plaut. Merc. II. 3. 111. 'Istanc rem ego recte videro.' *West.*—60 *Ego istuc videro, Atque illi favillæ plena, fumi, et pollinis.* Codex noster veterrimus cum altero Regio, *Atque ibi favillæ.* Cum autem ceteri omnes habeant *illi* vel *illic,* apponemus potius *Atque* priori versui, sic ut *At* priori detur, *que* posteriori. *Ego istuc videro, atque Illi favillæ.* Sic alibi ter quaterque. Atque hoc longe melius, quam ut secundam in *favillæ* corripiamus, quod quidam facit. *Bent.* Both. legit *videro; et Illi f. Atque illi* Br. Z. Perl. *Videro; atque Ibi* Delph. *Illû* GM.—61 *Præter hac* Both.—62 Par. pro var. *stipulas.* Perl.—63 Malim *Places:* ut sæpe alibi hæc permutantur. *Bent.* Ita et Both. Par. pro var. *quam carbonem:* non recte. *Perl.*—64 Un. Ms. Pall. *Tunc* perperam. Dictionem *atque* et quæ sequuntur

Tum etiam, si nolit, cogas, ut cum illa una cubet. 65
De. Derides? fortunatus, qui istoc animo sies.
Ego sentio. Mi. Ah! pergisne? De. Jam jam desino.
Mi. I ergo intro, et cui rei opus est, ei hilarem hunc sumamus diem.

etiam filium adigas etsi invitum ut concumbat eum ea. De. *Hæc dicens me deludis: felix, qui ita nunc animo lætus es, et miseriarum sensum abjecisti. Ego vero miserias sentio.* Mi. *Ah! perseverasne in tristitia?* De. *Jam, jam tristitiam mitto.* Mi. *Igitur ingredere domum, et nuptiis faciendis lætum hunc insumamus diem.*

GM. et Br. Demeæ dant, sed cett. omnes melius Micioni. *Perl. Atque equidem, &c.* Edit. tribuit hæc verba usque ad 'cubet' Micioni et sequentia a 'Derides' Demeæ, neque video editorum cuiquam meliorem loquentium distributionem, quam codex præfert, probatam esse. *Bruns.*—65 Pauci Codices *filium Tuum* præferunt: quæ si vera est lectio, videtur omnino emphasis esse in *Tuum:* scilicet quia supra tanto impetu dixerat Demea: 'Cur recipis meum?' Et, 'Quando ego tuum non curo, ne cura meum.' Sed malim tum legere, *Illum tuum;* quomodo Demea dixerat supra I. 2. 59. 'Iste tuus, ipse sentiet posterius.' Prætulerim tamen *Tum,* cum ob Codicum numerum, tum quod sensus sit, Tum, ubi ita habita erit Psaltria, ut placere amplius non possit, cogas filium, ut una cubet cum illa. *West.* Huic versui laboranti, liber Bem. et Bas. et alii plerique antiqui, qui habent *cogam,* succurrunt: *cogam* autem exponendum pro, cogerem, si ego essem tu. *Fa.* Quinque ex nostris *cogam.* Certissima lectio *cogam,* quia 'equidem' præcessit, quod primæ tantum personæ tum jungebatur. *Bent. Cogam* Br. Perl. Bip. Z. Both. Guelf. 1. add. Mi. *Hoc est sapere.*—66 Hunc et duos sequentes versus expungit Guy. mutilans adeo Scenam commodo exitu, et artificio Poëtico. *West.* Lege, ut habet liber Bembinus, *isto,* et nullum scrupulum patietur hic versus: aut si *istoc* legis, constitue anapæstum in quarta, eliso *s* ex 'fortunatus,' et ex 'istoc.' *Fa.* Vel lege *qui isto animo sies,* vel *qui animo istoc sies.* Bent. *Qui isto a.* Bip. Perl. Delph. *Qui animo isto* Both. —67 *Desine* Br.—68 *Et cui rei opus est.* Fa. ex libro V. Bas. et Bem. monet legendum esse: *et cui rei est, ei rei hunc sumamus diem.* Sed et ita est in Ms. Lips. G. et EP. Codices alii præferunt: *et cui opus est rei, ei rei hilarem hunc sumamus diem.* West. *I ergo intro, et cui opus est rei, ei rei hilarem hunc sumamus diem.* Hic octonarius unicus post tot senarios non placet mihi: in libro Vaticano et Bembino senarius est, ut ceteri, hoc modo: *I ergo intro, et cui rei est, ei rei hunc sumamus diem.* In hoc versu, 'ei' monosyllabum est, et 'rei' utrobique: eaque per synalœpham syllaba eliditur: absolute autem dictum est, 'cui rei est,' et subintelligendum 'dies:' ut sit, cui rei dies hic dicatus est, vel destinatus, vel aliquid tale. *Fa.* Hoc recte: nostri omnes mendose. *Bent.* Br. habet *I, ergo intro et cui rei est ei rei hunc sumamus hilarem.* 'Vulg. *et cui rei opus est, ei hilarem h. s. d.* mala lect. codd. V. Bas. et Bem. *et cui rei est, ei rei h. s. d.* quod miror omnino emendatum videri Faërno et Bentleio. Lego: *cui res est,* quod explicarunt per 'cui opus est,' intellecto 'insumere hunc diem;' utrumque recte.' *Both.* qui dat *et, cui res, ei re hunc s. diem.* Bip. legit ut Bent. et ita quoque Perl.

ACTUS V. SCENA IV.

DEMEA.

NUNQUAM ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies;
Quod nunc mihi evenit; nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc,
Prope jam excurso spatio mitto: id quamobrem? re ipsa reperi,
Facilitate nihil esse homini melius, neque clementia.

Nullus unquam sic vitæ rationem recte computavit, quin rerum occasiones, ætatis dies, experientia ei aliquid novi afferat, et aliquid doceat; adeo ut intelligat se nescivisse ante, quæ se melius scire crediderat; et quin ea quæ potiora sibi esse æstimaverat, et ante alia eligenda, inter utendum rejiciat: quod mihi nunc accidit; nam ego vitam austeram, quam ad hunc diem usque duxi, pæne jam confecto vitæ cursu, nunc relinquere constitui. Si quis me roget, unde ista mutatio nascitur tam subita? inde est, quod nihil novi melius esse homini, quam lenitatem et benignita-

In Bip. est Act. v. Sc. 2. In Both. Scena præcedens continuatur.—1 Occultissimum hic diu latuit mendum, quod, cum indicavero, auferam. 'Nunquam quisquam fuit, Quin res, ætas Apportet, moneat.' Atqui si *fuit* hic scripsit, dixisset utique *apportaret, moneret;* vel *monuerit;* ut Eun. v. 9. 82. 'Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarint plurimum.' Adel. II. 2. 13. 'Ego nunquam adeo astutus fui, Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.' Lege igitur hic, *Nunquam quisquam fuat;* etiam sensu commodiore; hoc est, esse possit. Nonius v. subducere *fuit* habet; etiam veteres ibi membranæ. *Bent. Fuat* improbat Perl. probat Bip.—3 Abest *te* post *quæ* Guelf. 2.—4 Bem. et Decurtatus ante *repudies* habet adverbium *ut*, in Vi. quoque, instar ejus dictionis abrasum est. *Fa.* A nostris abest. *Bent. Ut* dant Both. Bip. Delph. Perl.—5 Al. *Quod mihi nunc.*—6 *Prope jam excurso spatio.* Hæc constans fere Mss. lectio. Priscianus tamen Instit. Grammat. libb. VIII. XI. et XVIII. legit *decurso;* seu quod diverso Terentii exemplo uteretur, seu quod lectionem hanc ad Plautum restituere voluit. Is ita Merc. III. 2. 4. 'Decurso in spatio, breve quod vitæ reliquum'st.' Sed et Donatum legisse *decurso*, suspicio est. *West. Prope jam excurso spatio mitto.* Sic codices universi: sed Priscianus quinquies hoc citat. p. 788. 790. 922. 1133. et 1159. et ubique legit *decurso spatio.* Recte. Correctorum hoc olim facinus; qui ut versui consulerent, *excurso* interpolabant; cum potius ejiciendum esset *jam: Prope decurso spatio omitto: id quamobrem? Omitto* ex tribus nostris accipio, concinnitatis causa. *Bent. P. decurso spatio* Both. Bip. *P. decurso s. omitto* Perl. *P. jam decurso s.* Delph.—7 Al. colloc. *nihil homini*

Id esse verum, ex me atque ex fratre cuivis facile 'st noscere.
Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis:
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus:
Sibi vixit; sibi sumtum fecit: omnes bene dicunt, amant.
Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii:
Alia cura. Porro autem, illis dum studeo ut quam plurimum
Facerem, contrivi in quærendo vitam atque ætatem meam.
Nunc, exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. Ille alter sine labore patria potitur commoda:
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia;
Illum diligunt; apud illum sunt ambo: ego desertus sum.
Illum, ut vivat, optant; meam autem mortem expectant.
Scilicet

tem. Id esse verum facile quilibet comperiet, qui instituta diversa vitæ meæ, et vitæ fratris considerabit. Is semper vitam traduxit in otio et conviviis, mitis, sedatus, nulli præsenti adversus, omnibus placens, et jucundum se præbens, sibi commodus vixit, et suis delectationibus inserviens impensis pecuniarum non pepercit. Omnes ei bene precantur, atque eum diligunt. Ego vero ille rusticus, crudelis, tetricus, ad rem attentior, atrox, avarus, uxorem etiam duxi, quæ non inde miseriæ secutæ sunt? Liberos ex ea suscepi, hæc est materia alia solicitudinum animi. Dum autem illis laboro ingenti studio divitias parando, misere vitam atque ætatem consumsi quærens opes augere. Nunc finita ætate, hunc fructum ab iis refero, nempe odium: frater vero Mitio sine ullo labore omnibus potitur commodis, quæ patres ex liberis percipere possunt. Illum amore prosequuntur: me aversantur. Illi omnia sua secreta committunt, illum solum carum habent, domi cum eo degunt ambo: ego vero solus vivo derelictus. Illi longam vitam exoptant, mihi mortem cito advenire

esse.—8 Both. *Verum id esse. Agnoscere* Br.—10 *Lædere, os arridere* Idem. *Nullum* Guelf. 1.—13 Both. pro *miseriam, misera* legit.—14 Non facile stat hic versus, nisi licentiis sustentatus, quarum necessitatem evitabit qui pro *porro, eja* legerit, ut in Bem. et Vi. est. *Fa.* Recte, *eja.* Nostri mendose *porro.* Bent. qui etiam ordinat *dum studeo illis.* Br. *tum studeo illis. Eja a. dum studeo, illis* Both. Bip. Perl. *Dum studeo illis* Z.—15 *Vitam quasi totam meam* Both.—16 *Pro labore ab iis fero.* Nostri codices *his.* Lege *eis,* ut Dactylus sit in ista sede, non Trochæus. *Bent. Ab eis* Both. Perl. *Ab iis* Delph. GM. *hiis.*—19 Mss. Pal. 5. *diligunt porro.*—20 *Scilicet.* Delevi majorem distinctionem post hanc vocem, secutus elegantem editionem Rob. Stephani, in forma minima, anni 1540. Si vulgata distinctio maneat, τὸ *scilicet* affirmandi vim habebit. *West. Scilicet: Ita* Bent. Both. Z. Perl. Bip. Delph. *Expec-*

NOTÆ

16 *Fructi*] Antiquum: olim quippe in secunda declinatione usurpabatur.

Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos,
Paulo sumtu: miseriam omnem ego capio: hic potitur gaudia.
Age, age, nunc experiamur contra hæc, quid ego possiem
Blande dicere, aut benigne facere, quando eo provocat.
Ego quoque a meis me amari et magni pendi postulo:
Si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram.
Deerit? id mea minime refert, qui sum natu maxumus.

cupiunt: ita postquam eos magno labore alui et educavi; hic eos sibi proprios fecit facili negotio. Omne incommodum patior: hic omne gaudium percipit: eia age, tentemus vero nos vicissim, annon etiam possimus blandis verbis et comitate alios nobis conciliare, aut benignis factis et liberalitate. Ego quoque velim amorem meorum atque caritatem posse adipisci. Si id comparatur largiendo, atque aliis commodando, non in postremis ero, qui istud consequuntur. Deficiet res familiaris: id mea minime interest, qui ætate provectior sum.

---

tant: scilicet, Ita Br. *Expetunt* Guelf. 1.—22 Br. *Parvo sumtu.*—23 Versum hunc ex optimis editionibus, Juntarum, Aldi, Stephani, aliis expressi. Sunt tamen, qui legunt: *Age, age, nunc jam experiamur porro, et quid ego possiem.* West. Posset hic versus utcumque sustentari, melius tamen habet in Bem. *A. a. n. jam ex. porro contra, et q. e. p.* Fa. Sic ex Bem. suo dedit Fa. versu repugnante, quocumque se ille verterit. Ex nostris unus Regius, *experiar;* et sic unus ex Palatinis apud Pareum. Sic igitur legas et distinguas, *A. a. nunc jam: experiar porro contra, ecquid ego possiem.* Do. tamen magis comice dici putat *experiamur*, quam si diceret *experiar.* Qui hoc probat, legere possit *Age nunc jam, experiamur;* deleto priore *age.* Atque in isto numero ego sum. *Bent.* Distinguit commate post *possiem* Br. Both. dat ut Bent. *A. a. nunc j. experiar p. c. ecquid e. possiem* Bip. affirmans metrum melius procedere cum τῷ *experiar* quam *experiamur. Experiamur contra, ecquid* Z. *A. a. j. experiamur p. c. et quid e. p.* Delph.—24 *Quando eo provocat.* Sunt libri, in quibus *hoc*, sunt, in quibus *huc* legitur. Est autem locutio a singulari certamine translata. *West.* Do. et Vi. ac Decurtatus pro *eo*, habet *huc:* quam lectionem Riv. in multis Terentii libris asserit invenisse. Bem. vero *hoc*, antiquorum more pro *huc:* quod et placet. *Fa.* Nostri *eo.* Utrumque probe, et *eo* et *huc.* Bent. *Ac* pro *aut* Br. *Huc p.* Bip. Perl. Delph. *Hic p.* Both. *Hoc p.* Z.—26 *Posteriores*] Par. suppl. *partes.* Id. in marg. exhib. lect. *posteriorem.* Al. *posterioris.* Perl.—27 *Deerit: id* Br. Bent. Bip. Z. Perl. et Delph. Ms. G. *Si deerit.* 'Supplendum *Si*, quod sæpe omittitur.' *R. D.*

ACTUS V. SCENA V.

SYRUS. DEMEA.

Sy. Heus, Demea! rogat frater, ne abeas longius.

Sy. *Heus, Demea, frater precatur ne abscedas longius.* De. *Qui homo me ap-*

DE. Quis homo? o Syre noster, salve! quid fit? quid agitur?
SY. Recte. DE. Optime 'st. Jam nunc hæc tria primum addidi
Præter naturam: o noster! quid fit? quid agitur?
Servom haud illiberalem præbes te; et tibi
Lubens bene faxim. SY. Gratiam habeo. DE. Atqui, Syre,
Hoc verum 'st; et ipsa re experiere propediem.

pellat? o noster Syre, salve, quid agitur? quid rerum geritur? SY. *Bene.* DE. *Optime est. Hæc jam tria verba præter ingenium sermoni adjunxi nimirum; o noster, quid fit, quid agitur? servum liberalem te præstas, et tibi libenter commodabo.* SY. *Gratiam habeo.* DE. *Enimvero, Syre, ingenue et vere loquor, et re ipsa id cognosces brevi.*

Hæc Scena in Ms. G. jungitur superiori. *West.* In Bip. est Act. v. Sc. 3. In Both. v. 2.—3 Hunc et sequentem vs. contra fidem codicum et Donati auctoritatem expungit Guy. Est vero omnis Scenæ elegantia in iis quæ secum Demea loquitur. *West.* *Jam tria nunc hæc* Both.—6 Præstat ita versus distinguere *Atqui, Syre, hoc Verumst, et ipsa re experiere propediem.* Bent. Both. *Atqui, Syre, hoc Verum esse, ipsa re propediem experibere.* 'J. *esse* pro *est.*' Perl.

NOTÆ

3 *Jam nunc hæc tria*] Hæc summisse.

ACTUS V. SCENA VI.

GETA. DEMEA.

GE. HERA ego hinc ad hos provisam, quam mox virginem
Arcessant: sed eccum Demeam! salvos sies.

GE. *Hera Sostrata, conveniam Mitionem atque Æschinum, ut sciam quando virginem Pamphilam adduci velint. Sed ecce Demeam. Salvus sis.* DE. *Quod*

Bip. Act. v. Sc. 4. Both. v. 3.—1 Placet mihi lectio libri Bembini: *Hera, ego huc ad hos proviso.* Bas. *hunc.* Fa. Duo nostri veterrimi *huc:* ceteri *hinc.* Recte *huc:* sic alibi, 'Post huc continuo exeo.' Eun. III. 1. 4. 'Huc proviso.' Nostri hic *provisam:* etiam recte, ut Plautus Men. v. 1. 4. 'Provisam, quam mox vir meus redeat domum.' *Bent.* *Huc ad hos proviso* Bip. Z. Perl. Delph. —2 *Accersant* Br. Bent. Delph. 'J. omittit *sed,* male.' *Perl.*—4 *Pretii esse te.*

DE. O! qui vocare? GE. Geta. DE. Geta, hominem maxumi
Pretii te esse, hodie animo judicavi meo:
Nam is mihi profecto est servos spectatus satis,
Cui dominus curæ 'st; ita uti tibi sensi, Geta:
Et tibi, ob eam rem, si quid usus venerit,
Lubens bene faxim: meditor esse affabilis;
Et bene procedit. GE. Bonus es, cum hæc existumas.
DE. Paulatim plebem primulum facio meam.

nomen tibi est? GE. *Geta.* DE. *Geta, hodie te hominem plurimi faciendum apud me decrevi. Nam is certe mihi servus expertæ et comprobatæ satis fidei videtur, qui domini curam ita gerit, ut te gerere comperi; ideoque, si occasio se dederit, libenti animo te juvabo. Studeo in sermone et verbis jucundum et comem me præbere, nec illud male mihi cedit.* GE. *Benignus es, qui ista mei causa cogites.* DE. *Primum incipio amorem infimorum mihi conciliare, sensim progrediendo.*

Bem. *P. te esse.* Fa. Recte *Preti te esse hodie.* Nostri omnes, *P. esse te h.* et eo pacto, 'Preti' totum in Thesi occultabitur. *Bent.* Ms. G. *esse te h. judicavi animo meo.* West. GM. collocat, *te animo j. hodie meo. Esse te* Br. Z. Delph. Omnes edd. penes nos *judicavi animo meo.*—5 Al. *est profecto.* 'Par. pro var. *spectandus*, perperam.' *Perl.* Guelf. 2. *expectatus.*—6 Nostri perperam *ut tibi.* Bent. Bothius habet, *curæ est, ut tibi sensi*, omisso *ita. Ut tibi* Br. Eug. Z.—7 J. *usu.*—10 Both. *Plebem paulatim.* 'Par. Mss. *primum* pro *primulum.*' Perl.

NOTÆ

8 *Meditor esse affabilis*] Hæc quoque summisse.

ACTUS V. SCENA VII.

ÆSCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.

ÆS. OCCIDUNT me quidem, dum nimis sanctas nuptias

Æs. Enecant me certe tædio, dum nimis solennes et religiosas curant nuptias

In Bip. Act. v. Sc. 5. In Both. v. 4.—1 *Occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias Student facere.* Constans lectio. Guy. tamen ex binis sententiis faciens unam legit, *Occidunt me, qui, dum nimis sanctas nuptias Student facere, in apparando totum consumunt diem.* Sed et ita legit Fr. Sanctius, in Minerva, III. 14. et Fr. Fabricius. Est autem ἐμφατικώτερος sententia gemina. *West.* In libro Bembino pro *quidem* est *equidem:* ita stat versus sine ulla licentia: si quis tamen retinere velit vulgatam lectionem, oporteret ex *quidem*

Student facere: in apparando consumunt diem.
De. Quid agitur, Æschine? Æs. Ehem! pater mi, tu hic eras?
De. Tuus hercle vero et animo et natura pater,
Qui te amat plus quam hosce oculos: sed cur non domum
Uxorem arcessis? Æs. Cupio: verum hoc mihi moræ 'st;
Tibicina, et Hymenæum qui cantent. De. Eho!
Vin' tu huic seni auscultare? Æs. Quid? De. Missa hæc face;

facere. In apparatu cærimoniarum totum transigunt diem. De. *Quid fit, Æschine?* Æs. *Ehem, pater mi, tune hic eras?* De. *Tuus mehercule pater sum non minus animo quam natura, qui te plus oculis hisce amo. Verum cur non uxorem domum deducendam curas?* Æs. *Cupio, sed expecto tibicinam, quique hymenæum cantent.* De. *Visne mihi credere?* Æs. *Quid?* De. *Insuper hæc habe, neg-*

m elidere. *Fa.* Atqui id solenne est, 'quidem' postremam corripere ante consonantem. 'Equidem occidunt,' ea ætate inauditum erit. Etiam ultra Augusti sæculum perduravit mos, non nisi primæ personæ 'equidem' jungi. *Bent. Occidunt me quidem, dum nimis s. n. Student facere: in apparando totum c. d.* Ultra mensuram excurrit horum vss. posterior: cui vitio medicaturi Fa. et Bent. verbum *totum* expungebant, gravius id quidem et aptius, quam quod vel abesse quispiam cupiat, vel ab interpolatore procusum esse arbitretur. Immo verba 'in apparando totum consumunt diem' senarium iambicum constituunt omnibus suis numeris absolutum. Non igitur hæc tangenda, sed in præcedentibus ulcus quærendum erat. Nempe cum τὸ 'student' ex altero versu in alterum forte esset translatum, verba 'me quidem' nescio quis addidit ad numeros integrandos, sicut passim pronomina scribæ infersere. 'Facere' pejus etiam glossema, ut quod ne versum quidem intret: nam quod Bent. corripiendam putat verbi 'student' posteriorem syllabam, similiter lapsus est vir egregius atque Andr. II. 6. 8. Ejusdem fabulæ I. 1. 31. habes 'nil studebat,' et sic passim 'studere' usurpatur. *Totum* nostri omnes. *Both.* qui inde legit, *O. dum nimis sanctas nuptias student: In apparando totum consumunt diem.* '*Nimi.*' Subtraximus τὸ *s*, ut versui melius consuleremus, quam alii; quod jam passim fecimus in modum antiqui sermonis.' *Bip.* quæ etiam *equidem* legit.—2 Br. Z. *in apparando totum* Guelf. 1. *totum hunc.* 2. *et app. totum hunc.*—3 Vet. cod. ap. Lind. *tun' hic eras.*—4 Guelf. 3. *vere.*—5 Ms. G. cum ET. et EM. *domum Uxorem, quæso, arcessis?* Et mox, *mora.* Rursus: *Turbam, hymenæum.* West. in Addend. *Quæso* post *dom.* Guelf. 3.—6 Br. *Uxorem quæso accersis? ..... mora est. Verum hoc mihi mora est.* Liber Victorianus *morœ:* postea diphthongo superscriptum est *a:* contra in Bembino, cum prius esset *mora'st,* superadditum est *c,* ut sit vel *mora est,* vel *morae st,* quod posterius placet. *Fa.* Olim, cum nullum inter verba, ut nunc contra fit, spatium relinqueretur vacuum, *mora est,* et *morae st,* nisi a prudente lectore, distingui non poterant. *Bent.* qui etiam cum Delph. *accersis* legit. GM. R. et vet. cod. ap. Lind. *U. quaso. Mora est* Z.—7 *Tibicina: et Hymenæum q. cantent.* Hæc varie leguntur. Sunt libri præferentes, *Tibicinæ;* sunt, in quibus est *canat,* et *cantitet.* Illud Mss. Leidenses, hoc Tr. exhibent. *West. Qui canat* Br. R. et vet. cod. Linden-

Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas;
Atque hanc in horto maceriam jube dirui,
Quantum potest; hac transfer; unam fac domum;
Traduce et matrem et familiam omnem ad nos. Æs. Placet,
Pater lepidissime. De. Euge! jam lepidus vocor.
Fratri ædes fient perviæ: turbam domum
Adducet; sumtum admittet; multa: quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam. Jube nunc jam
Dinumeret illi Babylo viginti minas.

lige hymenæum, turbam quæ deducat, sponsam, faces nuptiales, tibicinas, atque hanc in horto maceriam jube quam celerrime everti, atque per illam fac traducatur tua uxor: ex ejus domo et nostra fiat una domus: transfer etiam ejus matrem cum familia in ædes nostras. Æs. *Gratum est, pater lepidissime.* De. *Euge, jam lepidus dicor. Fratris ædes omnibus patebunt, cœtum nuptialem domum introducet, sumtus multos faciet, multaque alia sustinebit: quid mea porro interest? si quidem ego, quem lepidum vocant, eorum amorem demereor. Jube, Æschine, Babylo illi numeret viginti minas pro pretio psaltriæ. Syre, cur tardas ire ac facere quæ*

---

brogii.—9 *Hymenæum, turbam.* Do. et Bem. *turbas.* Fa. Nostri plerique omnes, *Turbam, hymenæum.* Unus ex Regiis *Turbas, hym.* Servius ad Æn. x. 432. *Turbas.* Bent. *Turbam hymenæum* Br.—12 Br. Bip. Mur. Delph. *Transduce.* —14 G. et EM. *Fratris.* West. Ita et Br. Guelf. 1. 3.—15 Ita distinxi. M. *Adducet ad sumtum.* Alii aliter. *West. Et sumtum admittet.* Bem. *sumtum admittet,* deleta in eo conjunctione *et,* quam et respuit versus. *Fa.* Nostri male addunt *et;* sed plerique *admittet;* non ut Fa. dedit, *amittet.* Bent. *Et sumtum admittet* Br. Z. 'Vulg. *admittet: multa:* obscure quidem. Atqui Bem. et nostri codd. *amittet,* recte.' *Both.* qui igitur dat, *amittet multum.* 'Libb. antiq. *amittet.* Mira est quam Schmieder edid. præp. *ad,* ut sit, *ad sumtum admittet.*' Perl. Ed. vet. nostra, *et ad s. adm.* Bip. *Et sumtum* Gu. 3.—16 Sumus audentiores, ut vulg. diruamus, metro quoque adversariam, ac rescribamus *ubi nunc item,* quo seq. vs. conciliemus. In hoc enim hærent Do. et ab eo omnes interpr. neque quisquam Criticorum invenit, quomodo hanc crucem effugiat, aut Babylonem illum retineat. *Bip.* Distinguit Both. *Ego lepidus! ineo gratiam! Jube!*—17 Torsit hic versus viros eruditos. Guyetus nodum gladio secans, duos hosce versus expungit, nec exputare valet, cui et a quo dinumerandæ sint viginti minæ. In priore habet sibi obsequentem Bæclerum. Dac. legit: *Dinumeret illis Babylo viginti minas.* Joh. Clericus, Vir Cl. Arte Critica, III. 1. 6. 24. legit: *Numerent illis ab illo,* quorum verborum vim et acumen non satis capio. Nannius igitur Miscell. II. 12. τὸ *Babylo* suppositititium vocat, et

NOTÆ

9 *Hymenæum, turbas, lampadas*] Hymen et Hymenæus, Veneris et Bacchi filius, nuptiarum Præses, ideo apud Græcos invocabatur, ut apud Romanos Thalassio.

Lampadas] Faces quinque a pueris patrimis et matrimis, (id est, qui patrem et matrem viventem habebant,) ferebantur in ducenda sponsa in domum mariti; et tibicina quoque canebat.

17 *Dinumeret illi Babylo*] Argen-

Syre, cessas ire, ac facere? Sy. Quid ago? De. Dirue.
Tu, illas, abi, et traduce. Ge. Di tibi, Demea,
Bene faciant, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum velle. De. Dignos arbitror.
Quid ais tu? Æs. Sic opinor. De. Multo rectiu 'st,
Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
Ægrotam. Æs. Nihil enim vidi melius, mi pater.
De. Sic soleo: sed eccum, Micio egreditur foras.

dixi? Sy. *Quid ergo?* De. *Dirue maceriam in horto; post abi et traduce per illam Sostratam, et Pamphilam.* Ge. *Dii res tuas prosperent, Demea, quem ex animo sic cupere nostræ familiæ video.* De. *Dignos his officiis vos censeo. Tu quid ais, fili?* Æs. *Sic existimo.* De. *Multo commodius est, quam Pamphilam a partu recentem nunc traduci per viam, ægrotam, morbo languentem.* Æs. *Nihil rectius fieri posse puto, mi pater.* De. *Sic mea consuetudo est. Sed ecce Mitio procedit ex ædibus.*

vel legendum, *Babylo*, h. e. loquaci, vel *Batalo*, h. e. molli, vel potius *Bacelo*, h. e. stulto. Mirum, non legisse *Bebelo*, q. βεβήλῳ, impuro, profano. Immerito autem Donati frigidas glossas reprehendit. Movit Nannium, quod nusquam alibi hanc vocem *Babylo* invenisset. Suetonius tamen Ner. 36. de Babilo astrologo mentionem facit. Magis placet conjectura Barthii, Advers. XXI. 7. cui *Babylo* casus rectus est, nomenque actoris seu dispensatoris. Et sane in plerisque omnibus Mss. est *Ille Babylo* vel *Babilo:* quomodo et edd. opt. EA. Junt. EP. Ald. plures. J. C. Scaliger *Ballioni* legit in Tract. de Comœdia. *West.* Theodorus Pulmannus ex veteri libro, ubi sine ulla litura scriptum erat, legit *Denumeret ille: abi, do viginti minas.* G. *ille Babylo.* ET. et EM. *Babylo ille.* Idem in Addend. *Babylo ille v. m.* Bembino libro hic finienti plura folia deficiunt. Do. legit *D. illi Babylo;* quam lectionem aliqui etiam libri Terentii habent: quæ et numero magis servit. *Fa. Ille Babylo* R. Br. Bent. Bip. Both. Eug. et Perl. *Babillo* GM.—18 *Quid ago?* An, quod in quibusdam libris est, Q. *ego,* corruptum ex *Quid ergo?* West. Sy. *Quid ago?* De. *Dirue.* Alii libri, *Quid agam?* alii, *Quid ago?* alii et ex his aliquot antiqui, *Quid ego?* habent: quod postremum puto esse corruptum, a *Quid ergo;* quod in libro vetusto se legisse asserit Rivius. *Fa.* Immo *Quid ego* vera lectio est, quam unus tantum ex nostris habet: ceteri *ago, agam. Quid ego?* subaudi 'faciam.' *Bent. Quid ego?* Both. *Q. ergo?* Bip. Delph. Perl.—19 Expressi editionem Heinsianam. Eundem sensum dat lectio Juntarum, Aldi, et R. Stephani. Cl. Clericus loc. cit. 9. 9. *Tu illac abi:* contra fidem Codd. *West.* Bip. *illac* ex Junt. Ald. et St. *Tum* pro *Tu* Guelf. 2.—20 *Benefaxint* 1. Delph.—21 *Bene* ante *factum.* 3. *Vos* post *dignos* 2.—22 *Est rectius* Both. *Quid tu ais Æschine?* Br. *Quid tu ais?* Bent. Both. Bip. Z. *Tu quid ais?* Delph.—23 Concinnius nostri *hac nunc duci.* Bent. Ita et Br. Both. et Perl. Ms. R. et vet. cod. ap. Lind. et Bip. *nunc duci hac.*—24 *Melius vidi* Br. Both.'

NOTÆ

tarius fuit. Erant argentarii, trapezitæ, seu mensarii apud quos pecuniæ fœnori collocabantur, et a quibus etiam sumebantur. Horum erat officium publicum, et tabernas in foro positas illi habebant.

ACTUS V. SCENA VIII.

MICIO. DEMEA. ÆSCHINUS.

Mi. Jubet frater? ubi is est? tune jubes hoc, Demea?
De. Ego vero jubeo, et in hac re, et aliis omnibus,
Quam maxume unam facere nos hanc familiam;
Colere, adjuvare, adjungere. Æs. Ita quæso, pater.
Mi. Haud aliter censeo. De. Immo hercle ita nobis decet.
Primum hujus uxoris est mater. Mi. Quid postea?
De. Proba et modesta. Mi. Aiunt. De. Natu grandior.
Mi. Scio. De. Parere jam diu hæc per annos non potest;
Nec, qui eam respiciat, quisquam est: sola est. Mi. Quam hic rem agit?
De. Hanc te æquom 'st ducere; et te operam, ut fiat, dare.
Mi. Me ducere autem! De. Te. Mi. Me? De. Te, inquam. Mi. Ineptis. De. Si tu sis homo,

Mi. *Jubetne frater dirui hanc maceriam? ubi is est? an jubes hoc, Demea?* De. *Ego vero jubeo non modo in hac re, sed et in aliis omnibus his gratificari quam maxime, nos hanc familiam cum nostra unam facere, colere, adjuvare, adjungere.* Æs. *Ita rogo, pater.* Mi. *Sic opinor esse faciendum.* De. *Quin potius aliter facere nos dedeceret. Primum Sostrata est mater Pamphilæ, uxoris Æschini.* Mi. *Quid inde?* De. *Proba est et modesta.* Mi. *Sic omnes dicunt.* De. *Ætate provecta admodum.* Mi. *Novi.* De. *Jamdudum per ætatem parere non potest: nec quemquam habet, qui eam curæ habeat, et juvet: sola est, deserta ab omnibus.* Mi. *Quid rei hic meditatur?* De. *Hanc te convenit uxorem ducere, et tui officii est, Æschine, studere omni industria ut id fiat.* Mi. *Me ducere uxorem?* De. *Te.* Mi. *Me?* De. *Te, inquam, te.* Mi. *Desipis.* De. *Si vir es, Æschine,*

In Bip. Act. v. Sc. 6. In Both. v. 5.—1 *Hoc* abest Br. ‘ *Ubi is?* Vulg. *ubi is est?* e quo cum redundet versus, alii, ut Dac. *ubi est.* Atque dicturum fuisse credimus plenius illud, nisi ipso statim viso oratio mutanda sit. Illud *est* igitur a glossa fuerit.’ *Bip.*—2 Deme præpositionem *in*, ex fide omnium fere librorum. *Fa.* Unus tantum ex nostris recentior *in* habet. *Bent. In* abest Br. Both. Bip. Perl. Delph. *In hac . . et in aliis.* Guelf. 2.—6 *Primum hujus uxoris est mater.* M. *Est: quid postea?* In responsione Micionis delemus verbum *Est:* quod in nullo legitur l. s. et versus melius procedet. *Fa.* Facilis erat et promta emendatio: *P. h. uxori est mater. Est, quid p.* Ita unus ex nostris; neque aliter Latine dicas. *Bent.* Ita et Both. Perl. *Est: quid postea* Hel. *Quia tum postea* Gu. 1. *Æschini* post *hujus* Guelf. 3. Ibid. *tum* inter *Quid* et *postea*, omisso *est* antecedente.—7 Omnes edd. penes nos, *Ita aiunt.* Guelf. 2. *Ita dicunt.*—8 Alia collocatio est *per annos hæc.*—9 *Respiciet* Br. Mss. Pall. *recipiat.*—10 *Tò et* abest Both.—12 Priscian. Instit.

Hic faciat. Æs. Mi pater! Mi. Quid? tu autem huic, asine, auscultas? De. Nihil agis:
Fieri aliter non potest. Mi. Deliras. Æs. Sine te exorem, mi pater.
Mi. Insanis? aufer. De. Age, da veniam filio. Mi. Satin' sanus es? ego
Novus maritus anno demum quinto et sexagesimo
Fiam! atque anum decrepitam ducam! idne estis auctores mihi?
Æs. Fac: promisi ego illis. Mi. Promisti autem? de te largitor, puer.
De. Age; quid, si quid te majus oret? Mi. Quasi non hoc sit maxumum.
De. Da veniam. Æs. Ne gravare. De. Fac, promitte. Mi. Non omittis?

id ei persuadeas facere. Æs. *Mi pater.* Mi. *Itane, asine, huic morem geris?* De. *Frustra id recusas, Mitio, id te necesse est facere.* Mi. *Mente captus es.* Æs. *Permitte ut id a te impetrem, mi pater.* Mi. *Insanus es animo: aufer te.* De. *Eia, hoc age, exaudi preces filii tui.* Mi. *Satisne mentis compos es? Egone novus maritus fiam, annos demum quinque et sexaginta natus, et vetulam extremæ ætatis in uxorem accipiam? idne mihi suadetis?* Æs. *Sic facias rogo; nam id illis pollicitus sum.* De. *Pollicitus es? de te promitte, o puer, non de aliis.* De. *Quid igitur faceres, si quid majoris momenti a te postu aret.* Mi. *Quasi istud non sit maximi momenti.* De. *Concede illi, quod petit.* Æs. *Præbe mihi te facilem.* De. *Age, promitte illi.* Mi. *Non desinis me obtundere, et verbis enecare?* Æs.

Grammat. Lib. XVIII. *Hic faciet.* Riv. et Glar. defendunt τὸ *autem* quod abest a Mss. quibusdam. *West. Hic faciet.* Placet mihi *faciat*, ut et Do. legit; et omnes fere l. s. et Bas. habent. *Fa.* Tres ex nostris veterrimi *facit:* alii plerique *faciet.* Bent. *Quid tu huic a. auscultas?* Plerique libri post *Quid tu* addunt adverbium *autem.* Nos legimus, *Quid tu autem huic a. auscultas?* Fa. Br. *Quid tu hunc asine auscultas? Nihil agis?* Both. *Quid? tu Æschine, huic auscultas? Autem* abest C. Z. *Æschine* pro *asine* Guelf. 2.—14 EM. *aufer te hinc.* G. omittit. Libri quidam Mss. et editi: *da veniam, quæso.* West. Ex Do. lege *aufer* sine pronomine *te.* Fa. Nullus ex nostris *aufer* agnoscit. Iterum hic videas duas correctorum factiones: quidam sic, quod libros nostros occupavit, *Insanis. Age da veniam quæso filio. Satin sanus es.* Alii sic, *Insanis, aufer. Age da veniam filio. Satin sanus es.* Hi *aufer* ejecerunt, ut numeris consulerent, illi *quæso.* Placet *aufer* absolute positum. *Bent.* Br. *Insanis. Da venium quæso filio. Sat insanus es? ego. Aufer* abest GM. et Guelf. 1. 2. 3. In Ms. R. et vet. cod. ap. Lind. est, *Da veniam, quæso, filio.* Ita et Guelf. 2. *Filio tuo* 3.—15 Bent. Bip. Delph. a τῷ *Ego* incipiunt: *Ego novus.* Both. *Novus m. ego anno.*—17 *Promisisti* Br. Guelf. 2. 3. G. et EM. Abest *ego* Both.—18 *Quasi hoc non sit maximum.* O. fere l. s. *Quasi non hoc:* ita octonarius optime constat. *Fa. Quasi non hoc s. m.* Mirum profecto omnes fere Faërni libros sic habuisse; cum nostri universi habeant *Quasi hoc non sit.* Recte: modo syllabam quæ exciderat, huc revoces:

Æs. Non, nisi te exorem. Mi. Vis est hæc quidem. De. Age; prolixe, Micio.
Mi. Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum, atque alienum a vita mea
Videtur; si vos tantopere istuc voltis, fiat. Æs. Bene facis:
Merito te amo. De. Verum, quid ego dicam? hoc confit, quod volo.

Minime, nisi id mihi concesseris. Mi. *Vis hæc quidem est.* De. *Age benigne et large nobiscum, Mitio.* Mi. *Quamvis hoc mihi perversum, stultum, ridiculum, et abhorrens a vitæ meæ instituto videtur; attamen si vos tam enixe id voltis, fiat, concedo.* Æs. *Hoc omnium optime se habet. Ex animo te amo, tantum ob meritum in me tuum.* De. *Verum quid ego amplius dicam? perficitur sane id quod*

Quasi si hoc non s. m. Bent. *Quasi hoc non* Br. Abest *Age* Guelf. 2. Abest *quid* prius 3.—19 *Ne gravare.* Ita Mss. plurimi, et ex editis Rob. Stephani, Aldi, Juntarum, Basilcensis, plures optimæ notæ. Atque ita Plautus, Stich. 1. 3. 32. ' Promitte vero! ne gravare!' Nuperi tamen editores *Ne gravere* prætulerunt. An quod ita Donatus? *West. Non omittis?* Libri quidam præferunt, *Non omittitis?* forte, quod et Demea et Æschinus instare simul videntur; et si *Non omittis?* dixisset; videtur non Æschinus, sed Demea respondere debuisse. *Idem. Age da veniam.* Æ. *Ne gravere.* De. *Fac: promitte.* M. *Non omittis?* Verbum *Age* delendum; nec enim in ullo l. s. est, et impedit versum, qui ne sic quidem mihi satisfacit: remanet enim Iambicus tetrameter catalecticus, cum alii sint acatalectici: cujusmodi erit et hic versus, si pro *omittis* legatur *omittitis*, ut in omnibus antiquis libris est, et nonnullis recentibus: sed quia potest nonnullis videri contra hanc lectionem facere, quod in singulari sequitur ' exorem,' cogitetur, ita in comœdiis induci multos rogare, ut ad unum pertineat exorare: ut in Heautontim. pro Clitiphone rogans Menedemus ad Chremetem dicit, ' Da veniam Chreme: sine te exoret:' ita hic *Non omittitis*, quia multi rogabant; ' exorem' vero, quia hoc proprie ad Æschinum pertinebat. *Fa.* Vetustiores quoque nostri *omittitis:* recte, procul dubio. Sed neque illud omittendum, nostros omnes habere hic, *Ne gravare,* non, ut Fa. dedit *Ne gravere.* Bent. *Gravere* Br. vet. cod. ap. Lind. Z. Bip. Delph. *Omittitis* Both. Bip. Perl.—20 Vulg. *te* abest. J. pro *te, rem* habet.—22 Libb. antiqq. *Videatur.* Abest *istuc* Perl. *Istuc vultis* in Guelf. 3.—23 *Merito te amo.* Hæc R. Stephanus Demeæ tribuit. Et sane requirebatur, ut et vis impetrans, quod tantopere expetiverat, gratum animum testaretur Micioni. *West. Hoc confit.* Mss. Leidd. tres M. Ms. Lips. Bodl. duo Bœcleri, G. ET. et EM. *hoc cum fit.* Ms. Bœnd. *Cum fit quod volo:* omisso *hoc.* Idem. Lege, et suis singula personis redde. De. *Merito tuo te amo. Verum.* Mi. *Quid?* De. *Ego dicam, hoc cum fit, quod volo.* Mi. *Quid nunc? quid restat?* De. *Hegio hic est his cognatus proxumus. Merito tuo te amo:* ne Trochaicus sit inter Iambicos, nulla causa. *Cum fit* ex nostris universis. *Bent.* Br. *ego dicam, hoc cum fit quod volo?* Sic legit et personis reddit Both. De. *Bene facis:* Æ. *Merito te deamo.* De. *Verum.* Mi. *Quid?* De. *Ego dicam, hoc cum fit, quod volo.* Mi. *Quid nunc, quod restat?* De. *Hegio cognatus his est proxumus.* Bip. ita: De. *Merito tuo te amo: verum quid ego dicam? hoc confice, quod volo.* Mi. *Quid nunc?* De. *Quod restat: Hegio cognatus his est proxumus.* Perl. *hoc cum fit q. volo?* Mi. *Q. nunc? quid restat?*

Quid nunc, quod restat? Hegio his est cognatus proxumus,
Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.
Mi. Quid facere? De. Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foras:
Huic demus, qui fruatur. Mi. Paulum id autem? De. Si multum siet, tamen
Faciundum est: pro patre huic est: bonus est: noster est: recte datur.
Postremo non meum illud verbum facio, quod tu, Micio,
Bene et sapienter dixti dudum: Vitium commune omnium est,

cupio. Quid adhuc superest? Hegio Sostratam et Pamphilam cognatione proxime attingit, nunc affinitate nobis junctus est, in egestate et inopia positus; nos benigne adesse ei, et aliquantum sublevare ejus paupertatem convenit. Mi. *Quid illi benefacere oportet?* De. *Habes paululum agelli suburbani, quod nescio cui alieno locas: huic demus fruendum.* Mi. *Paululumne agelli id vocas?* De. *Etsi majusculum sit, tamen tradi debet. Pamphilæ patris loco est, vir honestus et probus, amicus noster, dignus est cui detur. Postremo non ego sum auctor præclaræ istius sententiæ, quam pridem recte sapienterque pridem pronuntiasti; vitium commune*

De. *Heg.* Delph. *Verum quid? quid ego dicam?*—24 'Unus ex Regiis *quid restat.* Etiam pro *Hegio his est*, nostri universi *H. est his.*' Bent. *Est his* Br. *Hegio iste* Guelf. 2. J. *agnatus.*—25 Cuperus in Obs. I. 9. existimat, illud *bene* tribuendum esse Micioni. *Zeun.* Τὸ *bene* abest Guelf. 2.—26 *Foras.* Præstat hæc lectio præ quorundam Librorum *foris.* Donatus dubitat. *West. Agelli hic sub urbe est paululum quod locitas foris.* O. l. s. hunc ordinem verborum habent: *Agelli est hic sub urbe paululum:* unus tantum habet *paulum*, ut ratio versus exposcit, licet et illo altero quoque modo utcumque versus sustentari possit: sane pro *foris*, V. et Do. habent *foras.* Fa. Idem verborum ordo in nostris: quorum alii *foris* habent, alii *foras.* Utrumque agnoscit Do. sed ut *foras* malit. Recte. *Bent. Paululum . . . foris* Br. *Paululum* Bip. Z.—27 Guy. non cepit vim τοῦ *Si*, reponens *Etsi.* Valet enim *Si* idem quod *Etsi*, passim apud Comicos, et auctores alios. *West. Si multum sit, tamen.* In aliquot antiquis libris ita legitur, *Et si multum est, tamen:* alicubi, *Si multum sit, tamen.* In aliis recentibus legitur, *Si multum sit, Faciundum est;* quod stare non potest. Ceterum admissa lectione antiqua in hunc modum, *Si multumst, tamen*, versus est tetrameter acatalecticus, ut ceteri. *Fa. Paululum id autem? si multumst, tamen.* Nostri omnes *id autem est?* Unus vetustus *Paulum;* ut versus ipse postulat. *Tamen* nullus habet, præter duos recentiores. *Si multum siet* alii duo. *Bent. Paululum id autem est? Si multum sit, Faciundum est* Br. *Si multum est, t.* Both. *Paululum . . . Si multum est, t.* Bip. *Paululum . . Si multum sit t.* Z. *Autem est? Si multum 'st, t.* Perl. *Si multum siet F.* Delph.—29 Nuperi quidam editores, credo, Guyetum secuti, *Nunc meum illud verbum facio*, expresserunt. Prima Ms. Trajectini scriptura erat: *Postremo autem meum*, sed mutata in, *Postremo non meum.* West. Quod Palmerius et Gulielmius ex conjectura olim dederant, *Postremo nunc meum;* id clare habet codex Regius Chartaceus ex veterrimo quodam transcriptus. Recte: et frustra receptam explicare conan-

Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet
Effugere: dictum est vere, et re ipsa fieri oportet.
Mi. Quid istic? dabitur, quandoquidem hic volt. Æs. Mi pater!
De. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore et animo.
Mi. Gaudeo.
De. Suo sibi hunc gladio jugulo. 35

omnium est, quod ad rem in senectute attentiores sumus: hanc culpam evitare nos oportet: hoc vere prolatum est, et reipsa hoc nobis præstandum est. Mi. *Quid hoc est? dabitur, quando Demea sic poscit.* Æs. *O mi pater!* De. *Nunc mihi germanus es pariter corpore et animo.* Mi. *Id gaudeo.* De. *Suis propriis telis hunc confodio.*

tur. *Bent. Postremo nunc* Both. Perl.—30 Guelf. 3. *dixisti.*—31 Ms. Pal. 3. *avidi* pro *attenti:* at vero gloss. sapit. Perl.—32 Guy. et Heinsius legunt: *re ipsa f. oportet, Micio:* Habet autem repetitio nominis elegantem usum in persuasionibus. *West. Fieri o. Micio* Bent. Both. Bip. Delph. *Et dictum est* Guelf. 3.—33 *Quandoquidem hic volt.* Locutio magis Terentiana, quam illa quorundam librorum, *dabitur quidem, quando hic volt.* West. *Quidem, quando,* nostri universi. Fa. ex Vi. maluit *quandoquidem.* Bent. qui sic totum versum legit et constituit, *Q. istic? d. quidem, quando h. v. Mi pater. Nunc tu mihi.* Br. *Quid istuc? dabitur quidem, quando h. v.* Both. *Mi pater. Nunc tu mihi.* Bip. dat lect. Bentleii. *Istuc* Guelf. 2. 3.—34 In Bodl. est, *et animo et corpore.* West. Binos hosce versus uni Demeæ tribuit G. *Idem in Addend.* Et ita Br. 'In hoc versu, iterum excidit *Micio*, absorptum scilicet a præcedente 'mihi.' Postremo pro *corpore et animo*, nostri omnes, unico mediocri excepto, *animo et corpore.* Lege *ac*, et sententiam claram habes.' *Bent.* qui igitur versum omnino legit *Micio, es germanus p. animo ac corpore. Gaudeo.* Ita et Bip. præterquam pro *ac* legit *et.* Br. *et animo et corpore.* Bothius legit *Frater es germanus p. animo ac corpore. Gaudeo.* '*Animo ac corpore.* Sic Bent. Vulg. *corp. et an.* Hunc vs. Romanus cod. non habet.' *Perl.* Abest *tu* Guelf. 2.—35 Br. Bent. Both. Z. Delph. *Suo sibi gladio hunc j.* 'Abest *sibi*, Par. teste, ab uno codd. Pall. At desideratur a Mur. *in proverbio.*' *Perl.*

NOTÆ

35 *Suo sibi gladio*] Id est, suo proprio gladio. Sic Plautus in Prologo Captivorum; 'quo pacto serviat suo sibi patri.' Iterum; 'Inscientes sua sibi fallacia,' et rursum; 'Ita nunc ignorans suo sibi servit patri.'

ACTUS V. SCENA IX.

SYRUS. DEMEA. MICIO. ÆSCHINUS.

Sy. Factum est, quod justi, Demea.
De. Frugi homo es: ego ædepol hodie mea quidem sententia
Judico Syrum fieri esse æquom liberum. Mi. Istunc liberum?
Quodnam ob factum? De. Multa. Sy. O noster Demea! ædepol vir bonus es.
Ego istos vobis usque a pueris curavi ambos sedulo;
Docui, monui, bene præcepi semper, quæ potui, omnia.
De. Res apparet; et quidem hæc porro; obsonare, cum fide

Sy. *Fecī quod imperaristi mihi, Demea. Maceria diruta est.* De. *Bonæ frugis homo es: ego per ædem Pollucis sentio atque arbitror Syrum libertate donari debere.* Mi. *Istum libertate donari? quamnam ob causam?* De. *Ob multas.* Sy. *O noster Demea, Ædepol vir probus es. Ego vobis istos filios inde usque a teneris annis ambos educari diligenter, docui, monitis et præceptis omnibus, quantum potui, instruxi.* De. *Res manifesta est, nimirum quidem tibi curæ fuit cibos et obsonia lauta et delicata*

In Bip. Act. v. Sc. 7. In Both. v. Sc. 6.—1 In libris nonnullis est, *jussisti.* West. Ita et Br. Bent. Both. Bip. Perl.—2 *Frugi homo es, ædepol hodie mea quidem sententia.* O. fere l. s. et Do. post verbum *es*, habent pronomen *ego*. Bas. *ergo:* qua dictione, id est *ego*, adjecta, expeditior redditur versus, qui est trochaicus, ut ceteri, qui sequuntur. *Fa.* In textu dedit Faërnus, *ego edepol: ergo* habent vetustiores nostri omnes. *Ergo*, propterea quia frugi est: sed rectius *ego.* Bent. GM. et GC. *ergo.*—3 Both. legit *Liberum Syrum fieri, æquom judico.*—4 *Vir bonus es.* *Es* abest a veteribus nostris: scribendum *bonu's;* quod sono olim differebat a simplice *bonus.* Errat, qui volebat scribere, *bon'es.* Nec *us* nec *s* eliditur ante vocalem. *Bent. Es* abest Br. Hel. Both. et R. GM. non habet *es* in textu, sed supra scriptum. *Perl. Bonu' es* Bip. *Propter* ante *multa* Guelf. 3. J. *Ob multa.*—7 *Res apparet, et quidem porro hæc.* Ita Bas. V. Vi. sed sunt aliquot libri, qui non habent pronomen *hæc:* quod et versui incommodat, nec orationem adjuvat: versus tamen sic quoque sustentari potest, elidendo ex ' quem ' *m*, quamvis sequente consonante. *Fa.* Nostri omnes *hæc.* Et dolet, ideo *hæc* Faërno displicuisse, quod eo pacto ' quidem ' corriperetur; et tamen id solenne est, et singulis occurrit paginis: bis mox in uno versiculo v. 17. *Bent. Obsonare, cum fide Scortum adducere.* Ita distinguere malui cum Juntis, Aldo, R. Stephano, Heinsio, pluribus; quam cum aliis *obsonare cum fide, Scortum a.* West. Br. *Res apparet.* Sy. *Et q. p. h. obsonare cum fide, S.* Sed notat Bruns, ' In marg. a prima, ut videtur, manu hæc verba Syro tribuuntur, quæ secundum edit. et Bent. ad sermonem Demeæ pertinent.' Post *fide* commate distin-

Scortum adducere, apparare de die convivium:
Non mediocris hominis hæc sunt officia. SY. O lepidum caput!
DE. Postremo, hodie, in psaltria hac emunda, hic adjutor fuit,
Hic curavit: prodesse æquom 'st: alii meliores erunt:
Denique hic volt fieri. MI. Vin' tu hoc fieri? ÆS. Cupio. MI. Si quidem
Tu vis, Syre, eho! accede huc ad me: liber esto. SY. Bene facis.
Omnibus gratiam habeo; et seorsum tibi præterea, Demea.
DE. Gaudeo. ÆS. Et ego. SY. Credo: utinam hoc perpetuum fiat gaudium,
Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam liberam.
DE. Optumam quidem mulierem. SY. Et quidem tuo nepoti, hujus filio,

emere et condire: meretricem ad illos fideliter deducere, convivium de medio die apparare. Non cujusvis hominis, aut vilis servi hæ sunt operæ. SY. *O festivum virum atque urbanum!* DE. *Denique Æschinum in emenda hac fidicina adjuvit, atque hortatus est: huic benefacere justum est: alii servi ab hoc exemplo probiores fient. Denique Æschinus cupit hoc fieri.* MI. *Æschine, visne tu hoc fieri?* ÆS. *Cupio.* MI. *Siquidem tu consentis, eho, Syre, accede propius ad me: Liber esto.* SY. *Bene facis, ut bonum herum decet. Omnibus gratiam habeo: ac præter ea singularem tibi, Demea.* DE. *Id gaudeo.* ÆS. *Et ego.* SY. *Credo, quæ est vestra benignitas. Utinam istud gaudium Dii perpetuent absque ulla ægritudine, ut possim videre Phrygiam meam uxorem simul mecum liberam.* DE. *Optimam certe fœminam.* SY. *Et quidem tuo nepoti, Æschini filio, scilicet hodie*

---

guunt Bent. Both. Perl. Bip. Z. Τὸ *hæc* abest Delph.—8 Br. *abducere.* ' Al. *de die in diem.*' Perl.—10 *In psaltria ista emunda.* Aliqui libri habent *istac*, sed impedita est ratio versus: aliqui, et hi ex antiquioribus, *hac*, quod magis placet. *Fa.* Nostri omnes *istac.* Lege *ista*, non *hac.* Bent. *Istac* Br. Guelf. 3. *Ista* Guelf. 2. Both. Bip. Delph.—11 Libri quidam legunt: *omnia prodesse.* West.—14 Guelf. 2. *hebeo* vitiose. Perl.—15 Vulg. *credo, utinam*, nimis inficete. *Both.* qui ipse dat *cedo, uti jam.*—16 Ms. Lips. et Bœnd. *una videam:* omisso *mecum.* West. Ita et Br. qui etiam *Frigiam* scribit. Bothius habet sic: *Phrygiam ut una mecum videam liberam, uxorem meam.* Τὸ *ut* in Delph. versui præcedenti additur: et τὸ *optumam* ex vs. sequenti ad finem

NOTÆ

8 *Apparare de die convivium*] De die epulari, aut potare, semper apud antiquos Græcos et Romanos datum vitio fuit, ut intemperantiæ et luxus argumentum: ita Curtius Alexandrum Macedonem notat, quod de die convivia iniret; et Livius Pœnos, quod de die epularentur. Et ab Hippocratis usque temporibus rarus olim fuit prandiorum usus.

Hodie primam mammam dedit hæc. De. Hercle vero serio,
Si quidem primam dedit, haud dubium quin emitti æquom siet.
Mi. Ob eam rem? De. Ob eam. Postremo a me argentum, quanti est, sumito.
Sy. Di tibi, Demea, oro, omnes semper omnia optata offerant.
Mi. Syre, processisti hodie pulchre. De. Si quidem porro, Micio,
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, unde utatur; reddet tibi cito. Mi. Istoc vilius.
Æs. Frugi homo est. Sy. Reddam hercle; da modo. Æs. Age, pater. Mi. Post consulam.

primum mammam admovit, et lac præbuit. De. *Per Herculem, verumne et serio id ais! Siquidem primum nepotulum nostrum lactavit, certum est illum esse manumittendum, uti æquum est.* Mi. *Ob eam rem solum?* De. *Ob eam. Denique argentum pro ejus pretio, quanti æstimaveris eam, a me accipito.* Sy. *Dii tibi omnes, Demea, omnia, quæ optas, concedant.* Mi. *Syre, præclare hodie profecisti.* De. *Sic est, Mitio, dummodo officium tuum, facies, et ut herum liberalem decet aliquam pecuniolam ei præbeas utendam: brevi eam tibi rependet.* Mi. *Isto flocco vilius erit quod reddet.* Æs. *Probus homo est, et qui promissa servat.* Sy. *Reddam per Herculem, da modo mutuo.* Æs. *Age, pater.* Mi.

---

hujus apponitur. In Guelf. 3. *cum* post *ut:* iterum *ut* post *mecum:* ibid. *primo* ab altera manu. *Perl.*—17 Pro *et quidem, equidem* in multis est l. s. sed adhuc tamen aliquam difficultatem patietur hic versus, nisi legeretur *Optumam equidem;* quod non placet: ego lectionem vulgatam retineo, versumque sustento elidendo utrobique *m*, ex ‘ quidem,’ quamvis sequente consonante: dictionem vero ‘ hujus,’ in unam syllabam contrahendo. *Fa.* Br. *Et tuo quidem* legit, et commate distinguit post *filio.* Et ita distinguunt Both. Bip. Delph. ‘ GM. gl. *recens nato.*’ Perl.—18 Ms. Bodl. G. *prima mammam dedit.* Et mox, *Siquidem prima dedit.* West. *Prima* Bent. Perl. Both.—19 *Siquidem primam dedit, haud dubium quin.* Sic a Faërno est: Nostri meliores et vetustiores *prima. Prima*, et *haut dubium est.* Utrumque recipio: illud prius omnibus scriptoribus usitatum. *Bent.* Br. *Siquidem primo d. haud dubium est. Prima . . dubium est* Both. *Prima* Perl. *H. dubium est* Ms. R. vet. cod. ap. Lind. Bip.—20 Post *eam* posterius, J. addit *rem*, imperite. *Perl.*—21 Verbum *oro* delemus, quod nec in ullo l. s. est, nec a Donato ponitur, et versum corrumpit. *Fa.* Reponit Bent. *Di tibi, Demea, omnia omnes semper o. af.* Ita et Both. Perl. *Oro* abest Br. qui etiam cum Delph. *afferant* legit. Abest *oro* Bip. Z. Delph.—23 *Aliquid huic præ m. p.* Br. *Paulum* Bent. Both. Perl. Z. Delph. Abest *Tu* Guelf. 2. 3.—24 EP. *Istoc levius.* West. GM. *levius:*

De. Faciet. Sy. O vir optime! Æs. O mi pater festivissime!
Mi. Quid istuc? quæ res tam repente mores mutavit tuos?
Quod prolubium? quæ isthæc subita est largitas? De. Dicam tibi;
Ut id ostenderem, quod te isti facilem et festivom putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo et bono: 30
Sed ex assentando, indulgendo, et largiundo, Micio.

Post deliberabo. De. *Syre, ne dubita, Mitio faciet quod petis.* Sy. *O vir optime, Demea!* Æs. *O mi pater lepidissime!* Mi. *Quid istud est? undenam hæc tam subita morum tuorum immutatio? unde tibi tam promtus animus ad largiendum? quæ ista tam profusa in largiendo voluntas?* De. *Dicam tibi. Hoc feci, ut manifestum facerem quod isti filii nostri te clementem et mitem æstimant, id non effici ex vera et laudabili facilitate naturæ tuæ: immo, nec etiam ex vera æquitate; sed ex eo, quod eis nimis subblandiris, indulges, et large sumtus præbes, Mitio: si*

quam lect. nusquam alibi invenio. *Perl.* *Quid* post *Istoc* Guelf. 2.—26 Laborat hic versus, nisi legatur, *O pater mi*, ut in Vi. et Decurtato collocatur. *Fa.* Unus tantum ex nostris, Regius, *pater mi.* Bent. *Facies* Br. *Pater mi* Both. Perl. Bip. Delph.—28 Mur. Var. Lect. IV. 13. *proluvium* citat ex Cæcilio apud Nonium, unde Terentius versum hunc imitatus sit. Eandem lectionem defendit Dac. Adi P. Victor. Var. Lect. XXI. 4. Mss. varie. In Ms. Lips. Bœnd. G. Bodl. M. et Leidensium uno est *prolubium.* Idem ex libro Vaticano laudat Faërnus. In Tr. corrupte *procluiu.* In Leidensibus tribus *proluvium:* horum uni suprascriptum ' effusio,' uni, ' largitas et effusio census.' In quinto est *profluvium.* *Prolubium* autem magis placet: neque sane *proluvium* erat servum cum serva manumittere, neque agelli paululum et nummorum aliquid utendum et præ manu dare, sed largitas et liberalitas mera ex prolubio orta. Quanquam *proluvium* exhibent optimæ editiones, EA. Rob. Stephani, Aldi, Juntarum, Venetæ, Argentina, Tarvisiana, [In Addend. notat ET. et EM. *prolubium* legere.] aliæ. Sed et ita Gambarellus in Observ. Et Nonius Marcellus: ' *Proluvium*, profusio. Terentius in Adelphis: *Quod proluvium? quæ hæc subita largitas?*' Quam lectionem Guy. multis astruit in Glossis Mss. atque ita legebat Cl. Grævius; forte e suo Ms. Dicitur autem ' proluvium ' a proluo, uti ' diluvium ' a diluo. EP. et paucæ aliæ *prolubium* præferunt. Gell. XVI. 19. ' Prolubium audiendi subit.' *West.* Tres ex nostris bonæ notæ *prolubium;* ceteri *proluvium.* Nonius ex hoc Terentii loco, ut et Servius ad Æn. III. 217. *proluvium* citat: sed ex Accio, Novio, Laberio, *prolubium.* Idem ex Varrone: ' Varro de Lingua Latina lib. v. Prolubium et Prolubidinem dici, ab eo quod lubeat; unde etiam Lucus Veneris Lubentinæ dicatur.' Si hoc Varro; abeat, quo dignum est, *proluvium.* Bent. *Proluvium* defendit Par. *Profluvium* Eug. *Ista* pro *istæc* Br.—29 *Quod tam* Ms. Par. *Perl.*—31 Duo ex nostris non habent *ex.* Do-

NOTÆ

28 *Quod prolubium*] Turnebus legit *proluvium*, quod per translationem dicitur profusio et prodigalitas, cum quis more aquæ opes profundit. Virgilius lib. III. Æneidos de Harpyis: ' Fœdissima ventris Proluvies,' id est, sordis effusio, sive alvi immunditia.

Nunc adeo, si ob eam rem vobis vita mea invisa est, Æschine,
Quia non justa, injusta prorsus omnia, omnino obsequor,
Missa facio: effundite, emite, facite, quod vobis lubet:
Sed si id voltis potius, quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum,
Hæc reprehendere, et corrigere me, et obsecundare in loco;
Ecce me, qui id faciam vobis. Æs. Tibi, pater, permittimus:
Plus scis, quid facto opus est. Sed de fratre quid fiet?
De. Sino;
Habeat; in istac finem faciat. Æs. Istuc recte. Ω. Plaudite!

CALLIOPIUS RECENSUI.

igitur, Æschine, ratio vitæ meæ vobis invisa et molesta est, quia in omnibus, sive ea justa sint vel injusta, vobis non obsecundo, pro derelictis omnia habeo, et vestro arbitratu vivere sino: absumite, emite, facite, ut vobis videtur: sed si id potius vultis, ut quæ per adolescentiam minus vobis intelligere licet, et per inconsideran-tiam quidem magis enixe affectatis, minus vero perpenditis, ea incusem et emendem, utque etiam obtemperem pro temporis occasione vestris voluntatibus; ecce me reperistis, qui id vobis præstem. Æs. *Pater mi, tuæ potestati nos committimus; tu scis melius quid nobis facto opus sit: sed de fratre Ctesiphone quid fiet?* De. *Permitto ut ista potiatur fidicina, ea sit contentus, et in ea voluptates et libidinem suam consumat, nec posthac alium amet.* Æs. *Recte judicasti, et constituisti.* Ω. *Plaudite.*

natus Oxoniensis Ms. *atque indulgendo:* repono, *Sed assentando, atque indulgendo, et largiendo, M.* Bent. Both. *Fieri assentando, indulgendo, largiendo, M.* Perl. *atque indul.*—32 *Mea vita invisa est, Æschine.* Negligenter hic agebat Fa. nam nostri omnes, *invisa, Æschine, est.* Bent. Ita et Br. Both. Perl. Abest *omnino* Guelf. 1. *Exequor* habet 2.—33 Br. *non ista injusta.* ‘ Itid. in GM. sed in loco, inquit Perl. ut mihi quidem videtur, deraso.’—34 Quidam Mss. et editi vetusti, *emittite.* West.—35 *Quos* non *quæ* Guelf. 3. —36 *Siquidem* ante *magis* Idem.—37 Sic quidem o. l. s. sed Do. legit *secundare,* quod tamen non placet. *Fa.* Do. legit *secundare,* hoc est, inquit, ‘ in melius convertere, vel obsequi.’ Natum hoc ex Correctoribus, qui videbant syllabam versui hic superesse: legebant itaque *secundare,* quod nusquam pro ‘ obsequi ’ occurrit. Sed aliud est, animadversione dignum. ‘ Si vultis,’ ait, ‘ me corrigere, &c. Ecce me.’ Prius *me* inepte hic ponitur; si alterum *me* sequatur. Dixisset utique, ‘ Si vultis me corrigere, faciam id vobis ;’ vel, ‘ Siquem vultis corrigere, Ecce me, qui id vobis faciam.’ Plautus Mil. III. 1. 69. ‘ Opus erit tibi advocato, tristi, iracundo? Ecce me.’ Non dixit, ‘ Opus tibi me advocato :’ putidum enim fuerit. Quare hic lego, *Et reprehendere et corrigere quem; obsecundare in loco.* Bent. Et ita Both. Perl. Τὸ *et* posterius abest Delph. *Observare* non *obsecundare* Guelf. 3.—38 Bent. in textu *quid id,* sed nihil notat: forsan est error typotheticus. Br. legit *quid faciam vobis?*—39 *Plus scis quid facto opus est.* Sic Fa. sed nostri universi paulo melius, *P. s. q. opus f. est.* Bent. Ita et Br. Perl.—40 *Istuc recte*

Micioni tribuendum est, ut Do. annotat, non Æschino. *Bent.* Sic notat West. ' Non observare me memini in quoquam codice hæc Micioni tribui: quod facit Do.' Micioni tribuunt Both. Bip. Perl. ' Plusculi Mss. *valete et plaudite.* GC. invert. *plaudite et val.* GM. *plaudite*, omisso *et valete.*' Perl. Ω abest Bent. Bip. Perl. Neque dant verba *Calliopius recensui.*

FINIS ADELPHORUM.

PUB. TERENTII

HECYRA.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEX. JUL. CÆSARE, CN. CORNELIO DOLABELLA ÆDIL. CURULIB. NON EST PERACTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS PARIB.[1] TOTA GRÆCA APOLLODORU[2] FACTA EST.[3] ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST. L. ÆMILIO PAULO LUDIS FUNEBRIBUS.[4] NON EST PLACITA. TERTIO RELATA EST, Q. FULVIO, L. MARCIO ÆDILIB. CURULIB. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT.

1 *Parilibus* R. et vett. codd. *Lind.*—2 *Menandru* Fa. Bent. *Apollodoru est* Z.—3 *Facta est* omittit Both.—4 *Funeralib.* Bemb. *Funeral.* Both. Aliter hic titulus exhibetur in Lind. Bip. *Publii Terentii Hecyra. Acta ludis Romanis, Sex. Julio Cæs. Cn. Cornelio Dolabella Ædil. Cur. non est peracta tota. modos fecit Flaccus Claudii tibiis paribus, Cn. Octavio, T. Manlio, Coss. relata est iterum ludis funebribus. Relata est tertio, Q. Fulvio, L. Marcio, ædilibus curulibus.* et sic Br. excepto *parilibus.* at legere vult Gov. *Terentii Hecyra. Tota Græca est Apollodorou. edita Cn. Octavio, T. Manlio Torquato Coss. Acta primo ludis Romanis Sex. Jul. Cæsare. Cn. Corn. Dolabella Ædilibus Curulibus, sine Prologo. non est placita. Relata est iterum ludis Funebribus L. Æmilii Pauli, non est placita tota. Relata est tertio. Q. Ful. L. Martio ædilibus curulibus. Egit L. Ambivius Turpio. modos fecit Claudius Flaccus, Claud. Filius, tibiis paribus. Placuit.*

EXPOSITIO TITULI.

Acta est ista fabula Echira quæ sequitur, quam Latinus comicus Terentius composuit ludis Romanis, id est dum ludi agerentur, quos primo Romani adinvenerant. Habebant autem ludos, quos ab aliis gentibus acceperant, Sexto Julio Cæsare, Gneo Cornelio Ædilibus curulibus id est officium habentibus super curiam et senatum. Nam Julius Cæsar per omnes gradus ascendendo dignitatum pervenit ad imperii apicem. Non est peracta, id est non est recitata tota ista fabula. Bis est inchoata recitari. Sed sicut ipse in prologo declamat, non potuit ex toto recitari, quoniam supervenerunt ludi gladiatorum et bestiarum. Et cœpit plebs vulgaris et levis vociferare et illos ludos prospectare, impeditaque est fabula. Tertia

vero vice tota recitata est. Prima vero vice quando impedita est, isti erant ædiles curules quos supra posuimus. Modos autem fecit Flaccus qui solebat clauditibiis paribus id est duabus, Gneo Octavo, Tito Manlio consulibus. Repetita est iterum, sed non est peracta impedientibus ludis funebribus. Relata est tertio tota non impedientibus ludis, Quinto Fulvio, Lucio Marco ædilibus curulibus. Funebres ludi vocabantur quos exercebant in anniversariis regum aut principum quos inter heroas computabant. ÆCHIRA nomen huic fabulæ est. Dicta autem Æchyra a loco haud longe distante ab Athenis ubi hæc acta sunt.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

PROLOGUS.

BACCHIS, *meretrix, amica Pamphili. A Baccho.*

LACHES, *senex, pater Pamphili. Ab* ἔλαχον, *sortitus sum.*

MYRRHINA, *mater Philumenæ. A* μυῤῥίνη, *myrtus.*

PAMPHILUS, *filius Lachetis et Sostratæ. A* πᾶς *et* φίλος, *omnibus carus.*

PARMENO, *servus Sostratæ. Παρὰ τῷ δεσπότῃ μένων, apud dominum manens.*

PHIDIPPUS, *senex, pater Philumenæ. A* φειδὼ *parsimonia, et* ἵππος *equus.*

PHILOTIS, *meretrix. A* φιλότης *amicitia.*

SOSIA, *servus Pamphili. A* σώζεσθαι, *servari; quod servi servantur in bello.*

SOSTRATA, *mater Pamphili. A* σώζειν *servare, et* στράτος *exercitus.*

SYRA, *anus, lena. A natione.*

PERSONÆ MUTÆ.

PHILUMENA, *puella, nupta Pamphilo. Quasi* φιλουμένη.

SCIRTUS, *Servulus.*

NUTRIX.

ANCILLÆ *Bacchidis.*

C. SULPITII[1] APOLLINARIS PERIOCHA

IN TERENTII HECYRAM.

Uxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Cujusque,[2] per vim quem detraxit, annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ.
Dein profectus in Imbrum est, nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id sciat socrus,
Ut ægram ad se transfert: revertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt: pater incusat Bacchidis
Amorem: dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ forte agnoscit Myrrhina:
Uxorem recipit Pamphilus cum filio

Pamphilus, Lachetis et Sostratæ filius, accepit in uxorem Philumenam, Phidippi et Myrrhinæ filiam, quam quondam ignotam compressit in via, et cujus annulum, quem eripuit ei, donaverat Bacchidi meretrici, quam amabat. Deinde in Imbrum insulam navigavit, nuptam uxorem Bacchidis amore captus non attigit. Hanc Myrrhinæ mater cum sciret prægnantem esse, ægrotam esse simulans ex ædibus Lachetis ad se ducit, ne socrus Sostrata eam esse gravidam cognoscat: redit ex Imbro insula Pamphilus; deprehendit uxorem peperisse, et rem occultat, uxorem tamen, ignorans eam ex se peperisse, recipere recusat. Pater ejus Laches culpam confert in Bacchidem: dum se excusat Bacchis, forte accidit ut Myrrhina annulum agnosceret, quem gerebat filia, cum stuprum ei illatum fuit. Uxorem cum filio recipit Pamphilus.

1 Al. script. *Sulpicii* Perl.—2 *Ejusque* Br.

ÆLII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMÆ,

PRÆFATIO IN HECYRAM TERENTII.

Hæc Fabula Apollodori esse dicitur Græca: nam et ipsa et Phormio ab eodem dicuntur esse translatæ: cum reliquæ quatuor sint Menandri Comici. Hecyra autem dicitur, ideo, quia per socrus et soceros in ea aguntur multa. Nam et ἑκυρὸς et ἑκυρὰ, soceri nomen, socrusque significant. Est autem mixta motoriis actibus ac statariis: multumque sententiarum et figurarum continet in toto stylo. Unde cum delectet plurimum, non minus utilitatis affert spectatoribus. Atque in hac primæ partes sunt Lachetis, secundæ Pamphili, tertiæ Phidippi, quartæ Parmenonis: ac deinceps aliarum personarum, quæ his adjunctæ sunt. Divisa est autem, ut ceteræ, quinque Actibus legitimis: quos in subditis distinguemus. In hac Prologus est et multiplex, et rhetoricus nimis, propterea quod sæpe exclusa hæc Comœdia diligentissima defensione indigebat. Atque in hac Protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. Acta sane est ludis Megalensibus, Sexto Julio, C. Rabirio Ædilibus Curulibus: egitque L. Ambivius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota Græca est, factaque et edita quinto loco, Cn. Octavio, T. Manlio Coss. Cantica et diverbia summo in hac favore suscepta sunt. Προτατικὰ in hac πρόσωπα, id est, personæ extra argumentum duæ sunt, Philotidis et Syræ. In tota Comœdia hoc agitur, ut res novæ fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim benevolæ socrus; verecunda nurus; lenissimus in uxorem maritus, et item deditus matri suæ; meretrix bona.

M. ANT. MURETI ARGUMENTUM.

Pamphilus, Lachetis e Sostrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. Is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Phidippi et Myrrhinæ filiam, incidit, eamque in via per vim compressit: atque ita effugit, ut neque ipse eam, neque puella ipsum cognoscere potuerit. In illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit. Paulo post pater eum, tum ut a meretricio amore averteret, tum ut præsidium suæ senectuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. Contigit, ut ea ipsa uxor ei daretur, quam ipse constupraverat; gaudente admodum puellæ matre, quæ, quia sola conscia erat filiam e stupro gravidam esse, quamprimum eam collocare properabat, ut, si forte post aliquot menses pareret, nuptiis, quemadmodum sæpe fit, obtegeretur stuprum. Cecidit res longe aliter, ac putabatur. Etenim Pamphilus, qui invitissimus adjecisset animum ad rem uxoriam, quia avellere se derepente a Bacchidis amore non posset, ita dormit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod, ea viva, nunquam se uxorem ducturum, sæpe ei promiserat Pamphilus, nonnullam sibi ab eo factam injuriam putans, multo ei minus, quam solebat, placida et obsequens esse cœpit. Eo factum est, ut Pamphilus ei se paulatim subduxerit, quamque prius spernebat uxorem, ejus mirificum quendam amorem animo conceperit. Interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum esset. Profecto eo, Philumena, quæ intumescere sibi uterum sentiret, cum aliorum, tum socrus inprimis suæ conspectum refugiebat. Tandem cum in eo esset, ut celare vix posse amplius videretur, sumta occasione, per sacrificandi speciem, ad matrem se, unam omnium rerum consciam, confert. Post dies complusculos mittit Sostrata, qui eam arcesserent. Respondetur, ægrotam esse. It, ut eam saltem viseret: non admittitur. Laches accusare uxorem, et dicere, hæc omnia illius culpa contingere. Ille contra excusare se, et culpam deprecari: nullius se rei consciam esse, cur sua consuetudo nurui odiosa esse debeat. Interea rediit Pamphilus, atque ita sors tulit, ut quo die ipse Athenas appulit, eo ipso, Philumena partu levaretur. Cum igitur, videndi cupidus, (ægrotare enim acceperat, et ita amabat, ut qui vehementissime,) subito ad eam ingressus esset, peperisse deprehendit. Ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrymans, obtestari cœpit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset, ne reciperet quidem uxorem, si ita videretur; sed tamen ne famam illius proderet. Ita se facturum recipit. Cum igitur neque vellet uxorem recipere, neque rursum veram afferret causam; suspicati sunt senes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de causa ab uxore abhorrere. Arcessitam itaque Bacchidem objurgat Phidippus. Ea, cum se ille purgasset, jubetur ad mulieres ingredi, et eis quoque illam suspicionem adimere. Ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenæ ereptum, sibi dederat Pamphilus. Is annulus effecit, ut vitiatam esse ab ipso Pamphilo Philumenam cognosceretur. Lætus Pamphilus et uxorem et filium recipit.

PROLOGUS.†

Hecyra est huic nomen fabulæ: hæc cum data est
Nova, novum intervenit vitium, et calamitas,
Ut neque spectari neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. Nunc hæc plane est pro nova;
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum possit vendere.
Alias cognostis ejus: quæso hanc nunc noscite.

Hecyra nominatur hæc fabula. Tunc cum nova exhibita est, fortuito vitio et calamitate factum est, ut neque spectari neque cognosci potuerit, vel ex scenæ apparatu, vel ex personarum actione: ita populus, stupens admiratione funambuli, in eo spectando animo defixus fuerat. Nunc hæc fabula Hecyræ tanquam nova datur, ut quæ acta non fuit, et poëta qui hanc fecit, noluit post spectaculum funambuli, denuo eam introducere in scenam, ut iterum pro nova eam histrionibus venderet. Alias Poëtæ fabulas notas habetis, hanc precor ut noscatis attente spectate.

† Hic et sequens prologus duo fiunt in Bas. CCC. V. Vict. conjunguntur in G. ET. EM. Delph. 'Utrumque prologum resecat Guyetus, ut Terentio indignum. Defendit Faërn. Agnoscunt Donat. Eugraph. Mss. editique omnes. Si quæ alia fabula, hæc indigebat Prologo.' *West.*—1 *Hechira* GM. *Fabulai* Bent. '*Hæc* pauci codd. non agnoscunt.' *West. Ea cum acta est* legit Laurent. Aretin. Epist. VI. 8.—2 *Novæ novum* Both. *Nova, ei novum* Bent. —4 *Obstupidus* Both.—5 *Hæc nunc* tacite Both. *Certe* post *plane* Guelf. 2.—6 *Etsi is q. s. hanc ob causam n.* Both.—7 '*Possit* plerique omnes libri, pauci *posset*.' West. *Posset* Bent. Bip. Both. Perl.—8 '*Cognovistis* unus Ms. Argentor. ut arbitror corrupte, *agnovistis*.' Bœcl. *Cognoscis* Guelf. 1. *Ejus* deest in Leid. 5. *Nunc hanc* Leidd. quatuor. *Nunc* deest in Bodl. Bent. Z. Both. Perl. *Quæso hanc cognoscite* M. et Hul.

NOTÆ

1 *Hecyra*] Ἑκυρὰ significat Socrum.

2 *Novum intervenit vitium*] Vitio creati dicuntur Consules et Magistratus, si cœptis comitiis tonitru supervenisset, si quis morbo Hercule correptus concidisset, aut si alia legitima omissa fuissent: nam comitia his casibus dirimenda erant: aliter tota actio vitiosa et inauspicata censebatur.

ALTER PROLOGUS.‡

ORATOR ad vos venio ornatu prologi:
Sinite exorator ut sim; eodem ut jure uti senem
Liceat, quo jure sum usus adolescentior;
Novas qui exactas feci ut inveterascerent;
Ne cum Poëta scriptura evanesceret.
In his, quas primum Cæcilii didici novas,
Partim sum earum exactus: partim vix steti.
Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.
Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem
Novas, studiose, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci, ut spectarentur: ubi sunt cognitæ,
Placitæ sunt. Ita Poëtam restitui in locum,

Orator legatus a grege Histrionum ad vos, spectatores, venio in vestitu Prologi: per vos liceat mihi exoratorem esse impetrando ea, quæ postulo. Permittite mihi Lucio Ambivio Actori comico uti eadem facultate, nunc cum senex sum, qua uti mihi licuit, cum adolescens fui, qui feci ut Comœdiæ novæ Cæcilii Poëtæ, licet expulsæ, viverent, et ad vetustatem pervenirent sæpius deinceps actæ, et probatæ; ne cum Poëta poëma caducum fieret, et periret. In Cæcilii Comœdiis quas novas primum recitavi, partim eas agens sum rejectus; partim vix potui fabulam peragere. Quoniam vero videbam fortunam scenæ ancipitem esse, et periculosam, ideo in spe incerta certum laborem subii; easdem Cæcilii Comœdias, quæ exclusæ fuerant, agendas suscepi, ut alias ejusdem novas recitandas discerem accurate: effecique ut populus eas spectaret, probaretque; ne ille deterritus a studio scribendi fabulas abstraheretur. Ubi spectatæ sunt, et intellectæ, gratæ et acceptæ populo fuerunt: ita Poëtam Cæcilium in pristinum statum et æstimationem reduxi, qui

‡ Hic Prologus cohæret superiori in M. Lips. Bodl. et Bœnd. et in EP. Juntina, Aldina, Steph. aliis. Videtur autem editioni tertiæ Prologus hic præfixus, uti superior secundæ. De prima res incerta est. Vide Eugraph. et Faërn. Cogitabat Guyetus in glossis ineditis, potuisse fieri, ut post obitum Terentii hæc Fabula denuo acta Prologum hunc acceperit. *West.*—1 '*Cum ornatu* in Mss. nostris.' *Bœcl.* E gl. *cum* Br.—2 *Ut* omittunt Fa. Bent. Bip. Both. Br. Perl. quo teste '*ut* omittere solet Terentius, nec minus alii.'—3 *Sim* Fa. e typographi culpa, uti putat Bent.—4 '*Veterascerent* Ms. unus.' *Bœcl.* 'Guy. in Scholiis Mss. *rejuvenascerent* vel *rejuvenescerent*.' West.—5 *Nec cum* vult West. edidit Both.—6 '*Quas Cæcilii primum* Mss. duo.' *Bœcl.*—7 Forte *partim* pro *partem*, *ἀρχαϊκῶς*. West. *partem* GM. bis, at in altero sup. script. lit. e, teste Perl. *parum me statui* pro *partim vix steti* Guelf. 2.—8 Antiquissimi libri *scænicam* per *æ* diphthongum habent. *Fa.* 'Attamen constat aliunde *η* Græc. a Latinis in *e* produci.' *Perl.*—10 *Eas* EP. 'Malim *et ab eodem alias discere*, vel, si quis tuebitur lectionem vulgatam, *neu illum ab studio abducerem*.' West.—11 *Nec* Both.—13 *Locum suum* Guelf. 3.—14 '*Ad-*

Prope jam remotum injuria adversarium
Ab studio, atque ab labore, atque arte musica.
Quod si scripturam sprevissem in præsentia,
Et in deterrendo voluissem operam sumere,
Ut in otio esset potius, quam in negotio;
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc quid petam, mea causa, æquo animo attendite.
HECYRAM ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est; ita eam oppressit calamitas:
Eam calamitatem vostra intelligentia
Sedabit, si erit adjutrix nostræ industriæ.
Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,

pæne rejectus et repulsus fuerat, iniquitate inimicorum, abs studio, industria, atque arte poëtica. Quod si Cæcilii fabulas exclusas a scena agere iterum neglexissem, tunc cum primum editæ fuerunt, et in dehortando eum a labore, ut in quiete potius ageret, quam in tanto labore studii; facili negotio eum ab aliis Comœdiis faciendis avertissem. Nunc quid postulem, rogo vos ut mei gratia, favente, et placido animo advertatis. Hecyram Comœdiam in scenam reduco, quam mihi exhibere cum favente silentio nunquam concessum est; tantum eam obruit infortunium. Istud infortunium vestra prudentia, et ad eam Comœdiam cognoscendam attentio placabit, si nostræ diligentiæ opem afferat. Simul atque eam coram populo recitare cœpi, pugiles gloriæ cupidi, populus magna expectatione et ingenti studio concitatus spec-

versariorum Mss. duo.' *Bœcl.* et Br. e gl.—15 *Atque labore atque ab arte* Bœnd. EP. Br. sed judice Faërno ultimum *ab* versus ratio non admittit, neque Donatus legisse videtur, uti patet e verbis ejus, '*ab* tertio commode subaudiendum est:' Vict. e pr. m. *atque arte*, e 2da *atque ab arte:* 'nostri omnes *ab arte musica*. Repone *ab labore atque arte ab musica*.' Bent. improbante Bip. Totum versum tanquam spurium delet Both.—16 *Quod si scripturam sprevissem in præsentia*] Vide quæ sequantur, 'In deterrendo,' 'In otio esset,' 'Ne alias scriberet;' et tecum supple, 'In deterrendo scripturam,' 'In otio scriptura esset,' 'Ne scriptura alias scriberet;' et tum demum senties sic ab Auctore profectum; *Quod si scriptorem sprevissem in præsentia.* Bent. Probant Both. Perl.—17 *Et id* magna pars Mss. et EP. *West. id* quoque Br. et omnes apud Bœcl.—19 *Describeret* duo Mss. *Bœcl.*— 20 *Huic poëtam* pro *nunc quid petam* Guelf. 2. *animo æquo* Both. *advertite* Argentor. apud Bœcl. —25 *Gloriæ Funambuli etiam* Both. *pugilum gratia* Guy.—26 *Funambuli eodem accessit exspectatio*] Illud *accessit* orationis seriem interrumpit et conturbat. Repone, *Pugilum gloria, Funambuli eodem accedens exspectatio, Comitum conventus, studium, clamor mulierum Fecere* ... Porro Donatus: '*Comitum conventus;* utrum eos comites dicit, qui sunt pugilum assectatores? an servos qui dominos sequuntur?' Jure dubitat, quinam sint. Equidem nescio, qua consuetudine isti vel ulli spectatores dicantur 'Comites.' Vide an Auctor dederit, *Comiti conventus*, casu genitivo a 'Comitium.' *Bent.* Non probat Perl. 'Vett. codd. *accessit spectatio.*' Lind. 'Si locus capiatur cum Perizon. ad S. Minerv. IV. 11. p. 714. non opus est Bentlei emendatione.' *R. D.*

Comitum conventus, strepitus, clamor mulierum,
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in nova cœpi uti consuetudine,
In experiundo ut essem: refero denuo.
Primo actu placeo; cum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores; populus convolat;
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: otium, et silentium est:
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos: facite, ut vostra auctoritas
Meæ auctoritati fautrix adjutrixque sit.
Si nunquam avare pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum, in animum induxi, maxumum,
Quam maxume servire vostris commodis;
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, et se in vostram commisit fidem,

tandi funambuli, concursus eorum qui in nostro sunt comitatu, tumultus, vociferatio mulierum, me coëgerunt egredi, ante completam fabulæ actionem, extra Theatrum. Cœpi uti antiqua consuetudine, qua usus fui in Cæcilii fabulis, in nova Terentii Comœdia Hecyra, ut in periculo faciendo insisterem, et tentare perseverarem. Iterum Hecyram Comœdiam introduco in Theatrum. Primo actu gratus sum et acceptus: cum interea sermo spargitur exhibitum iri gladiatores. Fit subitus populi concursus, turbæ excitantur, vociferantur, certant propter locum: ego interea dum hæc fierent non potui defendere locum in quo ipse agebam. Nunc tumultuatio nulla est, tranquillitas et taciturnitas observantur, occasio opportuna recitandi ab ædilibus mihi præbetur. Vobis licet ludos Theatrales, qui in scena aguntur, cohonestare favore silentii vestri. Nolite committere, ut ars Poëtica paucos artifices peritos habeat, et ad paucos perveniat: concedite mihi subsidium vestrum et præsidium, dum enixe laboro in juvando Poëtas eorumque studia. Si nunquam avare arti meæ æstimationem et indicationem feci, et mihi persuasi lucrum istud esse amplissimum, vestris utilitatibus, et emolumentis atque oblectamentis inservire; permittite me hoc a vobis precibus obtinere, ne eum delusum improbi improbe ludibrio habeant, qui studium et operam artis suæ mihi tuendam, et se fidei et favori vestro

—27 *Hominum conventus* Both. *strepitus* Leidd. quinque, Lips. Bodl. Bœnd. M. EP. Junt. Ald. St. duo Mss. apud Bœcl. at Donatus *studium*: quæ 'lectio melior videtur Heinsio ad Ovid. Amor. III. 2. 67.' *R. D. studium* placuit et Gambarello Fabrino et Fr. Fabricio.—33 *Tumultuant* Junt. mox *clamant et* GM. perperam; est enim asyndeton. *Perl. repugnant* M.—35 *Non est* Bem. Don. et Both. tacite.—41. 42. 43 Hoc tristichon omittit Both. quia id apte positum est in Heautontim. Prologo, hic minus.—42 Mss. quidam et edd.

Ne eum circumventum inique iniqui irrideant.
Mea causa, causam hanc accipite, et date silentium,
Ut libeat scribere aliis, mihique ut discere
Novas expediat, posthac pretio emtas meo.

protegendum dedit. Mei gratia, causam Poëtæ Terentii suscipite defendendam, et linguis favete, ut alii Poëtæ quoque libenter studeant componendis Comœdiis, mihique conducat novas memoriæ mandare, et addiscere, quas pecuniæ meæ æstimatione a Poëta comparaverim.

in animum induxi meum. West. ita Mss. duo apud Bœcl.—47 *Hanc accipite*] Pronomen *hanc* nec habet Bem. et ratio versus omnino respuit : subaudiendum tamen aliquid erit, ut sit, causam ejus, vel causam poëtæ. *Fa.* quem sequitur Both. ‘Male alii h. l. ex Heaut. Prolog. superaddunt *hanc*, quod neque habet Bem. et respuit versus, existimante Faërno. Scil. *mea* ut monosyllabum pronuntiatur.’ *Bip. Causam hanc occipite* Mss. quidam et EP. et nonnullæ aliæ. *West.*—48 *Ut lubeat* R. Donatus agnoscit *aliis*, cum explicat, Oratorie ἀπὸ τῆς ἐσατηος; lege Ἀπὸ τῆς ΙΣΟΤΗΤΟΣ. Et nostri omnes *aliis*. Repone tamen, *Ut lubeat scribere alias, mihique ut discere Novas expediat.* ‘Ut lubeat Terentio scribere alias novas.’ Sic supra v. 10. ‘Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem Novas.’ et Adelph. Prol. v. 25. ‘Poëtæ ad scribendum augeant industriam.’ ‘Poëtæ,’ non ‘aliis Poëtis.’ *Bent.* Non probat Perl. ‘Quidam Codd. Mss. et impressi ex vett. *alias*, quomodo etiam Hul.’ *West.* super *aliis* in GM. scriptum *poëtis*. Cave *aliis* corrumpas cum Bentl. in *alias*. Sic enim deforet, quod respondeat *τῷ mihi*. Verba et *scribere* et *discere* referuntur ad *novas pretio emtas*.’ Bip.

ACTUS I. SCENA I.

PHILOTIS. SYRA.

PHIL. PER pol quam paucos reperias meretricibus

PH. *Perquam raros aliquis inveniat, meretricibus amatores constantis fidei*

1 Don. ad locum : ‘Quidam non *Paucos*, sed *Paucis* legunt : sic enim Apollodorus: ΑΛΠΑΙΣΗΡΑΣ ΤΗΣ rei ΙΟΝΗΝΣ ΤΗΡΑΙΣΣΙ ΡΑΓΓΙΒΑΙΩΕ.’ Ita dedit Lind. ex codice scripto; quæ prima specie Sibyllæ folia videantur; ea tamen, et sententiæ judicio et versus ratione, non difficulter in pristinum statum reduxi ; ΟΛΙΓΑΙΣ ΕΡΑΣΤΗΣ ΓΕΓΟΝ’ ΕΤΑΙΡΑΙΣΙ, ΣΥΡΑ, ΒΕΒΑΙΟΣ. ‘Paucis amator evenit meretricibus, Syra, Fidelis.’ Recte itaque *Paucis*, non, quod hodie habent Codices, *Paucos*. ‘Paucis meretricibus fideles evenisse;’ hoc est, singulis singulos; non ‘Paucos amatores,’ quasi uni plures contigisse vellet. Porro ex isto ΓΕΓΟΝΕ apparet hic legendum *evenisse*, quod et versui commodius est, et sententiæ. *Bent. Paucis* pro *paucos* ab aliis legi jam observat Do. suffragante versu Apollodori Græco, qui vero in exempl. Donati adeo fracte expressus est, ut de restitutione ejus desperandum sit. *Bip.* Utrum *paucis* an *paucos* verius, ipse Do. dubitat. Sed *paucis* Græce

Fideles evenire amatores, Syra.
Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi!
Quam sancte! ut quivis facile posset credere,
Nunquam illa viva ducturum uxorem domum.
Hem! duxit. Sy. Ergo propterea te sedulo
Et moneo, et hortor, ne cujusquam misereat;
Quin spolies, mutiles, laceres, quenquem nacta sis.

contingere, Pollucem testor, Syra. Etiam hic Pamphilus, quoties jurejurando fidem obligabat Bacchidi, et religiose promittebat (ut quilibet facile sibi persuaderet eum certa dicere) nunquam se ullam mulierem, dum illa viveret, in uxorem accepturum: ecce! accepit tamen. Sy. *Propterea igitur te commonefacio, et adhortor, ne cujusvis amatoris miseratio te moveat, quominus eum omnibus opibus exuas, diminuas, dilanies, quicumque ad te veniet.* Ph. *Mihine suades ne ullum*

dictis Apollodori, e quo transtulisse fertur Terentius Hecyram, respondet.' *Perl.*—2 *Evenisse* Bent. probat Both.—3 *Quotiens* G. EM. Bent. Both. Br. —4 *Tam sancte* vult Guy. '*ut quis* Codd. quidam.' *West.*—5. 6 *Nunquam se illa* Guelf. 3. Nostri magno consensu melius, *Numquam illa viva uxorem ducturum domum.* Bent. Sic Both. Donatus legit *en duxit*, quemadmodum testatur Rivius etiam nonnullos Terentii libros habere. In Bem. corrupte scriptum erat *ex duxit*, sed postea emendatum, ut et in Vict. legitur, *em duxit*. Fa. Veteres nostri *em*, ceteri *en*. Bent. *Hem! duxit*] Lolgius, Rivius, Faërnus, et Fr. Fabricius, *En, duxit*, legunt, frustra in partes Donatum vocantes, qui nisi *hem* legisset, non citasset illud, 'Hem alterum,' quod petitum ex Eun. III. 2. 6. Variant vero Codd. promiscue *hem* et *en* exhibentes, quod posterius mihi ex *em*, quod etiamnunc libri quidam præferunt, natum videtur. *West. Hem duxit* duo Mss. *Bœcl.* Alii jam pridem et hodie legunt *hem*. Variant enim Codd. et in Comm. Don. duplex est obs. diversa sentientium. Prior enim dicens: 'pronuntia, ut mirantem ostendas,' legisse videtur *hem;* alius dein: 'Adverbium demonstrantis est,' ut *hem*. Sed videtur potius legendum *en alter*. Bemb. corrupte habet *ex*. Nobis videtur *en* melius convenire in mulierem, quæ modo hæc audiverat ab ipsa Bacchide, et indignanter id meminit. Illud enim adv. demonstr. etiam vim habet indignandi. *Bip.*—7 *Ne cujusquam te misereat* Bodl. Guelf. 3. et Mss. duo apud Bœcl. EP. *ne cujusque te misereat* vett. Codd. *Lind.* Rivius e vett. libb. delet *te*. 'et ita legit Don. adnotans deesse *te;* sed durum id mihi videtur, magisque probaverim lectionem in Bem. *ne cujusquam misereas:* eo enim modo antiqui id verbum efferebant: Ennius; 'Cogebant hostes, lacrumantes ut misererent.' *Fa.* Nostri omnes, *Ne cujusquam te misereat*. Repone, *Et moneo et hortor, ne te cujusquam misereat*. Ubi 'Cujusquam,' ut passim, disyllabon. Plaut. Trin. II. 2. 62. 'Ut ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat.' et II. 4. 30. 'Miseret te aliorum: tui nec miseret nec pudet.' *Bent. Misereas.* Antiqui sic pro *te misereat*, ut Ennius in Hecuba ap. Non. VII. 58. 'Miserete anuis,' &c. et Ann. 5. 'cogebant hostes, lacrumantes ut misererent.' Lucret. III. 894. 'Ipse sui miseret.' Congruit certe in anum archaismus; quem Faërn. ex Bemb. approbat præ vulg. *misereat*, omisso *te*, quomodo Don. legerat. Alii ingerunt *te*, s. ante s. post *cuiusquam*. Bip. *te ne cujusquam misereat* Both. tacite.—8 Alii *quemque;* G. Leidd. duo et Junt. quod vult Græv. *quemquem;* Tr. *quemcunque*, et sic EA. EM. ET. *West. quemcunque* omnes apud Bœcl. 'Legimus *quemque*, e Bem. et aliquot aliis.' *Fa.* Duo nostri veterrimi *quemquem*, quod et versus mavult. 'quemquem,' hoc est, 'Quemcumque.' Plautus Men. v. 1. 17. 'Omnia

PHIL. Utin' eximium neminem habeam? SY. Neminem;
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit,
Quin ita paret se, abs te ut blanditiis suis
Quam minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu, amabo, non contra insidiabere?
PHIL. Tamen pol eandem injurium est esse omnibus.
SY. Injurium autem est ulcisci adversarios,
Aut qua via te captent, eadem ipsos capi?
Eheu me miseram! cur non aut isthæc mihi
Ætas et forma est, aut tibi hæc sententia?

mihi seligam præcipuum, dilectum mihi, cui ne quidem parcam? SY. *Aio neminem: nam ita habeto; nullus ex illis te adit, quin ita se disponat, ut sermonibus blandis libidinem suam ex te quam admodum modica mercede satiet. Talibusne amatoribus tu vicissim, rogo te, insidias non tendes?* PH. *Nihilominus iniquum est eandem se gerere erga omnes.* SY. *An autem iniquum est punire inimicos? aut eadem arte, qua te decipere student, eos decipi? Eheu me infortunatam! cur non tuæ ætatis, et pulchritudinis ego sum; vel tu meæ sententiæ non es?*

---

mala ingerebat, quemquem adspexerat.' Pœn. II. 1. 37. 'Quemquem visco offenderant.' Cledonius p. 1908. 'Quisquis, cuicui, quemquem: ut Terentius, *Quemquem nacta sis.*' Bent. *Quemquam* Perl. in text. at GM. *quemquem* in marg. *nancta* Br. '*sis nacta* unus Ms.' *Bœcl.*—9 *Ut ne* omnes Mss. *Bœcl.* EP. —10 Nostri omnes concinnius, *Nam nemo quisquam illorum scito ad te venit.* Bent. Ita EP. Br. et omnes apud Bœcl.—11 *Præparet* M. Bœnd. EA. EM. duo Mss. apud Bœcler. et Br. pro gl. mox Bem. unum tantum *se* habet. quo etiam modo stat versus, non faciendo synalœpham. *Fa.* Apage hanc superstitionem. Ut unum codicem in cœlum efferat, nec synalœphas, nec quicquam curat. Revoca huc *sese*, ut nostri universi. *Bent.*—12 *Perpetuo* Guelf. 1.—14 O. l. s. et Donatus ita collocant, *Tamen pol eandem injuriumst esse omnibus*, versu et compositione meliore. *Fa.* Sic et nostri omnes. *Tamen pol eandem;* ut 'Tamen Simo audi;' 'Tamen numquam ausus.' Frustra igitur, qui sic interpolabat: *Tamen pol eandem me injuriumst esse omnibus.* Ubi cum magna artis peritia *eandém* in fine acuit. *Bent. Tamen eandem pol esse omnibus, injurium est* Delph.—15 Do. et Bem. Bas. aliique fere omnes, hunc ordinem horum verborum habent: *injurium autem est.* Fa. Sic et nostri, uno excepto. *Bent.*—16 O. l. s. et Donatus, *te captent illi;* soli Bem. et Vict. non habent *illi:* quod tamen subaudiendum est. *Fa.* Immo non subaudiendum; sed repræsentandum. Nostri omnes, *te captent illi:* Bem. ejecit *illi*, ut metro inserviret: quod tamen salvum est, salvis verbis omnibus. *Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi.* 'Via' hic monosyllabon, quod pronuntias ut nostrum *Way.* Vide Heaut. I. 1. 49. *Bent.* Br. et Mss. duo apud Bœcl. *te captent illi,* unus *te illi captent;* Perl. *captent te illi* e GM. *ipsi* pro *illi* Guelf. 3. *captent te* Both.—18 *Ætas aut* Guelf. 1. *nos* Guelf. 1.

ACTUS I. SCENA II.

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

PAR. SENEX si quæret me, modo isse dicito
Ad portum, percontatum adventum Pamphili.
Audin', quid dicam, Scirte? si quæret me, uti
Tum dicas; si non quæret, nullus dixeris;
Alias ut uti possim causa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? unde hæc advenit?
Philotis, salve multum. PHIL. O salve, Parmeno.
SY. Salve mecastor, Parmeno. PAR. Et tu ædepol, Syra.
Dic mihi, Philotis, ubi te oblectasti tam diu?
PHIL. Minime equidem me oblectavi, quæ cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:

PA. *Si senex Laches a te quæret ubi sim, illi dicito modo me ivisse ad portum, inquisitum de reditu Pamphili ex Imbro insula. Advertisne quid dicam, Scirte? Si quæret, inquam, ut tunc istud ei dicas: si vero non quæret, nihil quicquam ei dixeris; ut alio tempore hanc causam non prius dictam possim prætexere. Sed ecquid video Philotium? unde Athenas advenit? Philotis, multum mihi salva sis.* PH. *Salve tu quoque, Parmeno.* SY. *Salve pol, mi Parmeno.* PA. *Et tu ædepol, Syra. Dic mihi, Philoti, ubi tamdiu voluptati vacasti?* PH. *Minime certe voluptati vacavi, quæ hinc Athenis Corinthum profecta sum cum milite immitissimo. Ibi*

---

1 *Quærat* Mss. omnes apud Bœcl.—3 West. ‘ Bona pars Mss. cum edd. quibusdam vett. post EP. *Syre;* defendit Guy. *Scyrthe,* quasi a *σκύρθος, τοῦτ' ἔστι νέος, παῖς κίναιδος.* In aliis libb. *Syre,*’ uti omnes apud Bœcl. GM. *Syra.* Perl. præfert *Scirte,* ut sit *σκιρτὸς* a *σκιρτᾶν.*—3. 4 Ms. Argent. *si quæret me ut tum ita dicas, si non quæret me alias ut uti possim,* in marg. adscript. *nullus dixeris.* Bœcl. apud quem unus Ms. *si quærit uti—alias uti tum possim,* alter in vs. 4. *si non quærat, nulli: me, ut itum* Br.—5 *Ut* abest a Guelf. 3.—6 *Ego* duo Mss. omittunt. *Bœcl.* Ex *Philotis s* abjicitur, ut facta synalœpha, sit anapæstus in tertia. *Fa.* Illud *s,* sequenti vocali, non potest elidi. Quare olim Muretus *Philoti.* Atqui Noster Vocativo Græco nusquam alias utitur; sed *O Thais, Mysis, Archylis.* Quare lege, mutato ordine, *Philotis, dic mi ubi te oblectasti tam diu.* Bent. *tam* delet Both.—10 *Me* omittit Ms. unus: duo

NOTÆ

11 *Corinthum*] Achaiæ urbs in medio Isthmi Peloponnesiaci sita, (Isthmos autem Græci vocant angustias, quibus a peninsula ad continentem est aditus,) ab ortu Saronicum, ab occasu Crissæum sinum habens, qui et Corinthiacus dicitur: duobus inclyta portubus. Cenchrææ ab ortu portus imminet Ægæo mari: Lechææ Ionio ab occasu: unde bimarem Poëtæ Corinthum dixerunt.

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. —
PAR. Ædepol te desiderium Athenarum arbitror,
Philotium, cepisse sæpe, et te tuum
Consilium contemsisse. PHIL. Non dici potest,
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,
Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine
Agitarem libere inter vos convivium;
Nam illic haud licebat, nisi præfinito, loqui
Quæ illi placerent. PAR. Haud opinor, commode
Finem statuisse orationi militem.
PHIL. Sed quid hoc negotî est, modo quæ narravit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut hac ille viva posset animum inducere
Uxorem habere. PAR. Habere autem? PHIL. Eho tu,
an non habet?
PAR. Habet: sed firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ.
PHIL. Ita Di Deæque faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.

per spatium continuum duorum annorum misera illum passa sum. PA. *Per ædem Pollucis, Philotium, opinor te sæpe desiderio Athenarum flagrasse, et consilium hinc discedendi improbasse.* PH. *Verbis exprimi non potest quanta cupiditas me tenebat in hanc urbem revertendi, discedendi a milite, atque aspectu vestro fruendi, ut ex vetusta familiaritate celebrarem vobiscum convivium, nullius voluntati subdita: nam Corinthi non erat mihi facultas loquendi, nisi quæ grata essent militi, prout determinasset, et præscripsisset.* PA. *Non arbitror bene pro tua voluntate militem terminum et modum præfiniisse sermonibus tuis, cum vos loquaces sitis.* PH. *Sed quid rei est? qualia, et quanta retulit mihi hic intus Bacchis? Illud quod nunquam putavi futurum esse, ut Pamphilus posset adduci ut uxorem duceret, dum Bacchis vitam ageret.* PA. *Quid? ais eum uxorem duxisse?* PH. *Eho tu, responde; annon duxit?* PA. *Duxit, sed dubito an sint stabiles hæ nuptiæ.* PH. *Dii Deæque faciant ne sint stabiles, si id utile est Bacchidi: sed quam ob causam, unde istud credam ita esse, scilicet has nuptias non esse firmas?* PA. *Non opus est id*

---

transponunt. *Bæcl.*—12 *Pertuli* duo Mss. *Bæcl.* et sic Br. pro gl. et 'Mss. quidam et editi.' *West.*—14 *Te* Codd. quidam non agnoscunt. *West.*—16 *Et abeundi* Ms. unus. *Bæcl.* Nos conjunctionem *et* demimus ex ratione versus, et fide Bem. et aliorum antiquorum. *Fa.* A nostris quoque abest *et*. Bent. —19 Do. dicit legi et *illi*, pro *illic*: nec stat aliter versus. *Fa.* Nostri *illic*. Bent.—21 *Oratione tua m.* Mss. duo. *Bæcl. orationi tuæ* Mss. et editi nonnulli. *West.*—22 *Hoc* omittit unus apud Bœcl. O. l. s. et Do. *sed quid hoc negotii est.* eliditur autem *d* in *quid*, ut sæpe. *Fa.* Nostri quoque, *quid hoc.* et *quæ narravit.* Bent. *quod* Hel.—24 Ex o. l. s. et Do. ita collocamus, *fore ut ille hac viva.* Fa. Sic et nostri. *Bent.*—25 *Tu* in Mss. quibusdam et edd. deest. *West.*—26 Duo ex nostris codices, *hæc*. Recte; ut evitetur Homœoteleuton. *Bent. hæ* delet Both. *hæc* Perl. e Berol. 2. *Ut non sint* omnes Mss.

PAR. Non est opus prolato: hoc percontarier
Desiste. PHIL. Nempe ea causa, ut ne id fiat palam.
Ita me Di amabunt, haud propterea te rogo,
Ut hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam.
PAR. Nunquam dices tam commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. PHIL. Ah! noli, Parmeno;
Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego, quæ percontor, scire. PAR. Vera hæc prædicat;
Et illud mihi vitium 'st maxumum. Si mihi fidem
Das, te taciturum, dicam. PHIL. Ad ingenium redis.
Fidem do: loquere. PAR. Ausculta. PHIL. Istic sum.
PAR. Hanc Bacchidem

declarare: desine id curiose inquirere. PH. *Nimirum ne id fiat manifestum, quare non sint firmæ. Ita me Dii bene ament, non propter eam causam te interrogo, ut hoc publicem, sed ut tacitam apud me voluptatem capiam, ut in sinu gaudeam.* PA. *Nunquam tam idonee et apte eloqueris ad persuadendum, ut tergum meum in tutelam tuam dedam.* PH. *Ah noli, Parmeno, dicere talia, quasi tu non potius velis hoc mihi commemorare, quam ego, quæ inquiram, inaudire.* PA. *Verum hæc mulier dicit; et istud vitium mihi proprium est, tacere non posse.* PH. *Ad naturam tuam garrulam et loquacem redis.* PA. *Si mihi promittis te celaturam, quod quæris id proferam.* PH. *Promitto me taciturum; narra.* PA. *Audi attente.* PH. *Parata sum ad audiendum.* PA. *Hanc Bacchidem Pamphilus tam vehemen-*

Bæcl.—30 Br. distinguit *palam?* (sic).—31 Hæc varie leguntur in Mss. et edd. *ita me di bene amabunt*, vel *ita me di bene amant*, vel *ita me di amabunt*. Guy. *amassint:* expressi lectionem Mur. et Riv. *West.* Τὸ *bene* non habet Bem. nec Do. sed non stat versus, nisi legas *amabunt*, ex eodem Do. *Fa.* Nostri *bene ament*. Bent. Sic 'Vet. Cod.' *Lind.* necnon omnes apud Bœcl. et Br.—32 *Hæc* Guelf. 1. *hoc* deest in duobus apud Bœcl. et sic Both. *Proferam hoc* C. *mecum ut* Both. tacite.—33 *Numquam dices tam*] Ex o. l. s. *numquam tam dices.* Fa. Sic et nostri. *Bent.*—34 *Ah noli:* sed quid tandem nolle hominem vult? nam hoc sponte intelligi nemo sibi postulet. Donatus: 'Artificiose se fingit audire nolle, ut tacitura credatur, si audierit, quia curiositas signum est loquacitatis. Sic Horat. 'Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.'' Vides grammaticum in suis libris invenisse *nolo*, quod paulo melius: sed verum, ni fallor, *novi:* vid. Eun. 229. *Both.*—36 *Perconter*] Bem. et Vict. *percontor*. Fa. Duo ex nostris *percontor:* ceteri *perconter*. Prius placet. Atque hoc differunt; si *perconter* legeris, tum ordo erit, 'Quam ego volo scire ea quæ perconter;' sin autem *Percontor;* tum hic ordo est, 'Quam ego quæ percontor volo scire hoc.' *Bent.* omnes apud Bœcl. *percuncter.* —37. 38 *Et illud vitium mihi maximum est* duo Mss. Don. Bem. Bas. et aliqui alii ita collocant, *vitiumst maximum*. Fa. Et nostri. *Bent. etsi illud* Br. e pr. m. *et* e 2da. *illuc* Both. tacite, et sic Perl. *Fidem mihi Si das, taciturum* Both. et sic Perl. præter *te taciturum. Ad ingenium redis*] H. e. ad naturalem garrulitatem. Festivius erit, si cum Codicibus quibusdam legas, *Ad ingenium redit:* ut itidem ad spectatores conversa Philotium hæc dicat. Sunt

Amabat, ut cum maxume, tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,
Sese senem esse, dicere; illum autem unicum,
Præsidium velle se senectuti suæ.
Ille primo se negare: sed, postquam acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin' anne amori obsequeretur magis.
Tundendo, atque odio, denique effecit senex:
Despondit ei gnatam hujus vicini proxumi.
Usque illud visum est Pamphilo neutiquam grave,
Donec jam in ipsis nuptiis, postquam videt
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari,
Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo, ibi ejus commiseresceret.
Ubicumque datum erat spatium solitudinis,

ter tunc amabat ut nunquam magis antea amavisset, cum pater Laches eum rogare cœpit, ut uxorem ducere velit, et eum commonefacere de his, quæ ab omnibus patribus solent proponi: sese dicit senectutis onere premi, illum unicum, sine fratribus, velle sibi in senectute esse levamen. Primo Pamphilus recusabat accipere: verum postquam pater vehementius urget, fecit ut animi dubius esset, pudorine et reverentiæ patris, an amori Bacchidis amicæ se dederet; denique crebris hortationibus impellendo, et odiose flagitando senex effecit, quod volebat, stipulatus est ei in uxorem filiam hujus vicini proximi Phidippi Philumenam. Eo usque sponsalia non nimis moleste tulit, quousque in ipso tempore nuptiarum, ubi videt eas mox celebrandas, ibi tandem ægritudine tanta animi cruciatus fuit, ut si ipsa Bacchis præsens esset, non mediocri commiseratione moveretur. In quocumque loco, seorsum ab

---

tamen bonæ notæ libri, in quibus *Ad ingenium redi* legitur. *West.*—40 *Ut cum* omittit Ms. unus, alter pro *ut* habet *et*. Bœcl.—42 Melior hæc lectio præ illa quorundam Codd. *hæc omnia*. West.—43 Br. *se senem esse dicere illum autem esse unicum*, et omnes Mss. apud Bœcler. Ex Bem. ita corrige hunc versum; *Sese senem esse dicere; illum autem unicum.* Itaque in aliquibus libris comperisse se asserit Rivius. *Fa.* Sic Faërnus. Sed male illud *senem* in Thesi occultatur. Unus Regius, *senem se esse.* Repone, *Senem sese esse dicere, illum autem esse unicum.* Omnes nostri *esse* ponunt ante *unicum*. Bent. quem sequitur Perl. et Both. omisso *esse* posteriore; prius *esse* omittit GM. '*Illum autem esse unicum* Mss. plusculi, EP. Junt.' *West.*—45 *Ille primo se negare*] Meliorem collocationem continet Bem. *ille se primo negare.* Fa. Quæ hæc servitus est? unico libro obsequi in mendo manifesto *primo;* cum cæteri ubique codices recte habeant, *Ille primo se negare.* Bent.—46 *Facit* Mss. et editi quidam post EP. credo, quod *instat* præcessit. *West.*—47 *Pudori anne* EP. Junt.—49 *Spondet* unus Ms. apud Bœcl. *gratam ei* Both. tacite.—50 Duo ex nostris *ne utiquam:* et ita semper scribendum: semper

Ut colloqui mecum una posset; Parmeno,
Perii! quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno: perii miser!
PHIL. At te Di Deæque perduint, cum istoc odio, Laches!
PAR. Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum.
Nocte illa prima virginem non attigit;
Quæ consecuta est nox eam, nihilo magis.
PHIL. Quid ais! cum virgine una adolescens cubuerit
Plus potus, illa se abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis; nec verum arbitror.
PAR. Credo ita videri tibi; nam nemo ad te venit,

aliis, solis nobis esse licebat, ut cogitationes suas mihi exponere verbis clam posset; Parmeno, perditus sum, dicebat; quid ego feci assentiendo his sponsalibus? in quod infortunium me præcipitem dedi? non potero tolerare istud malum, Parmeno, perditus sum infelix. PH. *At te Dii Deæque perdant, Laches, cum instanti tua, et molesta sedulitate.* PA. *Ut paucis verbis orationem absolvam, Pamphilus uxorem ducit in domum paternam. Nocte illa prima Philumenam in toro non attigit; altera sequenti, ne magis quidem attigit.* PH. *Quid ais? Adolescens solus cum una virgine plus solito potus cubuerit, et ab ejus tamen amplexibus abstinere sese ille potuerit; non vero consentaneum et probabile ais, neque id verum esse puto.* PA. *Credo te ita judicare, nemo enim te convenit, nisi cupidus amator: ille nolens*

enim primam corripit. *Bent.* quem sequitur Both. et sic GM.—58 Nostri omnes, *Non potero ferre hoc:* quod metro commodius. *Bent.* quem sequitur Both. et sic Br. Perl. unus Ms. apud Bœcl. *hoc ferre malum*, duo *hæc* pro *hoc*.—59 In Mss. et edd. aliis est *Di deæque omnes.* Elegantiam et artificium aperit Donatus, quo magis inficete h. v. expungit Guy. *West.* Ex Bem. et nonnullis aliis libris, legimus *isto;* sunt et aliqui, qui pro *perduint*, habent *perdant:* sane libri scripti Do. aut verbum non habent, aut habent *perdant;* qua lectione versus optime constat: aut *perduint* in spondeum contrahendum. *Fa.* Bene est, quod monuit Fa. plerosque Donati scriptos Codices non habere verbum *perduint.* Præstat sane, ut subaudiatur: nimis inhumane profertur ab ea, quæ non irata sit, neque animo commota. Repone, *At te di deæque cum tuo istoc odio, Laches.* Vide ad Heaut. IV. 6. 7. 'Cum tuo isto invento.' Vel sic fortasse est legendum: *At te di deæque faxint cum isto odio, Laches.* ut Plaut. Most. II. 3. 33. 'Di te deæque omnes faxint cum istoc omine.' 'Faxint' occultius id notat, quod 'Perduint' apertius. *Bent. Perdant* male Bent. omittit, et contra Bem. rescribit *istoc.* Bip. *iste* A. C. *perdant* EP. Both. *perduint* B. Br. at Bent. sequitur Perl. *Cum istoc dolo* Bodl. *hodie* post *odio* Guelf. 1.—60 *Ad pauca ut* jubetur a versu. *Bip.* sic Both. tacite.—63 Codd. quidam *concubuerit*, Bœnd. EA. *concubuerit adolescens.* West. abest *cubuerit* a Guelf. 3. *quid agis—cubuerit* legunt Mss. in Priscian. IX. p. 464. ed. Krehl.—64 Bem. geminat dictionem *se*, ut et versus requirit. *Fa.* Nostri *se.* Bent. *Sese illac* Bip. *potus et illac* Both. *potus sed illa* Hel. *sese illa* Riv. Perl. at Fabric. *se illac:* sed plerique Mss. male *potis se illa*, alii *potuisse illa*, teste editore Cantab. *potis* Br. GM. *se illa* Br.—65 *Neque verum* nostri omnes.

Nisi cupiens tui: ille invitus illam duxerat.
PHIL. Quid deinde fit? PAR. Diebus sane pauculis
Post, Pamphilus me solum seducit foras;
Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet;
Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum,
Sperasse, eas tolerare posse nuptias:
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi ab suis,
Neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.
PHIL. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
PAR. Hoc ego proferre, incommodum mihi esse arbitror;
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii,
Superbum est. Sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
PHIL. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? PAR. Quotidie.

eam uxorem ceperat. PH. *Quid deinde secutum fuit?* PA. *Non ita multo post Pamphilus sine testibus seorsum me ducit extra domum atque narrat ut Philumenam non attigerit, ut, quod ad se pertinet, virgo etiam tum incorrupta permaneat; se antequam eam accepisset uxorem spem habuisse, se in his nuptiis perduraturum; verum neque mihi decorum, neque virgini commodum, et conducibile est, Parmeno, eam, quam constituerim brevi a me dimittere, deludi et frustra haberi, quominus inviolatam et intactam eodem modo reddam, quomodo eam accepi a parentibus.* PH. *Religiosum et castum Pamphili ingenium refers.* PA. *Hoc ego patri meo renuntiare, amorem scilicet Thaidis, non utile mihi esse puto, ne irritem eum: remitti autem virginem ad patrem ipsius, cui nullam culpam filiæ referre possis, fastuosum est: sed spero Philumenam, ubi intellexerit se mecum versari non posse, tandem discessuram.* PH. *Quid interea faciebat? ibatne ad amicam Thaidem?* PA. *Quo-*

Bent. et sic Br. 'et editi post EP.' *West.*—68 *Inde* Mss. quidam et editi. *West.*—70 Tres antiquissimi libri et Bas. *ab se integra.* et infra Vict. *ut accepi ab suis.* Fa. Nostri hic *ab* habent; mox *a suis.* Bent.—71 *Sedque* Codd. quidam præferunt. *West. Sed antequam* Guelf. 1.—72 *Tollere* Ms. Lips.—73 *Set quam decrerim*] *Quam...eam,* ut passim Noster. Nodum igitur in scirpo quærit, qui hic mavult, *Set quum.* Codices Terentiani nusquam *Quum* exhibent, sed *Cum.* Bent. *Decreverim* omnes Mss. apud Bœcl. Br. et GM. pro gl.—74 *Eam* omittit unus apud Bœcl. *eam ludibrio nolo haberi* Junt.—75 Nostri omnes *a suis.* Sed reponendum, *Quin integram itidem reddam ut accepi, suis.* 'Reddam suis, ut accepi.' And. 1. 5. 63. 'Hanc mi in manum dat, mors continuo ipsam occupat: Accepi; acceptam servabo,' et v. 4. 46. 'De uxore, ita ut possedi, nil mutat Chremes.' *Bent.* quem sequitur Both. *A suis* Br.—77 *Et* pro *ac* Guelf. 1. 3.—78 *Ergo* pro var. lect. Br. Ex o. l. s. ita collocamus, *mihi esse arbitror:* et stat versus, si *mihi* monosyllabum sit. *Fa.* Sic et nostri. *Bent. Arbitror'* (sic) Br.—79 Quidam Codd. non agnoscunt *tu.* West.—80 *Ubi cognoverit* Both. at in notis, 'Forte omissum est, versus quidem injuria, *hoc* post *ubi.* quam

Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multo, et magis procax, facta illico est.
PHIL. Non ædepol mirum. PAR. Atqui ea res multo
maxume
Disjunxit illum ab illa, postquam et ipse se,
Et illam, et hanc quæ domi erat, cognovit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.

tidie itabat: sed sicut fieri solet, postquam Thais Pamphilum ab alia possideri muliere, nec adhuc esse suum cognoscit; difficilis, superba, procax, et petulans esse cœpit. PH. *Per Pollucem non mirum, si talis facta est.* PA. *At vero talis malignitas longe maxime illum ab illa segregavit, et avertit, postquam et ipse seipsum et mores proprios, et illam Thaidem quam mala esset, et quam uxor modesta, diligen-*

notam Perl. non intelligere videtur, tacite Bothium secutus.—82 *Quid? interea* distinguit Both. probante Perl. Post h. vs. tristichon inserit Both. quod, 'inepte uti ipsa orationis indoles et ratio demonstrat,' vulgo legitur post 88. Alia Bothii argumenta prolixiora non nostrum est describere. Legit præterea Both. *atque ingenuæ decet* cum Bent.—83 *Postquam illa alienum hunc ab se* Both. quia '*illa* requirit personarum oppositio:' *se* pro *sese* duo Mss. apud Bœcl.—84. 85 Si vera lectio est, mirifica sane verborum collocatio est, cum ordo sit, *Ilico facta est multo magis maligna et procax.* Duo ex nostris codices non habent illud *multo.* Repone, *Maligna magis et magis procax facta ilico est.* Eun. II. 1. 21. 'Magis severus, nec magis continens.' et v. 4. 13. 'Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans.' Nonius tamen, v. Procacitas, *Maligna multo* habet. *Bent.* Multi libri, etiam ex antiquis, pro *atqui, atque,* et Bas. *Fa.* Unus tantum ex nostris *atqui.* Bent. *Multum et magè* Both.—86 *Sese* duo Mss. apud Bœcl. Br. *ipsus sese* Guelf. 1. —88 *Ad exemplum ambarum mores earum existumans*] Sic libri omnes; sed nec versus, nec sententia constat. Guyetus totum, ut ineptum et inutilem, ejiciendum putat. Donatus agnoscit; 'Ad exemplum, quasi ad imaginem et collationem et specimen comparationis.' Sed ad quod, quæso, exemplum? Si dixisset, *Hujus mores ad exemplum alterius;* quid illud esset, intelligerem: sed *Ambarum mores ad exemplum* mera caligo est; nisi, quod sit exemplum, indices. Nimirum hic, ut alias, boni Magistri verbum priscum et παλαιοῦ κόμματος ejecerunt: *Ad amussim ambarum mores earum existumans.* 'Existumare,' ut Heaut. II. 3. 41. 'Copia existumandi consuetudinem vitæ cotidianæ,' est considerare, judicare, expendere. 'Ad amussim' autem et 'Examussim,' idem quod diligenter, accurate, absolute. Plautus Amphit. II. 2. 213. de Muliere: 'Næ ista edepol, si hæc vera loquitur, examussim est optuma.' et Most. I. 2. 19. 'Ædes cum sunt factæ probe, examussim.' et Men. Prol. v. 50. 'Ut hanc rem vobis examussim disputem.' Apuleius Met. II. 'Ceram in modum prosectarum formatam aurium ei applicant examussim.' et IV. 'Thrasyleon examussim capto noctis latrocinali momento.' Festus Pompeius; 'Examussim, regulariter, Amussis enim regula fabrorum est: vel, ut alii volunt, ferramentum quo in poliendo utuntur.' Idem fere habet v. Amussim. Nonius: 'Examussim, dicitur Examinato, ad regulam vel coagmentum: est enim Amussis regula Fabrorum, quam Architecti, dum opus probant, rubrica illinunt.' Sisenna apud Charisium p. 178. 'Amussis est tabula rubricata, quæ demittitur examinandi operis gratia, an rectum opus surgat.' Varro apud Nonium: 'Amussis est æquamen, lævamentum;

Hæc, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta; incommoda atque injurias
Viri omnes ferre, et tegere contumelias.
Hic, animus partim uxoris misericordia
Devinctus, partim victus hujus injuriis,
Paulatim elapsu' est Bacchidi, atque huc transtulit

tius consideravit, et perspexit, ambarum ingenium, comparatione facta examinans: tunc animus ejus uxoris misericordia partim conciliatus, et allectus: partim coactus hujus Thaidis contumelia, sensim se ei subduxit, et amorem suum in uxorem trans-

---

id est, apud fabros tabula quædam qua utuntur ad saxa coagmentanda.' De 'Examussim' hactenus diximus; quod sine dubio adverbium est ab 'Ex amussi' formatum. 'Adamussim,' sive junctim adverbium accipias, sive divisim 'Ad amussim,' utrumque hic convenit. Gellius I. 4. 'Aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, ut judicium esse factum ad amussim diceres.' Sic codices scripti, etiam veterrimus ille in Bibliotheca Regis Galliarum, non ut primus edidit Cario, 'Examussim.' Iterum XX. 1. 'Aut talionem in eo vel ad amussim æquipararent, vel in librili perpenderent.' Macrobius Sat. I. 4. 'Quam ut ad amussim verum sit festorum dierum nomina sic vocata.' Varro de Re Rustica II. 1. 'Si inquam numerus non est ad amussim; ut non est, cum dicimus mille naves isse ad Trojam.' Idem Quæstionum Plautinarum II. apud Nonium: 'Quare, si diligens est ad amussim, per me licet assumes teneo διακον.' Ubi in sententia tam curta tutius forte esset cum Mercero manum abstinere; sed tamen periculum faciam, et fortasse bene cedet. Lego igitur, *Quare si numerus est ad amussim, per me licet assumas γενεθλίακον.* Habes jam sententiam, ut opinor, claram. 'Mores ambarum ad amussim existumans:' judicans, expendens, examinans, exigens ad amussim, accurate, diligenter, scrupulose. *Bent.* 'Bona verborum constructio, similis fere illi ap. Plaut. Trin. IV. 2. 58. ita displicuit Bentl. ut præter rem et Codd. pro *ad exemplum* daret *ad amussim.*' Bip. Conjectura Bentlei an vera sit, dubitamus. *R. D. Ambarum ad exemplum earum mores æstimans* Both. et sane *æstimans* metrum poscit, judice West.—89 'Liberale ingenium' habes Adel. IV. 5. 49. 'Nam ingenium novi tuum Liberale.' Nisi tamen 'Liberali ingenio' pro ipsa Muliere hic accipias, quod opinor nolis, non cohæret cum reliqua oratione. Repono, *Hæc, ita uti liberali atque ingenuæ decet, Pudens, modesta.* 'Decet' cum Dativo passim: 'Ita nobis decet:' Plaut. Amph. II. 2. 187. 'Nostro generi non decet.' Phor. I. 3. 16. 'Ut ne addam; quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es.' 'Ingenua' opponitur Meretrici: quales fere semper Manumissæ aut Peregrinæ. *Bent. Ingenio esse* omnes Mss. *Bæcl.*—93 Mss. et vett. quidam impressi post EP. et EA. *devictus*, et ita Hul. in duobus Leidensibus *devictus*, suprascripta *n.* West. Don. *παρόμοιον* esse dicens in verbis legisse videtur *devictus*, ut in Mss. ejus et Codd. editisque Ter. legitur, quos sequuntur Heins. Dacier, &c. *Bip. Hujusce* Guelf. 3. et unus e Mss. Bœcl. omnes ibi *injuria.* Omnes fere l. s. et in iis antiquissimi, *hujus*, quod in unam syllabam contrahendum est. *Fa.* Nostri quoque *Hujus;* et præterea universi cum Edd. vett. *injuria*, non *injuriis*, ut nescio unde dedit Faërnus. 'Injuria' hic non est singulare aliquod factum, sed universim id quod *Injustitia.* Lucret. V. 1151. 'Circumretit enim vis atque injuria quemque.' *Injuria* G. EM. Both. Br. Perl. 'libri quidam Mss. et impressi in quibus est EP. *injuria.* Et laudat *ὁμοιόπτωτον* F. Fabricius.' *West.*—94 *Elapsus est Bacchide* unus e Bœcl. alter *elapsus Bacchide*

Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horunc: ea ad hos redibat lege hæreditas.
Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre hic uxorem; nam senex
Rus abdidit se; huc raro in urbem commeat.
PHIL. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
PAR. Nunc audies. Primo dies complusculos
Bene conveniebat sane inter eas. Interim

tulit, postquam ingenium suo congruens et conforme reperit. Interea dum hæc geruntur, senex quidam ex eorum cognatione vita decessit in Imbro insula, cujus legitimi erant hæredes: eo Pamphilum uxoris amore captum, pater nolentem ad eundum compulit. Hic vero uxorem cum matre reliquit; nam senex seorsum ab hominibus secedens rus se contulit: huc raro Athenas remeat. PH. *Quid huc usque dixisti, ex quo infirmas istas esse nuptias demonstrares?* PH. *Nunc audies; primo aliquot dies concorditer certe inter se vivebant Sostrata et Philumena: repente hæc*

est. Bodl. Ms. Lips. *Bacchide*, Bœnd. EP. EA. *a Bacchide*; '*elapsus est a Bacchide* V. C.' *Lind.* et Br. Bem. *huc*, perspicue melius. *Fa.* Nostri *huic*. Sed recte *huc* III. 1. 18. 'Vixque huc contuleram.' Bent. *Huic* Bip. Br. et GM. cum gl. *Pamphilæ*. ''huc' præstat præ *huic* aliorum Codd.' *West.*—97 *Horum* Mss. duo e Bœcl. *horum* Mss. quidam et impressi vett. contra leges senarii. *West. Horunce ad hos ea*, est in Bem. ita versus melius procedit: in Vict. *horunc* etiam scriptum fuisse conjicio; nam *m* in litura est; quod vero sequitur *redibat*, omnes antiqui libri, et quidam ex recentibus, itemque Donatus habent, *rediebat*. Fa. *Horum* omnes nostri: *ea* in octo deest; non incommodo, si *rediebat* legeris. Sed Bem. alio ordine *Ad hos ea;* et ex nostris duo *rediit*. Quare sic etiam legas; *Horunce: ad hos ea rediit lege hereditas.* Sic And. IV. 5. 4. 'Hujus morte ea ad me lege redierunt bona.' *Bent. Rediit* Both. Perl. *horum ad* sine *ea* Br. Bodl. at Bœnd. Ms. Terentii et Donati et EA. *horum ad hos redibat per legem. horunce* Z.—99 *Reliquit* Bodl. et 'R. et V. C.' *Lind.* Ex iisdem libris Bem. et Vict. et ex Don. lego *Relinquit.* ita et St. impressit. *Fa.* Donatus: *Relinquit*: Legitur *Reliquit.* Nostri omnes *Reliquit.* Et præterea pro *Reliquit cum matre hic uxorem*, ubi *matre* in Thesi mergitur; duo ex nostris notæ primariæ, *Reliquit hic cum matre uxorem.* Bent. et sic Both. Perl.—100 *Ruri* Guelf. 3. '*sese* nostri universi.' *Bent.* qui vult *abdit*, et *sese* Br. GM.—102 *Primom* EP. In Bem. erat *primos dies compl.* postea *s* deleto, remansit *primo*, quod habuit et Vict. *Fa.* Nostri omnes *primum.* Ex Bem. *primos* repone, *primo hos dies compluscules.* Ita passim, 'Aliquot hos dies,' 'Hosce aliquot dies,' &c. *primum* Bip. Br. *plusculos* Priscian. III. p. 126. teste Krehl. in edd. Ven. 1. 2. —103 *Convenibat* unus ex Regiis: et sic scribendum. *Bent.* Sequitur Both. *eos* Guelf. 3. *inter eas sane* duo Mss. *Bæcl. interim hæc* Both. quia abesse *hæc*

NOTÆ

96 *Interea in Imbro moritur*] Imbrus maris Ægæi insula est. Sophianus *Iambro* vocat.

103 *Interim Miris modis odisse*] Fallitur Parmeno, cum non odio socrus, sed pudore, simultatem adversus socrum Philumena simulavit.

Miris modis odisse cœpit Sostratam:
Neque lites ullæ inter eas, postulatio
Nunquam. PHIL. Quid igitur? PAR. Si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu illico;
Videre nolle: denique, ubi non quit pati,
Simulat se a matre arcessi ad rem divinam: abiit.
Ubi ibi est dies complures, arcessi jubet.
Dixere causam tunc, nescio quam: iterum jubet:
Nemo remisit. Postquam arcessunt sæpius,

cœpit illam mirum in modum odio habere; neque tamen ulla jurgia inter eas erant, nullæ querelæ, et accusationes. PH. *Quid igitur fuit?* PA. *Si quandoque Sostrata convenerat Philumenam colloquendi causa, continuo hæc se illius oculis subripiebat, nolebat eam intueri. Denique ubi non potest socrum tolerare, fingit Philumena, se a matre Myrrhina vocari ad sacrificium faciendum. Ubi multos dies illic moratur Sostrata eam advocari mandat; causantur nescio quid. Iterum advocatur: non remittitur. Postquam sæpius eam accersi vident, ægritudine et morbo fingunt*

salvo sensu non potest.—104 Cledonius p. 1915. 'Odi, temporis præteriti perfecti est: nam Terentius: *Miris modis odisse aiunt adolescentem Sostratam.*' Vide an ex hoc mendoso Cledonii loco reponendum hic sit, *Miris modis odisse adulescens Sostratam.* ut 'Cœpit,' vel simile ex more subaudiatur: 'Adulescens' autem de muliere, ut infra IV. 4. 39. de hac ipsa, et itidem de Phanio 'Adulescens mulier.' Phorm. V. 3. 11. Quin et absolute And. III. 2. 8. 'Cumque huic est veritus optumæ adulescenti facere injuriam.' 'Odisse,' ut mox v. 107. 'Fugere e conspectu ilico, Videre nolle:' ubi non commode subintelligas, 'Cœpit.' *Bent.* A. *miris modis Philomena.* Hel. *miris Philomena modis*, et post *cœpit* addit *Philumena* pro gl. Br.—105 *Lites erant ullæ* omnes e Bœcl. et Vet. Interp. pro gl. *erant*. pro *inter eas* Both. *interea.*—106 *Quid agitur* Ms. Lips.—107 *Illico e conspectu* EP.—108 *Videre nolle.* Hæc si cohærent superioribus, *Fugere e conspectu*, omnino legendum videtur, *Videri nolle.* Si vero *Videre* defendimus, sermo ita ordinandus videtur: 'Si quando Sostrata accesserat ad Philumenam confabulatum, hæc fugere e conspectu; si quando Philumena arcesseretur ad Sostratam confabulatum, videre nolle. Denique ubi non quit pati vel invisentem vel arcessentem socrum, simulat, se ad matrem arcessi.' Quo sensu 'Videre' notat invisere. *West.* *Nequit* duo Mss. e Bœcl. 'in quibusdam Mss. et edd. post EP. EA. est *non quivit;* dixit autem absolute *non quit*—Donat. non cepit.' *West.* 'Non quivit Ms. R.' *Lind.*—109 Bem. pro *a matre*, habet *ad matrem:* et pro *abiit, abit:* utrumque placet. ita habebat et Vict. postea emendatum fuit in lectionem vulgatam. *Fa.* Nostri omnes, *a matre.* Bent. *Ad matrem* Bip. Both. Perl.—110 *Ubi illi est d. c. a. hæc j.* Both. '*Ubi ibi est dies:* ita versus constat; alii tamen cum Don. *ubi illic dies est.*' West. *Compluscules* Mss. duo. *Bœcl.*—111 Integer hic versus abest a Ms. Lips. *West.* deest et in Guelf. 1. Nostri omnes *tunc causam.* Ejice illud *tunc* vel *tum;* quod et versum gravat, et sedem incertam habet, et sententiæ nihil confert. *Bent.* *Tunc causam* duo Mss. e Bœcl. Br. *causam*

NOTÆ

107 *Fugere e conspectu*] Utpote quæ caveret gravida intelligi. *Delph. et Var. Clas.* *Terent.*

Ægram esse simulant mulierem. Nostra illico
It visere ad eam: admisit nemo. Hoc ubi senex
Rescivit, heri ea causa rure huc advenit:
Patrem continuo convenit Philumenæ.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio;
Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet.
Habes omnem rem: pergam, quo cœpi hoc iter.
PHIL. Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite
Me esse illum conventuram. PAR. Di vortant bene
Quod agas! PHIL. Vale. PAR. Et tu bene vale, Philotium.

mulierem detineri: nostra hera Sostrata statim it eam visum, nullus intro duxit ad Philumenam. Hoc postquam senex Laches inaudivit, heri ob hanc causam e prædio huc remeavit, patrem continuo Philumenæ Phidippum adit. Quid rei inter eos actum sit adhuc ignoro: præter quam quod valde solicitus sum et curo scire, quem eventum hæc res habitura sit. Nunc accepisti ex hac narratione, quod audire petisti. Persequar iter inceptum ad portum. PH. *Et sane ego quoque; nam indixi cuidam amatori advenæ tempus, quo ad illum venirem.* PA. *Dii velint bene evenire, feliciter cedere, quicquid actura sis.* PH. *Vale.* PA. *Et tu quoque Philotium.*

tum Perl.—112 *Accersivit* unus Ms. e Bœcl. *accersita est* Argentor. apud Bœcl. 'Aliquot ex nostris, *accersivit;* inde ex scripturæ similitudine natum *accersunt.* Sed recte duo ex nostris *accersit.*' Bent. quem sequitur Both. Perl.—114 *Visere eam* in textu, at *ad eam* pro var. lect. Br. Citat h. l. Macrob. (p. 744. ed. Lips.) *Lind.*—115 *De rure* EP.—118 *Curæ mihi est* duo Mss. *Bœcl.* et EP. 'alii Codd. *curæ scire mihi est.*' West. Et sane *mihi* pro gl. Br. *mihi siet* Guelf. 2. *hoc* in quibusdam Mss. et impressis non legitur. *West.* —119 *Pergam ego* Guelf. 3.—120 *Equidem* Br. *constituit* EP.—122 *Quid* GM. vitiose. *Perl. Parmeno* post *vale* Guelf. 2. '*Ph. bene vale* Ms. Lips. *et tu bene, Philotium* Bœnd. EP. in aliis *et tu bene vale Philotis.*' West.

ACTUS II. SCENA I.

LACHES. SOSTRATA.

LA. PRO Deum atque hominum fidem! quod hoc genus est? quæ hæc est conjuratio?

LA. *Proh Deum, atque hominum fidem! quale est hoc genus mulierum? qualis*

1 O. l. s. et Donatus geminat verbum *est, quæ hæc est conjuratio.* Est

Utin' omnes mulieres eadem æque studeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias?
Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus:
Viris esse advorsas, æque studium est; similis pertinacia est;
In eodemque omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.
Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.

hæc est inter eas conspiratio, et confœderatio? ut hæ omnes easdem res velint, et studiose pariter affectent; neque ulla inveniatur quæ deflectat, et recedat ab aliarum natura: adeo valde simili animo, omnes quotquot sunt socrus odio nurus suas prosequuntur: viris adversari similis voluntas, et conatus; similis pervicacia, et mentis obstinatio est. In eadem schola arbitror illas eruditas esse ad malefaciendum. In hac schola, si usquam ea est, magistram hunc Sostratam uxorem meam esse minime

autem extrema pars octonarii Iambici, qui, abjecto *d* ex *quod*, bene procedit. *Fa.* Sic et nostri. *Bent. est* posterius omittit Delph. *Fidem quod genus hoc est? ecquæ hæc* Both. In B et Hel. *et quæ*, pro quo Bo. *ecquæ*, unum pro altero valere existimans. Sed non tam quæstio est de utriusque significatione æquali, quam de eo, utrum eorum scripserit Poëta. *Perl.*—2 Concitatius est, quemadmodum legitur in Bem. et Vict. *utin omnes.* Fa. Nostri *Ut.* Lege, *Utne. Utin* hic nequit consistere, quia ultimam semper producit. *Bent. Utin'* tamen West. Bip. Perl. *ut* Delph. Z. Bo. Br. in textu GM. *velint*, in marg. al. *nolint.*—4 *Itaque uno animo adeo* duo Mss. apud Bœcl., unus *ita adeo uno animo;* hunc et sequentem versus transponit Bo. transpositosque sic legit *Viris advorsari æque studium est, similis pertinacia est; | Itidemque adeo unanimo omnes animo socrus aderunt nurus.* 'Hunc versum, qui toto pede deficit, ambiguitate laborat, et filum orationis interrumpit, spurium esse censeo. Nam cum crimen aliquod commune *omnium mulierum* proferatur, male hic repente accusantur *socrus.* Atque si omnium est idem studium; qui fit, ut *nurus* et *socrus* tantopere inter se discrepent?' Ita Zeun. abbreviat Bent. 'Perinde est, quomodo hanc amphiboliam, quæ videtur e conjunctis esse, exponas, sive *socrus omnes* iniquas esse (in nurus), ut Sost. ait sc. 3. 4. sq. sive *nurus omnes* odium capere socruum (ut iniquarum) quomodo Laches mox v. 22. et Sost. v. 38. verbo utitur. Nulla inde est in sensu ambiguitas, quam inutiliter quærunt Donatus ad hunc locum, et Hieronymus adversus Jov. XXIX. pag. 191. et in Micheam VII. pag. 1550.' *Bipont.* Ambiguitas, de qua Bent. queritur, versum reddit venustum, judice Perl.—4. 5 *Viris | Esse* Delph. Bip.—5 In *viris s* abjicitur, ut stet vs. *Fa.* Laborat hic versus; aut primam in *adversas* corripit, aut secundam in *Viris:* quorum neutrum ex more; et si posterius eligis, totum in Thesi latebit *Viris;* quod tamen præcipue est efferendum. Repone, *Viris adversari æque studium est.* Infra II. 2. 29. 'Non possum adversari meis.' et IV. 4. 32. 'Reduc uxorem, ac noli adversari mihi.' Plautus Cas. II. 2. 32. de uxore et viro: 'Noli sis tu illi adversari,' et II. 3. 35. *Bent. Æque* deest in Guelf. 3.—6 *Eodem mihi omnes* duo Mss. e Bœcl. unus *eodem omnes videntur mihi*, Bo. *in eodem mihi videntur omnes.* Hel. *eodem* pro *eodemque.*—7 *Et ei ludo* omnes apud Bœcl. Bembinus non habet conjunctionem *Et.* Fa. Nostri omnes perperam, *Et ei ludo.* Sed aliud hic quærendum: Quorsum, quæso, jam dubitat, *Si ullus est ludus?* cum præcedente versu ludum talem esse, ut notum et compertum sumpsisset. Hæc

So. Me miseram, quæ nunc, quamobrem accuser, nescio!
LA. Hem!
Tu nescis? So. Non, ita me Di bene ament, mi Laches!
Itaque una inter nos agere ætatem liceat. LA. Di mala
prohibeant!
So. Meque abs te immerito esse accusatam, postmodum
rescisces. LA. Scio.

dubito. So. *O me infelicem! quæ nunc ignoro, qua de causa nunc maritus me accuset.* LA. *Hem! tu nescis?* So. *Non equidem, ita Dii mihi sint propitii, mi conjux, nobisque concedant una vitam ducere longissimam.* LA. *Dii meliora velint, et mala avertant.* So. *Meque nullo meo merito posthac a te accusatum cognosces.* LA. *Nullo*

non belle conveniunt. Sed aliud dederat Auctor, *Ei ludo, si ulla sit magistra, hanc esse satis certo scio.* De ludo nullus dubitat; de magistra dubitandi causa bona erat: an cuiquam Magistræ obtemperare vellent; an omnes æquales esse mallent, aut *πολυκοιρανίαν* instituerent. *Bent.* quem sequitur Both. *et* ad finem vers. præeuntis est in Delph.—9 *Non* unus e Bœcl. omittit; alter, *non* servato, *bene* omittit; Argentor. *non ita mi dii ament Laches:* 'in omnibus Mss. non comparet *non*, quanquam sine metri damno abesse nequit.' *West.* Non fere invenias librum, in quo sit *bene;* sed nec Don. eam habet, qua demta oportebit sustentare versum, qui est senarius, vel applicando ei ultimam particulam versus præcedentis, vel producendo posteriorem syllabam in *ita.* Fa. *Me miseram, quæ nunc, quamobrem accuser, nescio. Hem, Tu nescis? Non, ita me di ament, mi Laches.* Sic versus constituit Fa. quorum posteriori deest syllaba; quam frustra ille pensare studet, vel applicando vel producendo. Cur autem senarii hi inter septenarios veniunt, nulla de causa, cum metrum non postea immutetur? Repone, *Me miseram quæ nunc quamobrem accuser, nescio.* LA. *Hem, tu nescias?* So. *Ita me di bene ament, mi Laches.* Est septenarius cum clausula; ut passim. *Nescias* lego, pro *Nescis.* Semper enim in repetitione ex Indicativo Subjunctivum faciunt. Illud autem *Non* septem e nostris omittunt: *bene* tres tantum habent. Nimirum olim inter correctores hic factio erat. Qui *Non* in textum asciverunt, jubente ipso versu ejecerunt *bene:* contra quibus *Non* displicebat, versus gratia receperunt *bene.* Inter priores Donatus erat: '*Non: ita me di ament*] Animadvertendum,' inquit, 'veteres non minus *εὐφημισμὸν* in verbis, quam *κακόφατον* neglexisse.' Hoc ideo annotat, quia junctim quis efferre possit, 'Non ita me di ament.' Sed si *Non* huc inducas; etiam aliud *neglexerit* Terentius. Qui enim ad 'Tu nescias' respondet 'Non,' idem dicit quod 'Scio.' *Bent.* quem sequitur Both. 'Be. delenti *non* assentior. Nam responsio, quæ per 'non' efferatur, interrogationi 'tu nescis,' Latine non congruet. Atque We. *non* in suis Mss. non vidit.' *Perl. Bene* omittit Br. '*Ita me Di bene ament! mi Laches*] Hæc absunt a Tr. Faërnus autem dicit, non fere inveniri librum, in quo sit dictio *bene;* sed nec Donatum eam habere. Est autem in M. sed et reperi in Hul. unde et ediderunt Aldus, St. aliique ætate suppares.' *West.*—10 *Atque ita* Guelf. 3. pro *una* Br. exhibet var. lect. *hanc.*—11 *Esse* deest in omnibus apud Bœcl. 'Libri quidam *postmodo* præferunt.' *West.* Bem. *post modo* habet, ut et exigit versus; in quo correpta extrema hujus dictionis syllaba, ut apud Ovidium, 'Post modo si perges:' est anapæstus in sexta. *Fa.* Nostri omnes mendose *postmodum.* Sed aliud specta: quorsum pertinet illud *Scio?* Aut quomodo irato seni convenit? quis non videat 'Te immerito' orationem inchoare? Repone, ut Sostratæ hoc detur, *Meque abs te inmerito esse accusatam postmodo rescisces, scio.* 'Scio' cum Indicativo sequente, ut passim: Adel. IV. 1. 10. 'Jam huc recurret, sat scio.' *Bent.* quem sequitur Both. improbat

Te immerito? an quicquam pro istis factis dignum te dici potest,
Quæ me, et te, et familiam dedecoras, filio luctum paras?
Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis;
Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.
Tu sola exorere, quæ perturbes hæc tua impudentia.
So. Egone? La. Tu, inquam, mulier, quæ me omnino lapidem, non hominem putas.
An, quia ruri crebro esse soleo, nescire arbitramini,

tuo merito? quæ me, quæ te, et familium ignominia afficis? et filio luctum, et mœrorem quæris? quin etiam causa es, cur affinitate nobis juncti, ex amicis inimici nobis reddantur, qui filium nostrum tanti duxerunt, ut ejus fidei suos liberos tuendos darent. Tu sola reperta es, quæ has perturbationes afferas pervicacia tua. So. *Egone?* La. *Tu, inquam, mulier ipsa hæc facis, quæ me omnino saxum sensu privatum, non hominem esse arbitraris. An quia frequenter ruri sum in prædio, idcir-*

Bip. Cum Bent. aliquatenus consentit West. 'Aut secum hæc dixit Laches, aut languet vox, ne dicam, absurda est. Qui scire se diceret senex, immerito a se accusari uxorem, quam eodem tempore meritissimo jure accusari affirmat? Et sunt Codices, in quibus τὸ *Scio* non legitur. Quid vero, si Sostratæ tribuatur? ut hic sit verborum ordo: *Meque abs te immerito esse accusatam postmodum rescisces, scio.* La. *Te immerito?* Idem Guyeto placebat.' *Scio?* (sic) Br. pro v. l.—13 Bem. *et familiam omnem dedecoras:* versu etiam non repugnante. *Fa. omnem* ex Bem. addidit Fa. 'versu,' inquit, 'non repugnante.' Miror, qui vir, sic satis metrorum peritus, hoc dicere potuerit. Omnes nostri, non minus quam versus ipse, repudiant. Quin et ipsa sententia abnegat. Si enim 'Omnem' dicis, servos dicis et ancillas; ut Adel. v. 7. 12. 'Traduce et matrem et familiam omnem ad nos.' An igitur et famulitium dedecorat Sostrata? Immo 'Familiam,' Genus scilicet et Majores. *Bent.* 'Libri quidam præferunt, *omnem familiam.* Quod tamen plerique Mss. non agnoscunt, neque Hul. nec EP. In Bodl. a prima manu erat, *Fabulam dedecoras.*' West. *f. omnem* Bip.—14 *Tu autem* Mss. omnes apud Bœcl. *factis* Br.—15 *Decreverint* duo Mss. apud Bœcl. unus *decreverunt*, et sic GM. Br.—16 *Tu sola exorere*] 'Hul. *Exhorrore.* Aldina editio, anni 1521. *Exhorrere.* Utrumque barbare. Mss. Leidenses tres, *Exorrere.* Unde conjiciebam legendum, *Exoriere:* quod ἐμφατικώτερον videtur cum indignanti interrogatione expressum.' *West. exoreris* Br. e pr. m. Tres ex nostris, et pro varia lectione quartus, *inprudentia.* Recte; neque enim versus amat in ea sede Trochæum; neque Laches eo procedit, ut moratissimam uxorem 'Impudentiæ' accuset. 'Imprudentia' etiam bono marito, si iratus sit, convenit, ut Heaut. IV. 1. 20. *Scio, te inscientem atque inprudentem dicere ac facere omnia.* 'Impudentia' vero non est humani viri dictum erga uxorem. *Bent.* Non placet. *Perl.*—17 *Ah egone* omnes apud Bœcl. Guelf. 1. *tu inquam ego* M. Versum hunc ita invenias in plerisque libris scriptis: So. *Egone?* La. *tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem non hominem putas.* Et stat optime hic octonarius, si primam ejus syllabam præcedenti attribueris: sane etiam Don. legit, *non hominem putas.* Fa. *Egone? Tu inquam mulier.* Sic dedit Faërnus: sed misere metro providet, cum *E* superiori apponit, et hunc a *gone* inchoat.

Quo quisque pacto hic vitam vestrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt, quam illic, ubi sum assidue, scio:
Ideo, quia, ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
Jampridem equidem audivi, cepisse odium tui Philumenam;
Minimeque adeo mirum; et, ni id fecisset, magis mirum foret.
Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odisset domum:
Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At vide, quam immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te, Sostrata.

co ignorare putatis, quomodo singuli in urbe domi vitam traducatis? Melius absens scio, quæ hic fiunt in urbe, quam ea quæ fiunt ruri, ubi continue præsens ago. Ob eam causam, quod qualis vita vestra domi agitur, talis fama et æstimatio mea est ruri. Jamdudum auditione percepi Philumenam nurum nostram concepisse odium tui; nec valde id mirandum est: imo nisi ita fecisset, majori admiratione esset dignum: sed non in animum induxi, eam adeo commotam fuisse, ut etiam totam hanc familiam odio haberet. Quod si de hac re certior factus fuissem, illa in hac domo permaneret; tu foras dimissa fuisses. Sed considera, quam sine causa hæc animi molestia mihi ex te nascitur, Sostrata. Rus in prædium ad habitandum me

Repone, ut passim *Egon* corripitur, *Egon. Tu inquam mulier.* Bent.—18 Sentis, opinor, quam inconcinne *ruri* posteriorem acuat, *crebro* autem in Thesi lateat. Duo nostri vetustissimi cum uno ex Regiis, *An quia ruri esse crebro soleo.* Bent. *esse crebro* Br. Perl. Bo. *nescire me* GM. glossam sapit Perl. et sane *me* pro gl. Br.—19 *Quisquam pacto* Mss. duo Bœcl. Bem. *vestrarum.* Fa. Sic et duo Meadiani, *vestrarum*: ceteri omnes *vestrorum*, atque etiam Donatus. Recte; 'Vestrorum' pro 'Vestrum,' ut tam mares, quam feminas concludat. *Bent. vostrarum* Bip.—20 Sic Fa. dedit; et sic Codd. Sed recte Muretus *illi* pro *illic*, versu ipso exposcente. Et frustra est, qui ex Plauto patrocinari vult tam aperto errato. *Bent. illi* Both. et probat Fabric. Post *scio* in Guelf. 2. sequuntur, si recte legerim hæc, *de vobis curam ago*, quales *vos habitus superque vester erit.* Quæ verba esse pro gl. satis existimo habenda. *Perl.* Et sane Br. pro gl. 'de vobis curam habeo.'—21 *Ideoque* Guelf. 1. *adeoque ut* Both. *Ideo quia* 'Leidensium unus, M. et Hul. legunt. Ita et veteres quædam editiones. Tr. *Ideo, quod.* Si vero legas *quia*, habebit hic versus honestam excusationem curiositatis in Lachete, quare scire velit, qua ratione vitam uxor cum nuru domi exigant, quia scilicet ab earum consuetudine domestica pendeat sua fama foris.' *West.* Unus ex nostris, *mihi eritis domi.* Alter, *domi mihi eritis.* Hoc recte: quippe *Domi* in ictu esse debet; et ultimam passim corripit. *Bent. Fama* delet Goveanus probante Fr. Fabric. *pro Fama* v. c. *foris?* Lind. In Br. ad *foris?* est scriptum sic 'vel;'—25 *Hinc manere* M. *potis* Ms. Lips. suprascripto *potens; hic*

Rus habitatum abii, concedens vobis, et rei serviens;
Sumtus vestros otiumque ut nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens, præter æquom atque ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, ne quid ægre esset mihi? 30
So. Non mea opera, neque pol culpa evenit. La. Immo maxume.
Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa sola, Sostrata.
Quæ hic erant, curares, cum ego vos solvi curis ceteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias, non pudet?
Illius dices culpa factum. So. Haud equidem dico, mi Laches. 35
La. Gaudeo, ita me Di ament! gnati causa; nam de te quidem,
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
So. Qui scis, an ea causa, mi vir, me odisse assimulaverit,
Ut cum matre plus una esset? La. Quid ais? non signi hoc sat est,

contuli, concedens vobis ut in urbe essetis, rei faciendæ, et augendæ dans operam, ut facultates nostræ, quæ sunt mediocres, sufficerent vestris sumtibus, et vitæ otiose ducendæ, labori assidue incumbens, cum æquius esset vos id facere, et me, qui senectute infirmus sum, quiescere. Nonne pro his meritis, ingenti cura studere debuisti, ne ulla molestia mihi exhiberetur? So. *Per Pollucem non meo studio, neque culpa accidit.* La. *Imo maxime per te id factum est. Sola domi fuisti, quæ familiam regeres: in te sola omnis culpa sita est, Sostrata. Domesticæ rei curam habere debuisti, cum ego vos liberavi aliis solicitudinibus, et alimenta paro ex cultura agri. Nonne erubescis pudore, inimicitias te vetulam cum puella exercere? illius merito respondebis id evenisse?* So. *Non sane dico culpa factum puellæ, mi Laches.* La. *Filii mei gratia gaudeo, ita mihi Dii faveant, cum talem habeat uxorem, quam nec inimici accusare possint: nam quod ad te attinet, quantumvis pecces, nihil damni inde eventurum satis certo scio.* So. *Quid si me idcirco, mi marite, odio persequi præ se tulerit, ut cum matre sua crebrius conversaretur?* La. *Quid*

omisso, legit *abisses* Guelf. 3.—27 *Re* Both.—29 *Æquum et* duo Mss. *Bæcl.* —31 'M. et EP. *venit*, quod laudat Riv.' *West.*—33 'Emphatice legit M. *Sola quæ hic*, voce 'sola' tertium repetita.' *West. A curis* duo Mss. e Bœcl. et sic Br. e gl. Quinque ex nostris, *a curis.* Ex Regiis unus, *ego solvi curis vos ceteris.* Dedit auctor, suo more, *Cum ego vos curis solvi ceteris.* Bent.—38 *Odisse se* omnes Mss. apud Bœcl. et sic Br. Bodl. Lips. EP. *odisse se* omisso *me* M.—39 Lib. antiq. *una plus.* Perl. *Plus una.* Ita collocatur in antiquis Bem. et Bas. et Do. *Fa.* Nostri quoque, *plus una esset.* Bent. Bem. et alii antiqui ita habent, *non signi hoc sat est.* Fa. Nostri partim habent *hoc*, partim abnegant. *Bent. Hoc* duo Mss. e Bœcl. Br. Bodl. EP. omittunt.—40

Quod heri nemo voluit visentem ad eam te intro admittere?
So. Enim lassam oppido tum esse aiebant: eo ad eam non admissa sum. 41
La. Tuos esse ego illi mores morbum magis, quam ullam aliam rem, arbitror;
Et merito adeo; nam vostrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere uxorem; et, quæ vobis placita est conditio, datur.
Ubi duxere impulsu vostro, vostro impulsu easdem exigunt. 45

dicis? nonne satis clarum indicium est, eam te vere, nec simulate odisse, quod hesterna die nullus ex familia voluit te, visendi eam gratia venientem, intro domum excipere? So. *Certe non admissa sum, quia tunc eam dicebant ægritudine animi languentem, et defatigatum esse.* La. *Magis opinor eam ægrotam esse propter morosam tuam consuetudinem, quam propter aliam causam; et merito admodum, nam vestrum nulla existit, quæ non cupiat filium suum uxorem accipere; et quæ virgo vobis probata est, ea in matrimonium filio datur: postquam ducta est hortatu vestro, vestro hortatu, divortio ejicitur.*

Te ad eam M. Ste. Ald. '*admittere* legendum non *intromittere* vel ex III. 1. 49. patet; *introducere* EP.' *West.* 'Al. *intromittere.*' Perl.—41 *Esse oppido tum* Mss. duo e Bœcl. unus *eam oppido tum* sine *esse*, et in Guelf. 3. *esse* abest. Non male videtur addi posse verbum *esse*, ut in Bem. *enim lassam oppido tum esse aiebant:* nec versus repugnat, si *oppido* sit dactylus, ut 'ilico:' sed utramvis lectionem sequare, prima hujus versus syllaba ad præcedentem pertinet versum: sunt autem trochaici; sane et in aliis antiquis legitur, *Enim lassam oppido aiebant tum esse.* Fa. Sic Fa., neque tamen opus est, ut aut *oppido* dactylus sit, aut prima versus syllaba præcedenti apponatur: modo, ut est, *aiebant* disyllabon sit. Nostri plerique, *Enim lassam eam oppido tum aiebant.* Festus Pompeius: 'Adfatim, dictum a copia fandi, sive abundanter.' Livius: 'Adfatim edi, bibi, lusi.' Terentius 'Adfatim' dixit pro eo quod est, ad 'lassitudinem.' Hodie *Adfatim* apud Terentium non exstat. Et nihil propius est, quam ut censeas *oppido* a Magistris pro *adfatim* suppositum: nam *Lassam adfatim* est quod Festus dicit, *Adfatim* apud Terentium pro 'ad lassitudinem' esse. *Bent. Lassam enim oppido* Both. *eam lassam enim oppido* Bodl. *læsam* A. *lassam eam oppido* Br. M. EP. ad *enim* notat Perl. 'Solet hac particula Plautus in initio sententiæ uti, etiam Liv. 23, 45.' simile quid West.—42 *Ego ullam* desunt in M. laudat Fa. *ego* e Bem. et videtur gravius dictum. *West.* E Bem. interponimus pronomen *ego; tuos esse ego illi mores;* nec repugnat trochaicus, si *tuos* monosyllabum sit: *illi* vero priorem corripiat, uno l abjecto, ut sæpe alibi. *Fa.* A nostris abest *ego.* Utroque modo *tuos* monosyllabon erit. *Bent. Tuos ei mores esse ad morbum* Both. Abest *ego* ab nonnullis, male. Perl. *Ad morbum* omnes apud Bœcl. et A. *magis* desideratur in R. *Lind.*—43 *Et merito adeo* desunt in Guelf. 3.—44 *Et lex* Guelf. 1. *Both.* Guelf. 3. *Perl. dari* Both.—45 *Duxere* in textu, pro v. l. *duxerit* Br. *vestro impulsu* semel Guelf. 3.

ACTUS II. SCENA II.

PHIDIPPUS. LACHES. SOSTRATA.

PHID. Etsi scio ego, Philumena, meum jus esse, ut te cogam,
Quæ ego imperem, facere ; ego tamen, patrio animo victus, faciam,
Ut tibi concedam ; neque tuæ libidini advorsabor.
LA. Atque eccum Phidippum optume video : ex hoc jam scibo, quid siet.
Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse apprime obsequentem, 5

PH. *Quamvis sciam ego, Philumena, in mea potestate esse, te compellere ea facere, quæ tibi præcipiam ; ego tamen, patrio affectu coactus, nunc imperabo mihi, ut tibi obsequar, neque tuæ immoderatæ cupiditati reluctabor.* LA. *Ecce, hic Phidippus est. Opportune hunc reperio. Ex eo jam sciam, qui fit, cur ejus filia a nobis discesserit. Phidippe, quamvis me sentio inprimis esse facilem erga omnes*

1 *Ego* habent Mss. duo. *Bœcl.* Ex o. l. s. et Don. addimus pronomen *ego*. Fa. Et nostri omnes, *ego*. Bent. *esse jus meum* Both.—2 Iambicus est tetram. catalect. qui bene procedet, et habebit Iambum in quarta, si duos proceleusmaticos admiseris, unum in tertia sede, alterum in quinta. *Fa.* Nulla hic, quod ad versum attinet, difficultas est. *Bent. patris* Argentor. *paterno* unus e Bœcl. alter *devictus*.—4 *Ex hoc jam scibo* unus e Bœcl. Leidd. quinque, M. *jam scibo ex hoc* Bodl. Ms. Lips. St. Ald. *video jam scibo* EP. Convenientior versui est lectio Bem. quam et Don. ut varietatem lectionis, adducit, *hinc jam scibo ;* propter versum tamen, qui est Iamb. tetram. catalect. ego legerim *sit*, ubi est *siet*. Fa. Nostri male *ex hoc*. *Sit* tam scribendum, quam pronuntiandum. *Bent. hinc jam scibo quid scit* Bent. Bip. Bo. *jam scibo ex hoc quid siet* Br. unus e Bœcl. *jam sciam ex hoc quid sit* Argentor. pro *siet* placet Bentleio *sit* tam pronuntiandum, quam scribendum. Verum Cicero Orator. 47. siet, inquit, plenum est ; sit, imminutum ; licet utare utroque. *Perl.*—5 Joh. Pierius ad Virg. G. II. 134. notat, in Cod. Ms. Terentii legi, *Etsi ego meis me omnibus scio esse ad prima obsequentem.* West. Versui aptior collocatio est in omnibus fere l. s. et Don. *etsi ego meis me omnibus scio esse apprime obsequentem.* Fa. Sic et nostri plerique omnes. Sed illud inspice, *Etsi scio me . . . Quod tu si idem faceres.* Quorsum illud *Etsi?* Plane enim inconsequens oratio est. Notatum hoc et Veteribus. Charisius p. 203. 'Etsi, ut ait C. Julius Romanus, *ἀνακόλουθον* est ; quotiescumque *τῷ* Etsi non reddimus Tamen : ut Terentii illud ex Hecyra est, 'Etsi ego me meis omnibus . . . corrumpat animos.'' Quid ergo? an sinemus Terentium *ἀνακόλουθον*, hoc est Solœcismi reum peragi? Præsertim cum tam proclivis et tam certa sit ejus culpæ purgatio? Repone, *Phidippe, et ego meis me omnibus. Et ego,* id quod *Etiam ego.* Oratorie, primo se fatetur levioris culpæ reum esse, ut Phidippum gravioris arguat. *Bent.* At nullum est *τὸ ἀνακόλουθον* judice Perl. cum 'sed' subsequitur, quam vocem etiam Cicero usurpat pro

Sed non adeo, ut mea facilitas corrumpat illorum animos:
Quod tu si idem faceres, magis in rem et nostram et vostram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. PHID. Heia vero!
LA. Adii te heri de filia: ut veni, itidem incertum amisti.
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,
Celare te iras. Si quid est peccatum a nobis, profer:
Aut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus,

e mea familia; attamen non is sum, qui nimia indulgentia praviores eos reddam: quod si tu idem, atque ego faceres, magis et mihi et tibi utile esset. Nunc perspicio te uxoris et filiæ potestati subjacere. PH. *Eia vero, perge expostulare.* LA. *Heri te conveni filiæ tuæ causa. Ut ad te incertus veni, æque me incertum dimisisti. Minime ita convenit, si cupis inter nos persistere hanc affinitatem, occulture causas tuæ iracundiæ. Si quod delictum fecimus, edissere nunc jam: aut id refu-*

****

Tamen ad Familiar. Epist. IX. 16.—6 Ex Vat. et Bas. ac Don. ita collocamus, *mea facilitas:* ex omnibus autem l. s. *corrumpat illorum animos:* versus est Iamb. tetram. catalect. in quo, contracta dictione *mea* in unam syllabam, est Iambus in quarta. *Fa.* Nostri, uno excepto, omnes, *mea facilitas:* nec opus est ut *Mea* in unam syllabam contrahatur. *Bent.*—7 *Quo* Guelf. 1. *quod si tu* Br. duo e Bœcl. tertius, *quod si tu hoc idem.* 'Melior est ordo verborum in Bem. *Quod tu si idem faceres.*' Fa. 'Nostri male *si tu. Tu* enim sub ictu esse debet, ut vs. 5. *Ego.* Ceterum pro *in rem nostram et vostram,* nostri magno consensu, *in rem vostram et nostram.* Hoc civilius et moratius est, ut illorum commodum prius spectetur. Repone igitur, *Quod tu si idem faceres, magis rem in vostram et nostram id esset. Rem in* ipse versus efflagitat.' *Bent.* 'Bent. ed. *magis rem in vostram et nostram id esset,* addens hoc civilius et moratius esse. Sed veteres millies suum nomen alterius nomini præponunt, neque talia exigenda sunt ad morum, qui nunc sunt, elegantiam. v. Burmann. ad Lucan. IX. 985.' *R. D. in rem vostram et nostram* Both. Br. *et nostram et vostram* Bip. Perl.—8 *Nam* lib. antiq. *Perl.* Non indignus quidem venia Poëta foret, si in medio verbo cæsuram hic poneret. Sed non credo eum data opera id fecisse; cum in manu esset, venia ea non indigere. Repone igitur, *Nunc video in illarum esse te potestate. Heja vero.* Bent. sequitur Both. *potestatem te esse* Ms. Lips.—9 *Veniat* e pr. m. Br. cum notula, 'Alii *veni:*' '*me dimisisti* omnes Mss.' *Bœcl.* et *dimisisti* Hul. '*amisisti* Leidd. quinque, Ms. Lips. M. et multæ edd. vett.' *West.* necnon Ms. R. ap. Lind. et Br.—10 *Perpetuam hanc vis* omnes Mss. *Bœcl.* Guelf. 2. et edd. post EP. '*perpetuam* versus respuit; qui in ea sede vel Creticum postulat, vel Pæonem quartum. Nostri omnes *hanc* ponunt post *perpetuam.* Repono, *Haut ita decet si perpetem hanc vis esse adfinitatem.* 'Perpes' idem quod 'Perpetuus,' ut Plautus 'Noctem perpetem,' 'Alea perpeti:' et alii 'Diem,' 'Annum perpetem.'' *Bent.* quem sequitur Both.—11 *Quod* GM. perperam. *Perl.* sic et Codd. quidam, teste West.—12 In hoc genere crebro occurrunt peccata contra metrum; ideo quod nescirent veteres Correctores, nullam hic in medio versu, sive in cæsura, licentiam permitti. *purgando,* nisi primam corripit, quod absurdissimum, stare in ea sede nequit. Sed remedium sponte succurrit, *Aut ea refellendo tibi aut purgando corrigemus.* 'Tibi,' ut patrifamilias, qui ceteros regas: sic supe-

Te judice ipso: sin ea est causa retinendi apud vos,
Quia ægra est, te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe,
Si metuis, satis ut meæ domi curetur diligenter.
At, ita me Di ament! haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,
Ut tu illam salvam magis velis, quam ego: id adeo gnati causa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum, magnificare.
Neque adeo clam me est, quam esse eum graviter laturum credam,

tando, aut excusando emendabimus, te ipso judice existente. Sin propterea retines filiam in tuis ædibus, quod ægritudine et morbo laborat, te in me injuriose agere puto, Phidippe, si vereris ne non domi meæ sedulo remedia ei, et fomenta curentur. At ita mihi Dii bene velint, in hoc tibi non cedo, quamvis illius pater sis, ut illius salutem atque incolumitatem magis diligas, quam ego. Id adeo volo filii mei gratia, quem ego perspexi, illam non minus quam se ipsum magni æstimare. Neque certe ignoro eum moleste et ægre auditurum uxorem suam a nobis recessisse. Hanc ob

---

riore versu, 'Celare te iras,' et 'Te judice ipso.' *Bent.*—13 *Causá* in fine acuitur, nulla necessitate aut causa. Repone, *Sin ea est retinendi causa aput vos.* Bent. quem sequitur Both. Perl. '*Ἐμφατικῶς* dictum *ea;* quare Guyeti *eam* languet.' *West.*—15 *Ne satis* omnes Mss. *Bæcl. satisne* M. Guelf. 1. *ut ne*, omisso *meæ*, Guelf. 3.—17 Illud *quam ego* nimis onerat versum, etsi non suffocet et elidat. Sententiæ autem adeo non necessarium est, ut noceat et incommodet. 'Haut tibi concedo, ut tu illam salvam magis velis.' Quid opus est isto *Quam ego?* Id enim totum anticipatur in *Haut tibi concedo;* et putide rursus ingeritur. Lege igitur, *Ut tu illam salvam magis velis: id adeo gnati causa.* Bent. quem sequitur Both. *id* deest in Guelf. 3. *adeo volo* Guelf. 2.—18 M. *intellexi non amare minus, quam se ipsum, aut magnificare.* Atque ita EP. EV. 1. et paucæ aliæ. Quomodo et Donatum legisse suspicio est. In quibusdam Codd. est *Magnifacere.* Ita et Donatus legit. *West. magnifacere* V. C. apud Lind. duo Mss. apud Bœcl. G. Erasmus, at Ms. Argentor. *magni facere:* '*magnificare* Bem. et fere omnes alii antiqui et recentes.' *Fa.* 'Atqui tres nostri vetustissimi *magni facere.* Recte. Nusquam alias apud Nostrum venit *Magnificare;* nec versus amat in ea sede Dactylum. Noster solet dicere, *Magni, maxumi facere:* et Plautus; nisi semel atque iterum, ubi idem, quod hic, mendum insedit.' *Bent.* '*magnificare* Guelf. 1. quod ut insolentius mutarunt in *magni facere.* Quod semel h. l. vox ea legitur apud Terentium, causa non est cur excludatur; nec de versu erat, quod metueret Bent. nam similiter bis Terentius, Plautus autem sæpius.' *Both.* 'Sæpe hoc verbum occurrit apud Plaut. cujus loca Rivius ad h. l. indicavit. Idem auctori ad Herenn. IV. 21. restituit Grævius. Verum Bentl. in Terentio et Plauto legi jubet *magni facere.* nec abhorret a vero, librarios cadentis Latinitatis verbum 'magnificare,' quod ipsis erat familiarius' e vulgata bibliorum versione, alteri passim substituisse.' *R. D. magnifacere* Br. in textu, pro v. l. *magnificare.*—19 Pro *me clam est* o. l. s. *clam me est:* quod vero sequitur *resciverit*, Bem. et omnes alii antiqui, *rescierit*, apposite ad rationem versus. *Fa.* Nostri quoque *clam me est* et *rescierit.* Sed et illud respice, *Gra-*

Hoc si rescierit: eo domum studeo hæc, prius quam ille, ut redeat.
PHID. Laches, et diligentiam vostram et benignitatem
Novi; et quæ dicis, omnia esse, ut dicis, animum induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo.
Si facere possim ullo modo. LA. Quæ res te facere id prohibet?
Eho! num quidnam accusat virum? PHID. Minime; nam postquam attendi
Magis, et vi cœpi cogere, ut rediret, sancte adjurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.

causam laboro omni studio, ut Philumena prius ad ædes nostras redeat, quam ille. PH. *Laches, et sedulitatem vestram, et benignitatem compertam habeo, et omnia quæ dicis, certa et vera esse mihi persuadeo: etiam velim, hoc mihi credas: illa ut domum tuam revertatur, me operam dare, si ulla ratione id efficere valeam.* LA. *Quæ res te hoc facere impedit? Eho, an illa alicujus culpæ virum suum arguit?* PH. *Nullius; nam ubi rem diligentius consideravi, et vi aggressus sum eam, ut in tuam domum reverteretur, ipsa religiose jurat se non posse apud vos per absentiam*

---

vitér laturum credam. Credasne hunc accentum ab auctore esse, cum nullo negotio aliter potuit? *Neque adeo clam me est, quam esse eum laturum graviter credam.* Sed quid sodes illud est, 'Non clam me est, quam credam?' Quomodo *Clam* ei esse possit, quid ipse *Credat?* Recta erat locutio, *Non clam me est, quam graviter laturus sit:* ut infra IV. 1. 52. 'Non edepol clam me est, ut hic laturus hoc sit.' et And. I. 5. 52. 'Non clam te est, quam utræque res utiles sint.' Repone igitur, *Neque adeo clam te est, quam esse eum laturum graviter credam.* Bent. *neque adeo clamem nisi quia eum* Both. '*me* delet Bent. At sensus patet vulgatæ.' *Perl.* 'Si quid mutandum est, equidem corrigendum censeo *credas* cum interrogatione.' *Zeun.* —20 Guyetus, ut solet, in omnia alia abiens legit, *Eo demum studeo hæc, priusquam ille huc redeat.* Ut adeo 'Studeo hæc' sit, ταῦτα σπουδάζω, et subaudiatur, 'lites componere.' Sic Galenus θεραπευτικῶν lib. IX. Δοξοσοφίαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν σπουδάζειν. Quærit porro Guyetus, 'Quid hic τὸ *Domum* faciat, non video.' Immo vero, quid τὸ 'Demum?' 'Domum' ducta erat Philumena, 'domo' abierat, 'domum' ergo redire eam necesse erat. Unde aut vera est lectio, quam exhibui, aut quæ est in paucis Codicibus aliis, *Eo domum studeo hanc,* (sub. redire) *priusquam ille huc redeat.* West. In antiquiss. libris, Bem. et Vict. et Decurtato, pro, *huc redeat,* legitur, *ut redeat:* et est ordo; eo studeo ut hæc redeat domum prius quam ille. *Fa.* Nostri omnes *huc,* et Donatus cum Edd. vett. *Ut* a Correctoribus venit, qui nesciebant unum mendum corrigere, nisi inducendo alterum. Lege cum Edd. vett. *Hoc si rescierit: eo domum studeo hanc, priusquam ille huc redeat. Hanc,* non *Hæc:* et 'Redire,' 'Revocare' vel simile quid, ut passim, subauditur. *Bent.* sequitur Both. improbat Bip. *huc redeat* Bip. Br.—21. 22 Mss. duo *benignitatem quam exhibetis erga filium meum* e gl. *Bæcl.* additur in Ms. R. et vett. libb. sed alia manu *quam exhibebis erga meam familiam.* Lind.—24 *Id facere te* Mss. duo apud Bœcl. tertius *te id facere,* et sic Br. Nostri meliores magno numero, *Quæ res te id facere prohibet?* Numeris paulo melioribus. *Bent.* sequitur Both.—25 *Accusaturum* Br. at scriptum habet, 'Al. *accusat virum.*'—28

Aliud fortasse aliis vitii est: ego sum animo leni natus:
Non possum advorsari meis. LA. Hem, Sostrata! SO. Heu me miseram!
LA. Certumne est istuc? PHID. Nunc quidem, ut videtur: sed numquid vis? 30
Nam est, quod me transire ad forum jam oporteat. LA. Eo tecum una.

Pamphili permanere. Aliis hominibus aliud vitium a natura insitum est: ego sum miti animo a natura præditus; non possum repugnare voluntati meorum. LA. *Hem, Sostrata, tu mali tanti causa es.* SO. *Eheu me infelicem!* LA. *Certumne est istud, Philumenam non ad nos redituram esse, dum Pamphilus aberit?* PH. *Nunc sane, quantum possum prospicere; sed numquid vis? nam aliquid causæ est, cur me ad forum cito ire oporteat.* LA. *Illuc usque te comitabor.*

Mss. quidam et editi post EP. *alii.* West. Septem ex nostris *alii.* Recte. Et Lachetem ipsum intelligit. Sic etiam Don. legit; 'Mollius dixit *alii*, quam si *tibi* dixisset.' Hodie in Donato *Aliis* est editum: sed res ipsa refragatur. *Bent.* sequitur Both.—30 *Ita videtur* e Guelf. 1. Both. *quidem est* Guelf. 1. '*vis aliud* omnes Mss.' *Bœcl.*—31 *Oportet* G. Bip. Z. Br. Perl. Ex Bem. lego, *Nam est quod me transire ad forum jam oporteat.* LA. *Eo tecum una.* Ita etiam collocant alii omnes libri, et maxime antiqui, in quibus tamen scriptum est, *oportet:* versus est ejusdem cujus supra generis, et ipse habens Iambum in quarta; in quo tamen versu verbum *eo* in unam syllabam contrahendum est. *Fa.* Cetera recte, et nostris consentientibus. Sed *oportet* universi. Recte: volente ipso versu. Ut 'Est qui dicit,' et 'Est qui dicat,' æque bene dixeris, ita 'Est quod oportet' tam recte, quam 'Est quod oporteat.' *Bent.* *Una* deest in Br.

ACTUS II. SCENA III.

SOSTRATA.

ÆDEPOL næ nos sumus mulieres inique æque omnes invisæ viris,

Ædepol, certe nos omnes mulieres sumus pariter odiosæ viris, propter pauculas,

1 *Mulieres* delemus ex auctoritate Bem. quam dictionem alioqui nec oratio exposcit: utique enim subintelligitur, nec ratio trochaici admittit. *Fa.* Recte hic Bem. Et perperam altera Correctorum factio, qui *mulieres* retinebant, *inique* extrudebant; ut nostri fere omnes. *Æque inique,* ut Heaut. IV. 3. 7. 'Æque commode.' *Bent.* sequitur Bip. Both. Perl. *Inique* deest in Leidd. quatuor, Bodl. Tr. Ms. Lips. GM. Guelf. 1. Br. et omnibus apud Bœcl. necnon EP. at 'Junt. *mulieres sumus*: editiones Aldinæ varie, illa EV.

Propter paucas; quæ omnes faciunt dignæ ut videamur malo.
Nam, ita me Di ament! quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.
Sed non facile est expurgatu; ita animum induxerunt, socrus
Omnes esse iniquas: haud pol me quidem; nam nunquam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata; nec, qui hoc mihi eveniat, scio;
Nisi pol filium multis modis jam expecto, ut redeat domum.

per quas fit, ut omnes judicemur meruisse calamitates et infortunia; nam ita valeam, in eo quod mihi vir nunc imputat, culpæ expers sum et innocua: sed difficile est id, cujus me accusat defensione repellere et diluere; adeo viri sibi persuaserunt omnes socrus nuribus esse infestas et injurias; non pol ego quidem talis sum. Nam nunquam aliter cum ea egi, ac si mea filia esset; nec unde hoc malum mihi oriatur intelligo; nisi quod mirum in modum expecto reditum filii Pamphili.

3. ut Junt. at EV. 4. *æque sumus omnes.*' West.—2 Vel *malo;* (sic) Br.—3 O. l. s. et Don. *nam ita me di ament.* Fa. Nostri omnes *me di ament.* Et præterea pro *nunc vír*, Codex C. C. *vír nunc.* Recte, ut *Vir* sit in ictu. *Bent.* sequitur Both. *Nunc vir* Br. in textu, at scriptum exhibet, 'Al. *hic;*' *noxam* omnes apud Bœcl. Pall. duo.—4 Vel *induxerunt;* (sic) Br. *excusatu* Pal. 5. GM. *expurgatum*, in marg. 'Al. *excuvatum.* quorum alterutrum pro gl. poterit haberi.' *Perl.*—5 *Esse* deest in omnibus apud Bœcl. 'vel *iniquas?*' (sic) Br. Ex *quidem m* elidendum, licet consonans consequatur, ut sit dactylus in quinta sede hujus trochaici, cujus hæc pars est. *Fa.* Hoc usitatum et tritum est. *Bent. Pro me*, i. e. pro meo ingenio, pro meis moribus. *Both.*—6 *Eveniet* Codd. quidam. *West.* ita GM.—7 Guy. mallet *mirimodis:* in paucis Codd. est *multimodis.* West. et sic Bip. Perl. 'quia ex ratione versus est contractum:' ' Ex ratione versus, qui est trochaic. catalect. legendum *multimodis;* quam dictionem et in Andria reposuimus, ex Bem. ubi in vulgata lectione pariter erat *multis modis.*' Fa. ' Recte *multimodis;* nam nostri *multis modis.* Sed aliud restat aliquanto majus. Pro *exspecto*, lege, et sententia et versu gratulantibus, *expeto ut redeat domum.* Vide ad Eun. IV. 6. 5.' *Bent.* quem sequitur Both. et probat Perl. *Jam* omittit Ms. unus e Bœcl.—6 Pro *esset* Both. *sit.*

ACTUS III. SCENA I.

PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.

PAM. NEMINI ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata,
Quam mihi: heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi domum,
Cui quanto fuerat præstabilius, ubivis gentium agere ætatem,
Quam huc redire? atque hæc ita esse, miserum me resciscere? 5
Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis objectus labos,

PAM. *Nulli hominum plures calamitates et molestias credo ab amore unquam allatas esse, quam mihi. Heu me miserum! tantane cura cavi, ne hanc vitam amitterem in itinere? An propter hanc causam tanta cupiditate desiderabam redire domum; cum mihi satius fuisset in quolibet alio loco vitam traducere, quam in hanc urbem reverti; quam hæc mala videntem intelligere, quam sim infortunatus? Nam nos omnes, quibus aliquo ex loco, vel occasione infortunium advenit, tempus quod*

1 *Plura ego* Br. Perl. Bodl. alter e Mss. Bœcl. alter omittit *ego*; Bœcleriani omnes *credo esse*, et sic Br. Delph. Bip. Perl. *esse credo*; Br. *hominum*; Guy. voces *homini unquam* pro gl. habet, improb. West.—1. 2 Prioris vs. verba alii libri scripti aliter collocant; sed nos antiquam lectionem et Donatum sequemur, in quibus hoc tantum ab impressa lectione variatur, quod in iis est, *credo esse*: sane hic versus, contracto in unam syllabam pronomine *ego*, ita ut *nemini ego* sit dactylus, est trochaic. tetram. acatalect. posterior vero versus, dictione *mihi* monosyllaba effecta, eademque per synalœphen elisa, et ipse trochaicus est, catalecticus tamen, ut sequentes: quartus vero et ipse trochaic. catalect: coalescentibus in unam syllabam duabus extremis syllabis in voce *gentium*. Fa. *Nemini ego plura acerba credo esse*. Sic dedit Faërnus. Nostri *credo esse*; sed iidem *Plura ego*. Repone, *Nemini plura ego acerba credo esse*. *Nemini* pronuntiatur hic δισυλλάβως, quasi esset *Nemni*. Sic Plaut. Pœn. v. 6. 11. 'Neminem venire, qui istas adsereret manu.' *Bent. Nemini acerba ego plura credo esse* Both.—2 *Pendere* in textu, at pro var. lect. *perdere*. Br.—3 *Eram ego* propter accentum Bent. *tanto opere* Bodl. Br. —4 Hic versus, octonarius plenus, Trochaicus semper est, nusquam Iambicus; nisi ubi, ut hic, mendum subrepsit. Tolle illud *Cui*, et substitue *Ah: redeundi domum. ah, Quanto fuerat*: quo pacto et metro, et loquentis simul affectui vim et spiritum addes. Sic Andr. II. 1. 7. 'Nisi Philumenam. Ah, Quanto satiust.' *Bent.* illud *ah* nec unde nec quamobrem scio. *Perl. fuit* Guelf. 2.—3. 4. 5 Hoc tristichon ita in notis legi jubet Both. *Hacne ego causa eram — cui | Quanto — ætatem | Quam — resciscere | :* aliter in textu.—6 *Omnibus nam* vult Guy. Ordo est, *Lucro est nos omnes.* Sic libri plerique, et

Omne quod est interea tempus, prius quam id rescitum est, lucro est.

PAR. At sic citius, qui te expedias his ærumnis, reperias. Si non redisses, hæ iræ factæ essent multo ampliores; Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, scio reverituras. 10 Rem cognosces; iram expedies; rursum in gratiam restitues. Levia sunt hæc, quæ tu pergravia esse in animum induxti tuum.

PAM. Quid consolare me? an quisquam usquam gentium est æque miser? Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:

intercedit, donec id cognoscamus, in lucro ponimus. PAR. *At hoc modo, quia rediisti, citius te his calamitatibus liberare potes. Si tardius reversus esses; hæ iræ, quæ sunt inter matrem et uxorem tuam, vehementius exarsissent, et factæ essent multo graviores: sed nunc scio ambas reditus tui respectum habituras, ita ut altera alteram accusare vereatur. De controversia cognosces, iracundiam earum sedabis, rursus gratiam inter eas reconciliabis. Facilia sunt hæc, quæ magni ponderis, et difficilia esse tibi persuasisti.* PA. *Quid dolorem meum solari conaris? an quisquam hominum tam infelix est, ut ego sum? Priusquam hanc Philumenam in uxorem accepi, habebam in alia muliere animum amore occupatum; nunc in eo, quem*

---

sic Donatus: 'Hoc, ait, genus orationis absolutum dicitur. (Legendum opinor, *Solœcum dicitur.*) Tale est apud Virgilium (x. 244.) 'Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, Ingentes Rutulæ spectabis cædis acervos.'' Ubi apud Servium quoque Velius Longus et alii Magistri legebant *spectabis.* Atqui et Virgilius *spectabit;* ut nunc codices vetusti; et Terentius, opinor, (neque enim sciens prudens σολοικίζειν maluit,) *Nam omnibus nobis, quibus est alicunde.* Ita codex ex Regiis unus; Duo alii *Nam nobis omnibus.* Infra III. 3. 20. 'Omnibus nobis ut res dant sese.' *Bent.* quem sequitur Both. et Perl. *nobis omnibus* A. in C. *omnes* super *omnibus* scriptum.—9 *Multo hæ iræ factæ fuissent ampliores* unus e Bœcl. 'Versus est troch. tetram. acatalect. si pro verbo *redisses*, in scansione sit *rediisses*, et in *hæ iræ* non fiat synalœpha.' *Fa.* 'Repone, *Si non rediisses hæc iræ: hæc* unus ex nostris, alter vetustus *hæ. Hæc* femininum pro *Hæ* jam sæpe habuimus.' *Bent.* sequitur Both.—10 *Reveritas* Ms. R. *Lind.*—11 *Iram expendes* excusum volui, sententiæ aptum, quodque liberat a crimine ταυτολογίας scriptorem eloquentissimum. *Both. Restitues rursum in gratiam* Delph.—12 *Sunt hæc* Perl. abest *hæc* a Bent. Bip. Both. Br. 'bona Mss. pars ut et edd. post EP. non agnoscunt *hæc:* unde Rivius delet, F. Fabric. tuetur.' *West. induxisti* Guelf. 3.—13 Ms. Lips. M. Bœnd. Bodl. *An quisquam gentium*, omisso *Usquam.* Ita et Hul. et omnes Bœcleri, cum Leidd. quinque, nisi quod in quinto *usquam* suprascriptum. Ex editis non agnoscunt EP. EV. 1. Lugd. 1520. Est autem in Bœnd. Neque videtur abesse debere, et ob venustatis numeros, et metri rationem, quum octonarius sit versus. Et forte ἄκυρον est, 'Quisquam gentium;' ne-

Jam in hac re, ut taceam, cuivis facile scitu est, quam fuerim miser:
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum;
Vixque huc contuleram; hem! nova res orta 'st, porro ab hac quæ me abstrahat.
Tum matrem ex ea re me, aut uxorem, in culpa inventurum arbitror;
Quod ita cum esse invenero, quid restat, nisi porro ut fiam miser?

dico amore, etsi nihil dicam, quisque facili negotio rescire potest, quanta infelicitate pressus fuerim, ob ejus Bacchidis jurgia, et fastidia; tamen nunquam negare patri ausus sum, in uxorem accipere eam, quam mihi per vim ille objecit. Vix me amore Bacchidis avulsi, atque in ea devinctum animum meum liberavi, vixque amorem meum a Bacchide in hanc meam uxorem Philumenam transverteram; hem, recens factum deinde obvenit, propter quod invitus ab hac divertam. Præterea ex hac dissensione, me comperturum puto utrum mater mea, an uxor, sit ejus causa, et origo. Quod cum cognovero, quid mihi superest, nisi ut in posterum in miseriis et ærumnis

---

que enim 'Gentium' fere aliter quam adverbiis jungitur. Plaut. Mil. III. 1. 91. *West.* deest *usquam* in Br. GM. Hal.—15 Addo *est*, ex Bem. Vat. et Bas. quod et in Vict. erat, sed postea abrasum fuit. *Fa.* Tres ex nostris cum Edd. vett. *facile est scitu.* Concinnius paulo. *Bent.*—16 *Obtulit* V. C. *Lind.* et sic Guelf. 3. *obtrusit* Guelf. 1.—17 Hic versus potest utcumque sustentari, ut sit trochaic. tetram. hypercat. sed hujusmodi versus inter Iambicos non placet mihi. quare legerim, ut in Bem. *vix me illi abstraxi;* ita erit octonarius Iambicus, ut ceteri: *illi* autem, vel dativus erit, pro *ab illa*, vel adverbium de loco, sicut alibi in loco. *Fa.* Nostri *illinc.* Lege: *Vix me hinc abstraxi.* 'Hinc' ut v. 15. 'In hac re.' *Bent. In ea.* Lege, *in eo*, scilicet 'In eo amore impeditum,' non in ea Bacchide, ut v. 14. 'Habebam alibi animum amori deditum.' sic And. v. 1. 10. 'Adulescentulo In alio occupato amore.' *Bent.* In uno Mss. Leidensium est *illic.* In EP. *hinc.* Quod vero Faërnus ex Bem. legit *illi* pro *illinc*, idem est in editis quibusdam vetustis; sed et ita e quatuor Mss. Pall. edidit Pareus. Neque aliter legit Guyetus; qui tamen duos hosce versus spurios vocat, licet sine detrimento abesse non possint: pergit enim Pamphilus in iis narrare, quare nemo quisquam usquam gentium æque miser sit, atque ipse. Porro autem nihil obstat, τὸ *illi* esse pronomen in dandi casu, neque dicatur mox, *Vixque ad hanc contuleram*, sed 'Vixque huc contuleram;' ita enim And. II. 3. 12. *West. Abstraxi impeditumque expedivi* Both.—18 Omnia inter *porro* hic et mox repetitum omittit A.—19 *Me* deest in Bodl. Bœnd. et omnibus apud Bœcl. Br. et in R. teste Lind. Est in GM. pro gl. 'Bem. et Vict. hæc verba sic collocant, *tum matrem ex ea re me aut uxorem.*' Fa. Lege, *Tum aut matrem.* Bent. *Tum matrem* Both. quo judice *tum* est ineptum; 'nam nihil hic novi profertur, sed exsequitur modo dicta Pamphilus demonstratque causam angoris sui.'—20 Vere affirmat Rivius, exemplar vetus Venetum et Lugdunense legere: *Quæ quum ita esse in-*

Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.
Tum uxori obnoxius sum; ita olim suo me ingenio pertulit:
Tot meas injurias! quæ nunquam in ullo patefecit loco.
Sed magnum nescio quid necesse est evenisse, Parmeno,
Unde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu.
PAR. Haud quidem hercle parvom, si vis vero veram rationem exequi:

vivam: nam, Parmeno, pietatis affectus requirit, ut injurias matris tolerem: deinde uxori devinctus sum: adeo mores meos diu sua mansueta natura usque ad finem tulit; cum injurias, quibus eam affeci, semper celavit, nec usquam declaravit: sed ingentes causas oportuit natas esse, Parmeno, propter quas adeo tanta iracundia inter eas intervenit, quæ adeo diuturna ad hanc diem perseveravit. PA. *Non equidem parvas causas necesse est evenisse; verum si vis rectam rationem putare, aliquando*

venero. Addo etiam, Hul. ita exhibere, *q' cum ita ē ē invenero.* Est vero in eo Codice *q'* nota vocis *quæ*, *qd* valet *quod.* In plerisque autem Codicibus est *Quod.* In Bœnd. *Quæ.* Westerhovius. *Quod cum ita* omnes apud Bœcler. Bruns. *quod ita cum invenero* Bothius.—21 *Perculit* Bothius.—23 Ita lego et distinguo. Qui vero junctim ediderunt, *Tot meas injurias quæ numquam*, iis τὸ *Quæ* videtur esse Philumena. Sed tu cogita, lector, quantum emphasi decedat hoc pacto. Vide Donatum, oppido erudite hæc expedientem. Et in editione Argentinensi, anni 1496. voci *Quæ* diverso charactere additum, *a se tolerata omnia.* Sunt autem Mss. et editi quidam, in quibus est *Numquam ullo.* Quomodo et Donatus. *West.* Donatus: 'Non dixit *Quas* sed *Quæ*: ut ad omnia, non ad Injurias referatur extrema conclusio.' Fallit magnus Magister: *Quæ* enim non est Neutrum plurale, sed singulare Femininum, *Quæ numquam patefecit tot meas injurias.* Porro tres ex nostris *numquam ullo*, non *in ullo.* Repone, *Numquam nullo patefecit loco.* Bent. Grammatices ratio postulat *quas*, sed maluit Terentius *quæ* dicere, ut conclusio ad omnia referatur. Vid. Donat. ad h. l. et est hæc generis mutatio satis usitata: v. Broukhus. ad Propert. I. 18. 23. *R. D. Tot meas quæ nunquam injurias* Both. *nunquam in illo* A, Br. *nunquam in nullo* C, Gu. 1. Hel. quod ferri potest, judice Both. *nunquam nullo* Perl.—24 *Evenire* in textu, pro v. l. *evenisse* Br. *venisse* Gov.—25 *Inter eas* duo Mss. e Bœcl. omittunt.—26 Mss. et editi veteres varie: *Haud quidem hercle parum est.* vel *Haud quidem hercle parvom est.* vel *Haud hercle quidem parvom.* vel *At quidem hercle parvom.* Quæ posterior lectio cum magis opposita est Pamphilo, tum magis conveniens ratiocinationi Parmenonis. Fortasse tamen locus distinctione possit juvari, ita: *Haud hercle quidem. parvom est, si vis vero veram rationem exsequi.* Ut sensus sit, 'Hercle quidem haud magnum quid necesse est evenisse.' *West. Hoc hercle quidem parum est* conjecit Gov. 'Ex Bem. et aliquot aliorum auctoritate, itemque Donati, delemus verbum *est*, et pro *parum*, scribimus *parvom*, quod et alii libri habent, et idem Donatus; licet per duo *u* scriptum: sane qui expositionem Donati super hoc verbo *parvum* consideraverit, intelliget eum affirmative legere non negative. ex quo conjecit Lolgius legendum, *At quidem hercle parvum*, ut subaudiendum sit ex sententia Donati *erenit:* nam si negative legas, pugnabit cum consequente sententia, et cum eo quod infra dicit, *Fortasse unum aliquod verbum;* quam et ego conjecturam probo, eo magis quod in meo quodam libro scriptum erat *aut.* ut facilis lapsus fuerit per adjectionem unius litteræ ex *at* in *aut.* Hujus autem

Non maxumas, quæ maxumæ sunt interdum iræ, injurias
Faciunt; nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus
quidem est;
Cumde eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt! 30

contingit ut ingentes iræ non sint causæ ingentium injuriarum: nam sæpe evenit, cum iracundus, qui ad iram propensus est, sit infensissimus ex eadem causa, ex qua alius, in iisdem rebus, ne minimum quidem ira commoveatur. Quam pueri inter sese pro levibus offensionibus iras exercent? PAM. *Quamobrem?* PAR. *Quia*

versus prima syllaba præcedenti attribuitur, ut versus sint octonarii Iambici quadrati.' *Fa.* ' Nostri *Haut.* Sed quid est, *Si vis vero?* Donatus: ' *Vero* vel nomen est, vel Conjunctio, vel Adverbium.' Nonne hæc loco obscuro magnam lucem inferunt? Quid porro est, *Veram rationem exsequi?* quis sic locutus est? Vide an rem ipsam conjectura tetigerim: *Aut quidem hercle parvom; si vis veram verba ad rationem exigi.* Dixerat Pamphilus, *Magnum quid evenisse;* respondet servus, Aut quidem *Parvum*, si veris suis nominibus res appellari vis; si vis verba exigi ad veram rationem: ut Cicero ' Exigere columnas ad perpendiculum,' et Ovid. Met. IX. 500. ' quid ad cœlestia ritus Exigere humanos diversaque fœdera tento?'' *Bent. Aut* Bip. quo judice ' temere mutat Bent.' ' Donatus ad *vero* adhæsit. Videtur autem vel pro ἀληθινῶς dictum, vel pro, *ex veritate.* Conjunctio minime placet. Guyetus τὸ *Exsequi* interpretatur *narrare*, διηγεῖσθαι. Ita Phæd. III. 10. 59. ' Hæc exsequutus sum propterea pluribus.' Ubi vide Scheffernm. Dubium autem nullum est, quin valeat, *putare rationem, cogitate meditari.* Ita Plautus, Mil. III. 3. 71. Livius sæpius.' *West. At quidem here* (*pravom si vis verbum veram ad rationem exigi*) Both. *Haud* et *parvum* omnes Mss. apud Bœcl. unus *equidem; parvum est* Delph.—27 *Nam maximæ,...injuriæ* vult Gov. ' Non est ferendus Guyetus, legens, *Non maxumæ sunt, maxumas quæ interdum iras injuriæ faciunt.* Manifesta ὑπαλλαγὴ est, inverso rerum et verborum ordine. Sensus est: ' Non maxumas, quæ maxumæ sunt interdum injuriæ, iras faciunt.' Quod et Donatus observavit. Unde adeo non placet, τὸ *faciunt* a Mer. Casaubono et Bœclero post Donatum verti per ' ostendunt, factas arguunt.' ' Injuriæ faciunt iras ' simpliciter dictum, pro, ' efficiunt, gignunt, concIiant.' Sic mox v. 33. ' Iram hanc conciverit.' *West.* Sic hodie libri omnes: prorsus contra loci sententiam. Donatus: ' Injuriæ faciunt iras, non iræ injurias; sed hic ὑπαλλακτικῶς dixit. Alii, Faciunt, pro probant, ostendunt.' Atqui quis sanæ mentis scriptor *Faciunt* hic posuisset pro *Ostendunt?* Aut quo modo, si Hypallagen nomines, continuo ex atris alba fient? Repone, *Non maxumæ, quæ maxumæ sunt interdum iræ, injuriæ Faciunt.* Hellenismum, credo, agnoscis; *Iræ* pro *iras;* quo nomen sequitur casum pronominis. Ut And. Prol. ' Populo ut placerent, quas fecisset fabulas:' pro *Fabulæ:* sic contra hic *Iræ* pro *Iras;* quia hic *Quæ* pronomen est, ibi *Quas.* Sic mox v. 31. ' Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.' *Animus* pro *Animum* propter pronomen *Qui.* Bent. ' temere ' Bip. at Bent. sequitur Both. ' Bentleii mire mutata prætereo.' *Perl.*—28 *In quibus* Guelf. 2.—29 *Factus alter inimicissimus* Mss. quidam et impressi. *West. Causa ille qui est ir. fa. est inim.* Guelf. 3.—30 *Noxiis* exigit ratio octonarii, et ita est in multis libris, et in iis Bem. Vict. Bas. et Do. *Fa.* Nostri etiam plerique *Noxiis.* Sed insuper repone, magno sententiæ incremento, *Pueri inter sese quas pro levibus noxiis iras gerunt?* Bent. probante Perl. *Pueri pro levibus*

Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Itidem illæ mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia.

Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit.

PAM. Abi, Parmeno, intro, ac me venisse nuntia. PAR. Hem! quid hoc est? PAM. Tace.

Trepidari sentio, et cursari rursum prorsum. PAR. Agedum, ad fores. 35

certe, mens, quæ eos ducit, debilis et inconstans admodum est: similiter illæ mulieres sunt fere, ut pueri, levi voluntate, et opinione: fortasse unum nescio quod verbum hanc simultatem inter eas excitare potuit. PAM. *Abi, Parmeno, domum, in qua est Philumena, ac me ex Imbro rediisse refer.* PAR. *Hem, quid hoc est, quod audio?* PAM. *Sile, audi diligenter.* PAR. *Voce tremula timorem indicari percipio, ab iis, qui intus sunt, et hac et illac discursari ante, et retro.* PAM. *Agedum*

noxiis inter se quas Both.—31 In Codd. quibusdam Pamphilo tribuitur *quapropter*. West. sic Delph. *Eum infirmum* Guelf. 3.—32 Nisi quis *mulieres* trisyllabum faciat, eliso medio *e*, versus non constat. sed judicio meo delendum esset τὸ *illæ*, quod alioqui non modo non adjuvat sensum, sed ei etiam incommodat. *Fa.* Immo alia via servatur rythmus. *Levi* hic monosyllabon est, ut alibi *Novo:* quod facile feres, si pronuntiaveris eo quo veteres sono, *Lewi*, *Nowo*. Bent. *Leve* in ablativo pro *levi* Both.—33 *Verbulum* duo Mss. apud Bœcl. 'Vides in *Iram* synalœpham negligi, contra morem et legem. Guyetus, *hanc irám conciverit*. Sed ille ad digitos pedes numerabat; accentuum ignarus et securus. Edd. vett. *inter eas iras has:* sed tria homœoteleuta parum concinne veniunt; et præterea codicum quicquid ubique est *iram hanc*. Donatus ad locum: 'Legitur et *Conscivisse* (lege *Concivisse*). Sic Plautus: 'Fortasse te amare suspicavere.' Nam veteres infinitivo modo adjungebant Fortasse.' Plauti locus hodie non extat; sic tamen corrigendus, *Fortasse tete amare suspicarier*. ut Pœn. v. 2. 44. 'Fortasse medicos nos esse arbitrarier.' Nolnerunt Magistri pueros suos obsolete loqui; sed vel versus dispendio Infinitivum mutarunt. Revocemus vero denuo, *Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc concivisse, ere.* Addidimus *ere*, versus quidem causa; sed, ut puto, verissime. Nam qui existimabat, *concivisse* per se adscito, fore Iamb. Tetram. Catalect. is nesciebat quid sit ejusmodi Iambicus.' *Bent.* 'Donatus legit *concivisse*, quæ verior lectio est. Nam veteres 'fortasse,' 'scilicet,' 'videlicet' cum infinitivo construebant: vid. Gron. Obs. III. 9. et notata ad Heaut. II. 3. 117.' *R. D. Concitarerit* e margine C. edidit Both. 'Quia Donatus ad hæc notat: 'Sic Plautus, 'Fortasse te amare suspicabere.' nam veteres infinitivo modo adjungebant, *Fortasse*,' et Terentii et Don. lectio merito sollicitatur. In illo pro *Concivcrit* sunt qui legunt, *Concivisse*, vel *Conciisse*. Posterius Gronovio placet, Observ. III. 9. qui et *suspicabere*, quod tamen *suspicavere* legitur in plerisque Codd. antiquis, restituit *suspicari*. Malim, *suspicarier*, utpote propius accedens ad vulgatam lectionem, et magis Plautinum.' *West.*—34 *I, Parmeno* vult Palmer. in Spicileg. p. 123. *est* delet Both.—35 G. Fabricius *Tace* Pamphilo tribuit, ad servum, reliqua Parmenoni. donec Pamphilus rursus, *Noli*. In aliis Codd. ita: PAR. *Trepidari sentio, et cursari rursum prorsum.* PAM. *Agedum, ad fores accede propius.* PAR. *Hem. sensistin?* Rursum in aliis, uti edidi, nisi quod illa, *Sensistin'?* Parme-

Accede propius. Hem! sensistin'? PAM. Noli fabularier.
Pro Jupiter! clamorem audio. PAR. Tute loqueris: me vetas.
MY. Tace, obsecro, mea gnata. PAM. Matris vox visa 'st Philumenæ.
Nullus sum. PAR. Qui dum? PAM. Perii! PAR. Quamobrem? PAM. Nescio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me celas. PAR. Uxorem Philumenam 40

ad ostium aures propius admove. PAR. *Hem, ecquid audivisti?* PAM. *Noli garrire. Proh, Jupiter! vociferationem audio.* PAR. *Tu ipse, Pamphile, loqueris, et loqui me prohibes?* MYR. *Vocem supprime Philumena, ne hoc factum rescisca-tur.* PAM. *Puto me audivisse vocem Myrrhinæ matris Philumenæ. De me actum est misero.* PAR. *Cur de te actum est?* PAM. *Quia dolore confectus sum ad mortem usque.* PAR. *Quam ob causam?* PAM. *Nescio quod grave exitium mihi occultant.* PAR. *Uxorem tuam Philumenam pavidam, nescio quid horrere mali, et*

noni tribuuntur. *West.* In Mss. nostris personæ ita distinguuntur, PAM. *tace.* PAR. *trepidari sentio et cursari, &c.* PAM. *agedum, &c.* PAR. *hem sensistin?* Bœcl. qui tamen alio loco testatur unum e Mss. suis omittere *prorsum* et alterum legere *rursum.* PAM. *prorsum, &c.* Personarum varietatem notat Br. suo 'vel Pamphilus;' in textu exhibet, PAR. *hem.* PAM. *quid hoc est?* PAR. *tace; Trepidari...agedum...*PAM. *noli fab.* et sic Gifanius ad Lucret. Indic. v. Plus, excepto quod ad finem sic ordinat, PAM. *hem.* PAR. *sensistin'?* PAM. *noli fab.* '*Age dum ad fores accede propius.* PAR. *hem, sensistine*] Hæc omnia adscripta sunt in Bem. Parmenonis personæ: in eo tamen pro *accede*, legitur *accedo*, et pro *sensistine, sensistin*, quod posterius in omnibus libris est: est autem *age dum*, vox se ipsum hortantis ad exequendum erile mandatum.' *Fa.* 'Nostri *accede.*' Bent. '*Rursum prorsum.* Hæc varie leguntur in Codd. Mss. et impressis: *Sursum prorsum: Rursum orsum: Orsum sursum: Sursum deorsum prorsum: Sursum rursum prorsum.*' West. *Horsum sursum* B. *orsum sursum* Hel. *sursum prorsum* C. et Lind. *sursum deorsum* Gu. 1. *horsum rursum.* PAR. *prorsum agedum.* Guelf. 1. *sursum deorsum* Guelf. 3.—37 *Pro! Jupiter* Myrrhinæ tribuit Palmer. l. c. In Bem. et Vict. est *audivi:* ut et exigit versus. *Fa.* Nostri perperam *audio.* Bent. *Audivi* probabilem lectionem Bc. parum sibi constans reliquit; cf. Andr. I. 4. 1. *Perl.*—38 Quidam Mss. et edd. hic novam scenam incipiunt. *West.* et sic Hel. *vox ea est* Both.—39 PAM. *nullus sum* Palmer. l. c. *quid dum* duo Mss. e Bœcl. et sic Guelf. 3. *quia perii* omnes Mss. apud Bœcl. 'Lips. Bodl. G. EP. ET. quomodo et Dacieria edidit; quanquam nec sensum juvat, et versum impedit, nec stilum Terentianum sapit.' *West.* 'Aliqui libri, inter quos Bem. non habent *quia*, quod nec sensum juvat, et impedit versum, quem nos hoc modo ordinamus, ut sit tetram. Iambic. acatalect. *Nullus sum.* PAR. *qui dum?* PAM. *perii.* PAR. *quamobrem.* PAM. *nescio quod magnum malum.* Fa. In nostris male *quia.*' Bent. *quia* Br. GM.—40 *Me celas.* Ita in Mss. Leidd. quatuor: in quinto, Bœnd. et Bodl. *Me celant.* quod defendit Palmerius l. c. Atqui neminem etiam convenerat Pamphilus, nec parentes, nec uxorem, nec soceros, postquam egressus erat e navi. Videtur autem solus Parmeno incusari. quomodo continuo post,

Pavitare, nescio quid, dixerunt: id si forte est, nescio.
PAM. Interii! cur mihi id non dixti? PAR. Quia non poteram una omnia.
PAM. Quid morbi est? PAR. Nescio. PAM. Quid? nemon' medicum adduxit? PAR. Nescio.
PAM. Cesso hinc ire intro, ut hoc quamprimum, quicquid est, certum sciam?
Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam? 45
Nam, si periculum ullum in te inest, periisse me una haud dubium est.
PAR. Non usus facto est mihi nunc hunc intro sequi:
Nam invisos omnes nos esse illis sentio.
Heri nemo voluit Sostratam intro admittere.

prætimere mihi relatum est. Id si forte est, propter quod clamitavi, ignoro. PAM. *Perii; cur de hac re me non monuisti.* PAR. *Quia non poteram omnia simul tibi dicere.* PAM. *Quo morbo laborat?* PAR. *Istud ignoro.* PAM. *Quid ignoras? nullusne medicus ad eam curandam vocatus est, ex quo id cognoscere posses?* PAR. *Ignoro, an medicus ei affuerit.* PAM. *Nimis tardo in domum socrus ire, ut hoc quam cito, quodcumque potest esse, pro certo comperiam: quonam modo, Philumena mea, te inveniam in reditu a morbo tentari: nam si tantulum periclitaris, certum est me in eodem versari periculo.* PAR. *Non utile factis mihi nunc est hunc in domum intro comitari; nam nos exosos omnes illis, matri et filiæ scilicet, esse intelligo. Hesterna die nemo ex familia ista voluit Sostratam matrem Pamphili, socrum Phi-*

'Cur mihi id non dixti?' Guyetus locum intactum reliquit. Ex impressis *Celas* exhibent Juntæ, Aldus, St. alii. Sed et Fabrini, notans, *Diceva cosi Pamfilo, perche egli credeva, che Parmenone sapesse qualche cosa.* EA. *Nescio quod magnum malum profecto Parmeno me celat.* ut hæc aversus ad spectatores videatur dixisse Pamphilus. *West.* Vett. omnes et Ms. R. *me celant.* Lind. Nostri omnes *celant*, nisi quod unus *celat.* Bent. *Celant* Bip. ubi notatur, 'alii contra fidem Mss. opt. edidere *celas.* Eligant lectores:' *celant* Both. Br. *celas* Perl. *uxorem enim Phil.* Both.—42 *Cur id mihi non* duo Mss. e Bœcl. et sic 'lege ex nostris fere omnibus.' *Bent.* quem sequitur Both. Br.—43 Bem. Bas. Vat. et Vict. *nemon.* Fa. Nostri quoque *nemon.* Bent. In libb. antiq. expressius *nemone.* Perl.—44 Bem. et Vict. *certo.* Fa. Nostri *certum.* Bent. *certo* Bip. Both.—46 *In te est* Mss. quidam et editi post EP. ita quoque 'aliqui libri habent: Bem. vero, *ullum inest;* Vat. Bas. et alii, ac Do. *ullum in te inest;* quam et veram lectionem arbitramur; et ex Vat. et Bas. legimus *periclum.*' Fa. 'Concinnius id, quo Bem. nos ducit, *Nam si periclum in te ullum inest.*' Bent. *In te ullum inest* Bip. cum nota, 'alii ordinant *ullum in te*, quod minus concinnum.' GM. *ullum in te.* Perl. *in te ullum.* Guelf. 2. *nullum.*—47 Hic incipit Scena 2da in Bip. *hunc* abest a Guelf. 1.—48 *Nos* deest in EP. *omnes nos invisos* GM.—49 C *Sostratam ipsam.* gl. est nomen; siquidem ipse, ipsa passim audiunt domini servis, magistri discipulis, ut Græci dicunt *αὐτός.* Both. qui edidit *heri ipsam nemo voluit intro admittere.* 'Codd. quidam *here* legunt, quod comicum est.' *West.* 'Pall. *here*, quod Festo placet pro *heri.*'

Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim, maxume heri causa mei,
Servom illico introisse dicent Sostratæ;
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti atque ætati illorum! morbus qui auctus siet.
Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.

lumenæ in ædes intro admittere. Si forte morbus ejus gravior factus fuerit, quod abominor, maxime propter Pamphilum herum meum, statim dicent servum Sostratæ intro ingressum esse, aliquid confingent noxium illum attulisse vitæ illorum et annis ætatis exitiosum, quo morbus accreverit: unde hera Sostrata crimine accersetur: ego vero in quæstionem postulabor.

Perl. *Intromittere* Bodl. EP. omnes Mss. apud Bœcl. Br. GM. unde Perl. recepit.—51 *Heri* deest in Ms. Lips. Both.—52 *Introisse.* Scribe *introïsse.* Medium enim *o* eliditur; perinde ac si duobus verbis scriptum sit *Intro Isse.* Bent. *Dicerent* Mss. omnes. *Bœcl.* 'A *dicant.*' Both.—53 *Comminiscantur* Both. —54 *Capiti atque saluti* vult Gov. 'Ex ratione versus legendum videtur *sit;* nisi quis velit *siet* monosyllabum facere, quod est durum, præsertim in fine versus.' *Fa.* '*Auctus siet. Sit,* et pronuntiandum et scribendum.' *Bent.* et sic Perl.—55 *In crimen.* Tr. *in crimine.* Leidenses omnes, *in crimen.* Atque ita Mss. reliqui, nisi quod Bœnd. et M. *in litem* legunt. Ita ex editionibus, Argent. Lugd. Tarv. Anon. Veneta, aliæ. Et forte ita legit Donatus. *West. Era in crimen veniet, ego vero in magnum m.*] Arbitror ex priore *in, n* elidi, ut sit in prima sede anapæstus. *Fa.* Unus *ego autem in.* Bœcl.

NOTÆ

55 *Hera in crimen veniet*] Veneficii accusabitur.

Ego vero in magnum malum] Quæstionis tormentis subjiciar scilicet. Servos torqueri olim, quibus sine quæstione nihil credebatur, usitatissimum fuit; nec solum alienos, sed etiam nostros, qui vocabantur interdum in testimonium contra nos, non temere tamen, nisi in causa fraudati tributi, et aliis quibusdam.

ACTUS III. SCENA II.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.

So. Nescio quid jamdudum audio hic tumultuari misera:

So. *Nescio quid jampridem hac in domo Phidippi strepitus et tumultus fieri*

1 Ordo verborum alius est in o. l. s. et Donato, in hunc modum, *jam dudum audio hic.* quod et numerosius est: facit enim Iambum in quarta sede versus, qui est Iambicus tetram. catalect. *Fa.* Eodem ordine nostri, *audio*

Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggravescat;
Quod te, Æsculapi, et te, Salus, ne quid sit hujus, oro!
Nunc ad eam visam. PAR. Heus, Sostrata! So. Ehem!
PAR. Iterum istinc excludere.
So. Ehem! Parmeno, tun' hic eras? perii! quid faciam misera?
Non visam uxorem Pamphili, cum in proxumo hic sit ægra?
PAR. Non visas? ne mittas quidem visendi causa quenquam:
Nam qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stulte duco:
Laborem inanem ipsus capit, et illi molestiam affert.
Tum autem filius introiit videre, ut venit, quid agat.
So. Quid ais! an venit Pamphilus? PAR. Venit. So. Dis gratiam habeo.

audio. Valde timeo ne Philumenæ morbus gravior fiat: quod te, Æsculapi Medicinæ præses, teque Salus, Dea sanitatis, ut nihil tale accidat, precor. Nunc ibo ad videndam eam. PAR. *Heus, Sostrata.* So. *Ehem!* PAR. *Secundo prohibeberis ingressu istarum ædium.* So. *Hem, Parmeno, tunc hic eras? perdita sum: quid ego faciam infelix? An non ibo ad videndum Philumenam uxorem Pamphili, cum in proximis his ædibus jaceat ægrota?* PAR. *Noli ire, nec mittas etiam ullum qui a te eam invisat: nam qui amore prosequitur eum, cui invisus et odiosus est, bis inepte se gerere arbitror: vanum laborem ipse sumit, et illi, quem amat, a quo non redamatur, tædio est, et importunus. Filius etiam tuus ingressus est ad eam, postquam huc ex itinere rediit, ut videat quomodo illa se habeat.* So. *Quid ais? an advenit Pamphilus?* PA. *Advenit.* So. *Diis gratias habeo pro ejus adventu.*

---

hic. Bent.—3 *Ejus* Ms. unus. *Bæcl.*—4 GM. *adeam*, quasi unum esset verbum, cum gl. *pergam:* sed non intellexit interpres; cf. 1. 2. 114. *Perl.* Eandem gl. et Br. *excludere?* (sic) legit Bent.—6 *Num* Br. e pr. m. e 2da *nam*, in marg. *num.*—7 *Non vises* Both. quia *non visas* est ' pene solœcum;' *nec mittas* EP. ' Non fere invenias librum scriptum, in quo pro *nec*, non sit *ne.*' Fa. ' Nostri quoque *ne.* Et lege *Non visas?* Interrogative.' *Bent. Nec* Br. ex emend. *mittes* Both.—8 *Qui illum* Guelf. 2. *dico* Gu. 1. ' quod haud deterius.' *Both.* ' Itidem Pall. tres apud Pareum; perperam.' *Perl.*—9 *In arcem ipsus* Guelf. 3.—10 Et hic quoque numerosiorem lectionem habent o. l. s. et Donatus, *Tum filius tuus i.* Fa. Sic et nostri omnes. *Bent.* Consentit ed. Arg. cum figg. Erasmus dedit *tum autem filius introit*, quod et hodie alii male sequuntur; immo alii *tum autem filius tuus introit*, unde versus redundat. *Bip. Filius* sine *tuus* Junt. EV. 3. Ste. Dac. *West.* Nostri quoque omnes *tum filius tuus:* vulgo *ἀμέτρως tum autem filius, &c.* Both. qui edidit *tum filius tuus introit, quid agat, videre, ut venit:* ' abest a GM. aliisque probatis *autem.*' Perl. *tunc* Br.—11 Versus esse debet Iamb. tetram. catalect. ut ceteri: quare ex o. fere l. s. ita legimus, *Dis gratium habeo.* Fa. Unus et alter ex nostris *gratiam habeo:* reliqui *gratias.* Bent. *gratius* Bodl. Bœnd. Gr. EM. EA. Junt. Ste. Pulmannus, alii: sed *gratium* tuetur Muret. ne versus sit acatalect.

Hem! istoc verbo animus mihi rediit, et cura ex corde excessit.

PAR. Jam ea de causa maxume nunc huc introire nolo:
Nam si remittent quidpiam Philumenæ dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli,
Quæ inter vos intervenit, unde ortum est initium iræ.

Hem, dicto tuo de adventu filii refecta et recreata sum, et anxietas ex animo recessit. PA. *Propterea te præcipue has ædes ingredi, non suadeo tibi: nam si morbi dolor Philumenam relinquat, et intermittatur, non dubium est mihi, quin Pamphilo totam rei seriem exponat, et recenseat confestim remotis arbitris, præsens præsenti, quæ inter te et eam iracundia intercessit, et ex qua re odii origo fluxit. Ecce hic*

Utraque lectio Plautum habet auctorem. *West. gratias* Br.—12 *Rediit animus, cura* Both. *recessit* Br.—13 M. et Bœnd. *Ita ea causa.* quomodo ex impressis Argent. Lugd. uterque Venet. alii. sed EA. Ald. Steph. et Junt. *Jam ea te causa.* West. et *jam ea te* Bip. Br. '*nunc intrare* duo Mss.' *Bœcl.* 'Hic quoque o. l. s. ita collocant, *nunc huc introire nolo:* ita *introire* trisyllabum erit.' *Fa.* 'Nostri quoque omnes *nunc huc.*' Bent. *jam te ea de causa* Both. *ea te ex causa* Guelf. 3.—14 Ita est in Mss. Leidd. quatuor, sed et Tr. et duobus Mss. Donati. Et ita e Diomed. lib. III. laudat Fr. Fabricius, defendit Guyetus, quanquam Mss. alii cum edd. Juntarum, Aldi, Stephani in eleganti editione, anni 1540. formæ minimæ, EA. *Philumenam* præferunt. Prior lectio Latina magis videtur, estque in edd. Argent. Lugd. Steph. anni 1536. Pict. aliis. Atque eodem sensu Celso 'dolor se remittere' dicitur. Plato Legib. VIII. Καὶ ἐὰν μέν σοι δρῶντι λωφᾷ τι τὸ νόσημα. Soph. Philoct. 760. ἕως ἀνῇ Τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου τὸ νῦν παρόν. Sic venti et imbres 'remittere' dicuntur. *West.* V. C. *Philumenam.* Lind. Etiam nostri codd. *Both.* sic et Br. Perl. Donatus legit *Philumenæ:* dicens, 'remittent, verbum activum, positum esse, quasi neutrum.' Ita etiam legit Rufinus in libro de metris comicis: itaque etiam scriptum videtur fuisse in Vict. sed deinde mutatum in lectionem vulgatam. *Fa. Philumenam dolores.* Sic plerique nostri; unus tantum Regius *Philumenæ.* Donatus posterius recipit; et certe, 'dolor,' 'morbus remittit,' passim occurrit. Tamen ob id quod sequitur, *Philumenam* hic adscisco. *Sola soli,* inquit, *narrabit.* Si *Philumenam* scribis, ea est ista *Sola:* sin *Philumenæ,* quæ ista *Sola* sit, nescias. *Bent. Philumenæ* Bip. quo judice 'plenius Latini 'se remittent,' unde abnorme est quod alii et ipse Bent. præferunt *Philumenam.*' 'Duplex hujus loci lectio est. *Si remittent quippiam Philumenæ dolores,* et *si remittent quippiam Philumenam dolores.* Si priorem lectionem sequamur, *dolores remittent* significat leniores fient, sedabuntur, pronomine *se* subintellecto, quod sæpe additur. Cic. in Orat. c. 34. Sin posteriorem lectionem, quæ pluribus auctoritatibus nititur, præferamus, *dolores remittent Philumenam* significat, dolores relinquent Philumenam.' *R. D.*—16 Ita edo ex omnibus Mss. meis, etiam utroque illo Donati; itaque legunt editiones, EA. Lugd. Argent. Juntarum, Aldi, Stephani, Pulmanni, Fabrini, aliæ. Faërnus ex Bem. *intervenerit* tuetur; quod nuperi editores sunt sequuti. In altero Mss. Donati est, *quæ inter vos venit.* West. Bem. *intervenerit.* ita sine ulla licentia procedit versus. ita etiam prius videtur fuisse in Vict. cui nimis sæpe scioli manus admoverunt. *Fa.* Nostri *intervenit.* Sed adhuc restat, quod Bembino suppetias ferat. Repone, *Quæ inter vos intervenerint; unde ortum est initium iræ.* 'Quæ' enim non refertur ad 'Rem;' sed est neutri pluralis. 'Omnem rem narrabit; Quæ inter vos intervenerint, narrabit.' Neque aliter Donatus olim legebat: '*Quæ inter vos intervenerit.* Melius sic, quam

Atque eccum video ipsum egredi: quam tristis est! So. O mi gnate!

Pam. Mea mater, salve! So. Gaudeo venisse salvom: salvan'

Philumena est? Pam. Meliuscula est. So. Utinam istuc ita Di faxint!

Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tam tristis? Pam. Recte, mater.

So. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente invasit?

Pam. Ita factum 'st. So. Quid morbi est? Pa. Febris. So. Quotidiana? Pam. Ita aiunt.

I, sodes, intro; consequar jam te, mea mater. So. Fiat.

Pam. Tu pueris curre, Parmeno, obviam, atque his onera adjuta.

Par. Quid! non sciunt ipsi viam, domum qua redeant? Pam. Cessas?

eum video exire e domo socrus suæ: quam tristis vultu apparet! So. *O mi fili, gaudeo te salvum advenisse.* Pa. *O mea mater, salve.* So. *An bene valet Philumena?* Pam. *Aliquanto melius se habet.* So. *Dii velint ita esse ut dicis. Quare ergo, si meliuscule valet, lacrymaris? aut quid es tristis?* Pam. *Nihil est, mater.* So. *Quid modo tumultuatum fuit in istis ædibus? dic mihi, an improvisus dolor Philumenam corripuit?* Ph. *Ita accidit.* So. *Quod genus morbi est?* Pam. *Febris.* So. *An quotidiana est?* Pa. *Ita vulgo dicunt. I, quæso, domum intro: consequar mox te.* Pam. *Tu, Parmeno, curre obviam servis afferentibus onera et sarcinas e navi, et eis adjumentum præbe.* Par. *Quid opus est me his occurrere? nonne sciunt viam, per quam domum redeant?* Pam. *Quid tardas, cunctaris ire, quo dico?*

si diceret, *Quæ illi feceris.*' Satis opinor, constat, (etsi hodie hic *intervenerit* editum sit,) *Quæ* hic numero plurali accepisse Donatum, et proinde *intervenerint* legisse: quod et versus ipse postulat. *Bent.* quem sequitur Both. '*intervenerit* Bem. ediditque Fa. et sic refer ad 'rem.' Alii *intervenit,* quod melius referatur ad sequens 'iræ.' Bent. suapte libidine jubet *quæ* esse neutrum plur. et facit *intervenerint.*' Bip. 'Probat. indicativus, uti al. habent.' *Perl.*—17 *Ipsum video,* et mox *o mi gnate salve,* omnes Mss. *Bæcl. Est* versui incommodat; et, me judice, ejiciendum est. Sic Heaut. v. 3. 21. 'Set ipse egreditur, quam severus!' Cui hoc minus placet, legat *Quam tristis't:* vel, *Quam tristis est! mi gnate;* ut mox *Mea mater* sine *O.* Bent. *tristis* Both. quo teste, '*est* ab Hel. abest, recte quidem, quæ et Bentleium male habuit.' Post *tristis est* novam scenam faciunt Bip. Both.—18 *Venisse te salvum* duo Mss. *Bæcl. Venisse te* Guelf. 2. Bem. *salvam:* at aliqui alii, et in iis Vict. et Bas., itemque Donatus, *salvan* habent. ita versus est tetram. Iamb. acatalect. ut ceteri. *Fa.* Nostri omnes *salvan.* Bent. *te ad venisse* Guelf. 3.—22 *Quotidianan* omnes Mss. *Bæcl.* Plusculi Mss. et edd. vett. post EP. *quotidian'.* West. *cotidian* G. EM.—24 Bem. et Donatus, *atque eis.* Fa. Duo nostri veterrimi *atque iis.* Bent. sic Bip. Br. Perl.—25 *Nesciunt* B, Hel. ex interp. *quid si non*

Guelf. 3. ‘ *veniant* Bem. utrumque stare potest.’ *Fa. domum qua?* PAM. *cessas?* PAR. *minime* Both. qui e lectione varia in Bem. intelligit ‘ utrumque verbum a glossatore esse, potestatem τοῦ *qua* non assecuto. Neutrum istorum [verborum] Donatus invenit, qui sic ; ‘ *Qua* si locum significet, videbitur reliquum præceptum servus non audivisse. Sin audivit *qua* ‘quomodo’ intelligemus.’ Peraptum igitur Parmenonis illud *minime*, quod præbet unicus B.’

ACTUS III. SCENA III.

PAMPHILUS.

NEQUEO mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
Unde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt;
Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus;
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro ut corripui timidus, alio suspicans
Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, uxorem; hei mihi!
Postquam me aspexere ancillæ advenisse, illico omnes simul
Lætæ exclamant, venit! id quod me repente aspexerant.

Non possum excogitare rerum mihi molestarum ullum principium aptum et conveniens, a quo incipium exponere ea, quæ mihi nec suspicanti, nec cogitanti advenerunt: quorum aliqua his oculis pervidi, aliqua his auribus percepi: quamobrem me perterritum, et consternatum citius extra domum extuli. Nam paulo ante, postquam raptim intro domum ingressus sum, alio opinans morbo me inventurum correptam esse uxorem, atque vidi ; hei mihi! ut me ancillæ conspexere rediisse, omnes statim una hilares primo gaudio adventus clamitant, Pamphilus advenit ; propter id, quod

---

2 *Acciderunt* Guelf. 1.—3 *Prospexi* duo Mss. *Bœcl.* Al. *hisce.* Perl.—4 Var. *ocius.* Perl.—5 *Intro ut me* lege ex nostris universis. *Bent.* sic Perl. et Both. in textu, at in notis fere prætulerit *intro me ut*, cum suis Mss. sed et vulgatum ferri posse arbitratur. *intro me ut* Br.—6 *Quam* pro *ac* Guelf. 3. *uxorem esse* omnes Mss. *Bœcl. esse uxorem* unus tantum Regius, reliqui *uxorem esse.* Bent. sic Br. et Perl.—7 Aut ego fallor, aut ex *omnes*, *m* eliso, prioreque ejus dictionis syllaba correpta, erit in sexta sede dactylus, et versus procedet, ut ceteri, qui sunt troch. tetram. catalect. *Fa. Omnes simul.* Codex Regius Chartaceus non habet *simul.* Legere igitur possis, *advenisse, omnes ilico Lætæ exclamant.* Bent. *simul* omittit Both. abest enim a Gu. 1. —8 *Venire* Codd. quidam. *West. propter id* Guelf. 3. ‘ *id* unus omittit, omnes exhibent Mss. *derepente.*’ Bœcl. ‘ *me repente* dedit Faërnus ; sed nostri universi *me derepente.* Si hoc mavis, *venit* est temporis præsentis ; si *repente* est præteriti. Sed melius est *me* ejicere, cum egregio G. Fabricii codice: *id quod derepente asp.*’ Bent. ‘ Pro *me repente* Bent. edidit *derepente*, quod certe Donato demum infr. IV. 1. 3. obvium est.’ *Bip. derepente* G. EP. EM. Both. Br. Perl.—10 *Quod ita incommode* Mss. et edd. quædam vett. *West. illuc*

Sed continuo voltum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.
Una illarum interea propere præcucurrit, nuntians
Me venisse: ego, ejus videndi cupidus, recta consequor.
Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi miser;
Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat,
Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.
Postquam aspexi, o facinus indignum! inquam; et corripui illico
Me inde lacrymans, incredibili re atque atroci percitus.

improviso et subito me viderant: sed illico animadverti earum omnium vultus transmutatos esse, postquam consideraverunt reditum meum intempestive illis forte obtigisse. Interea ex illis una celeriter cucurrit ad prænuntiandum me advenisse: ego videndæ Philumenæ cupiditate ardens recta hanc ancillam insequor. Postquam ingressus sum cubiculum, confestim deprehendi quo morbo tentabatur: nam temporis brevitas impediebat quominus ejus partitudo occulteretur, neque ipsa poterat alia voce, ac dolores cogebant, gemitus ex partu et questus edere. Postquam visu id comperi; o probrum ingens! apud me dixi, et continuo inde me subduxi, illacrymans, re mihi non credibili et aspectu horrenda commotus ac perturbatus. Mater Philu-

duo nostri veterrimi. *Bent. illi* B.—11 *Illarum forte interea* omnes Mss. *Bœcl.* et sic G. ET. EM. ' Versum hunc in suum genus redigimus hoc modo: dictionem *forte* delemus ex auctoritate Bem. et pro *præcurrit*, reponimus *præcucurrit*, ex Bas. et aliis multis l. s. ita procedit trochaicus.' *Fa.* ' *Una earum interea propere præcucurrit.* Ita citat Priscianus x. p. 901. et sic ibi codex vetus. Nostri omnes, *Una illarum forte interea propere præcurrit.* Volebant hi Correctores, *propere currit.* In Petrensi deest *propere.*' Bent. ' *Præcucurrit.* Mss. Leidd. quinque, et Tr. cum edd. vetustissimis, Venetis, Argent. Tarv. EA. St., Aldi, Gryphii, aliorum, *præcurrit.* Priscian. Inst. Gram. l. x. *præcucurrit*, quod et Fa. defendit ex Bem. Bas. aliisque. Videtur autem *præcurrit* ad sensum melius, quia præcessit ' exclamat,' et mox sequitur ' consequor.'' *West. forte præcurrit* Br. *una forte interea...præcucurrit* Both. quia ' vulgatur *præcucurrit nuntians*, vetante Prisciano: nam aut *nuntiatum* scribi debuit, aut, quod omnino magis placet, *nuntiat. Forte*, quod vulgo desideratur, comparet in nostris omnibus et Mureti editione. Vulgatum *illarum* post *una* ex interp. infertum esse, versus est indicio.'—12 *Me vidisse* unus Ms. *Bœcl. hujus* Both. *visendi* Br. et pro v. l. *videndi, videndæ* Guelf. 1. *recta via consequor* Guelf. 3.—13 Ne hic quidem trochaicus stat, nisi ad lectionem Bem. et Vict. emendetur, *Postquam intro adveni, extemplo ejus morbum.* Fa. Sic Fa. ex Bem. dedit: sed correctorem sapit. Nostri enim universi et alii ubique, *Postquam introii.* Forte, *Postquam introivi, extempulo ejus morbum cognovi miser.* ut Plautus sæpe, Aul. 1. 2. 15. ' Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.' *Bent. intro adveni* Bip. Both. Perl. *introii* Br. GM. ' *ejus* duo Mss. omittunt.' *Bœcl.*—14 Lege ac distingue; *ut celare posset;* et *ac res monebat ipsa.* And. III. 3. 19. 'Neque postulem abs te, ni ipsa res moneat. Quid est?' ' Ut posset celare morbum;' uxor scilicet; quam statim adiit osculaturus. Nisi *celare* legeris, *Ipsa* disjungendum erit a *Res.* Bent. Frustra mutat in *celare* Bent. *Bip.*—15 *Res sinebat* Guelf. 3. ' *conqueri poterat* omnes Mss. unus *ipsi.*' Bœcl.—

Mater consequitur: jam ut limen exirem, ad genua accidit,
Lacrymans misera: miseritum est. Profecto hoc sic est, ut puto:
Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum a principio institit:
O mi Pamphile! abs te quamobrem hæc abierit, causam vides;
Nam vitium est oblatum virgini olim, ab nescio quo improbo:
Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.
Sed cum orata ejus reminiscor, nequeo quin lacrymem miser.
Quæquæ fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambæ, si jus, si fas est, uti
Advorsa ejus per te tecta tacitaque apud omnes sient.
Si unquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam, te, ut sibi des pro illa, nunc rogat:

menæ me insequitur, et lacrymas fundens infelix, in limine domus, ad genua exeunti mihi se subjicit. Ego certe ejus misertus sum. Proculdubio hoc usuvenit omnibus nobis hominibus: ut res eveniunt nobis, ita clati et demissi sumus. Hunc illa sermonem facere mecum primo incepit: O mi Pamphile, causam cognoscis, propter quam hæc filia mea a domo vestra discesserit; nam stuprum ei illatum est virgini olim a nescio quo flagitioso tenebrione: nunc illa ad me matrem suam confugit, ut tibi atque aliis se parientem occultaret. Verum cum precationes istius memoria repeto non possum me continere a lacrymis. Quæcumque subita fortuna, inquit, te nobis hodie adduxit, per eam te obtestamur ambæ mater et filia, si per jura humana divinaque licitum est, ut ejus infortunia tuo beneficio occulta, et silentio obtecta sint omnibus: si unquam eam amico animo te complexam fuisse cognovisti, mi Pamphile, eadem nunc te orat, ut hanc gratiam sibi concedas, (quod facile

16 *O indignum facinus* Both.—18 *Occidit* Mss. duo. *Bœcl.*—19 *Me misertum* omnes Mss. *Bœcl.*—20 *Magnique et* Both.—21 Placet mihi ut sine *a* legatur: *principio institit*, ut est in Bem. *Fa.* Nostri omnes *a principio*. Bent. Sic et omnes apud Bœcl. Br. *a* omittunt Bip. Both. Perl. *instituit* M. Tr. *instruit* EA.—25 *Comminiscor* Gu. 1. '*nequeo abstinere* GM. gl. videtur e marg. olim immissum.' *Perl.*—26 *Fors* abest a Guelf. 3. '*quæquæ* edidi, monente Fr. Fabricio pro vulgato *quæque*.' West.—27 *Te* duo Mss. omittunt. *Bœcl. Obsecramus* plerique omnes Codd. quidam cum Donato *obtestamur*. West. et sic Z. 'al. *obsecramus*.' Lind. *si vis si fas* Both. et sic Guelf. 1.—29 *Te erga* le-

Ceterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam.
Parturire eam, neque gravidam esse ex te, solus conscius:
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus.
Tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic jam septimus;
Quod te scire, ipsa indicat res. Nunc, si potis est, Pamphile,
Maxume volo, doque operam, ut clam eveniat partus patrem,
Atque adeo omnes: sed, si fieri id non potest quin sentiant,
Dicam abortum esse: scio, nemini aliter suspectum fore,

potest,) pro amico illo animo erga te. Sed de recipienda ea, aut ejicienda uxore, id facias quod tibi commodum videbitur, et expediet. Laborare eam dolore partus, neque prægnantem a te factam esse, nemo omnium cognovit præter te solum: nam dicunt eam duobus tantum mensibus post nuptias, non statim ut nupta est, tecum rem habuisse, neque te antea eam attigisse: postquam ad te deducta est, mensis jam hic est septimus, quod te scire re ipsa declarasti modo, cum eam comperiens parturire cito te tristis proripuisti foras. Nunc si fieri potest, Pamphile, vehementissime cupio et laboro, ut partus Philumenæ latenter fiat, etiam ignorante patre, atque insciis omnibus aliis: sed si fieri non potest, quin resciant, prætexam hoc scilicet eam abortum fecisse, et immaturum fœtum ejecisse. Scio

gere vult Bent.—30 *Hanc gratiam te uti sibi des*] Bem. et Donatus, non *uti*, sed *ut*, habent: nec stat aliter versus, cum *uti* posteriorem producat. et dictio *ut* etiam erat in Vict. sed deinde factum *uti*. Fa. Mss. M. et Tr. sed et duo Leidd. *uti sibi des*, *illa nunc rogat*. Sed in altero Leidensi *pro* erasum. Ita et post editionem anni 1469. plures e veteribus. Dixit autem, 'hanc gratiam ut sibi des pro illa,' uti Plaut. Capt. III. 5. 63.et Stich. I. 2. 23. *West. Pro* duo Mss. omittunt. *Bœcl.* et sic Br. A. C. Hel. 'We. ex Mss. Leidd. *pro illa*. Sed abest *pro* in plerisque et *illa* commodius accipitur casu recto.' *Perl.*—31 *Redducenda* per duo *d* scribimus: nam Iambum trochaicus non admittit. et infra, 'nam de redducenda.' Fa. *Redducendo* hic et mox in vs. 43. Both.—32 Ineptos spuriosque vocat hosce tres versus Guyetus. Sane inepte. *West. Neque*] Mss. quidam, et editi, *Nec*. West. *De te* Guelf. 3. '*conscius es* Mss. omnes.' *Bœcl.* et Guelf. 2. at Br. *es* pro gl.—33 Par. in marg. '*τὸ aiunt* expunctum velit Palmer. me non invito.' *Perl.* Vocem *eam* ex Bem. auctoritate sustulimus: quæ tamen subauditur ex præcedenti versu. *Fa. Eam* ex nostris reducimus: nam in ea sede Trochæus raro invenitur. *Bent. aiunt duobus post* Guelf. 1. *eam* omittunt Bip. Both.—34 Ratio trochaici exigit hanc collocationem verborum, quæ est in omnibus fere l. s. *mensis agitur hic jam septimus*. Fa. Sic et nostri. *Bent.* Fuit in libris, uti videtur, *jam hic agitur*: de qua tamen lectione silent omnes editores.—35 *Te noscere ipsa res indicat* unus Ms. *Bœcl.*—36 *Veniat* Both. 'Bem. Bas. et multi alii, ac Donatus, *ut clam eveniat partus patrem*. utraque collocatione stat trochaicus. *Fa.* Sic plerique nostri. *Bent.*—37 *Id* omittunt duo apud Bœcl. Bodl. Guelf. 3.et EP. 'Nostri vel non habent *id*, vel collocant ante *fieri*.' Bent. *Sed* omittit

Quin, quod verisimile est, ex te recte eum natum putent.
Continuo exponetur: hic tibi nihil est quicquam incommodi;
Et illi miseræ indigne factam injuriam contexeris.
Pollicitus sum; et servare in eo certum 'st, quod dixi, fidem;
Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror;
Nec faciam; etsi amor me graviter, consuetudoque ejus tenet.
Lacrymo, quæ posthac futura 'st vita, cum in mentem venit,
Solitudoque. O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona!

neminem aliter suspicaturum, quam, quod probabile est eum ex te genitum esse. Illico exponetur. In hac re celandi partus nullum pateris incommodum, et illi infelici, indignæ, quæ injuriam factam acciperet, honorem integrum servaveris. Promisi hæc facere, quæ mater Myrrhina pro ea postulavit. Stat fixum, atque immotum mihi in eo quod promisi, fidem inviolatam servare: nam ut eam ex patris domo ad nos reducam, eamque recipiam, non valde conveniens, et decorum esse opinor; nec faciam: quamvis ejus amore et conversatione vehementer afficiar. Non possum lacrymas tenere, cum animo reputo, quam posthac vitam ducturus sim, quam tristem et solitariam. O fortuna, quam non diu constans et prospera es! Sed

Both. '*id* deest in M. R.' *Lind.*—38 *Abortivam* Codd. quidam et edd. veteres. *West. esse* omittit Both. ex A. *scio enim* Br. quo teste *enim* textui superscriptum est.—40. 41 *Incommodi et | Illi* Bip. Both.—41 *Ut illi* M.—42 *Sum pollicitus et servare certum est, quoad* Both.—44 Videtur per ἓν διὰ δυοῖν dictum, 'Amor, consuetudoque,' pro, 'amor consuetus.' Sic And. 1. 1. 108. 'ut consuetum facile amorem cerneres.' Ms. Bodl. et edit. 1469. *consuetudoque tenet.* Sed *ejus* abesse nequit, nisi τὸ *consuetudo* facias quinque syllabarum. Faërnus delet *me.* Possit et 'Amor' ad affectum maritalem referri, 'Consuetudo' ad ipsam συνουσίαν. *West.* Hunc versum ita habet Bem. *Nec faciam etsi amor consuetudoque eius graviter tenet.* Ego tamen, aliorum collocationem sequens, et Bembinum librum, in eo, quod non habet vocem *me*, ita legerim, *Nec faciam, etsi amor graviter consuetudoque ejus tenet.* Fa. Sic Fa. numeris pessimis. Nostri omnes *amor me;* et in plerisque deest *ejus.* Bent. *Etsi amor graviter consuetudoque tenet* Mss. duo. *Bæcl. ejus* abest a G. ET. EM. *West. in Add.* necnon a Guelf. 1.—45 Do. et o. l. s. *futura est*, ut et trochaicus postulat. *Fa.* Sic et nostri *est.* Bent. Lib. antiq. *sit.* Perl. *factura* Guelf. 3.—46 *Solitudo*, absque *que*, et *es perpetuo bona* Mss. omnes. *Bæcl.* Pro *Bona* Do. legebat *Data.* 'Hic,' inquit, '*Fortunam* pro Bona posuit.' *Bona* igitur nonerat in textu. '*Bona.* Legitur et *Data:* nam et sic pro *Bona* intelligitur necessario.' Recipimus illud *Data*, quod tamen libri nostri repudiant, et insuper legimus *perpetua.* Lucilius apud Nonium v. Proprium: 'Cum sciam nihil esse in vita proprium mortali datum.' Plaut. Cist. 1. 3. 46. 'Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum.' 'Fortunam' absolute pro 'Bonam' etiam Ennius usurpavit, apud Macrobium, 'Hautquaquam quemquam semper Fortuna secu-

Sed jam prior amor me ad hanc rem ex ercitatum reddidit: Quem ego tum consilio missum feci: idem nunc huic operam dabo.

jam prior amor Bacchidis me ad hanc rem æquo ferendam animo exercitavit et assuefecit: quem amorem tunc ratione et prudentia dimisi, idem nunc huic me dedam

tast.' Quæ tria loca collegit Vir eruditus G. Fabricius. Adde illud Phorm. v. 7. 1. 'Tantam fortunam de improviso esse his datam.' Sententia igitur hæc est, O bona fortuna, O fors fortuna, ut numquam mortalibus data es propria et perpetua. *Bent.* Don. s. quisquis ille sit, testatur, etiam legi *data*, et sic necessario pro *bona* intelligi vult. Bentl. inutiliter hoc præferens fingit *perpetua es data*. Sed et ap. Plaut. Aul. 1. 2. 29. 'bona Fortuna' dicitur. cf. Ph. v. 7. 1. *Bip.* Bent. sequitur Both. *es perpetuo bona* Br. *perpetua es data* Perl. quo judice '*bona* gl. sapit.' 'Si vero non *bona* scripsit Ter. sed *data*, quomodo aliis legi observat Don. possit videri imitatus Plaut. Cist. 1. 3. 46.' *West.*—47 *Amor me prior* Both. tacite.—48 Mss. et editi quidam: *Quem ego tamen.* Laudat Guyetum Bœclerus, versum hunc tanquam ineptum hinc ablegantem; additque obesse argumento et τῇ οἰκονομίᾳ, si dicatur Pamphilus ad pristinum amorem Bacchidis animum referre. Tum repugnare dicit, quæ leguntur infra IV. 4. 75. et V. 1. 25. 26. quibus locis Pamphilus et Bacchis sancte adjurant, nullam post nuptias cum Philumena inter sese consuetudinem intercessisse. Mihi aliter videtur, cum quia Donatus, cum Codicibus Mss. versum hunc agnoscunt, tum quia novum non est, aliud dici, aliud fieri, seu in re uxoria, seu in re meretricia. Exemplo sit Phædria in Eunucho. Hic amore ardens, nihilominus consilium capit non redeundi ad Thaidem, si se obsecret; mox vero labascit, victus uno verbo meretricis. Sic Pamphilus fatetur quidem, amorem et consuetudinem Philumenæ graviter se tenere, statuit tamen, neutiquam reducere eam, sed operam dare, uti amorem hunc missum faciat. Quæ omnia planius etiam exponit patri, infra III. 5. 35. seqq. Quanquam vero Pamphilus Philumenæ amorem missum facere vix poterat, sine suspicione amoris meretricii, unde infra IV. 4. 67. Laches increpans Pamphilum ait: 'Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum: Cui tu obsequutus, facis huic adeo injuriam. Nam in eandem vitam te revolutum denuo Video esse;' quanquam hæc, inquam, ita videri potuerint, tamen de meretricio amore nihil in verbis Pamphili. Unde et Fabrini optime παραφράζει: *Il quale amore io lo lasciai andare, in prova overo consiglio, conoscendo, che non era cosa honesta, che io amassi una meretrice, medesimamente ora io attendero a questo, cioè, io me ingegnero di tormi via da questo, benche con difficultà.* Sensus enim est, 'idem nunc huic operam dabo,' etiam id operam dabo huic amori, uti nimirum eum missum faciam. Quod non cepit Donatus, notans, 'si *idem*, ego: si *eidem*, amori.' *West.* O. l. s. habent, *quem ego tum consilio:* quæ vero sequuntur, ita et illi, et Donatus collocant, *nunc huic operam dabo;* sed hoc modo est Iambicus octonarius, post tot trochaicos. quod quamvis non placet nobis, tamen consensum omnium librorum sequemur. *Fa.* Hic versus inter Trochaicos Iambicus venit: præterea sententia, vel nulla vel falsa est; ut Guyetus versum spurium pronuntiaverit. Donatus *idem* et *eidem* agnoscit: 'Si *idem*,' inquit, 'Ego: si *Eidem*, hoc est Amori.' Veterrimus noster cum altero *item.* Duo insuper pro *tum* habent *cum.* Repone, *Quo ego cum consilio missum feci, eodem huic operam dabo.* Quo consilio missum feci eum amorem, eodem consilio huic amori dabo operam, ut hunc pariter missum faciam. *Nunc* addiderunt, quia præcesserat *Tum:* nos *Eum* legimus, cui opponitur *Huic. Quo consilio...eodem:* sic supra I. 1. 15. 'Aut qua via captent te illi, eadem illos capi.' *Bent.* Vulgo omnes legunt *idem nunc huic operam dabo,* idque ita intelligi volunt, 'ut missum pariter faciam hunc

Adest Parmeno cum pueris: hunc minime 'st opus
In hac re adesse; nam olim soli credidi,
Ea me abstinuisse in principio, cum data est.
Vereor, si clamorem ejus hic crebro audiat,
Ne parturire intelligat: aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

et vacabo. Parmeno adest, venit cum servulis, redeuntibus ex Imbro. Non opus est omnino, in hoc Philumenæ partu eum præsentem esse: nam quondam huic uni hoc arcanum commisi, nimirum me eam non attigisse ab initio, cum data est mihi in uxorem. Timeo ne si Philumenæ querentis vocem sæpe audiat, ne eam partu laborare cognoscat. Aliquo hinc mihi amandandus est interea dum Philumena in puerperio est.

amorem.' Verum quis talia ferat, nisi Grammaticus inops consilii et amoris? 'Operam dare amori,' non missum facere amorem, sed 'amare' ipsum est; tum Faërn. jam vidit, incommode sic post tot trochaicos venire iambicum octonarium. Bentl. hinc pro suo ingenio emendans *Quo ego eum consilio missum feci, eodem huic operam dabo*, parum scite medetur. Sed audiamus Don. ambigue hæc explicantem: 'Si *idem*, ego; si *eidem*, hoc est, amori.' Nos *eidem* amplectimur, persuasi *huic* ingestum esse ab illis, qui *idem* legerant. Omisso igitur *huic* procedit et sensus aptior, et trochaicus. *Bip. Cum consilio ... item hunc* Both. qui intelligit 'hunc operam dabo ut missum faciam.' 'Al. *item*: concinnius est *idem* sc. ego.' *Perl.* '*Item nunc* M. R.' *Lind.* —49 *Parmeno cum pueris* Both. tacite.—50 *Esse* Br. cum gl. *adesse*.—51 *Olim sibi credidi* V. C. *Lind. Data sit* Guelf. 3.—52 Aliqui libri, inter quos Bem. *audiat*; quo quidem modo procedit Iambicus sine ulla licentia. *Fa.* Nostri universi *exaudiat*: et sic quoque procedit versus sine ulla licentia: *Ejus*, ut passim, in unam syllabam contracto. *Bent.* Ms. Lips. et edit. 1469. Anon. Junt. Steph. Ald. sed et Gambarellus, *exaudiat*. Sed *audiat* ad metrum melius est. *West. Exaudiat* omnes Mss. *Bæcl.* et G. ET. EM. Both. Br. Perl. *crebrum* Both. quo judice "crebrum' est 'vehementem."—53 Nullus omnino liber scriptus habet *eam*, quod nec necessarium est: commode enim ab versu superiore repetitur. *Fa.* Neque nostri habent *eam*. Bent. GM. sup. script. *eam*, quod facile subauditur. *Perl.*

ACTUS III. SCENA IV.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.

PAR. AIN' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter?
SO. Non hercle verbis, Parmeno, dici potest

PAR. *Dicisne, Sosia, hanc viam tibi ærumnosam fuisse?* SO. *Per Herculem,*

2 Numerosior versus est in o. l. s. *Non hercle verbis, Parmeno.* Fa. Sic et *Delph. et Var. Clas.* *Terent.*

Tantum, quam re ipsa navigare incommodum 'st.
PAR. Itane est? SO. O fortunate! nescis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingressus mare.
Nam alias ut omittam miserias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cum interea semper mortem expectabam miser:
Ita usque advorsa tempestate usi sumus.
PAR. Odiosum! SO. Haud clam me est: denique hercle aufugerim
Potius, quam redeam, si eo mihi redeundum siet.
PAR. Olim quidem te causæ impellebant leves,
Quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia.
Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium.
Ite intro: ego hunc adibo, si quid me velit.
Here, etiam tu nunc hic stas? PAM. Equidem te expecto.
PAR. Quid est?

Parmeno, verbis declarari non potest quantum re ipsa mari iter facere laboriosum est. PAR. *Itane est?* SO. *O beate, nescis quas difficultates et miserias evitaveris, qui nunquam in mare ascendisti. Nam ut alias sileam calamitates et difficultates navigationis, hanc cognosce: spatio triginta dierum, aut plus eo tempore, in navi steti, cum inter hos dies semper mortem formidabam infelix, adeo contrariis et oppositis ventis jactati continue fuimus.* PAR. *Res hæc incommoda et molesta est.* SO. *Non ignoro, et ut uno verbo dicam, potius fugiam, quam iterum in Imbrum proficiscar, si eo mihi proficiscendum esse videam. Olim certe ex levibus causis paratus eras fugere, quod nunc minaris facere magni et gravis periculi vitandi causa: ideo facile tibi credo. Sed Pamphilum video ipsum stantem ante fores. Ite vos servi domum. Ego vero hunc conveniam visurus, si quid me velit facere. Here, etiam nunc hic moraris?* PAM. *Ego te expecto.* PAR. *Quam-*

nostri omnes. *Bent.* et sic edd. omnes quas vidimus.—6 Antiqui libri, inter quos Bem. *mittam.* Fa. Sic tres ex nostris vetustissimi. *Bent.* et sic teste West. Mss. et editi quidam post EP. ita quoque Bip. Both. Br.—7 Citat Priscian. VII. per ἁμάρτημα μνημονικὸν ex Heaut. *dies triginta aut plus ego.* West.—8 *Cum interea* desunt in Guelf. 2.—11 Vice *siet* ' Mss. quidam cum editis vetustis, Anon. Venetis, Lugd. Argent. Juntarum, Aldi, Pulmanni, aliis, *sciam.* quam lectionem laudat Georg. Fabricius. *West. Sciam* Bent. Both. Br. Perl. A, B, C, Hel. *siet* Bip.—15 Omnino adloquitur Sosiam cum pueris reliquis. Vide supra III. 2. 24. et III. 3. 49. Unde adeo non opus cum Guyeto legere, *I tu intro.* vel, quod in glossis Mss. addit, *Ito intro.* West. *Adibo scire* Guelf. 3.—16 *Etiam nunc tu his stas* Mss. omnes nostri. *Bæcl.* Plurimi Codices, *Etiam nunc tu hic stas?* Interrogat autem cum admiratione. Sic Eun. II. 2. 55. Unde *Nunc* a Guyeto in scholiis ineditis male glossema vocatur. *West.* Si quis conservare velit hanc lectionem, quæ est eadem libri Bem. et multorum aliorum, necesse est, ut contracta per synizesin voce *ctiam* in duas syllabas, primus pes sit anapæstus; pro *nunc* vero *num* legatur; ut sit ordo *ctiamnum*, et fieri possit elisio, quod sæpe apud

PAM. In arcem transcurso opus est. PAR. Cui homini?
PAM. Tibi.
PAR. In arcem! quid eo? PA. Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una advectus est, conveni.
PAR. Perii! vovisse hunc dicam, si salvos domum
Redisset unquam, ut me ambulando rumperet.
PAM. Quid cessas? PAR. Quid vis dicam? an conveniam
modo?
PAM. Immo, quod constitui me hodie conventurum eum,
Non posse; ne me frustra illic expectet: vola.

obrem? PAM. *In arcem urbis transcurrendum est.* PAR. *Cui homini?* PAM. *Tibi.* PAR. *Quænam causa est, cur tam remote in arcem me currere jubes?* PAM. *Callidemidem Myconium hospitem meum, qui mecum una navi in hanc urbem advenit, alloquere.* PAR. *Interii. Voto promisisse vere dicere possum hunc Pamphilum, me ambulando rupturum, si unquam e mari sospes domum advenisset.* PAM. *Quid tardas ire quo jubeo?* PAR. *Quid vis ei a te nuntiem? an id solum vis ut eum adeam?* PAM. *Dic, me non posse eum nunc convenire, sicut denuntiaveram ei me facturum hodie. Ne me frustra illic opperiatur.* PAR. *At ignotus homo*

Statium invenitur; ex *quidem* vero *m* abjiciatur, quamvis sequente consonante. si vero aliam collocationem verborum, quæ est in aliquot antiquis, admittas in hunc modum, *etiam nunc tu*, et pro *et quidem* legas *equidem*, ut aliqui recentiores libri et Donatus habent, planius versus procedet. *Fa.* Quicquid laboret hic Faërnus et alius quidam, syllaba versui superest. Repone, *Ere etiam tu hic stas? Et quidem te exspectans. Quid est?* Dele *nunc*, quod larem incertum habet, in his codicibus ante *tu*, in illis post *tu*. *Etiam*, ut Eun. II. 2. 55. 'Etiamne tu hic stas, Parmeno?' Plaut. Mostel. II. 2. 89. 'Sed tu etiamne adstas, nec quæ dico obtemperas?' *Et quidem te exspectans;* subintellige 'Sto.' Eun. III. 5. 46. 'Sto exspectans siquid mi imperent.' Si *Exspecto* hic legeris, melius est *Equidem;* quod tamen vetusti omnes abnegant. Sin *Et quidem;* tum sine dubio legas *exspectans*, et responsio plenior ac apertior est. *Bent. Here, etiam tu hic stas?* PAM. *te quidem exspecto* Both.—18 *Callimedem* citat Priscian. Inst. Gramm. VI. *West.* —19 Ita post Donatum plurimosque libros Mss. etiam præstantissimæ editiones, anni 1469. Anon. Venetæ, Argent. Pulmanni, Steph. Aldi, Juntarum, Fabrini, aliæ. *West. Advectus* Mss. omnes. *Bæcl.* Repono *vectus* ex Bem. sed ex ratione versus, ex *vectus est, vectu'st* faciendum. *Fa.* Nostri omnes *advectus*. Bent. *Qui est una vectus convenito Myconium* Both.—22 *Quid vis dicam?* Quidam Mss. et editi antiqui, *Quid vis nunciem?* Quomodo et Donatum legisse suspicio est, ex iis, quæ ad versum seq. notavit. *West.*—24 *Et ne frustra* Mss. omnes. *Bæcl. Et ne me frustra* Guelf. 1. In Vict. scriptum erat *ille:* sed *illi* exigit sensus, quod pro *illic* exponitur: pro *illic*, *illi* exigit versus. aut si *illic* legetur, *c* in scansione non pronuntiabitur. *Fa.* Recte *illi*,

NOTÆ

19 *Myconium*] Mycone insula una ex Cycladibus, non procul a Delo. Virg. 'Quam pius Arcitenens, oras et littora circum Errantem, Gyaro celsa Myconeque revinxit.' Cyclades vocantur, *Isole de Archipelago.*

PAR. At non novi hominis faciem. PAM. At faciam, ut noveris.
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius,
Cadaverosa facie. PAR. Dii illum perduint!

mihi est de facie. PAM. *At efficiam ut cognoscas: procera statura est, rubra facie, crispis capillis, spisso et pingui corpore, glaucis oculis, vultu ad cadaveris similitudinem facto.* PAR. *Dii illum perdant. Quid si non veniet in arcem, an illum*

et in Textum recepimus: licet nostri omnes *illic.* Bent. *Illi ... volo* Both. quo judice, '*vola* nec Noster nec Plautus usquam in re simili: graviter pro domini persona, *volo.*' Perl. quoque *illi.*—25 *Faciam ego* Guelf. 2.—27 *Facies* Mss. omnes. *Bæcl.* et sic G. EM. Br. GM. '*Cadaverosa facies*] Bembinus et Donatus legunt *facie;* et hæc verba non Parmenoni, sed Pamphilo attribuunt. *Fa.* Nostri omnes *Facies* perperam. Sed illud animadverte, quo pacto idem et *Rubicundus, magnus, crassus* dicatur; et tamen idem *Cadaverosa* esse *facie?* An data opera, ut fingens ac mentiens; an ut festinans, oblivione sibi pugnantia dixit? Neutrum placet. Cur enim Parmeno, qui curiosus et garrulus, sed minime stultus inducitur, non hoc notavit, nec quicquam respondit? Addo amplius, nullam omnino faciem *Cadaverosam* dici posse: cum enim tot in cadaverum facie diversitates sint, quot in vivorum, quæ una species cadaverosa dici poterit? Unane sunt facie, qui sani in pugna occiduntur, qui apoplexia occidunt; quique fame, marasmo, cancro moriuntur? Quid quod, hoc loco excepto, nusquam omnino occurrat verbum *Cadaverosus;* ob eam nempe quam dixi rationem; quia varia et incerta est cadaverum forma. Qui hoc igitur in Terentio non libenter ferent, illi mecum reponant, *Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius Lentiginosa facie.* Valerius Max. I. 7. Ext. 6. De Dionysio Syracusano: 'Prævalentem virum, flavi coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis vinctum.' Donatus ad Eun. IV. 4. 22. 'Maculoso corio, nempe ad id genus coloris facies exprimitur Eunuchorum, quia plerique lentiginosi sunt.' Ergo *Lentiginosa facie,* idem quod ibi dixit Noster, *Colore stellionino,* et Heaut. v. 5. 18. *Ore sparso.* Glossarium vetus: *Φάκοψις, Lentiginosus, sparso ore.* Certe jam habes, quod intelligi saltem potest: at de *Cadaverosa* vide quid commentetur magnus Magister: '*Cadaverosa,* inquit, sublivida, ac personata rubore et livore: potest et pulposa intelligi et crassa et carnosa.' Nonne qui hæc dicit, sibi conscius est et plane fatetur se nihil dicere? Porro quod adnotat Donatus, dignum est quod et hic legatur: 'Imperite Terentium de Myconio *Crispum* dixisse aiunt, cum Apollodorus *Calvum* dixerit, quod proprium Myconis est: ut Lucilius, 'Myconi calva omnis juventus.' inde etiam proverbium Græcum, *Μυκόνιος φαλακρός.* Sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium *Crispum* dixisse. De *Calvo Myconio* quod dicit, verum est. Strabo lib. x. *Καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ.* Plin. Hist. XI. 47. 'In capite, cunctorum animalium homini plurimus pilus: sed Myconii carentes eo gignuntur.' Quid igitur fiet? An dicemus *Crispum* hic mendosum esse, et ab auctore fuisse *Calvum?* an studio hic Nostrum a Græco discessisse; ob œconomiam Act. v. Sc. 3. ut in arce diutius hæreret Parmeno, et plurimos compellaret, non paucos calvos? *Bent.* Pro sua sapientia vel lubidine Bentl. facit *lentiginosa.* Bip. *Cadaverosa facie*] Quatuor Mss. Leidd. cum Bodl. et Lips. hæc Parmenoni tribuunt, legentes, PAR. *Cadaverosa facies.* sed et ita editio anni 1469. et Anon. Juntina, Steph. Venetæ, Argent. Lugd. Aldi, Pulmanni, aliorum. In aliis est, *Cadaverosa facies,* sed omissa persona Parmenonis. Et videtur sane Parmeno, qui quæsiverat de facie Callidemidis, audiens esse hominem *magnum, rubicundum, crispum, crassum, cæsium,* op-

Quid, si non veniet? maneamne usque ad vesperum?
PAM. Maneto: curre. PAR. Non queo; ita defessus sum.
PAM. Ille abiit: quid agam infelix? prorsus nescio,
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum; nam me miseret mulieris.
Quod potero, faciam; tamen ut pietatem colam;
Nam me parenti potius, quam amori, obsequi
Oportet. Atat! eccum Phidippum, et patrem
Video: horsum pergunt: quid dicam hisce? incertus sum.

expectem usque ad vespertinum tempus? PAM. *Expecta. Curre celeriter.* PAR. *Non possum, ita defatigatus sum.* PAM. *Parmeno abiit. Quid agam miser? Nescio qua ratione partum occultem Philumenæ, quod ut facerem enixe oravit Myrrhina: nam misereor vehementer mulieris: quod earum gratia potero, id perficiam; uxoris vitium celabo, et ejus honori consulam; ita tamen ut pietatem in matrem meam observem, quæ a Philumena offensa est: nam parentis potius, quam amoris in uxorem, me rationem habere oportet. At, at, ecce Phidippus pater Philumenæ, et Laches pater meus. Versus hanc partem veniunt. Quid hisce dicam animi dubius sum.*

time intulisse, *Cadaverosa facies.* q. d. χαρίεις ὥσπερ νεκρὸς, seu, non magis venustus, nec minus detestandus, quam cadaver. Ejusmodi Gr. νεκρώδης, Plauto *morticinus* dicitur, Pers. II. 4. 12. *West. Facie* deest in Guelf. 2. ' *Perdant* Mss. omnes.' *Bœcl.* et sic ' Codd. quidam et impressi post EP.' *West.* —28 *Venit* Both. et sic Guelf. 2.—29 *Nequeo* Hel. ' *fessus* Mss. duo.' *Bœcl.* —31 Voces *quod me* usque ad *partum* Guy. spurias censet.—36 *Orsum* Br.

ACTUS III. SCENA V.

LACHES. PHIDIPPUS. PAMPHILUS.

LA. DIXTIN' dudum, illam dixisse, sese expectare filium?
PHID. Factum. LA. Venisse aiunt: redeat. PAM. Quam causam dicam patri,

LA. *Nonne dixisti, Phidippe, Philumenam dixisse sese expectare reditum Pamphili, ut ad nos rediret; nam sine illo in domo nostra perdurare non posse?* PH. *Dixi.* LA. *Pamphilum dicunt rediisse: redeat ergo Philumena ad nos.* PA.

1 *Se* Mss. omnes. *Bœcl. Sese* deest in Bodl. Br. EP. ' In optimis plurimisque libris est *dixisse illam se exspectare.*' West. ' O. l. s. et Donatus, *dixtin* habent; et *illam dixisse:* ita versus trochaicus est, ut qui sequuntur. *Fa.* Sic et nostri.' *Bent.* ' *Se* deest in M. R.' *Lind.*—2 Vides et accentum male incidere, *causam;* et tria verba continua in *am* exire. Quicquid nunc dicant

Quamobrem non reducam, nescio. LA. Quem ego hic audivi loqui?
PAM. Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.
LA. Ipsus est, de quo hic agebam tecum. PAM. Salve, mi pater.
LA. Gnate mi, salve. PHID. Bene factum te advenisse, Pamphile;
Atque adeo, quod maxumum 'st, salvom atque validum. PAM. Creditur.
LA. Advenis modo? PAM. Admodum. LA. Cedo, quid reliquit Phania,
Consobrinus noster? PAM. Sane hercle homo voluptati obsequens
Fuit, dum vixit; et qui sic sunt, haud multum hæredem juvant:

Nescio quam excusationem proponam patri, ob quam nolim reducere uxorem meam. LA. *Quem ego hic audivi loqui?* PA. *Stat mihi propositum meum obfirmate, et constanter persequi, ut scilicet non recipiam uxorem, et veram causam non recipiendæ celem.* LA. *Ipse Pamphilus est, Phidippe, de quo hic tecum colloquebar.* PA. *Salve, mi pater.* LA. *Fili mi, salve.* PH. *Gaudeo te advenisse, Pamphile, eoque magis gaudeo, quod incolumis et bene valens redis, quod præcipuum est.* PA. *Sic a quibusdam creditur.* LA. *An modo advenis?* PA. *Propemodum.* LA. *Dic quid reliquit in bonis Phania consobrinus noster.* PA. *Certe per Herculem homo voluptatibus deditus fuit, et deliciis incumbens, quamdiu in vivis fuit, et qui ita facti sunt non multum hæredi prosunt, et commodant: sibi hunc laudum titulum*

Librarii, ne dubita quin a Terentio sic profectum sit, *Causæ quid dicam patri.* ut And. III. 4. 21. 'Quid causæ est, quin hinc.' et Adel. IV. 2. 15. 'Sed si hic pernocto, causæ quid dicam, Syre?' Plaut. Aul. I. 2. 14. 'Ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet.' *Bent.* quem sequitur Both. 'Miror cur Bent. in litt. *am* ter repetitas offendat, cum tale quid sæpe obveniat apud Terent. Itaque non subtilior ille quam pronior ad mutandum reposuit *causæ quid.*' Perl.—3 *Audio* Ms. unus. *Bæcl.*—4 *Certum est offirmare* Mss. duo. *Bæcl.*—5 *Hoc* in plusculis libris est. *West. Hoc* Bent. Both. Br. '*Aiebam* Mss. duo, pronuntiationis, ut arbitror, vitio intercedente.' *Bæcl. Aiebam* et GM. ex emend. olim *agebam.*—6 *Salve mi gnate* Mss. omnes. *Bæcl.*—7 *Et adeo* EP. quod et plurimi et vetusti habent, teste Bent. et probante: sic et Bip. Both. Br. Perl. et Ms. R. teste Lind.—9 *Sobrinus* Guelf. 1. *Noster* abest a Ms. Lips.—10 *Vivunt* Br. ex emend. *sunt*; 'libri quidam scripti et editi *adjuvant.*'

NOTÆ

4 *Obfirmare viam*] Firmiter, et pertinaciter insistere viam, (id est propositum, consilium,) quam mihi persequendam proposui.

6 *Benefactum te advenisse*] Id est, prospere contigit te advenisse. Formula est peregre venientes gratulandi.

Sibi vero hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, bene.
LA. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sententia?
PAM. Quicquid est id, quod reliquit, profuit. LA. Immo obfuit;
Nam illum vivom et salvom vellem. PHID. Impune optare istuc licet:
Ille reviviscet jam nunquam; et tamen, utrum malis, scio.
LA. Heri Philumenam ad se arcessi hic jussit: dic jussisse te.
PHID. Noli fodere: jussi. LA. Sed eam jam remittet.
PHID. Scilicet.

comparant; nimirum vixit, dum vixit, laute et opipare. LA. *Tu igitur nihil plus rei attulisti, quam unam illam sententiam.* PA. *Ut ut est, quodcumque reliquit nobis compendium et emolumentum attulit.* LA. *Immo damnum: nam illum vita frui, et incolumem superesse vellem.* PH. *Sine pœna id permissum est optare, nihilque nocet, nam non timendum est, ne unquam ad vitam redeat; tamen non ignoro utrum præoptes.* LA. *Pamphile, Phidippus heri Philumenam ad se vocari jussit ex ædibus nostris. Phidippe, dic te jussisse.* PH. *Noli me monendi causa adeo mihi latus pungere. Sic est, ad me jussi vocari.* LA. *Sed jam ad nos eam*

West. 'Bem. et alii antiqui, *juvant.*' Fa. 'Sic et nostri, *juvant.*' Bent.—11 *Vero* abest a Ms. Lips. 'Bem. et alii antiqui *relinquont.* ita et Donatus, licet per duo *u.*' Fa. 'Nostri quoque, uno excepto, *relinquunt.*' Bent. 'Lib. antiq. *relinquent.* Recte; nam ad universum genus voluptariorum hoc refertur.' *Perl.*—12 Aut legendum *una plus* aut *plus una hac.* Bent. Hoc edidit Both. illud Perl.—13 *Quicquid reliquit*, omissis *est id quod*, Guelf. 3. In *profuit* postrema producitur, quod antiquissimi in dictionibus desinentibus in *t* sæpe faciebant. *Fa.* Cum producitur *t*, et in cæsura est, et in Præteritis, quæ Neutralia sunt, ut *Rediit*, *Periit*, et similia. Potius igitur legerim: *profuit. Immo vero obfuit.* And. v. 2. 13. 'Immo vero indignum,' et infra IV. 4. 104. 'Immo vero abi.' v. 4. 37. 'Immo vero scio.' Phor. III. 2. 43. 'Siccine hunc decipis? immo enim vero hic me decipit.' *Bent. præfuit.* (sic) *obfuit.* Utriusque verbi syllaba *it* ob eundem sonum producenda; si quidem Fa. contendit postremas in *t* desinentes veteribus produci. *Perl.*—16 Aut in *heri* posterior syllaba corripienda, aut *here* legendum; quod tamen in nullo l. s. invenimus. *Fa.* Nostri *Heri.* Bent. *Here* Both.—17 *Fodere latus* Mss. duo. *Bœcl.* et 'bona pars Mss. et editorum.' *West.* et sane Br. pro gl. *latus*; Guelf. 2. *fo. latus meum*; mox 'unus Ms. *sed eam remittet*, alter *sed remittet*, Argent. *sed eam remittet jam.*' Bœcl. 'Trochaicum claudicantem corrigo, ordinando verba, ut in Bem. et Vict. *Sed eam jam remittet.*' Fa. 'Sic et Nostri.' *Bent. Sed jam*

NOTÆ

17 *Noli fodere*] Fodere, hic est latus alicujus manu vel pungere, vel tundere: quod facimus monendi gratia, et suggerendi, et impellendi. Horatius l. I. epist. 8. 'Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum Qui fodiat latus.'

PAM. Omnem rem scio, ut sit gesta: adveniens audivi omnia.
LA. At istos invidos Di perdant! qui hæc libenter nuntiant.
PAM. Ego me scio cavisse, ne ulla merito contumelia
Fieri a vobis posset: idque si nunc memorare hic velim,
Quam fideli animo et benigno in illam et clementi fui,
Vere possum; ni te ex ipsa hæc magis velim resciscere;
Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit:
Neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor Deos!
Sed quando sese esse indignam deputat matri meæ,

remittet. PH. *Certe ego remittam.* PA. *Omnem rei seriem rescivi qualiter sit gesta, cum advenirem: paulo ante audivi omnia, quæ facta sunt.* LA. *At istos garrulos, qui concordiæ et amori conjugum invident, Dii perdant, qui hæc quæ audivisti tam cupide referunt.* PA. *Ego scio me sedulo curasse, ne quicquam mihi a vobis contumeliose exprobrari posset merito meo: idque si nunc hic recitare velim, quam fideli amore, et suavi Philumenam filium tuam, Phidippe, prosecutus sum, vere id recitare possum; nisi potius velim te ex ejus ore ea discere: namque eo modo, magis credes me tali esse ingenio, quali me esse tibi dico, cum Philumena ipsa, quæ iniquum erga me se gessit, æqua de me tibi prædicaverit: neque me causam huic divortio præbuisse, Deos testes advoco. Sed quandoquidem seipsam existimat tanti,*

---

eam Bip.—18 *Omnia modo* Ms. R. *Lind.* et 'Mss. omnes.' *Bœcl.* et sic Br. necnon 'Mss. plusculi cum editis post EP.' *West.* 'Nostri universi in fine ad. dunt *modo:* et in uno Regio deest *omnia;* ut in quibusdam G. Fabricii. Repone, *audivi modo.* Cur enim addat *omnia;* cum jam dixerit *Omnem rem?*' Bent. et sic Both. Perl. *Omnia.* LAC. *At* | *Istos.* Bip.—19 *Atque* Guelf. 3 *At* delet Both. tacite; *nuntiant* e pr. m. ex emend. *annuntiant* Br.—20 *Scio me* Bem. et Donatus: sed venustius videtur, quod in aliis omnibus libris est, *me scio.* Fa. Sic et unus noster vetustus, *scio me:* reliqui *me scio.* Bent.—21 *Nobis* Mss. duo, et mox *commemorare.* Bœcl. et *nobis* M. Tr.—22 *Et benigno* desunt in EP. Br.—23 Parvi quidem hoc refert, omnes tamen l. s. *possum* habent. *Fa.* Sic et nostri omnes *possum.* Bent. Omnes Mss. *possum.* Bœcl. *Possim* Both. 'Al. *possim.* male.' *Perl.* mox 'V. C. *nisi ex ipsa.*' Lind. '*Nisi ex ipsa te hec magis velis* Ms. unus, alter *nec tu ex ipsa hec magis velis,* Argentor. *ni tu ex ipsa hec magis velis.*' Bœcl. *Hoc malim* Guelf. 1. *id* in loco deraso pro *hæc* Guelf. 2.—25 Meliores et plures nostri meliore ordine *in me nunc.* Bent. et sic omnes Mss. apud Bœcl. *in me iniqua nunc est* Both.—26 Collocanda sunt verba, ut in Bem. Vat. Bas. ac Vict. et Donato, *Neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor deos.* Fa. Sic, uno excepto, nostri omnes. *Bent.* Olim fuit, ut videtur, *culpa hoc evenisse dissidium.*—27 Addimus ex o. l. s. verbum *esse,* hoc modo, *sese esse,* ut et postulat versus. sane in Bem. legitur, *quæ concedat;* licet et in eo quoque libro prius esset *cui;* sed *quæ* etiam Ubaldino Bandinello placebat. nos tamen antiquam lectionem non mutamus. *Fa.* Nostri plerique *sese esse.* Unus tamen Academicus non habet *sese.* Unus e Meadianis, *Set quando esse indignam se dep.* In altero versu pro *Cui* Bembinus a manu secunda *Quæ.* Lege et distingue, *Set quando esse indignam sese*

Cui concedat, cujusque mores toleret sua modestia;
Neque alio pacto componi potest inter eas gratia;
Segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena:
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi. 31
LA. Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus,
Cum te postputasse omnes res præ parente intelligo.
Verum vide, ne impulsus ira prave insistas, Pamphile.

ut nolit obsecundare matri meæ, et rem indignam esse putat, si ei se submittat, ejusque senectutis mores moderate ferat; neque inter eas alio modo gratia reconciliari possit, nisi matri se submittat; aut sejungenda mater est a me, Phidippe, aut Philumena. Nunc pietate moveor, ut potius quæram quod placet matri, et ei commodum est. LA. *Pamphile, libenter auribus accepi sermonem tuum, cum te video posthabuisse omnes res commodis matris tuæ. Verum diligenter perspice ne ira incitatus in tua sententia inique permaneas, Pamphile.* PA. *Quibusnam iris im-*

---

deputat, matri meæ Quæ concedat, quæque ejus mores toleret sua modestia. 'Indignam quæ concedat quæque toleret.' Ita Eun. v. 2. 27. 'Nam si digna hac contumelia Sum maxume; at tu indignus qui faceres tamen.' Donatus, falsa lectione implicitus, miris modis se torquet; nec tamen se extricat. Id ceteris quoque Interpretibus evenit. *Bent.* probante Perl. 'Quum in Mss. Leidensibus quinque, Bodleiano, Trajectino, Markiano, Lips. et Bœnd. diserte legatur *Cui*, nihil mutandum duxi. Et in Cod. Bem. a prima manu legi *Cui*, sed quod mutatum in *Quæ*, testatur Faërnus. Neque sane aliter quisquam Librorum editorum, quod quidem sciam. Guyetus tamen *Quæ* præfert. Idem J. Fr. Gronovio placebat, Observ. III. 8. qui et *Cur* substituit. Mihi neutrum probatur, vel ob sequens *Cujusque*, quod indicio est, præcessisse relativum ad 'Matri' referendum. Sensus igitur esto: 'Sed quando sese esse indignam deputat matre mea, cui matri meæ concedat.' Sed et in Libris quibusdam *Esse* desideratur. Quæ Mericus Casaubonus huc adfert, *ἀπροσδιόνυσα* sunt. Tanaq. Faber vertit: *Elle croit être trop grande dame, pour ceder a ma mere.* De usu *τῶν dignus* et *indignus* vide ad Eun. v. 2. 26.' *West.* 'Non decebat Bent. lectioni Codd. antiquiss. probatæ vim inferre.' *Bip. Sed quando quidem illa indignam esse deputat matrem meam* Both. *sese indignam* omnes apud Bœcl. et Br. 'pro *cui* omnino legendum est *quæ*.' R. D. *cui* G.—28 *Cujusque* Mss. omnes. *Bœcl.* Legitur et *cujus*. West. *tolleret* Guelf. 1. —29 Vides *pactó* in ultima acui, contra Latinæ Linguæ indolem; deinde *potest* utramque corripere. Neutrum ab Auctore est, qui sic dederat, *Neque alio componi pacto potis inter eas gratiast.* Sic Adel. III. 2. 46. 'Pejore res loco non potis est esse.' Plautus Pœn. IV. 2. 24. 'Qui ipsus hercle ignaviorem potis est facere ignaviam.' *Bent.* et sic Both. excepto *gratia* sine *est*.—30 Ex Bem. et aliis antiquis et ratione versus hæc verba sic ordino, *mater a me est.* Fa. Sic et nostri omnes, *a me est.* Bent. Lib. antiq. *est a me:* 'Mss. duo *est* omittunt.' *Bœcl.*—31 *Consequi* omnes Mss. *Bœcl.*—32 Vice *ad aures haud invito* 'in o. l. s. et Donato, ita hæc verba invenias collocata: *haud invito ad aures.*' Fa. 'Sic et nostri universi.' *Bent.* 'Par. *aut* prave.' *Perl.* 'Cessit Mss. duo.' *Bœcl.* 'Recte e Mss. emendavit Palmerius *ad aures mihi sermo accidit tuus.* Hæc enim est legitima loquendi formula. Cf. Rutil. Lup. I. 58. et quæ ibi notavimus.' *R. D.*—33 Repone, quod tanto artifice dignius est, *cum res postputasse te omnes.* Bent. sequitur Both. '*Te* omissum est in Ms. R.' *Lind.*

PAM. Quibus iris impulsus nunc in illam iniquos siem?
Quæ nunquam quicquam erga me commerita 'st, pater,
Quod nollem; et sæpe, quod vellem, meritam scio.
Amoque, et laudo, et vehementer desidero;
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum;
Illique exopto, ut reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior;
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.
PHID. Tibi id in manu est, ne fiat. LA. Si sanus sies,
Jube illam redire. PAM. Non est consilium, pater.
Matris servibo commodis. LA. Quo abis? mane;
Mane, inquam: quo abis? PHID. Quæ hæc est pertinacia?
LA. Dixin', Phidippe, hanc rem ægre laturum esse eum?
Quamobrem te orabam, filiam ut remitteres.

pulsus nunc me erga eam inique agam? quæ nunquam quicquam mali erga me commeruit, neque commisit quod mihi displiceat, et sæpe de me bene meritam esse, et præstitisse, quod placeret, in memoria habeo: amoque, et laudo, et ejus retinendæ desiderio teneor: nam singulari et mirifica ingenii mansuetudine, et benignitate erga me usam esse expertus sum, illique ex animo opto, ut reliquos vitæ annos traducat cum eo marito, qui me sit felicior, siquidem illam a me divellit necessitas. PH. *In tua potestate est, ut non divellatur.* LA. *Si satis sanæ mentis es, fac ut reducatur.* PA. *Non ita mihi proposui facere, sed potius matris commoda sectari.* LA. *Quo abis? mane, mane, inquam, quo abis?* PH. *Quæ est hæc mentis obstinatio?* LA. *Nonne vere tibi dixi, Phidippe, molestum et ægrum fore Pamphilo, si resciret Philumenam ad vos ex ædibus nostris ita discessisse: quamobrem a te petebam, ut filiam ad nos remitteres, antequam ille rediisset.* PH. *Per Pollucem,*

—34 *Plane insistas* Guy. 'prave et planissimo errore.' *West.*—35 Hic versus justo longior est, ut quivis metri peritus statim videat. Inde est, quod veterrimus noster cum tribus aliis habeant, *Quibus iris pulsus.* Hoc enim quivis corrector poterat. Sed notandum, in responsione semper eadem verba repeti et accentu quoque eodem. Non credam igitur *impulsus ira* mutari hic in *iris pulsus.* Repone, *Quid ego ira impulsus nunc in illam iniquos sim?* Bent. *Quibus iris nunc iniquis iniquus siem* Both. *pulsus* Guelf. 1. *iniquus* abest a Guelf. 3.—36 *Quam nunquam erga me quidquam commeritam, pater* Both.—37 *Et sæpe meritam quod vellem scio* Mss. omnes. *Bœcl.* et sic A, C, Br. Sentis, opinor, *vellem* in ultima male acui in sede media. Suppetias ferunt nostri et meliores et numero plures, *Quod nollem, et sæpe meritam quod vellem scio.* Bent. quem sequitur Perl. *Quod nollem, sæpe meritam, quod vellem scio et* Both.—38 *Amo vehementer laudoque et desidero* Both. *Amo* sine *que* Hel.—40. 41 *Exigat cum eo vitam viro* Guelf. 3.—41 *Eo cum* Both. tacite. *eum eo* Br. fortasse typorum errato.—43 *Tibi id* Guelf. 3. *Si sanus satis sies* omnes apud Bœcl. Bodl. A, C, et 'V. C.' *Lind.* Br. *si sanus es satis* Bœnd. Junt. B. Hel. *si sanus satis* Both. in notis, in textu *si sanus sies.*—44 *Illam* omittit Both.—45 *Consiliis* Guelf. 3.—46 *Quo vadis* Codd. quidam et impressi. *West.*—48 *Tecum orabam* in libris quibusdam est. *West.* Bem. *filium ut remitteres.* Fa. Nostri

PHID. Non credidi ædepol adeo inhumanum fore.
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, ut velit reducere uxorem, licet;
Sin alio est animo, renumeret dotem huc; eat!
LA. Ecce autem! tu quoque proterve iracundus es.
PHID. Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.
LA. Decedet jam ira hæc, etsi merito iratus est.
PHID. Quia paululum vobis accessit pecuniæ,
Sublati animi sunt. LA. Etiam mecum litigas?
PHID. Deliberet, renuntietque hodie mihi,
Velitne, an non; ut alii, si huic non sit, siet.
LA. Phidippe, ades! audi paucis: abiit: quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi, ut lubet;
Quando nec gnatus, neque hic, mihi quicquam obtemperant;

non suspicatus sum eum adeo immitem et ferocem fore. Itane is sibi nunc me supplicaturum opinatur, ut uxorem Philumenam recipiat? Si in eo est, ut velit recipere uxorem suam, per me ei licet; sin aliter animatus est, et nolit, reddat dotem, valeat. LA. *Ecce autem, tu quoque insolenter iraseeris, et ad iram propensus es.* PH. *Pervicax et pertinax, ex Imbro ad nos rediisti, Pamphile.* LA. *Abibit hæc ira, etsi non sine causa commotus est.* PH. *Quia aliquantulum pecuniæ rei vestræ accrevit, elatiores animo, et ferociores facti estis.* LA. *Etiam lites in me quoque intendis.* PH. *Decernat, mihique denuntiet hodie Pamphilus, velitne, an non, recipere in uxorem Philumenam, ut alii sit uxor, si ipsi non sit.* LA. *Phidippe, propius accede, audi quæ paucis dicam. Abiit Phidippus; quid mea refert? Tandem controversiam inter se decidant ipsi, ut videbitur; qua nec filius, neque hic Phidippus in ulla re mihi auscultare volunt: verba mea nihili æstimant. Hanc*

universi, *ut filiám.* Sed recte Bem. ut evitetur accentus in ultima. *Bent. Ut filiam* Br.—50 Donatus ad locum: '*Sibi et me*] 'Magno pondere legendum est utrumque pronomen.'' Bene: sed illud pondus adhuc augetur, ordine paulum immutato. Unus ex nostris, *is nunc,* pro *nunc is:* alter *Itan* pro *Ita.* Repone, *Itan is nunc sibi me supplicaturum putat.* Bent. quem sequitur Both. —54 *Huc* omittit Both.—55 *Decidet* Guelf. 1. *dedecet* Guelf. 3. *Decedet jam ira hæc*] Bem. et Donatus, *Decedat.* Fa. *Decedat jam ira hæc, etsi merito iratus est.* Sic a Fa. Sed Donatus in omnibus, quod sciam editis, *Decedet;* et sic nostri omnes; sententia quoque flagitante. Porro in melioribus et pluribus nostris deest *jam.* Recte: non enim *jam,* statim; sed die ac tempore. *Bent. Jam* omittunt Mss. omnes. *Bæcl.* Necnon Bod. EP. Both. Br. Perl. —56 PAM. tribuit Br., at ex emend. PH. Aliqui libri, et in iis Vat. et Bas. habent *Paulum:* quod versui magis convenit. *Fa.* Nostri meliores *paulum.* Bent. *paulum...accidit* Both. *paulum* B, C, Br. Perl.—59 *Ut aliis* Codd. quidam scripti et edd. post EP. *West.* sic Br. 'Bem. *si huic non est, siet:* quorum utrum melius sit, statuere nescio; et tamen antiquiorem lectionem semper elegerim.' *Fa.* 'Nostri omnes *sit.*' Bent. *Si non huic siet* Both.—60 *Adesdum; paucis* Both.—61 *Postremo ne inter* Mss. duo, tertius *postremo ut inter.*

Quæ dico, parvi pendunt. Porto hoc jurgium
Ad uxorem, cujus hæc fiunt consilio omnia;
Atque in eam hoc omne, quod mihi ægre 'st, evomam.

rixam ad uxorem meam jam nunc defero, quasi munus gratum; nam hujus suasu hæc omnia efficiuntur, atque in eam omnem ægritudinem et dolorem effundam.

Bœcl.—62 *Hic is* Guelf. 2. *neque is mihi* Guelf. 3.—62. 63 Hos duos Guy. spurios censet.—63 *Porro feram hoc* Mss. omnes. *Bœcl. Post hoc* Br.—64 In o. l. s. et Donato, hic est ordo verborum, *cujus hæc fiunt:* multis autem rationibus sustentari potest versus. *Fa.* Sic et nostri. *Bent. Cujus hic* EP. '*hæc fiunt cujus* GM. miro ordine.' *Perl.*

ACTUS IV. SCENA I.

MYRRHINA. PHIDIPPUS.

MYR. PERII! quid agam? quo me vortam? quid viro meo respondebo

MY. *Perdita sum: quid agam? quo me vertam? quid responsi marito meo red-*

1 *Quid dicam* GM. 'Bona Mss. pars *viro modo.*' West. Sic omnes apud Bœcl. 'O. l. s. *quid viro meo.* est autem hic versus trochaic. acatalect. ejusdem generis est et secundus hujus scenæ versus, si tamen pro *audisse*, legas *audivisse*, ex Bem. ac Vict. et Bas. ac Donato: item quartus, si pro *rescirerit, rescierit* legas, ex iisdem libris: item octavus, cui tamen attribuimus hæc verba, *atque eccam*, demta ex præcedenti versu: quam ordinationem versuum habet Vict. et Steph. in quo etiam versu ex eodem Vict. et Bem. lego *quid ais?* interrogat enim Phidippus Myrrhinam, quidnam sit, quod ipsa secum loquatur: item nonus, in quo ex Bem. lego *vir ego tuus sim?* item undecimus, item duodecimus, eliso ex *taces s:* item quartus decimus, et decimus septimus, ubi tamen *adeon* legendum ex o. l. s. item decimus nonus, in quo ex omnibus fere libris scriptis, versusque ratione legendum *advorsum:* quintus dimeter trochaic. catalect. Hi vero, quos infra dicam, trochaici sunt tetrametri catalectici, tertius, et sextus, eliso tamen *d* ex *sed*, ut in prima sede sit trochæus: item septimus, et decimus: item tertius decimus, contracta dictione *nisi* in unam syllabam: item quintus decimus, deleta in hoc dictione *hunc*, quæ nec est in Bem. neque ponitur a Donato, neque sane multum sensui servit, et versui incommodat: item sextus decimus, vigesimus, vigesimus secundus, cujus postrema verba in Bem. et Vict. hunc ordinem habent, numero dulciore, *posse filiam tuam te pati*, ubi *tuam* monosyllabum est: item vigesimus quartus, non facta elisione in *cum eo:* item vigesimus quintus, in quo pro *malo* lege *mavolo*, ex eisdem duobus antiquissimis libris, versusque ratione: item vigesimus sextus, et vigesimus septimus. At qui sequuntur quatuor versus, sunt octonarii Iambici acatalect.: si tamen in vigesimo octavo, post *quoque*, addas dictionem *etiam*, quæ est in omnibus libris; in vigesimo vero nono ex

Misera? nam audivisse vocem pueri visu' 'st vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam.
Quod si rescierit peperisse eam, id qua causa clam me habuisse
Dicam? non ædepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo, ipsum ad me exire: nulla sum!
PHID. Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras;
Atque eccam video. Quid ais, Myrrhina? heus! tibi dico.
MYR. Mihine, mi vir?
PHID. Vir ego tuus sum? tun' virum me aut hominem deputas adeo esse?
Nam si utrumvis horum, mulier, unquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. MYR. Quibus?
PHID. At rogitas?
Peperit filia. Hem, taces? Ex quo? MYR. Istuc patrem rogare est æquom?

dam infelix? nam vagientis pueri clamor videtur ad aures ejus pervenisse; adeo raptim, et subito silens ad filiam se contulit. Quod si cognoverit eam partum edidisse, per Pollucem nescio qua de causa ei dicam me hoc celavisse. Sed ostium stridit: credo ipsum foras ad me prodire: perii. PH. *Ubi uxor vidit me ad filiam ire, foras abiit. Atque ecce eam conspicio. Quid ais, Myrrhina? quid siles? heus, te appello.* MY. *Mene ipsam appellas, mi vir?* PH. *An vir ego tuus sum? Tune virum, aut hominem quemlibet existimas me esse? Nam si utrumvis horum, vel virum me judicasses, non sic per ea, quæ fecisti, derisus et delusus fuissem.* MY. *Per quæ mea facta derisui fuisti?* PH. *At etiam quæris? Filia nostra peperit. Hem! siles? Ex quo homine peperit?* MYR. *Istud patrem decet inter-*

---

tribus antiquissimis, pro *eandem*, legas *eadem*, distinguendo post *ostendisti*, ut sit ordo, nihil cessavisti usque adhuc eadem esse, ut olim se ostendisti, pro, quam olim te ostendisti.' *Fa.*—2 *Est* delet Both. '*visu 'st* sic per apostroph. Fa. Mu. Par. al. at Erasm. explicite *visus est*.' Perl.—6 Melius nostri meliores et plures *exire ad me*. Bent. et sic omnes apud Bœcl. Br.—7 Ita quidam libri, et Donatus: '*Se duxit*] Verbis usus est intra domesticos parietes artis (lege *natis*) τῷ ἰδιωτισμῷ.' Habeat is suum sibi ἰδιωτισμόν: et repone, *Se eduxit foras*: ut supra III. 3. 4. 'Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.' Plaut. Truc. I. 1. 18. 'Pisces usque adeo donicum eduxit foras.' *Bent.* et sic Both. *seduxit* Br.—7. 8 *At-* | *que* Both. quo judice, *foras* esse iambum bene G. Vossius in Syntax. p. 132. statuit contra Taubm. ad Plaut. Aul. IV. 4. 1.—8 'Al. *Agis* pro *ais*. Commode. Neque enim locuta esse videtur Myrrhina quidquam.' *Perl.*—9 *Sim* in quibusdam Codd. legitur; in aliis etiam non *mi vir*, sed *vir*, quod laudat Guy. Est autem durum, nec stilo Comici nostri conveniens. *West.* Al. *sum*, perperam. *Perl. Reputas* Mss. omnes. *Bœcl.*—12 *Filia* deest in B. '*Peperit filia*] Sustuli interrogationis notam, sequutus optimas editiones, Anon. Lind. Bœcl. Bas. Juntarum, Steph. aliorum. Et Guy. e suo Codice eraserat, Antesignanum erroris insimulans,

Perii! ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?

PHID. Credo; neque adeo arbitrari patris est aliter: sed demiror, 14

Quid sit, quamobrem tantopere omnes nos celare volueris
Partum; præsertim cum et recte et tempore suo pepererit.
Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,

rogare de filia? perdita sum. Ex quonam opinaris illam peperisse, nisi ex eo cui uxor data est, obsecro? PH. *Credo eam peperisse ex Pamphilo, neque licet patri aliter censere: sed mirum mihi est, quamobrem tantam curam et operam adhibuisti ad hunc partum nobis occultandum; præcipue cum recte, et tempore congruo, quo prægnantes possunt parere, peperit. Adeone pertinaci animo esse potuisti, ut puerum filiæ potius cuperes exponi ad mortem, ex quo non ignorabas stabiliorem futu-*

---

qui aliter edidisset. Neque enim commode interrogare poterat, 'ex quo' peperisset filia, si nesciret, utrum peperisset, nec ne. Et quidni rescierit, qui ipse sese ad filiam corripuerat intro? Vide supra, vs. 3. atque ibi Donat.' *West.* Mox, 'Non placet Donati *celas*. Phidippus Myrrhinam interrogatam de filiæ partu, sed nihil respondentem, increpat. Sic Eun. IV. 4. 28. 'istam, quam habes, unde habes, vestem? taces? Monstrum hominis! non dicturus?'' *West.* *Taces*] Sic libri. Sed *taces* vix corripiat posteriorem. Repone, *tacen. Tacen*, *Viden*, brevia sunt. *Bent.* *Rogitare* Br. B. C. et sic 'Mss. quidam et editi post EP.' *West.* et 'Ms. R.' *Lind.* Both.—13 *Ex quo nisi illo censes* Both.—15 '*Tantopere hos omnes* Vett. et Mss. R.' *Lind.* '*Tantopere hunc omnes* A, B, C, Hel. Mss. apud Bœcl. *tantopere hoc omnes* Br. *hoc nos omnes* Guelf. 3. *Celare volueris*] Trochæus in ea sede minus gratus est. Dedit auctor: *celari volueris:* ut infra IV. 4. 23. 'Nosne id celatos tam diu.' *Bent.* et sic Both. *Quamobrem hunc* Guelf. 1. 'Sunt codd. in quibus *volueritis* legitur.' *West.*—16 *Cum præsertim* et *tempori* Both. '*peperit* Ms. R.' *Lind.*—17 *Pertinaci* Mss. duo apud Bœcl. et sic Br. pro gl. '*peroptares* Mss. duo.'

NOTÆ

17 *Ut puerum præoptares perire*] Id est, exponi. Vetustissimus hic mos antiquis fuit, Hebræis, Græcis; ut constat de Moyse, de Œdipo, et etiam Romanis, ut notum est de Romulo et Remo. Exponebantur miselli infantes in mare, in aliquem fluvium, in deserta, et avia abjiciebantur. Ovidius Fast. lib. I. 'Amne jubet mergi geminos: scelus unda refugit: In sicca pueri destituuntur humo.' Idem Ovid. Epist. II. 'Jamque dari parvum canibusque avibusque nepotem Jusserat, in solis destituique locis.' Denique ad cloacas vetus Scholiastes Juvenalis infantes exponi solitos prodidit, ad Sat. VI. vs. 602. 'Transeo suppositos, et gaudia, votaque sæpe Ad spurcos decepta lacus.' Hinc exponere idem quod necare. Paulus Jurisconsultus, L. 4. D. De agnoscendis liberis.

18 *Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam*] Scilicet, inter familiam nostram, et familiam Philumenæ.

Potius quam advorsum animi tui lubidinem esset cum illo nupta?
Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ te est penes.
MYR. Misera sum. PHID. Utinam sciam ita esse istuc: sed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re, quod locuta es olim, cum illum generum cepimus:
Nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati
Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.
MYR. Quamvis causam hunc suspicari, quam ipsam veram, mavolo.
PH. Multo prius scivi, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina:
Verum id vitium nunquam decrevi esse ego adolescentiæ:
Nam id omnibus innatum 'st: at pol jam aderit, se quoque etiam cum oderit.

ram esse amicitiam in posterum inter nos, quam contra immoderatam tuam cupiditatem, Philumena cum Pamphilo nuptiis jungeretur? Ego etiam adhuc culpam in illis residere credidi, quæ apud te est. MY. *Infelix sum.* PH. *Utinam cognoscam hoc ita esse, uti tu mihi narras: sed aliud mihi in memoriam redit, ex quo videris non esse innocens, propter ea, quæ olim dixisti, cum Pamphilum generum elegimus: nam tu negabas te posse consentire, ut filia tua collocaretur nuptui cum eo, qui meretricem amicam haberet, qui totam noctem duceret extra domum.* MY. *Hunc maritum meum malo suspicari quamlibet aliam causam esse dissidii inter Pamphilum et Philumenam, quam illam veram, propter quam volui celare filiam peperisse.* PH. *Multo prius scivi, quam tu, illum amare Bacchidem meretricem, Myrrhina: verum nunquam censui id vitium esse in adolescentibus, amicam habere: nam id, amare scilicet, omnibus a natura insitum est: at per Pollucem cito tempus adveniet, cum etiam seipsum, adventante senectute, et senectutis incommodis,*

Bœcl.—19 ' Par. pro var. *advorsus.*' Perl.—20 *Ego quoque* Both. ' *culpam hanc* tres ex nostris concinnius.' *Bent. Esse illorum* GM.—21 *Ita* deest in Ms. R. *Lind.* et ' in Mss. quibusdam et edd. post EP.' *West. Mihi* delet Both.—22 Hic versus inter Trochaicos Iambicus incedit. Lege, *De hac re quod locuta es olim cum illum generum cepimus.* Ita clare citat Donatus ad Hec. IV. 4. 89. *Bent.* et sic Both. ' *Nam negas nuptam filiam tuam posse te pati* Mss. omnes.' *Bœcl. te tuam* Both.—23 Nostri plerique *nuptam filiam posse;* quattuor alio et inter se diverso modo verba collocant. Repone, commodissime ad versum, *Nam negabas filiam tuam posse te nuptam pati.* Bent.—24 *Amavet et qui* Mss. omnes. *Bœcl.* et sic Guelf. 3.—25 Ms. unus *veram ipsam,* alter *veram illam malo.* Bœcl. *Mavolo* præter Faërni duos, duo nostri veterrimi; ceteri *malo.* Bent.—26 *Plus* Guelf. 1. ' Sic a Faërno. Nostri plerique omnes, numerosius, *habere amicam.* Sed et illud *scivi* incommode acuitur. Repone, *Multo prius, quam tu, illum scivi habere amicam, Myrrhina.*' Bent. *Illum illam* M. ' *habere amicam* Mss. omnes.' *Bœcl.* et sic M. Tr. Br. *prius quam*

Sed, ut olim te ostendisti, eadem esse, nihil cessavisti usque adhuc,
Ut filiam ab eo abduceres; neu, quod ego egissem, esset ratum.
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.
MYR. Adeon' me esse pervicacem censes, cui mater siem,
Ut eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimonium?
PHID. Tun' prospicere, aut judicare nostram in rem quod sit, potes?
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret

odio habebit: sed ut olim te præbuisti, nunquam destitisti eandem te præbere, adversariam nimirum huic matrimonio, ut Philumenam a Pamphilo distraheres, neve, quod egissem, esset firmum et stabile. Id nunc hæc res omnino manifestum facit, cum partum filiæ nos omnes celaveris, quo modo has nuptias, quas feci, gratas habueris. MY. *Adeone me contumacem esse censes, ut eum animum haberem adversus eam, cui mater sim, si hoc matrimonium in utilitatem nostram fieret?* PH. *Tune providere, aut arbitrari potes, quid rebus nostris conducat? accepisti forte ab*

---

tu illum scivi Both.—27 *Nunquam vitium* Both.—28 Vel lege, *Nam id innatumst*, ut Trochaicus sit cum præcedentibus; vel *Nam id omnibus innatum;* ut Iambicus sit cum sequentibus. Porro nostri omnes, *aderit tempus, cum,* Quid si sic legas, et distinguas, *Verum id vitium numquam decrevi esse ego: adulescentiæ Innatum est: at pol jam aderit tempus, se quoque etiam cum oderit.* Sic Plautus Bacch. III. 3. 14. ' Jam aderit tempus, cum sese etiam ipse oderit: morem geras.' Virgil. Eclog. IV. ' Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores.' Sed Noster And. I. 1. 125. ' Prope adest, cum alieno more vivendumst mihi.' *Bent. Id* deleto, Both. legit *pol jam id erit sat quoque.* ' Bodl. et Lips. *Jam aderit tempus.* Ita et EP. 1469. et paucæ aliæ. Sensus est: ' Brevi futurum, ut pœniteat eum facti morumque suorum.' Guyetus existimat in glossis Mss. *Quoque* glossema esse, *Etiam* genuinum. Plin. l. x. ep. 97. ' Alii ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt, et mox negaverunt: fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo *etiam* ante viginti *quoque.*' Quam lectionem contra Rittershusium, legentem, *ante viginti quinque* recte tuetur Chr. Cellarius. Infra v. 1. 36.' *West.* ' *Pol jam aderit tempus* ex glossa.' *Bœcl. Aderit tempus* Ms. Lips. Br. G. EM.—29 Male *eadem,* quod accentu erigi debebat, in Thesi deprimitur. Melius Edd. vett. et ex nostris unus: *Sed ut olim te ostendisti, nihil cessavisti éadem esse usque adhuc.* Bent. *Eandem nil* Both. ' *sed cum olim te ostendisti nihil cessavisti eandem esse* Mss. duo.' *Bœcl. Eandem* Bip. Br. A, B, C. *nil cessavisti eadem esse* Perl. *eandem* Bip. quo judice ' alii ordinem alium præferendo aberrant.'—30 ' *Ne* M. Bodl. EP. Ven. Arg. Lugd. Br. GM. Hal. ' idque verius videtur, cum *neu* non sequatur, nisi *ne* præcedente. nisi forte *nihil* vs. 29. locum *τοῦ ne* obtinere putetur.' *Perl.*—31 *Indicium res* Bod. EP. Br. abest *hæc* a Guelf. 3.—32 *Censes ei cui* Mss. omnes apud Bœcl. et EP.—33 *Aut* pro var. lect. Br. mox *ego* vice *eo* Guelf. 2. ' *Usu* hic in thesi male occultatur. Repone *si esset nostro ex usu.*' Bent.—34 *Tun'* pro *tune* ' ex l. s. et versus ratione.' *Fa.* ' Et nostri quoque *tun'.*' Bent. *Tum* Br. In Bod. Br. GM. h. v. Myrrhina continuat, sequens tribuitur Phidippo.—

Exeuntem, aut introëuntem ad amicam. Quid tum postea,
Si modeste ac raro hoc fecit? nonne ea dissimulare nos
Magis humanum est, quam dare operam, id scire, qui nos
oderit?
Nam si is posset ab ea sese derepente avellere,
Quicum tot consuesset annos, non eum hominem ducerem,
Nec virum satis firmum gnatæ. MYR. Mitte adolescentem,
obsecro,
Et quæ me peccasse ais. Abi: solum solus conveni.
Roga, velitne, an non, uxorem: si est, ut dicat velle se,

aliquo, qui referret se eum vidisse ingredientem domum amicæ, aut inde egredientem. Quid tum postea? quid inde postea conjiciendum est mali, si moderate, mediocriter, nec crebro id fecit? Nonne magis humanum est, nos ad ea connivere; quam affectare nos id scire, unde ipsius adversum nos odium suscipiamus? Nam si is posset subito ab ea se abstrahere cum qua tamdiu consuetudinem habuisset, non eum esse hominem æstimarem, nec maritum satis fidelem nostræ filiæ. MY. *Omitte precor loqui de adolescente, et de iis quæ male fecisse dicis. Abi hinc, et secreto sine arbitris cum Pamphilo colloquere; quære ab eo, velitne Philumenam reciperet, an non. Si contingit, ut dicat se velle, redde eam uxorem viro. Sin autem negat*

37 *Hæc facit* G. EP. Br. et '*facit* Mss. et impressi quidam.' *West.* 'Perperam *ea* numero plurali; cum præcedat *Hoc*, et subsequatur *Id.* Quare recte ejiciunt *ea* nostri codices magno consensu.' *Bent.* *Ea* omittunt Bod. G. Guelf. 1. Br. Both. *ea* tuetur Perl. quia 'plurali Poëta utitur infr. v. 46. et supr. II. 2.'—38 *Scire magis humanum est quam dare operam id qui nos oderit.* Bip. cujus hæc est nota: 'Vulgo versus sic ordinatur: *magis hum. est, quam dare op. id scire, qui nos oderit;* in quo exponendo laborant interpp. Don. quidem nihil affert, unde versum sensumque ejus ordines, nisi hæc: Qui, unde *vel* quamobrem. *Et recte; nemo enim dolens, quod non amatur, id facit, quo magis odio sit.* Dacieria ad hanc mentem satis pulchre interpretatur: *Ne vaudroit il pas mieux dissimuler cela, que de faire tant de bruit, afin qu'il nous haisse.* Verum sic τὸ *scire* vulgo male interponitur dictioni Ter. *dare operam id, qui* (pro *quo* s. *ut;* cf. Andr. II. 1. 7. et 8.) unde delapsus est Fabrini (cui accedit Westerh.) ad aliam rationem, quasi sensus sit: quam dare operam, ut proferatur, utque inimici nostri id sciant, atque lætentur. Verum nemo unquam *dare operam* conjunxit cum alio verbo infinito, *id scire* (alios) pro *ut sciant, qui nos oderint*, et sic oportuit dici *oderunt.* Ac paulo ante dixerat poëta, *ea* (quod Bentl. temere delet, nihil ceterorum judicans) *diss. nos*, h. e. ut Don. ait, *ignorantiam fingere.* Itaque tandem τὸ *scire*, quod loco motum erat, in suos penates reducimus, ne amplius in alieno turbas det. Verum sane est *diss. nos ea scire*, et dein *op. dare, qui.* Sic sententia Don. verbis Dacieriæ commode expressa prodit, Latina ratio servatur, et versus troch. octon. cat. procedit melius. Addimus, *magis humanum est* h. l. dici pro, sapientius s. prudentius est. Eun. IV. 4. 54. sq. *Pol, si sapis, quod scis, nescis.*' Bip.—39 *Si ipse* EP. Br. GM. *repente* Guelf. 3. *evellere* duo Mss. apud Bœcl. —40 *Quicum* Bip. Both. Br. '*consuevit* Mss. duo, omnes *dicerem.*' Bœcl. et 'V. C. *dicerem.*' Lind. Br. pro v. l. *dicerem.*—42 Non belle in duos pedes distribuitur *ais.* Repone ut monosyllabon sit, *Et quæ me peccasse ais: abi, cum solum solus conveni. Eum solum*, ut *Te solum.* Plaut. Capt. III. 4. 70. 'Solus

Redde; sin est autem, ut nolit, recte ego consului meæ.
PHID. Si quidem ille ipse non volt, et tu sensti esse in eo, Myrrhina,
Peccatum, aderam, cujus consilio ea par fuerat prospici.
Quamobrem incendor ira, esse ausam facere hæc te injussu meo.
Interdico, ne extulisse extra ædes puerum usquam velis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.
Ibo intro, atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant.
MYR. Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere;
Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut siet, resciverit,

se velle, recte a me prospectum esse filiæ nostræ fateberis. PH. *Si quidem recusat Pamphilus uxorem recipere Philumenam, et tu cognovisti in eo culpam inhærere divortii; prope aderam ego, cujus ex sententia æquum erat omnia hæc provideri. Quamobrem ira exardesco, te hæc ausam fuisse exequi sine jussu meo. Veto ne puerum, qui modo natus est, extra domum nostram in ullum locum exportare audeas; sed ego ineptior, qui uxorem meam poscam meis jussis obedire. Ibo intro ædes, et familiæ imperabo ne patiantur infantulum exportari in ullum quemvis locum.* MY. *Per Pollucem nullam credo mulierem esse in terris magis infortunatam, quam ego sum: nam per Pollucem non mihi obscurum est, quam ægre laturus sit Phidippus,*

te solum volo.' *Bent.* Qui 'ingerit *eum* frigide.' *Perl. Solus solum* Bod. G. Br. —43 *Roga* posteriorem corripiet. Martialis: *Incideris quoties in basia fellatoris, In solio puta te Flacce lavare caput.* Præterea Bem. et Donatus hunc ordinem verborum habent, *roga velitne uxorem annon?* sed sic versum sustentabimus, non faciendo collisionem vocalium in *si est.* Fa. *Roga velitne uxorem annon: si est, ut dicat velle se.* Nisi vel in *uxorem* vel in *si* cesset Synalœpha, quorum neutrum ex arte licet, versus hic stare nequit. Repone ex nostris fere omnibus, id quod Faërnus ejecerat, *Roga velitne annon uxorem.* Bent.—44 Nos addimus pronomen *ego* ex Bem. ac Vict. et Donato, *recte ego consului meæ.* Fa. In nostris deest *ego*, versu gratulante. *Bent. Ego* deest in Br. Both. *gnatæ* vice *meæ* Guelf. 1.—45 Legendum videtur *sensti*, per syncopam; aut certe ita in scansione pronuntiandum. *Fa.* Si pronuntietur *sensti*, quidni et scribatur? *Bent. Sensisti in eo* Both. quia '*sensti* duriusculum:' *sensti* Perl. quo judice, 'durum est quidem *sensti*, sed durius quod Cicero affert 'extinxsti'' de Or. II. 46. *sensisti* est contra trochaici leges.' *Sensisti in eo esse peccatum | Myrrhina cujus* Br. omisso *aderam.*—46 *Fuerat ea par* Br. et omnes Mss. apud Bœcl. et sic Bent. e suis universis, quia 'hic sine synalœpha est *consilio.*' *parca fuerat* Both. tacite.—47 *Te* non agnoscunt Mss. et editi quidam; in aliis varie ponitur, et videtur supervacua. *West.* Ea collocatione verborum, quam habet Vict. stat trochaicus, ut pronomen *te*, post

NOTÆ

18 *Ne extulisse extra ædes puerum*] poneret puerum. Timebat Phidippus, ne Myrrhina ex-

Non, ædepol, clam me est, cum hoc, quod levius est, tam animo iracundo tulit:
Nec, qua via sententia ejus possit mutari, scio.
Hoc mihi unum ex plurimis miseriis reliquum fuerat malum,
Si puerum, ut tollam, cogit, cujus nos qui sit, nescimus, pater.
Nam, cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est;
Neque detractum ei est quicquam, qui posset post nosci, qui siet.
Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum.

si cognoverit ut vere ipsa res se habet; cum hoc tantum, quod multo minus est, partum scilicet celasse, tam acerbe et iracunde acceperit; nec qua ratione a sententia sua de non exponendo puero dimoveri possit. Hoc mihi unum extremum, ex omnibus calamitatibus et infortuniis, malum restiterat, si vir meus me cogit, ut educam puerum, cujus pater nobis est ignotus: nam cum filia vitiata fuit, facies ejus, qui eam compressit, cognosci noctu non potuit, neque ei Philumena quicquam detraxit, ex quo possit comperiri quis ille sit; sed ipse discedens eripuit vi annulum ei virgini

---

hæc, ponatur. *Fa.* Nostri omnes *te* ante *esse*. Tolle *Esse*, et veram lectionem habes, *Quamobrem incendor ira, te ausam facere hæc injussu meo.* Bent. sequitur Both. et Perl. *te esse — hæc injussu* — Br.—53 *Quod leve est* G.—54 *Mutari possit*] O. l. s. et Donatus, *possit mutari:* quod numerosius est. *Fa.* Sic et nostri omnes. *Bent.*—55 ' *Fuerit* Mss. omnes.' *Bœcl. Hoc unum fuerat plurimis ex miseriis mihi reliquum* Both.—56 *Tollam ut* duo Mss. *Bœcl.* Satis bene *cujus*, sed adhuc melius *cui nos.* Bent.—58 *Neque detractum ei tum quicquam est, qui post possit noscier qui siet*] Hic versus nullo modo potest stare: quem nos ex Bem. ita corrigimus, *Neque detractum ei est quicquam, qui posset post nosci qui siet. Ei* autem hic spondeus est, ut sæpe apud Lucretium. *Fa.* Sic a Faërno est; in quo *ei* disyllabon est, et scribendum *eii;* hoc ferendum: sed ut *posset* acuat secundam, ferri non debet. Quanto melius nostri fere omnes; si *noscier* in *nosci* mutes, *Neque detractum ei tum quicquam est, qui post posset nosci qui siet.* Bent. *Est tum quidquam ei qui nosci possit* Both. *ei tum quidquam est* G. *ei quicquam est* Br. ' *qui post possit noscier* Mss. et impressi quidam post EP.' *West.* et sic Br. *noscier* omnes Mss. apud Bœcl. et GM.—59 *Eripit anulum* Both. omnes ante Perl. *annulum.*—60 Ar-

NOTÆ

56 *Si puerum ut tollam cogit*] Id est, ut educem. Infantes olim, simul ac nati erant, humi deponebantur. Ab humo vero pater tollebat, et in sinum recipiebat. Statius, 'meus ille, meus; tellure cadentem Excepi.' Qui autem non tollebatur, pro abdicato, et abjectitio erat: quo respicit frequenter Terentius.

Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat diutius
Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo. 61

ex digito. Etiam timeo ne Pamphilus non possit ea, quæ oravimus, diutius silentio abscondere, cum noverit alienum puerum educari loco sui filii, quod moleste feret.

bitror ex *simul l* elidi, ut primus pes sit proceleusmaticus, secundus spondeus. *Fa.* Recte de *simul;* et in primo pede hæc corripi frequentissimum est. *Bent.* *Nostrum queat* Mss. duo. *Bœcl.*

ACTUS IV. SCENA II.

SOSTRATA. PAMPHILUS.

So. Non clam me est, gnate mi, tibi me esse suspectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulo.
Verum, ita me Di ament, itaque obtingant ex te, quæ exopto, mihi,
Ut nunquam sciens commerui, merito ut caperet odium illa mei;

So. *Non me latet, fili mi, me tibi in suspicionem venisse, uxorem tuam Philumenam hinc discessisse in domum patris, propter mores meos forsitan injucundos, etsi ea diligenter celas: verum ita mihi Dii faveant, itaque a te mihi obveniant ea, quæ exopto, ut nunquam volens prudensque culpam commisi, propter quam uxor tua con-*

Dac. hic facit initium act. IV. propterea quod scena vacua sit a personis. *Perl.*—1 Aliam collocationem verborum habet Bem. et aliquot alii, versui æque aptam, qui est octonarius Iambicus quadratus; *non clam me est gnate mi.* Fa. Ferri hæc possunt; ideo nihil hic muto. Sed aperiam suspicionem meam, fortassis ab Auctore sic primum venisse, *Non clam me est, esse tibi suspectum, gnate mi, uxorem tuam Propter meos mores hinc abisse; etsi id dissimulas sedulo.* 'Esse tibi suspectum;' ut supra III. 3. 38. 'Scio nemini aliter suspectum fore.' *Bent.* *Mi* deest in Guelf. 3.—2 *Ea* omittit Both. *Assimulas* Br.—3 *Quæ exoptem* habet Bem. reliqui fere *exopto*, quod et placet. *Fa.* Unus ex nostris *exopto;* ceteri *opto.* Bent. '*Opto* Mss. omnes.' *Bœcl.* Br. *exoptem* Bip.—4 *Ut caperet odium illa mei*] Ita est in Bodl. G. et Leidd. quinque, nisi quod in uno *u* in *illam* erasum. Ita et Juntæ, Fabrini, cum Aldo, aliisque. EA Stephanus, et plusculi alii, *Ut caperet illa odium mei.* Faërnus ex Bem. legit, *Ut caperet odium illam mei.* quomodo et Dacieria edidit. Et videtur locutio magis Terentiana. *West.* Hic est trochæus in septima sede octonarii, quem pedem versus Iambicus non admittit: quare aut legendum est, ut habent o. l. s. recentiores, *ut caperet illa odium mei*, aut conservata

Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmasti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo pacto me habueris
Præpositam amori tuo: nunc tibi me certum est contra gratiam
Referre, ut apud me præmium esse positum pietati scias.

ciperet odium in me merito meo: et antequam existimabam te me amare, id ita vere esse confirmasti. Nam mihi paulo ante pater tuus commemoravit quomodo me prætulisti amori, quo uxorem prosequebaris: et nunc mihi deliberatum et constitutum est, vicissim tibi beneficium retribuere; ut tibi manifestum fiat mercedem pietati

collocatione verborum impressa, quæ eadem est in Bem. et aliis antiquis, emendandum, licet reclamantibus omnibus libris, *illam:* ut sit, *ut caperet odium illam mei*, et sit ordo, ut odium mei caperet illam: sicut et supra dicitur: 'Jampridem equidem audivi, cepisse odium tui Philumenam.' Et in Eunucho: 'Tum sicubi cum satietas hominum, aut negoti si quando odium ceperat.' Hoc et Ubaldino Bandinello placebat. *Fa.* In duobus nostris *illam* erat; et *m* postea erasum. *Bent. Illam* Fa. recte. *Perl. illa odium* Br. *ut* | *Nunquam* Bip. Both. et mox *ut odium caperet eam* Both. tacite; '*illa* Mss. omnes.' *Bæcl.*—5 *Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmasti fidem*] Guyetus nihil expediens versum hunc expungit. Alii varie laborant, neque sensum eruunt. Ordo autem omnino hic esse videtur: 'Et quam,' i. e. quantopere, 'ante rebar te amare me, ei rei firmasti fidem.' M. omittit *rei.* Rivius perperam omitti dicit. Qui vero ex editoribus omittunt, in quibus sunt Juntæ et Aldus, ita legunt: *Teque, antequam me valde amare rebar, ei firmasti fidem.* West. Satagit hic Donatus; agit nihil. Unus Academicus pro varia lectione *ante quem.* Sed adhuc restat ἀνακόλουθον· nisi legas *Tuque, ante quem.* Rem conficit noster veterrimus, *Teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti fidem.* Ordo est; 'Quodque ante rebar, te me amare, ei rei fidem firmasti.' *Bent.* Hunc locum, e quo nullus sensus elici poterat, antiquorum librorum ope restituit Bent. *R. D.* Versus hic est crux interpretum inde a Don. Duplex ejus nomine expositio legitur. Prima: deest 'tam;' ut sit ordo: *et quam te amare me rebar, tantum firmasti fidem ei rei.* Alia, forsan ab alio: ordo et sensus hic est: *et quod ante rebar, ei rei firmasti fidem meam: neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare: nam ei rei hodie firmasti fidem, id est, probationem attulisti.* Interpp. recc. huic ultimæ sententiæ ferme accedunt omnes. Sed Bentl. sibi ante alios sapiens, gravius dicit: 'Satagit hic Don. agit nihil. Rem conficiet noster veterrimus *Teque ante quod me, &c.* Ordo est: *quodque ante rebar, te me am. ei rei f. f.*' Quemadmodum autem veterrimus ille Bentleii aperte ex altero scholio mutuum accepit illud *quod*, ita et ipse magnus criticus nihil ab eo diversi protulit. Donati quidem s. quisquis ei suum attexuerit, postrema expositio adjuvetur, si *quam* lenius emendes in *quum*, ut sit *et quum ante rebar, te am. m. &c.* nisi malis *ante quam* dici pro *præ quam s. præut.* Sic certe magis laudaret filii in se amorem, quam si ex prima Don. expositione credas, *quantum te am. me a. r. tantum ei rei f. f.* Bip. *Quom me* Both.—7 *Tuo*, ex interprete, delet Both. *certum me est* Br.—8 *Ut apud me præmium esse positum pietati scias*] Ita edo ex Mss. Leidensibus tribus et Lips. cum EP. Venet. Argent. Lugd. aliis. In uno Mss. Leidd. est: *ut me apud præmium esse positum scias pietati tuæ.* Ms. G. pro illis, *ut apud me*, legit, *mi Pamphile.* Juntæ, Gambarellus, Aldus, Ste. et bona pars aliorum editorum, *pietatis* exhibent. sed *pietati* defenditur a Fa. et Mur. Et Latinior videtur locutio, similiisque illi Prol. II. 'pre-

Mi Pamphile, hoc et vobis, et meæ commodum famæ arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi patre,
Ne mea præsentia obstet, neu causa ulla restet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. Quæso, quid istuc consilii est?
Illius stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres?
Non facies: neque sinam, ut, qui nobis, mater, maledictum velit,
Mea pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia.
Tum tuas amicas te, et cognatas deserere, et festos dies,
Mea causa, nolo. So. Nihil pol jam res isthæc mihi voluptatis ferunt:
Dum ætas, tempus tulit, perfuncta satis sum: satias jam tenet

in me tuæ apud me servari, et recondi. Mi Pamphile, hoc et vobis, et meæ existimationi conveniens, et utile esse judico: ego constitui hinc ad villam me profecturam esse cum tuo patre, ne mea præsentia obsit, neve ulla causa relinquatur, quominus tua uxor Philumena ad te revertatur. PA. *Rogo, quod istud propositum tuum? ut tu illius imprudentia adacta ex urbe discedas ad villam incolendam? Non permittam, neque id fiet a te, ut qui nobis, mater, obtrectare cupiunt, meam pervicaciam dicant esse causam, non tuam facilitatem, et moderationem, cur habitatum rus iveris: etiam tuas amicas, et cognatione propinquas relinquere, et dierum festorum solennem celebrationem, propter me, minime consentire possum.* So. *Nihil per Pollucem ista res nunc me oblectat: dum ætas vitæ passa est, satis huic rei operam*

---

tium statui arti meæ.' Tum Plautus, Pœn. v. 4. 17. dixit: 'Invictæ præmium ut esse sciam pietati.' Virgil. Æn. I. 465. 'sunt hic etiam sua præmia laudi. *West.* Ex Vict. lego *pietati.* Fa. Plerique ex nostris *pietati.* Bent. Unus Ms. *pietatis scias tuæ,* alter omittit *tuæ,* Argentor. *pietati scias tuæ.* Bœcl. *pietatis* Br.—10 *Certe* omnes Mss. *Bœcl.* Mss. et editi vett. magnam partem legunt *certe.* West. *Hinc continuo—certe* Br.—13 *Ut illius* plusculi Mss. et impressi. *West.* et sic Hel. mox *ut migres* Both.—14 *Haud facies* G. Br.—15 Ex Bem. et aliis antiquis ac Donato, versusque ratione, ita ordinamus hæc verba, *esse dicat factum.* Fa. Pars melior nostrorum *esse dicat.* Bent. Olim, ut videtur, *dicat esse.*—16 *Tuas cognatas* Guelf. 3.—17 *Nihil jam mihi istæc res voluptatis ferunt*] Bem. *istæ res;* quamvis et *istæc,* genere feminino, nominativo Plurali efferret antiquitas. Ter. in Eun. *Continuo hæc adornant ut lavet.* Fa. Lege ex nostris universis, *Nil pol jam isthæc mihi res voluptatis ferunt.* Ejectum *Pol* ab eis est, qui nescirent *voluptatis* secundam corripere solere. *Istæc* omnes Codices, solo Bembino excepto, pro *Istæ.* Vide infra IV. 3. 12. *Illæc* pro *Illæ.* Bent. *Nil mihi pol jam istæc vol. fer.* Both. *Nil pol jam istæ res mi.* Bip. at in notis vult aut *pol* aut *res* omittere. *Istæc mihi res* G. Br. *Nil pol jam istæc mihi res.* Perl.—18 West. *ætas, tempus* nescio unde [certe edd. omnes aliæ *ætatis tempus*]. Sed Par. *atas* ex-

Studiorum istorum. Hæc mihi nunc cura est maxuma, ut ne cui meæ
Longinquitas ætatis obstet, mortemve expectet meam.
Hic video me esse invisam immerito: tempus est concedere.
Sic optume, ut ego opinor, omnes causas præcidam omnibus;
Et me hac suspicione exsolvam, et illis morem gessero.
Sine me, obsecro, hoc effugere, volgus quod male audit mulierum.
PAM. Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hac foret;
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem! SO. Obsecro, mi Pamphile,

dedi. Satietas nunc tenet harum omnium exercitationum: hæc nunc maxime me cura solicitat, ut ne longa vita mea alicui invisa sit et noceat, morsque mea expectetur ab aliquo. Hic animadverto me odio haberi ab omnibus. Tempus est abire hinc. Sic commodissime omnes causas amputabo omnibus et me hac opinione falsa liberabo, et illis obsequutus fuero. Permitte me oro hoc evitare, propter quod genus mulierum vituperatur. PA. *Quam beatus sum in ceteris rebus omnibus, absque hac una re esset: nam quoniam matrem tam benignam habeo, felix sum: sed infelix uxorem habens gravidam ex alio.* SO. *Quæso, mi Pamphile, ne tibi tu ipse persua-*

hibet pro gl. *Perl.* mox *satietas* GM. et pro gl. Br. 'Delemus pronomen *me*, ex auctoritate Bem. et ratione versus.' *Fa.* 'In veterrimo nostro deest *me*: ceteri habent.' *Bent. Me* GM. et, pro gl. Br.—19 *Ipsorum* Guelf. 2. 'Aliqui libri, inter quos Bem. et alii antiqui, habent *mea*.' Fa. 'Plerique ex nostris *mea*.' Bent. 'At minus Latine videtur *mea longinquitas*, quam *mea ætatis*.' Perl.—20 *Longuitas* V. C. *Lind.* Nos *expectet* legimus ex Donato, et Bem. ita etiam scriptum fuisse in Vict. conjicere licet ex rasura, ubi reposita est dictio *exoptet*. Fa. Nostri omnes *exoptet*. Bent. Et sic Br. Mss. omnes apud Bœcl. et impressi post EP. 'præstat autem *exspectet*.' West. *exoptent* Argentor. teste Bœcl. *Mortem ut exspectet* Both.—21 *Immeritam* GM.—24 *Hoc* omnes Mss. omittunt. *Bœcl.*—25 *Absque una hæc foret*] Sic et nostri codices *Hæc*, et Donatus; ut *Absque* adverbium sit, *Absque foret*, abesset. Idem tamen agnoscit aliam lectionem, *Absque una hoc foret*, ut *Absque* sit præpositio. Male tamen explicat, *Una*, id est, *Uxore*. Immo *Ceteris rebus, absque una hac*, re scilicet. *Absque esset* cum ablativo passim obversatur. Porro pro *sum* lege *sim*. Bent. *Absque una hæc foret:* i. e. 'si hæc una res abesset.' In Phorm. I. 4. 11. 'nam absque eo esset.' Hæc loquendi forma non nisi apud comicos reperitur. Ipsa etiam præpositione *absque* comici soli utuntur, quæ non directe apud eos *sine* significat, sed tantum exceptionem quandam. v. Vorstium de Latinit. merito suspecta c. 9.' *R. D. Sim* Both. omisso *hac*. Ms. Lips. *Si absque una hac foret*. Juntæ, Aldus, Ste. Fabrini, ediderunt, *Absque una hæc foret*. Sed et ita est in G. West. et sic Br.—26 Hunc versum expungit Guyetus; sine quo non constat sensus dictorum Pamphili, fortunatum se judicantis, de matre et uxore, nisi quod huic indigne

Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animum inducas pati?
Si cetera sunt ita, ut vis, itaque ut esse ego illam existumo,
Mi gnate, da veniam hanc mihi: reduce illam. PAM. Væ misero mihi!
So. Et mihi quidem! nam hæc res non minus me male habet, quam te, gnate mi.

deas te rem difficilem, et molestam ullam tolerare; ut ut sit incommoda, si cetera tibi pro voto succedunt, si ita sit uxor, ut ego illam esse existimo, honestam et tibi obsequentem, concede hoc mihi; recipe illam apud te. PA. *Væ misero mihi!* SO. *Et mihi certe: nam hæc res non minori cura me solicitat, quam te, gnate mi.*

vitium autumat ab alio amatore oblatum. In editis quibusdam veteribus est: *habens, talem autem illam uxorem.* West. *Habens, uxorem autem illanc* Both. ‘*Illam haud uxorem* Mss. duo.’ *Bæcl.*—27 *Non tute rem incommodam*] Bem. et aliqui alii, *non tute incommodam rem:* quæ collocatio versum, aliter laborantem, sustentat: et paulo post in eodem Bem. pro *inducas, induces:* et legendum est cum affectu hortantis ad patientiam, ut et tangere videtur Donatus. *Fa.* Nostri *incommodam rem;* sed iidem *inducas.* Bent. *Induces* Bent. Both. Perl.—28 *Ut tu vis* G. EP. Br. Guelf. 3. Pronomen *tu* non est in Bem. ac ne necessarium quidem est: collocationem vero verborum o. l. s. eo excepto, et cum iis Donatus, hanc habent, *si cetera ita sunt.* Fa. Nostri omnes, *ut tu vis:* sed recte Bem. *ut vis:* alioquin *Ita* et *Itaque* non eodem accentu fuerint. Nostri universi *illam*, et (quod miror) Donatus, qui intelligit *Nurum.* Quis non videat *illa* legendum, et referendum ad *cetera.* Sed hoc plus toto sæculo jam innotuit. *Bent.* quem sequitur Both. Perl. *Illam* Br. Guelf. 2. 3.—29 *Veniam* in Thesi totum latet. *reduce* nostri omnes. Lege, *Mi gnate, da mi hanc veniam, redduc illam.* Plaut. Amph. III. 2. 4. ‘Da mihi hanc veniam, ignosce, irata ne sies.’ *Bent.* quem sequitur Both. *Reduc* Bip. Perl.

ACTUS IV. SCENA III.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.

LA. QUEM cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, uxor.

LA. *Non ita hinc longe stans, audivi ea, quæ colloquuta fueris cum isto filio*

1 *Hic* tres ex nostris, et lege *astans* ut Heaut. v. 2. 7. *Bent.* Non versus solum causa malimus *Sostrata;* sed et quod in placatiorem modo virum melius convenit, quam *uxor;* quo nomine, alias dignitatem habente, non abs-

Istuc est sapere, qui, ubicumque opus sit, animum possis flectere;
Quod faciundum fortasse sit post, idem hoc nunc si feceris.
So. Fors fuat pol! La. Abi rus ergo hinc: ibi ego te, et tu me feres.
So. Spero ecastor. La. I ergo intro, et compone, quæ tecum simul 5
Ferantur: dixi. So. Ita ut jubes, faciam. Pam. Pater.

nostro, Pamphilo. Istud porro est sapientis, posse, quandocumque res exigit, animum facile circumagere et adducere ad id faciendum libenter impræsentia, quod fortasse postea facere cogat necessitas. So. *Bona fortuna eveniat.* La. *Secede igitur in villam ab hac urbe. Ibi ego tuos mores, tuque meos invicem æquo animo feres.* So. *Proculdubio ita confido fore.* La. *Intra igitur domum, collige, et compara ea, quæ tecum ferenda sunt: hæc censeo facienda.* So. *Ita ut imperas,*

---

que ironia viri suas appellant, certe ap. nostrum; cf. Heaut. III. 5. 9. et V. 1. 6. Et Laches supra cum sua vehementius agens, vocabat *mulier*, lenius *Sostrata*. Bip.—2 *Ubique* Palmerius legit, sed invitis Musis. *West. possis animum* Mss. omnes. *Bœcl.* Non opus cum Palmerio *posse* legere. *West.*—3 Exhibeo lectionem Juntinam, Aldinam, Ste. et EA. Alii cum Mureto, *Postidea*: quod Plautinum. *West.* Hic versus ut trochaicus non potest stare, ut Iambicus autem vix atque ægre, adeo impeditus est inversione verborum: quæ nos ex Donato et Bem. ita collocamus: *Quod faciundum sit post fortasse*: ita trochaicus erit, in quo tamen in, *idem hoc*, non fiet collisio. Vict. et aliqui alii libri ita habent, *Quod faciundum sit fortasse post idem hoc nunc si feceris.* Alii, *Quod sit faciundum fortasse*, et in his Bas. *Fa.* Sic dedit Faërnus; ut in *idem* nulla fiat collisio: quæ tamen licentia non potest concedi. Nostri veterrimi cum aliis plerisque, *Quod sit faciundum:* Unus cum Vict. *fortasse post.* Repone, *Quod sit faciundum fortasse post, idem hoc nunc si feceris.* Ubi vides et *Post* et ei oppositum *Nunc* utrumque in ictu esse. *Bent.* Br. A, *quod sit faciendum post fortasse*, et sic 'duo Mss. tertius *quod faciundum sit fortasse post — si non feceris.*' Bœcl.—4 *Fiat* Br. EP. omnes Mss. apud Bœcl. *faveat* GM. e m. 2da. *fiat* Par. absque *fors*: 'Jac. Perizonius legebat *fuit*.' West.—5 *Simul tecum afferantur* unus e Mss. *Bœcl. I intro ergo et compone quæ tecum | ferantur simul.* Br. Inversa verba sic colloca ex Bem. et aliis antiquis, et ratione trochaici, *quæ tecum simul.* Fa. Nostri quoque omnes *tecum simul.* Bent.—3. 4. 5. 6 Hos quatuor versus ita legit Both. *Postidea quod faciundum fors sit, nunc item hoc fuat pol. | Abi rus ergo hinc: ibi ego te et tu feres me.* So. *Spero ecastor.* | La. *I ergo et compone, quæ simul tecum ferantur. Dixi.* | So. *Ita, ut jubes, faciam.* Pa. *Pater.* | Scilicet non intellecta verba, *fors fuat pol*, omnes has dedisse turbas, quæ pro Fortunæ invocatione accipientes, cum manca videretur antecedens proxime sententia, cito addiderunt, *si feceris*,

NOTÆ

4 *Fors fuat*] Fortuna faveat. *Fuat*, significat *sit*.

6 *Dixi*] Hoc verbum in peroratione causæ adhiberi solitum, quo significatur firmum et esse ratum, quod egerit Orator.

LA. Quid vis, Pamphile? PAM. Hinc abire matrem? minume. LA. Quid ita istuc vis?
PAM. Quia de uxore incertus sum etiam, quid sim facturus. LA. Quid est?
Quid vis facere, nisi reducere? PAM. Equidem cupio; et vix contineor;
Sed non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar.
Credo ea gratia concordes magis, si non reducam, fore.

exequar. PA. *Pater.* LA. *Quid vis, Pamphile?* PA. *Hincne rus matrem abire sinis? minime hoc fiat.* LA. *Quid ita istud vis? matrem scilicet rus non ire.* PA. *Quia animi pendeo dubius etiam, quid uxore mea debeam facere.* LA. *Quid est? quid aliud facere vis, nisi eam apud te recipere?* PA. *Profecto cupio eam recipere, et vix mihi tempero, quin hoc faciam, sed nihil quidquam de consilio meo mutabo; id quod expedit, et utile est, ut cœpi sequar. Credo eas inter se, matrem, et uxorem, magis consensuras esse, si Philumenam uxorem non recipiam.* LA. *Nescias utrum eventurum*

---

itaque et sententiam obscurarunt et metrum.—7 *Istuc ita* Ms. unus. *Bœcl.* —8 *Quid id est* Both. tacite.—9 *Vix contineor*] Tr. et M. *Vix contineo.* Quod Guyetus, Erasmum, Faërnum, et Muretum sequutus, defendit, atque interpretatur, 'Cupio,' sub. rem aperire, i. e. partum Philumenæ, 'et vix contineo,' sub. me. Existimat porro, Pamphilum, quid responderet, non habentem, ad spectatores se convertisse, et hæc submisse pronuntiasse, ita ut pater non exaudiret. Si vero cum Donato legas, *Contineor*, servabitur χαρακτὴρ Pamphili, deperientis Philumenam, sed vitium ei oblatum ita ægre ferentis, ut amor pudorque animum ejus diversum trahant. Sed et ita melius totum Pamphili responsum cohærebit; neque alias res agere videbitur in re seria. Vide supra III. 5. 38. Donatus optime explicuit. Plaut. Capt. III. 4. 60. 'Enimvero jam nequeo contineri.' Rud. IV. 4. 128. 'contineri, quin complectar, non queo.' *West.* Complures libri et in iis antiquissimi *contineor.* Fa. Nostri etiam *contineor.* Bent. *Contineo* unus Ms. alter *retineor.* Bœcl. *contineor* præferendum. *R. D. Contineo* EM. ET.—10 *Non comminuam* Br. mox Both. *ex usu quod mi est, persequar.*—11 *Magis* agnoscitur a Tr. et M. et Donato, et edd. vetustissimis et probatissimis. In Mss. Leidensibus duobus supra scriptum. Religio igitur fuit omittere cum nuperis quibusdam editoribus, auctoritatem Faërni et Parei sequutis. Glareanus et Muretus aliter ordinant verba. ille ita: *Ea credo gratia concordes, si non reducam, magis fore.* Hic: *Credo, si non redducam, ea gratia concordes magis fore.* sed et Faërnus *Redducam* legit, ob metrum scilicet. *West.* Quamlibet Don. aliter legat, ex Vat. et Bas. versusque ratione, delemus adverbium *magis;* quod etiam in Vict. reperimus expunctum: *reducam* vero per duo *d* scribimus ex Bem. *Fa. Credo ea gratia concordes, si non redducam, fore.* Sic a Faërno: sed sententia stolida est, et miror, qui Donato et aliis imponere potuerit. *Concordes fore, si non reducam.* Qualis quæso ista *Concordia?* ubi desiit familiaritas et ipsa notitia. Qualis porro Lachetis responsio, *Nescias?* Quid *nesciat* Pamphilus? nempe *Concordes fore, si non reducat.* Pergit tamen Laches, *Tua nil refert, cum hæc aberit.* Cur vero *hæc absit* vel rus concedat, si *ea non reducitur?* Nonne hæc Lachetis clare indicant, de *reducenda* uxore locutum esse Pamphilum, non de *non reducenda?* Et profecto sic res est.

LA. Nescias: verum id tua refert nihil, utrum illæ fecerint,
Quando hæc abierit. Odiosa hæc est ætas adolescentulis.
E medio æquom excedere est. Postremo jam nos fabulæ
Sumus, Pamphile, senex atque anus.
Sed video Phidippum egredi per tempus: accedamus.

sit: verum id tua nihil interest, utrum conveniat inter eas, necne, quando mater tua rus concesserit. Ætas hæc senilis tædiosa est, et invisa adolescentiæ. Ex cœtu hominum nos senes morosos discedere par est. Denique materiam præstamus sermonibus populi et dicteriis, ut ridiculi, ego et mater tua qui vetuli sumus. Sed video Phidippum domo exire tempestive et commode.

****

Quinque ex nostris cum Edd. vett. et Donato, *concordes magis, si non.* Correctores, cum versum longiorem justo vidissent, ejecerunt *Magis.* Atqui ejiciendum erat *Non*, et sententia per ironiam et simulationem efferenda, *Credo ea gratia concordes magis, si redducam, fore.* Hoc est, *Non credo:* et jam aptissima sunt, quæ respondet Laches. Ita Eun. I. 2. 18. 'Credo, ut fit, misera præ amore exclusti hunc foras.' et v. 2. 23. 'Quid ita? vero debeam Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim.' Phorm. I. 2. 90. 'Ad precatorem adeam, credo.' v. 2. 42. 'At meo merito credo.' *Bent.* Varie hic versus legitur. Nos sequimur ordinem, quem post Don. edd. priscas, in iisque nostram Arg. Erasmus. neque Bemb. aliter habet, ex quo *redducam* scripsit Faërnus; sed idem omisit *mage*, quod in Vat. et Basil. absit, versumque longiorem reddat. Mur. aliter ordinans *Credo, si non redducam, ea gr. con. magis fore*, asseclas invenit. Nil certe pronuntiare audemus ob metri varietatem. Sed non ferimus Bentleium, qui contra omnes, pro lubidine ejecto *non*, facit *Credo ea gr. conc. magis, si redducam, fore;* quasi Pamph. per ironiam dixerit, *credo*, ut sit *non credo.* Quam absurda foret personæ hoc in loco antiphrasis; quam sibi ipse adversarius Pamphilus, retinere matrem cupiens! *Bip.* Cum Bent. facit Both. aliqua parte legendo *Credon' — mage si redducam* — sed nullam is ironiam hic invenit. 'Nec Bem. nec Both. eliminantibus *non* assentior. Nam mihi quidem e sermone pensato Pamphilus videtur 'non reducendam' satius putare quam 'reducendam' Philumenam: cf. infr. IV. 12.' *Perl.* —12 M. et Lips. *Nescias nequeas.* quorum posterius e margine in contextum irrepsit. quod item de quatuor Mss. regiis Guyetus testatur, ita legens versum: *Nesciant: verum tua refert nihil, utrum illæ fuerint.* West. In omnibus Mss. gl. irrepsit *nescias nequeas.* Bœcl. et sic A, B, C, Br. GM. Hal. at Both. *Nescias; nequeas: verum id refert nihil.* subintellecto 'scire' post 'nequeas.' '*Id* non habent antiquissimi libri Bem. Vat. Bas.' *Fa.* omittit Bip. necnon Philarg. ad Georg. III. 105. observante Bent. *fecerint* omittit Guelf. 3.—13 Ita cum Donato plerique Mss. et editi vetusti. Faërnus ex Bem. *Aberit* laudat. quomodo et Pareus edidit. Intelligitur autem Sostrata. *West. Aberit* Bem. quo quidem modo melius stat versus. *Fa.* Nostri *abierit.* Bent. *Aberit* Bip. Both. '*est hæc* Mss. omnes.' *Bœcl. est* delet Bip. 'quia locum mutat in Mss. et obest trochaic. catalect.'—14 Ita omnes antiqui libri. *Fa.* 'Al. collocant *est excedere.* Perl. *est æquom excedere* Both. tacite.—15 Both. versum facit *Postremo nos...anus.* 'Bem. Bas. ac Vict. et Donatus, *nos jam fabulæ.*' Fa. 'Nostri similiter, *Nos jam fabulæ.* Sed jam dudum alii viderunt *fabula* hic legendum. Neque aliter Donatus, ut ex Interpretatione colliges: *Pronuntia Senex atque Anus, quasi initium Fabulæ.*' Bent. *Nos jam* Bip. Br. Perl. —16 *Per tempus egredi* unus Ms. e Bœcl. 'Multi l. s. inter quos Bem. et alii antiqui, ita collocant, *Phidippum egredi per tempus:* qui restitutus ordo verbo-

rum, Iambum constituit in quarta hujus versus sede, qui est Iamb. tetram. catalect.' *Fa.* 'Sic nostri universi.' *Bent.*

ACTUS IV. SCENA IV.

PHIDIPPUS. LACHES. PAMPHILUS.

PHID. TIBI quoque ædepol iratus sum, Philumena,
Graviter quidem; nam hercle abs te factum 'st turpiter;
Etsi tibi causa est de hac re, mater quæ te impulit:
Huic vero nulla est. LA. Opportune te mihi,
Phidippe, in ipso tempore ostendis. PHID. Quid est? 5
PAM. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?

PH. *Tibi quoque succenseo, non solum Myrrhinæ matri tuæ, Philumena, et valde quidem per ædem Pollucis: nam per Herculem indecenter te gessisti, quod abscesseris domo mariti; etsi tibi excusatio parata est, nempe matrem te ad id faciendum instigasse: hæc vero nullam omnino causam habet, quam obtendat.* LA. *Commode et tempori mihi te obvium præbes, Phidippe.* PH. *Quamobrem?* PA. *Quid respondebo his, aut quomodo quærentibus id exponam?* LA. *Phidippe, dic*

1 *Tibique* Both. 'Concinnius vetus noster 900. annorum cum altero regio, *Tibi quoque iratus edepol sum, Philumena.*' Bent. *sum iratus* Bip. Br.—2 *Jam* Gu. 2. *est factum* B, C, Br. Perl. et 'nostri fere omnes.' *Bent. est factu* duo Mss. e Bœcl. *est* delet Both.—3 *Quæ te impulit*] Ita edo ex Mss. Leidensibus quinque, quamquam in quinto *Quæ* erasum, Bodl. Tr. G. Lips. M. et Bœnd. Tum edd. anni 1469. Anon. Argent. Lugdun. Venet. Junt. Ald. aliis. Donatus, Gambarellus, Ste. aliique omittunt *Quæ*. quam vocem manifesto rejicit Rivius. *West.* rejiciunt et Bent. Bip. Both. Perl. at *quæ* agnoscunt Mss. omnes apud Bœcl. Bent. Lind. necnon Br. Guelf. 2.—4 *Optime* Mss. duo. *Bœcl.* —5 Pro *ostendis* EM. *offers.*—6 Complures libri scripti, inter quos antiquissimi, habent *aperiam:* quemadmodum et Donatus legit, ita dicens, *Hoc modo ostendit nec esse quod simulet, nec id quod verum est, dicendum sibi esse.* ita etiam R. Steph. impressit. *Fa. Aperiam* dedit Faërnus: et verum est vetustiores et plures codices *aperiam* habere. Duo soli ex nostris *operiam:* hæc tamen vera lectio est, et sic Donatus; ut ex interpretatione ejus colliges, contra ac sensit Faërnus. *Hoc,* inquit, *modo ostendit, nec esse quod simulet,* (hoc refer ad *Quid respondebo?*) *nec id quod verum est, dicendum esse sibi. Si non est dicendum;* certe est *Operiendum,* celandum, non *Aperiendum.* Vidit hoc olim et vir doctus Jo. Rivius. Pamphilus ipse supra III. 4. 30. 'Ille abiit. quid agam infelix? prorsus nescio Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina, Gnatæ suæ partum.' Credisne jam homini ipsi? *Quo pacto hoc celem,* id ipsum est, quod *Quo pacto hoc operiam.* Bent. Contra Donati mentem, immo contra Pamphili destinatam animo sententiam III. 5. 42. Faërn. rescripsit ex suis Codd. *aperiam.* Nostrum verbum est in aliis Codd. et probatum Rivio, Dacieriæ, Bentl. aliisque, quibus accedimus. *Bip.* Mss. quidam et editi, *Hæc aperiam.* Atque ita Hulst. Laudatque Guyetus, quod Terentius amet pluralia. In uno Mss. Leidensium dubie *hc aperiam?* si vero *Aperiam* legas, sen-

LA. Dic filiæ, rus concessuram hinc Sostratam:
Ne revereatur, minus jam quo redeat domum. PHID. Ah!
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia.
Mutatio fit: ea nos perturbat, Laches.
PAM. Dum ne reducam, turbent porro, quam velint.

filiæ Philumenæ rus profecturam hinc Sostratam, ne timeat quominus ad nos reveriatur. PH. *Ah, nihil quidquam, Laches, in ea re peccavit uxor tua Sostrata: Myrrhina uxor mea est origo et causa harum omnium turbarum. Nova oritur rerum conversio. Ea est causa perturbationis nostræ, Laches.* PA. *Dummodo non reducam Philumenam, tumultuentur, et contendant Laches et*

sus erit, ‘ Quo pacto illud potero indicare sine magno Philumenæ detrimento?’ Nisi forte legendum, *Operiam*, i. e. occultabo. quod probant Rivius et Dacieria. Confer orata Myrrhinæ, supra III. 3. 28. *West.* *Operiam* Both. Perl. *aperiam* Br. GM. ‘ nullo sensu legitur *aperiam*.’ R. D.—8 Codd. quidam scripti et editi post an. 1469. *Ne vereatur.* Et videtur *Re ἀνξητικὸν*, ut in *Reformido.* West. *Ne vereatur* omnes Mss. *Bœcl.*—9 *Uxor tua* ET. EM.—10 *Mea uxore*] Guy. delet *Mea*, in quo omnis emphasis est. Sostratam enim indigitans dixerat, ‘ Tua.’—11 *Mutatio fit*] Guy. vim hujus versus non capiens, expungit. Intelligitur autem *Mutatio* criminis. q. d. Culpa jam non amplius in tua domo hæret, sed in mea; a mea enim uxore exorta sunt omnia, non a tua; idque perturbat nos. Existimat Dacieria, verba hæc tribuenda Pamphilo, tacite secum mussitanti. Citat autem hunc versum Priscianus, Instit. Grammat. lib. VII. addens: ‘ Nec solum in his, quæ sunt primæ, sed etiam in illis, quæ tertiæ, i. e. in omnibus Græcis *Es* producta finitis similiter invenies vocativum in *E* productum proferri Chreme, Lache, Anchise.’ *West.* Bem. et Priscianus, *Lache.* sic et infra ex ratione versus legendum esse contendimus: *Vosmet videte jam Lache et tu Pamphile.* licet in omnibus libris sit *Laches.* Fa. PH. *A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia. Mutatio fit: ea nos perturbat, Lache.* Sudat hic multum Donatus, sed operam ludit. Guyetus illud *Mutatio fit*, totumque adeo versum ut ineptum et spurium damnat. Dignus sane est, ut nunc quidem habetur. Sed singula suis personis redde, et genuinum se probabit. PHI. *A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia.* PAM. *Mutatio fit.* PHI. *ea nos perturbat, Lache. Mutatio fit* sunt Pamphili verba: quæ ut secreti conscius, aversus a senibus loquitur. Hoc, cum indicatum jam semel est, sat scio, sua se luce cuivis commendabit. Sed aliud dabo, quod adhuc fidem faciat. Nisi hoc Pamphilo tribuas, *Ea nos perturbat*, non erit *Ea uxor Myrrhina.* quod Donatus tamen monendum putavit; sed *Ea mutatio nos perturbat.* Tam inepte et putide, ut nihil infra. *Bent.* Rectius Bent. verba *mutatio fit* Pamphilo tribuit. *Perl. Mea hæc sunt exorta omnia* Both. deleto *uxore* pro gl. et mox Lacheti tribuit Both. verba eadem *mutatio fit.*—12 Donatus ad locum: ‘ *Quam* non est generis feminini, sed est ‘ Quantum:’ *Turbent*, errent et tumultuentur, significat; vel turbentur. *Quam velint*, ‘ quantum’ velint, aut eam ‘ quam’ velint mulierem; sed melius est quod supra diximus.’ Si standum erit huic lectioni *turbent*, quam et codices omnes exhibent, recte sane magnus Magister. Sed cum illud inspicio, *Ea nos perturbat, Lache*, cui aversus Pamphilus hoc

NOTÆ

12 *Turbent porro*] Hæc ad spectatores dicuntur.

PHID. Ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sane perpetuam volo:
Sin est, ut aliter tua siet sententia,
Accipias puerum. PAM. Sensit peperisse: occidi!
LA. Puerum! quem puerum? PHID. Natus est nobis nepos:
Nam abducta a vobis prægnans fuerat filia,
Neque fuisse prægnantem unquam ante hunc scivi diem.
LA. Bene, ita me Di ament! nuntias; et gaudeo,
Natum illum, et tibi illam salvam: sed quid mulieris
Uxorem habes, aut quibus moratam moribus?

Phidippus, quantum eis placeat. PH. *Ego, Pamphile, hanc affinitatis necessitudinem inter nos perpetuo intercedere opto, si fieri potest: quod si non ita fert tua voluntas, puerum, quem genuisti ex Philumena, recipias velim.* PA. *Nempe comperit Phidippus Philumenam peperisse: interii.* LA. *Puerum? quem puerum?* PH. *Natus est nobis nepos ex Pamphilo et Philumena: nam Myrrhina ex vestra domo filiam gravidam abduxit, neque unquam gravidam fuisse accepi ante hunc diem.* LA. *Jucundum mihi nuntium, ita me Dii ament, mihi nuntias, et gratulor tibi, illum natum esse, et filiam quoque Philumenam esse incolumem, et bene valentem: sed quæ mulier est uxor tua, aut quibus instructa moribus? Nobisne hoc, filiam fuisse*

responsi dat, vix possum dubitare, quin a Terentio sic fuerit: *Dum ne reducam; turbet porro quam velit. Myrrhina*, inquit Phidippus, *perturbat nos:* ad hoc Pamphilus: *Turbet porro*, perturbet vos adhuc magis Myrrhina, quantum velit; modo ne reducam. Plautus Most. III. 1. 15. *Bent.* quem sequitur Both. probat R. D.—13 *Lache* Guy. voluit, improbante West.—15 *Sin autem* Guelf. 1.—18 Antiquissimi libri Bem. et Vat. hanc vocem *prægnans* et *prægnantem* sine *n* littera habent hoc modo, *prægnas, prægnatem:* itaque semper et in Pandectis Florentinis scripta invenitur hæc dictio. Me vero non tantum usus scribendi vetustissimus movet, quantum hujus dictionis derivatio ab Donato tradita: is enim hunc locum exponens, ait, *Prægnans est ante gnatum vel ante genetricem; est enim præ ante:* ex quibus Donati verbis liquet hanc vocem non esse participium, quod necessario per *n* efferendum esset, sed nomen a præ et gnatus, vel a præ et genetrix; quæ utraque vox nullam necessitatem infert nomini ab se deducto, assumendæ litteræ *n*. Fa. Nostri *prægnans* et *prægnantem*. Bent. Faërnus et Rivius *Prægnas* defendunt ex Codd. Bemb. et Vat. Testis autem est Gregorius Holoander, in Pandectis Florentinis fere semper *prægnas* legi. Eadem vox apud Probum in Catholicis reperitur. Et videtur Donatus ita legisse. Sed et ita est in edit. Heidelb. qua usus est Guyetus et Juntina. Eadem voce Plautus est usus. *Westerhov. Prægnas* et *prægnatem* Pareus et Both.—19 *Prægnatum* G. Totum versum delet Guy.—21 *Tibi et* nostri universi et edd. vett. *Bent.* et sic unus e Bœcl. Br. *tibi* delet Bent. quem sequuntur Bip. Both. Perl. *tibi illum*

NOTÆ

16 *Sensit peperisse*] Hæc solus secum ait Pamphilus.

Nosne hoc celatos tam diu? nequeo satis,
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
PHID. Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.
PAM. Etiamsi dudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non est, cum eam consequitur alienus puer.
LA. Nulla tibi, Pamphile, hic jam consultatio 'st.
PAM. Perii! LA. Hunc videre sæpe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem.
Evenit: habeo gratiam Dis. PAM. Nullus sum!
LA. Reduc uxorem, ac noli advorsari mihi.

prægnantem, tanto tempore occultare debuit? Non possum satis ampla oratione exprimere, quam indecenter, et perverse id factum mihi videtur. PH. *Non tibi illud factum magis displicet, quam mihi, Laches.* PA. *Etsi antea de reducenda, vel non, uxore dubius animi fuissem, quid statuendum mihi esset, nunc non sum; certum est non reducere, quum eam matrem habet puer ab alio, non a me genitus.* LA. *Nullus tibi nunc, Pamphile, de rejicienda uxore locus.* PA. *Perditus sum.* LA. *Hunc lucere sæpe votis diem postulavimus, quo ex te nasceretur puer aliquis, qui te patrem vocaret: eventus votis respondit, habeo gratiam Diis.* PA. *Interii.* LA. *Reduc uxorem, et noli mihi repugnare.* PA. *Pater, si Philumena vellet habere*

---

et EP.—23 *Hic* GM.—25 Sic Faërnus, et sic Libri. Donatus, hac prava lectione irretitus, eo venit, ut dicat, *Placet pro Displicet intelligamus.* Quid est, si hoc non est ἄνω ποταμῶν? Nimirum aliud innuit sententia, aliud tinniunt verba. Par locus est supra IV. 2. 30. 'Hæc res non minus me male habet, quam te.' Ad istam igitur faciem hic legendum erit, *Non mihi illud factum minus dolet, quam tibi, Lache:* 'Dolet mihi,' 'ægre est mihi,' 'male me habet,' eodem omnia sensu. *Bent.* Hæc temere inventa dicit Bip. ea quoque Perl. improbat; at judice R. D. 'nullus in vulgatis verbis sensus est. Bent. ex vi sententiæ emendat.' Both. interpretatur, 'æque mihi displicet ac tibi.'—26 Mss. Leidensium unus, cum Bœnd. et bona parte editionum veterum, *Etsi jam dudum.* Tr. *Etsi id fuerit ambiguum hoc mihi: nunc non est.* West. Aliqui libri scripti et in iis vetustissimi *etiam si.* Fa. Sic nostri omnes. *Bent. Ambiguum fuerat* Both. tacite, et similiter in 24. *prave factum.*—27 *Nunc non est, cum eam jam consequitur alienus puer*] Adverbium *jam* nullus habet liber scriptus, nec Donatus; nec id admittit ratio versus. *Fa. Jam* nullus ex nostris habet. Sed duo sic, *Nunc non est, cum eam sequitur alienus puer. Con* in compositione non nisi una littera est 'inversa, in libris vetustis. *Cum eam* in unam syllabam constringi, minus placet. *Bent.* et sic Perl. *eam* delet Bip. *eam cum sequitur* Both. *sequitur* C.—28 *Consolatio est* V. C. *Lind.*—29 *Semper* unus e Bœcl. et sic 'Mss. et impressi quidam vett. mox Codd. quidam

NOTÆ

26 *Etsi jamdudum ambiguum*] Hæc omnia secum Pamphilus.

27 *Hanc consequitur alienus puer*] Ex injusta conjunctione natus, conditionem matris sequitur; ex justis nuptiis creati sequuntur patrem.

29 *Perii*] Hoc sibi Pamphilus dicit.

PAM. Pater, si ex me illa liberos vellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet, quod celasse intelligo.
Nunc, cum ejus alienum esse a me animum sentiam,
Nec conventurum inter nos posthac esse arbitror,
Quamobrem reducam? LA. Mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit: mirandumne id est?
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?
PHID. Vosmet videte jam, Laches, et tu, Pamphile,
Remissan' opus sit vobis, an reducta domum.

liberos ex me, aut connubio mecum esse junctam, satis probe scio, non me latere vellet, quod mihi occultasse cognosco. Nunc cum ejus animum immutatum, et a me aversum videam, nec nos concordes fore, et consensuros putem, quam ob causam eam reducam? LA. *Quod ejus mater consilium dedit, juvenis mulier secuta est: mirandumne id est? æstimasne te posse invenire ullam mulierem culpæ expertem? An quia scilicet non peccant viri?* PH. *Vos ipsi deliberate nunc, Laches, tuque, Pamphile, an ex usu sit vobis, ut remissa sit ad suos, vel ad vos reducta Philumena.*

---

exoptabamus.' West.—33 Junt. Ald. *si ex illa me liberos vellet sibi.* EP. *si illa liberos ex me vellet sibi, aut esse mecum.* Alii aliter. *Westerhov.* Elegantior videtur collocatio, quæ est in libro Bembino, *Pater, si ex me illa.* Faërnus. Atqui nostri universi *illa ex me.* Placet Bembinus: ut pronuntiemus, *ex me illa;* et mox, *aut se esse.* Bentleius. *Si illa ex me* Both. Br.—34 *Aut mecum se esse* Both. *aut se esse nuptam* Br. mox *sat* Both. *certe* omnes Mss. apud Bœcl.—35 G. et M. cum uno Leidensium, et Bœnd. et edd. Venet. Argent. Ald. Pulman. Junt. Anon. *quæ.* Sed unus Mss. Leid. cum edit. anni 1469. et quibusdam aliis, *quem.* quando vel partus, vel puer intelligitur. *West.* Vat. et unus tantum liber scriptus Donati habet, *quæ;* Bem. *quod;* omnes alii, et Donati, et Terentii libri, *quem:* quod forte procederet subintelligendo, partum: magis tamen placet *quod.* [Fa. Lege ex nostris fere omnibus: *Non clam me haberet;* ut passim apud Nostrum, *Clam* in Arsi. *quæ* plures nostri; ceteri *quem.* Aut lege *quod,* aut *quæ.* Bent. *clam me...quæ* Br. *clam me...quod* Both. Perl.—36 Nostri fere omnes, *alienum a me esse animum.* Recte. *A me,* virtute enclitici *Me,* est in ictu; at totum *A me* in Thesi occultari non ex arte est. *Bent. Alienum a me esse* Mss. duo, tertius omittit *esse.* Bœcl. *Alienum ejus a me esse* Both.—37 *Nec conventurum inter nos posthac arbitror*] Sic Faërnus. Sed *arbitrer,* quicquid dicant Librarii, cum Mureto legendum. Ceterum omnes pro *Nec* habent *Neque;* et plerique omnes *posthac esse arbitror,* unus *post esse arbitror:* alter, *posthac arbitror.* Bent. *Arbitror* Mss. omnes. *Bœcl. posthac arbitrer* Bip. Both. *posthac arbitror* Perl. quo judice, indicativum pro subjunctivo Nostro et Plauto familiare est.—40 *Censesne* omnes Mss. apud Bœcl. et V. C. apud Lind.—41 *Delinquant* Br. pro var. lect.—43 Omnes Mss. vitiose; unus, *remissam sit vobis an reducta.* Bem. *redductam* habet per duo *d,* 'ita etiam versus ratione exigente: et præterea hic liber et Bas. et duo alii antiquissimi, item alii multi eam ipsam dictionem, item *remissam,* per *n* in fine habent. ita et Donatus, sic inquiens: *Remissa opus sit vobis*] 'in veris codicibus sic est, remissam, reductam, ut sit remissane, reductane;' quæ expositio Donati facit, ut pro *remissam, remissan, pro reductam, reductan,* ipsum ex veris codicibus citasse conjiciam. Sed hoc modo dictio *an,* et orationi supervacanea erit, et versui in-

Uxor quid faciat, in manu non est mea:
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero? LA. Ridicule rogas:
Quicquid futurum 'st, huic suum reddas scilicet,
Ut alamus nostrum. PAM. Quem ipse neglexit pater,

Quid uxor faciat me inscio, non est in potestate mea id infectum reddere: neutra in re, nec in remissione nec in reductione, per me vobis fiet difficultas. Sed quid faciemus de infante nato ex Philumena? LA. *Per risum id interrogas. Quicquid continget, Pamphilo redde suum filium, ut nos educemus eum.* PA. *Egone, Pater,*

commoda, quam nos ex auctoritate complurium librorum, in quibus aut expuncta est, aut non est omnino, delemus.' *Fa.* 'Sic et nostri plerique delent *an.* Omnes *Remissan*, et quinque primarii *reductan*.' Bent. 'Mss. G. et Bœnd. sed et Donatus, Nonius Marcellus, Diomedes, Gambarellus, *Remissam opus sit vobis, an reductam domum*, legunt. EP. *Remissan' opus sit, reduc tandem domum.* Edidi autem *Redducta*, ob metrum. Lucret. lib. IV. 989. 'vocesque repente Mittunt, et crebras redducunt naribus auras.'' *West. Remissan'...reduc-tan'* Bip. Both. *vobis opus sit an reductan* Br. *reductan* Perl. A, C. *an* deest in A.—46 *Ridicule loqueris* EP. et *loqueris* Br. pro gl.—47. 48 *Huic reddas suum | Ut alamus scilicet* Br. 'Omnes fere libri, inter quos vetustissimi, et Donatus, ita hæc verba ordinant, *huic suum reddas s.*' Fa. 'Pauciores ex nostris, *Suum reddas.*' Bent. *Huic scilicet reddas suum* Both. *huic reddas suum* Bip. —48 Ita quinque Mss. Leidenses et G. In Tr. *Ipse* emendatum in *Ipsa*. quomodo et Bœnd. legit, et Bodl. probatque Bœcl. quando *Pater* fuerit vocativus. Exhibeo autem lectionem Faërno probatam, quam et Pareus ex quatuor Mss. edidit. consentiunt Junt. Ald. Venet. Lugd. Anon. aliæ. Et videtur sane ἐμφατικώτερον, si sensus sit, 'Ego alam, quem ipse pater neglexit?' Neque enim 'ipsa' Philumena neglexerat usque adhuc puerum, neque exponendum dederat. Et si vel maxime mater neglexisset, minus tamen idonea hæc erat causa Pamphilo non alendi pueri. Tum, si *Ipsa* fuisset scriptum, præstabat hic verborum ordo: 'Quem ipsa neglexit, ego alam, pater?' Ast dices, prodendum non erat secretum de partu Philumenæ ex alieno viro, vel Lacheti, vel Phidippo, quia fidem dederat Pamphilus Myrrhinæ, se taciturum. Sed neque hæc ratio facit, ut *Ipsa* legatur; potuit enim conversus ad spectatores hæc dicere Pamphilus, quibus jam ante rem omnem elocutus fuerat. Ubi vero Laches postrema verba, 'Ego alam?' audiret, quasi admirabundus, simulque indignatus respondet; 'Quid dixti? Eho! an non alemus, Pamphile?' EP. *Quem ipse negligit pater.* Westerhovius. Lectio libri Bem. Vat. et aliquorum aliorum est, *quem ipse;* ut hæc verba sint Pamphili secum, ne pater et socer intelligant, obmurmurantis alium esse patrem nati pueri, non se: quod autem hæc secum Pamphilus dicat, ostenditur ex Chremetis verbis statim Pamphilum interrogantis quid dixerit: sane Donatus *quem ipsa* magis probat. quod (cum reverentia ejus dixerimus) non sat bona ratione facere videtur. cui enim Pamphilus se probaturum hoc putet, quod ideo alere filium nolit, quia eundem mater neglexerit? idne sat causæ cuiquam videri potest, ut filium suum abjiciat, quod sit a matre neglectus? *Fa.* Recte hic Faërnus contra Donatum. Unus tantum ex nostris *ipsa*. Pamphilus aversus dicit, *Quem ipse neglexit pater;* deinde dum ad eos se convertit, *Ego alam?* quod ultimum Chremes audivit. Hæc, quæ in agendo fiunt, rem reddunt satis claram; et istis, qui *Ipsa* malunt, os plane obstruunt. *Bent.* Sequimur cum Dacier. et Bentl. lectionem Bemb. Vatic. Basil. et aliorum, a Faërno constitutam, quam ipse Don. præferre videtur

Ego alam? LA. Quid dixti? eho! an non alemus, Pamphile?
Prodemus, quæso, potius? quæ hæc amentia est?
Enimvero prorsus jam tacere non queo;
Nam cogis ea, quæ nolo, ut præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrymarum esse me?
Aut quid sit id, quod solicitere ad hunc modum?
Primum hanc ubi dixti causam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc uxorem domi;
Pollicita est ea, se concessuram ex ædibus.
Nunc, postquam ademtam hanc quoque tibi causam vides;
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum,
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi!

educabo infantem, quem ipsa mater pro derelicto habuit? LA. *Quid dixisti? Eho! an non educabimus, Pamphile? projiciemusne potius? quænam hæc insania est? equidem jam omnino silere non possum, nam me compellis ad declaranda ea, quæ nollem præsente Phidippo de te dicere. An putas me causam ignorare cur tam frequenter lacrymaris, aut cur ita perturberis, et solicitus sis? In primis postquam dixisti hanc causam non reducendæ uxoris, nimirum te non posse pati hanc uxorem domi esse, quæ matrem odisset, promisit mater se domo discessuram. Nunc cum sentis te hoc prætextu privari; quia pueri partus, te nesciente, ex occulto fuit editus, alteram causam reperisti. Fallit te opinio, si arbitraris me ignorare animi tui propositum. Aliquando tandem ut animum ad uxorem adhibeas, quam longum tempus*

illi, *quem ipsa neglexit, pater, ego alam?* Haud sane patrem decet negligere puerum, quem mater neglexerit. Alius post Don. grammaticus s. Asper s. Cornutus hanc ultimam lectionem meliorem censet. *Bip. Neglexerit* Mss. omnes. *Bœcl.* et sic Guelf. 1.—50 *Perdemus* Ms. unus, alius *dementia.* Bœcl. *quæso* omisso, *dementia* et EP.—51 *Nequeo* Guelf. 1.—54 *Sit hoc* nostri plures et meliores. *Bent.* ita Bod. Both. *hoc id* G. EP. Br. et Ms. R. apud Lind.—55 *Ubi hanc.* O. l. s. et Donatus, *hunc ubi.* Fa. Sic et nostri. *Bent. Ubi hanc* Br.—58 *Quoque hanc.* O. l. s. *hunc quoque.* Fa. Nostri quoque omnes. *Bent.*—59 *Est natus* Bem. *Fa.* Et ' nostri quoque.' *Bent. Natus clam te est* Both. olim, ut videtur, *Natus est:* in Guelf. 1. *nactus* deest. —61 Mss. quidam, et impressi post EP. *Aliquando tandem huc animum volo ut adducas tuum.* Sed *volo* abest a G. *West.* Ex iis lectionibus priorem duo Mss. apud Bœcl. tertius posteriorem exhibent. ' *Adjungas* dedit Faërnus. Atqui codices nostri universi *adducas:* ut infra v. 3. 38. ' Nunquam animum quæsti gratia ad malas adducam partes.' *Adducas* Rivii quoque et Fabricii codices; et Edd. vett. cum Donato. Fallor, an audaculus quispiam *adjungas* hic supposuit, ex And. 1. 1. 29. ' Ut animum ad aliquod studium adjungant.' ' *Bent. Adducas* Perl. Both. et pro var. lect. Br. in textu *abducas:* ' quod pessime legitur.' *Bip.* at ' *adducas* Vett. et Reg. exempl.' *Lind.* quæ

Sumtus, quos fecisti in eam, quam animo æquo tuli!
Egi atque oravi tecum, uxorem ut duceres.
Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo;
Quæ tum, obsecutus mihi, fecisti ut decuerat;
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum!
Cui tu obsecutus, facis huic adeo injuriam:
Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video esse. PAM. Mene? LA. Te ipsum. Et facis injuriam,
Cum fingis falsas causas ad discordiam,
Ut cum illa vivas, testem hanc cum abs te amoveris;
Sensitque adeo uxor; nam ei causa alia quæ fuit,
Quamobrem abs te abiret? PHID. Plane hic divinat; nam id est.
PAM. Dabo jusjurandum, nihil esse istorum, tibi. LA. Ah!
Reduc uxorem: aut, quamobrem non opus sit, cedo.
PAM. Non est nunc tempus. LA. Puerum accipias; nam is quidem
In culpa non est: post de matre videro.

amandi Bacchidem concessi tibi? quas impensas pecuniæ, ut eam possideres, fecisti? quam patienter hæc tuli? Suasi, et rogavi ut uxorem duceres: dixi tempus advenisse; hortatu duxisti meo. Quæ cum mihi morem gerens fecisti, ut debueras; nunc amorem tuum in meretricem Bacchidem transtulisti; cui tu obediens facis uxori injuriam; nam in eandem vivendi consuetudinem te reversum esse rursus intelligo. PA. *Mene?* LA. *Te ipsum: et injuste agis, cum falsas causas invenis, cur uxorem non reducas, ad movendam dissensionem inter affines, ut cum illa Bacchide meretrice consuetudinem habeas; postquam hanc uxorem tuam, testem præsentem libidinis tuæ, a te expuleris: sensitque certe illa: nam quid aliud eam impulit, ut a te discederet?* PH. *Omnino spiritu divino afflatus hæc vaticinatur Laches: nam ea vera sunt.* PA. *Jurejurando affirmabo tibi, nihil esse verum eorum quæ mihi exprobras.* LA. *Ah! reduc uxorem, aut, cur non ex usu sit istud, dicito.* PA. *Non est nunc tempus dicendi.* LA. *Puerum natum tibi recipias: nam is quidem immunis est a culpa: postea considerabo utrum Philumena ejus mater culpæ sit*

---

lectio est melior, judice Ruhnken.—68 H. v. expungit Guy. probante West. Bentleio quoque manus interpolatrix suboluit, propter vocem *obsecutus* repetitam, et repetita verba *facis...injuriam*. Qui tamen versus expungi debeat, ipse non decernit. ‘Bent. repetita immerito fastidit.’ *Perl.*—71 *Contingis* Mss. duo. *Bæcl.* Bip. Both. Br. et ‘quatuor antiqui libri.’ *Fa.* ‘Vetustiores nostri *contingis*, alii *cum fingis*.’ Bent.—73 *Ei alia causa* Br. *ei causa alia* o. l. s. apud Fa. et Bent. *alia quæ causa ei* Both. tacite.—75 *Ah reduc*

PAM. Omnibus modis miser sum; nec, qu id agam, scio;
Tot me nunc rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, præsens quando promoveo parum;
Nam puerum injussu, credo, non tollent meo;
Præsertim in ea re cum sit mihi adjutrix socrus.
LA. Fugis? hem! nec quicquam certi respondes mihi?
Num tibi videtur esse apud sese? sine.
Puerum, Phidippe, mihi cedo; ego alam. PHID. Maxume.
Non mirum fecit uxor, si hoc ægre tulit.

particeps, necne. PA. *Ex omnibus partibus miser sum, nec quid agam scio: tot me nunc petitionibus urget et circumdat pater. Hinc abscedam, quandoquidem præsens parum proficio. Nam puerum, credo, sine consensu et mandato meo non tollent, ut nutriant et educent, cum præcipue socrus Myrrhina in ea re mihi faveat, ut quæ hunc exponendum censeat.* LA. *Fugis? hem! nec ullum certum responsum mihi reddis? num tibi videtur, Phidippe, Pamphilus mentis compos esse? Sine me facere. Puerum mihi trade; ego nutriam.* PH. *Libenter dabo tibi infantem. Non rem mirandam et insolitam fecit uxor Myrrhina, si a moribus Pamphili ab-*

ipsam aut e Gu. 1. Both. quo judice *uxorem* est e gl.—79 *Omnimodis* Both. —80 ' *Me* duo Mss. omittunt.' *Bœcl. Tot me nunc* O. l. s. apud Fa. et vetustiores apud Bent.—81 *Adibo* GM. sed illud probabitur, si contuleris vers. 84. *Perl.*—82 In o. l. s. et Donato hic est ordo verborum, *injussu credo:* pro *tollent* autem Donatus habet *tollit*, corrupte, ut opinor, pro *tollet*, quod est in Bem. quod ideo placet ut referatur ad Lachetem, cujus, utpote avi, in tollendo puero summa potestas erat. *Fa.* Nostri omnes *injussu credo;* et iidem *tollent.* Recte utrumque. *Tollent* Pater et Socer: hoc certum, cum *Adjutricem socrum* dixerit: ergo in consilium de illa re ituros esse existimat. *Bent. Credo injussu non tollent* Both. *tollent* quoque Br. Perl. *tollet* Bip. *injusso* EP.—83 *Socer* Guelf. 1.—86 *Phidippe puerum* Br. *mihi cede* unus e Mss. apud Bœcl. alter *p. Phidippe concede*, et sane *concede* est gl. in Br. at in textu *concede* Guelf. 2.—87 *Mirum est uxor mea* Br. ' Aliqui, ut versui consulerent, impresserunt sine pronomine *mea;* contra tamen omnium librorum fidem. nos, ea dictione retenta, ita versum sustentamus, ut *mea* in unam syllabam brevem contracto, itemque *hoc* correpto, in quarta sede sit dactylus.' *Fa.* ' *Uxor mea* dedit Faërnus, ex omnium, ut ait, librorum fide: et verum est; nam et sic nostri universi. Sed ista fides jamdudum apud me decoxit. *Uxor mea* esset Myrrhina. Atqui res ipsa prædicat Philumenam Pamphili hic intelligi; ut supra v. 73. ' Sensitque adeo uxor: nam ei causa alia quæ fuit, Quamobrem abs te abiret?' Nam ibi certe *Uxor* non Myrrhina est, sed Philumena; cum verba Lachetis sint ad Pamphilum. Quid quod si *Mea* legas, nullo pacto versum inde constituas? *Mea si hoc æg.* Faërni, nonne bellus est Anapæstus?' *Bent.* ' Falso additur vulgo a Faërno *mea*, quasi esset Myrrhina, uxor Phidippi; cf. ad v. 89. Sed ingestum est præter rem et versum *mea;* quod cum Erasmo, ejusque asseclis, et ipso Bentl. ejicimus.' *Bip.* ' Ejeci *Mea*, tanquam otiosum, et versui repugnans, nisi cum Goveano, pro *Uxor*

NOTÆ

79 *Omnibus modis miser sum*] Querela Pamphili ad spectatores.

Amaræ mulieres sunt: non facile hæc ferunt.
Propterea hæc ira 'st: nam ipsa narravit mihi.
Id ego hoc præsente tibi nolebam dicere,
Neque ei credebam primo; nunc vero palam est;
Nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis.
LA. Quid ergo agam, Phidippe? quid das consilii?
PHID. Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo.
Oremus, accusemus gravius; denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.
LA. Faciam ut mones: eho! puer, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam nostram: huc evoca verbis meis;
Et te oro porro in hac re adjutor sis mihi. PHID. Ah!
Jamdudum dixi, idemque nunc dico, Lache;

horruit: asperæ mulieres sunt, non æquo patiuntur animo viros alias amare; propterea hæc indignatio est uxoris meæ in Pamphilum, quem generum sibi esse nolebat; nam ipsa mihi recitavit. Istud ego nolebam tibi, præsente Pamphilo, referre: neque ego uxori id narranti primo fidem habebam: nunc vero, quod dixi, manifestum est: nam omnino Pamphilum aversum esse a nuptiis animadverto. LA. *Quid ergo censes, Phidippe, mihi esse faciendum? Quid mihi suades?* PH. *Quid agere debeas? Primum hanc meretricem conveniendam esse arbitror: rogemus, probris, reprehensionibus acerbius insectemur; denique minas intentemus, si in posterum consuetudinem habeat cum Pamphilo.* LA. *Faciam quæ præcipis. Eho, puer, propera ire ad Bacchidem hanc vicinam nostram: huc accerse eam meo nomine, et te rogo deinde Phidippe, ut in hac re me adjuves.* PH. *Ah! jam multo ante tempore dixi,*

---

mea, legas, *Mea uxor.*' West.—90 *Ideo* Guelf. 3. 'O. l. s. *id ego hoc præsente:* Bem. vero, et Vict. et aliqui alii, pro *nolebam, nolueram.*' Fa. 'Sic et nostri. Unus tantum *nolebam.*' Bent. *Nolueram* A, C, Bip. Both. Br. Perl. '*volueram* Mss. duo.' *Bœcl.*—91 *Neque ei* Muretus ex codd. ut opinor. *Both.* et sic edidit West. 'Potest hæc lectio teneri, sed mihi ea, quæ est in Bem. vehementer placet, *nunc verum palam est.* ut *verum* sit nomen, et sit sensus, jam veritas manifesta est.' *Fa.* 'Nostri *vero.*' Bent. *Verum* Perl. et sic edidit Pareus e Mss. quatuor.—92 Præpositio *a* non est in Bem. et in Vict. quoque abrasa est. *Fa.* Nostri, *a nuptiis:* recte, ut Andr. v. 1. 10. 'Abhorrentem ab re uxoria.' *Bent.*—93 *Faciam* pro *agam* Guelf. 3.—95 *Accusemus, gravius* sic distinguunt Br. EP. quod voluit et Guy. et sic Both.—97 *Eho curre puer* lege ex tribus nostris. *Bent.* at *eo puer curre* citat Agrætius apud West. *puere* Both.—99 *Et tete* Guelf. 1. Bem. pro *et, at* habet: nos tamen *et* malumus. *Fa.* Nostri *Et.* Sed placet Bem. *At;* siquidem, nisi *At* legas, etiam hoc ad puerum loqui videatur. *Bent. At* Both. Perl.—100 *Idem quod nunc* unus Ms. e Bœcl. '*Itidemque*] Non displicet mihi hæc lectio; omnes tamen l. s. quoscunque vidi, habent *idemque.*' Fa. 'Unus ex nostris bonæ notæ, Codex C. C., *Itidemque;* alter *Itidem quod.* Utrumvis bene; sed prius magis placet.' *Bent. Itidemque* Both. Perl. *Laches* omnes Mss. apud Bœcl.

Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.
Sed visne adesse me una, dum istam convenis?
LA. Immo vero abi: aliquam puero nutricem para.

idemque nunc verbis confirmo, Laches; perpetuam esse hanc affinitatem inter nos cupio, si ullo modo id potest fieri, quod spero futurum; sed visne me simul tecum præsentem esse, dum illam alloqueris? LA. *Quin potius abi. Aliquam puero nutricem quære.*

oro ut Guelf. 2.—102 *Quod quidem* Guelf. 2.—103 *Vin* Bem. et Donatus. *Fa.* Nostri *visne.* Bent. *Vin'* Both. Perl.—104 *Vero* abest ab A, C, Bod. G. EP. Br. GM. Hal. et Ms. R. et Vett. apud Lind. *Abi* delet Both.

ACTUS V. SCENA I.

BACCHIS. LACHES.

BAC. NON hoc de nihilo 'st, quod Laches me nunc conventam esse expetit;
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit, quod velit.
LA. Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possiem;
Aut ne quid faciam plus, quod post me minus fecisse satius sit.

BA. *Non abs re est, quod Laches nunc me vult alloqui; nec, per Pollucem, valde opinio me fallit, quin, quod in suspicione habeo, sit id, de quo me velit nunc compellare.* LA. *Providendum mihi est, ne si iracundius agam, minus obtineam quam possim mitius agendo; aut ne quid violentius faciam, quod postea infectum esse*

Male ab hac scena ordiuntur Act. v. omnes edd. præter Dacierianam. *Bip.*—1 Bem. Bas. Vat. *me nunc c.* meliore collocatione. *Fa.* Unus modo ex nostris, *nunc me.* Bent. *nunc me* Z. 'In antiq. *nunc me*, minus numerose.' *Perl.* '*Me conventam nunc esse* Mss. duo, tertius *nunc me.*' Bœcl. *Nunc* deest in Guelf. 3.—2 *Quin suspicor quid velit* Mss. duo. *Bœcl.* at Guelf. 3. *quin quod suspicor velit.*—3 Sic codices: sed ab Auctore erat, *propter iram hinc impetrem. Hinc*, id est 'Ab hac Bacchide.' ut Adelph. III. 3. 7. 'Set eccum Syrum ire video: hinc scibo jam ubi siet.' *Hinc*, ab hoc Syro. sic *Unde* passim. *Bent.* quem sequuntur Bip. Perl. *Hanc* Z. Br. *est, propter iram hinc ne* Both. *possim* Br.—4 *Plus* deest in Guelf. 3. 'In hoc et seq. versu ordinando mire variant codd. exhibeo lectionem Steph.' *West.* 'Ex libro Bem. ac Vict. et Donato hunc ordinem verborum repono, *quod post me:* eliditur autem s ex *satius*, ut sit Iambus in ultima: est enim octonarius Iambicus qua-

Aggrediar: Bacchis, salve! Bac. Salve, Laches! La. Credo, ædepol, te
Nonnihil mirari, Bacchis, quid sit, quapropter te huc foras puerum evocare jussi.
Bac. Ego, pol, quoque etiam timida sum, cum venit mihi in mentem quæ sim,
Ne nomen mihi quæstus obstet apud te; nam mores facile tutor.

melius sit. Accedam ad illam. Bacchis, salve. Ba. *Salvus sis, Laches.* La. *Credo per ædem Pollucis tibi aliquantulum mirum videri, Bacchis, quam ob causam te huc ex domo tua servulum accersere jusserim.* Ba. *Ego quoque meticulosa sum, cum recordor meæ conditionis, ne nomen meretricis, propter quæstum, quem exerceo, mihi apud te noceat: nam ceteros mores facile præstabo innoxios.* La. *Si*

dratus, sicut et tres primi hujus scenæ: sequentes vero ex eodem libro ita ordinamus: *Adgredior. Bacchis salve.* B. *Salve Laches.* La. *credo edepol, te nonnihil mirari Bacchis, Quid sit, quapropter te huc foras puerum evocare jussi.* ut primus horum sit dimeter Iambicus catalecticus; secundus, contracto *nihil* in unam syllabam, item tertius sint Iambici octonarii catalectici; qui vero sequuntur, ut in impressis ordinati sunt, ita eos conservamus.' *Fa.* ' Nostri plerique, *Me post.*' Bent. *Post, me* Bip. Both. Perl. *me post* Z. Br. ' *Potest* ex prava emend. Guelf. 2.' *Perl.*—5 *Aggrediebar* Guelf. 1. *o Bacchis* Guelf. 3.—6 Voces, ut Fa., disponit Bent. excepto *nil* pro *nihil*, propter versum, et sic Perl. Et versus et voces, uti Fa., Bip. at Z. Br. uti West. *adgrediar. Salve, Bacchis.* Ba. *O, salve, Laches* Both. qui mox sic legit, *Credo ædepol te nonnil mirari, Bacchis, quid sit | Quapropter...jussi |* etsi fatetur Terentium hoc uno in loco Iamb. trim. hypercatalect. usurpasse. *evocari* GM. *miraris* omisso *te* Guelf. 2. Voces *credo ædepol te nonnihil mirari* postponuntur versui *Quid sit...jussi* in Guelf. 3.—7 *Ego quoque pol* Mss. duo. *Bæcl. Venit*, quod præsentis temporis est, pyrrichius est, eliso *t*, aut certe *mihi* addititium est: utique enim *mihi* subintelligitur, ut in Eunucho, ' Et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit.' Virg. ' Nec venit in mentem, quorum consederis arvis.' *Fa.* Recte sensit Faërnus *mihi* addititium esse, sed non ausus est ejicere. Nos, versu gaudente, ejicimus. *Bent.* A plusculis libris *mihi* abest. *West.* id omittit Both.—8 *Quæsti* legitur in Bem. antiqua declinatione. Ceterum nec in eo libro, nec in Vat. nec in Vict. sunt duæ illæ dictiones, *apud te*, quæ multum incommodant versui, et parum sensui prosunt: sed ne sic quidem versus procedit, nisi ex magna licentia: deest enim una syllaba, quam nos unius tantum litteræ mutatione supplemus, legendo pro *obstet, obsiet.* ut sit, *Ne nomen mihi quæsti obsiet.* hoc modo et versus est Iamb. tetram. catalect. ut ceteri, et Iambum habet in quarta, quod huic generi versuum prope solemne est, et antiquissima lectio conservatur. Si quis tamen malet *obstet*, versus sustentatur dissolutione diphthongi. *Fa.* Nostri *quæstus obstet.* Tres e nostris non habent *apud te.* Egregie hic Faërnus: nisi quod in fine se prodit, cum a *Quæsti obstet* sustentari posse versum existimat. Ceterum unus ex Regiis *quæstus mihi obstet.* Repone, *Ne nomen quæsti mi obsiet.* Omnino in ictu esse debet *Quæsti*, non in Thesi obmutescere. Atque hoc ordine *Quæstus* stare hic potest, æque commode ac *Quæsti.* Bent. quem comprobant Bip. Both. Perl. ' Mss. quidam et edd. post EP. non agnoscunt *apud te:* [quæ voces desunt in Ms. R. teste

LA. Si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier;
Nam ea jam ætate sum, ut non siet peccato mihi ignosci æquóm:
Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam, accuro:
Nam si id facis, facturave es, bonas quod par est facere; inscitum,
Offerre injuriam tibi me immerenti, iniquom est.
BAC. Est magna, ecastor, gratia de istac re, quamtibi habeam:
Nam qui post factam injuriam se expurget, parum mihi prosit.

vera dicis, nihil periculi a me timere debes, mulier: nam jam ejus ætatis sum, ut mihi, si quid peccaverim, veniam dare minime justum sit; quo majori cura caveo ne imprudenter et inconsiderate quicquam faciam. Nam si id facis, aut factura es, quod bonas facere convenit; indegnus et inhonestum me tibi facere injuriam: quod si innoxia sis, id etiam iniquum est. BA. *Per Castorem magnas tibi gratias hanc ob rem habere debeo; nam si quis post illatam injuriam se excuset, parvum*

Lind. et in Br.] easque rejicit G. Fabric. *obsiet* quidam.' *West.*—9 *Nihil tibi pericli est a me* Z. 'Aliam collocationem verborum, quæ versui convenientior est, habent o. l. s. *nihil tibi est a me pericli mulier.*' Fa. 'Sic et nostri omnes.' *Bent.*—10 *Peccata* Both. quo judice 'ne Latinum quidem est *peccato.*' —11 *Res omnes* Mss. omnes. *Bœcl.* sic e suis fere omnibus legit Bent. et sic Both. Br.—12 *Nam si id facis nunc* Ms. unus apud Bœcl., at duo *si id nunc facis*, et sic 'Mss. quidam et edd. post EP. quod improbat Fa. neque agnoscit Donat.' *West.* '*Nunc* non ponit Donatus, citans hæc super eo loco, *Fac eadem, ut sis porro.* ne liber quidem Bem. eam vocem habet: ac neque particulam *id.*' Fa. '*Num si facis facturave es.* Sic dedit Faërnus, Bembino suo nimium addictus. Nostri universi, *Nam si id nunc facis facturave es.* Recte: *facis* finalem *s* abjicit, quod usitatissimum. *Nunc* suam vim hic habet, ut oppositum futuro *Facturave es.* Bent. at Br. Perl. *si id nunc facis;* at Bip. Both. sequuntur Fa.—13 Bem. non habet dictionem *me;* quam et Donatus, eam subaudiri volens, non esse in contextu ostendit: alii libri eam varie collocatam habent; aliqui enim dictioni *tibi* præponunt, aliqui postponunt, ut sæpe evenit dictionibus subditiciis: sane in aliquibus libris, inter quos est Bem. et Vict. hi versus ita ordinati sunt: *Nam si facis, facturave es, bonas quod par est facere, Inscitum offerre injuriam tibi: immerenti iniquom est.* Distinguendum est autem post *tibi*, ut sit sensus, offerre injuriam tibi, quæ vel mulier sis, vel meretrix, est inscitum: immerenti vero, etiam iniquum est. *Fa.* Ab uno ex nostris abest *me;* ceteri *tibi me.* Distinctio illa apud Faërnum non placet. *Bent.* Fa. sequitur Bip. Perl. et Both. exceptis *injuriam, tibi me est immerenti*, quo judice Donatus non legerat *iniquum*, gl. scilicet pro *inscitum*, quæ vox versum inchoat in A. e Bœcl. alter *me tibi*, alter *tibi me*, et sic Br.—14 Et versus claudicat, et dictio solœcissat. Repone, *Est magnam ecastor gratiam de istac re quod tibi habeam.* Ubi ordo, 'Est quod habeam tibi magnam gratiam.' Plautus Rud. IV. 6. 32. 'Bonam est quod habeas gratiam merito mihi.' *Bent.* Hanc Mureti lectionem laudat Guy. improbat West. at confirmat Ruhnk. edidit Both.—15 Hic necesse est, vel ex *parum m* elidere, quamvis sequente consonante, ut

Sed quid istuc est? LA. Meum receptas filium ad te Pamphilum. BAC. Ah!

LA. Sine dicam. Uxorem hanc prius quam duxit, vostrum amorem pertuli.

Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. Hic nunc uxorem habet:

Quære alium tibi amicum firmiorem, dum tempus consulendi est;

Nam neque ille hoc animo erit ætatem, neque pol tu eadem istac ætate.

BAC. Quis id ait? LA. Socrus. BAC. Mene? LA. Te ipsam: et filiam abduxit suam;

mihi commodum attulerit: sed quid istud est, quod mihi cupis dicere? LA. *Meum frequentius recipis apud te filium Pamphilum.* BA. *Ah!* LA. *Permitte me loqui: priusquam ille uxorem habuit, illum te amare perpessus sum: sine; nondum etiam dixi ea, quæ volui. Hic nunc matrimonio uxori junctus est, quære alium constantiorem amatorem, dum tempus habes prospiciendi tuæ utilitati: nam ille neque integram ætatem eodem amore te prosequetur, neque pol tu eadem ætate semper florida eris.* BA. *Quis ait me receptare filium tuum?* LA. *Socrus ejus Myrrhina.* BA. *Mene?* LA. *Te ipsam, et filiam abduxit suam ex domo mea, atque infantem*

---

dactylus sit in sexta, vel *injuriam* trisyllabum facere, coalescentibus in unum duabus extremis vocalibus: mihi tamen magis placeret, si, deleto pronomine *se*, quod ego arbitror ab interpretante superscriptum, deinde in contextum irrepsisse, absolute legatur, *Nam qui post factam injuriam expurget:* non tamen muto, neque detraho quicquam. *Fa.* Quod *Parum* corripit Faërnus, recte: quod *Injuriam* trisyllabum facit, et verbum et versum contrucidat. *Bent. Se* cum Fa. delent Bip. Both. *expurgat* Guelf. 2.—16 *Jam meum* Guelf. 3.—17 Atqui hic versus, ut prior et sequentes, Trochaicus esse debet, non Iambicus. Quare audacter repone, *Sine dum: uxorem hanc prius quam.* Ita Noster alibi, 'Mane dum,' 'Dic dum,' 'Abi dum,' 'Facito dum.' Plautus Truc. II. 7. 67. 'Sed veru Sine dum petere.' *Bent. Priusquam hanc* Mss. duo. *Bæcl.* et sic Br.—18 Nisi in *Dixi* aut *Volui* synalœpha, quod non licitum est, cesset; versus syllaba adhuc caret. Eam ego statim præstabo. *Mane; nondum etiam dixi id quod te volui.* 'Quod te volui;' ut And. I. 1. 'Paucis te volo, Quod me velis.' III. 3. 4. 'Quid ego te velim.' Habeat itaque suas sibi conjecturas, *Mane sodes,* et *Laches, Mane,* et *Mane mane;* qui ne id quidem sensit, se id agere ut Iambicus sit, qui ab Auctore Trochaicus exibat. *Bent.* G. Fabric. legit *mane mane* laudante Guy. at Both. sic: BA. *Men'?* LA. *Mane. nondum etiam id quod volui dixi. Hic nunc habet uxorem.*—19 Aliqui libri non habent dictionem *amicum*, et ex iis est Vict. in quo tamen postea superscripta est. Bem. eam dictionem præpositam habet dictioni *firmiorem;* alii libri et Donatus postpositam, ut jam diximus evenire subditiis dictionibus, ut nullam certam sedem habeant. Ceterum quod sequitur, Vict. et Bem. ita habent, *Dum tibi tempus consulendi est:* ut exigit ratio versus, qui est Trochaicus tetram. acatalect. ut sequens. *Fa.* Recte hæc omnia. Nostri et *Amicum* habent, et *tibi* non habent. *Bent. Amicum* rejiciunt Gov. Glar. Bip. Both. Perl.—20 *Ætatem* abest a Bod. Guelf. 1. et omnibus apud Bœcl. idemque, 'quod agnoscit Donatus et explicat, in nullo nostrorum

Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui est, extinguere.

Bac. Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem,

Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Lache,

Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.

La. Lepida es: sed scin', quid volo potius, sodes, facias? Bac. Quid vis? cedo.

La. Eas ad mulieres huc intro, atque istuc jusjurandum idem

Polliceare illis: exple animum iis, teque hoc crimine expedi.

Bac. Faciam; quod pol, si esset alia ex hoc quæstu, haud faceret, scio,

Ut de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet.

qui recens natus est, ob eam rem, occulte voluit necare. Ba. *Si scirem aliud quidpiam sanctius esse, quam jusjurandum, quo vobis meam fidem datam firmam esse persuadere possem; id tibi asseverarem, Laches, a me sejunxisse Pamphilum, ut uxorem sibi junxit.* La. *Scita, et venusta es: sed scisne quod volo amplius, si vis, ut facias?* Ba. *Quid vis? dic mihi.* La. *Ut convenias has mulieres, quæ in hac domo sunt, atque idem jusjurandum eis te facturam promittas. Satisfacito illis, et te hujus criminis suspicione libera, quod Pamphilum receptes.* Ba. *Facium, quod, per Pollucem, alia meretrix, quæ similiter quæstum corpore facit, nollet certe facere, ut propter talem causam, propter amorem mariti in pellicem, in conspectum ejus uxoris veniret, nedum de hac re verba ei faceret: sed nolo pati, ut filius tuus in*

---

est,' ait Bent. abest et a Br. GM. et Ms. R. teste Lind. *erit pol nec tu eadem istæc ætatem* Both.—22 Omnes fere libri scripti, inter quos Bem. et Vict. ita collocant, ut et ratio Trochaici exposcit, *natus qui est.* Fa. Quin et nostri omnes, *natus qui est.* Bent. In nullis edd. vidimus, quod vidit Fa., *qui natus est.*—23 Lege, versu ipso jubente, *Alid si scirem:* alioqui Iambicus erit inter Trochaicos. De *Alid* jam ante diximus. *Bent.* quem sequitur Bip. *si* delet Both.—25 Eandem ob causam, ne Iambicus hic sit, tolle illud *Me;* quod abesse vel elegantiæ interest, cum sequatur *A me: Segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.* Bent. quem sequuntur Bip. Both.—26 *Otius* Guelf. 1. ' Mss. et impressi quidam post EP. *quod volo.*' West. ' *Vis* et versui superest, et sententiæ ; atque ideo recte id Muretus ejecit. Heaut. IV. 4. 14. ' Sy. At scin quid sodes? Ba. Quid?'' *Bent.* ' *Quid vis? cedo* plerique libri: qui legunt *quid cedo,* ex catalect. faciunt acatalect.' *West. vis* omittit Both.—27 *Fac eas* Gu. 1. 3. *hinc* Perl. tacite.—28 *Pollicitare* unus Ms. e Bœcl. *pollicere* Argent. ' Hæc varie leguntur: *Animum his exple. Exple animum his. Exple animum iis.* Alii post *polliceare* distinguunt, legentes, *Illis animum exple.*' West. ultimum hoc Both. at Bent. *illisce exple animum.* —29 *Pol* deest in Guelf. 1. ' vides illud *quæstu* ut supra v. 9. in thesi lati-

Sed nolo falsa fama esse gnatum suspectum tuum,
Nec leviorem vobis, quibus est minime æquom, viderier
Immerito; nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.
LA. Facilem benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit;
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoque etiam credidi.
Nunc cum ego te esse præter nostram opinionem comperi,
Fac eadem ut sis porro; nostra utere amicitia, ut voles.
Aliter si facias—— sed reprimam me, ne ægre quicquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum: qualis sim amicus, aut quid possiem,

suspicionem veniat culpæ, quæ falsa est, et ex qua falsus rumor differatur; nec minus eum constantem a vobis parentibus æstimari volo, quibus non justum est ut talis esse videatur, nullo suo merito; nam ita bene de me est meritus, ut debeam omnia commoda, quæ possim, ei præstare, et utilitati ejus inservire. LA. *Benignum et benecupientem tibi lepidus sermo tuus me fecit: nam non solæ hæ mulieres, Myrrhina et Philumena, te receptare Pamphilum judicaverunt: ego quoque ipse credidi. Nunc cum ego te innoxiam, et criminis puram perspexi, contra opinionem nostram, fac ut talis videaris Myrrhinæ et Philumenæ. In posterum utere tuo arbitrio, nobis amicis. Sin aliam te perhibeas; sed me cohibebo, ne moleste et acerbe quicquam tibi dicam. Verum te hoc unum hortor, ut potius experiaris qualis sim amicus, et*

---

tare. Repone *quæstu hoc.*' Bent. *alia esset* Guelf. 3.—31 *Sed esse falsa fama nolo* Mss. duo. *Bæcl.* et sic Guelf. 3. 'In Bem. deest *esse*, sed perperam: ceterum hunc ordinem verborum habet, quem et Donatus ponit, addito tamen verbo *esse*: *sed nolo falsa fama esse;* aliqui etiam libri sic habent, *sed nolo esse falsa fama.* utrumque melius quam quod in lectione vulgata est; quod quidem ad versum attinet.' *Fa.* 'Plurimi ex nostris, *Sed nolo esse falsa fama.* Tres *Sed esse nolo falsa fama.* Ex his Faërnus omnium deterrimam elegit.' *Bent.* qui ipse edidit *Sed nolo esse falsa fama;* quem sequuntur Both. et Perl. et sic Br.—32 *Eum viderier* Guelf. 2.—35 Ex auctoritate Bem. deleo dictionem *hoc*, sine detrimento versus et sensus. *Fa.* Faërnus ejecit *hoc.* Nostri omnes retinent, sed alio ordine. Pro *hæ* duo ex nostris *hæc;* ut sæpe ante. Lege igitur: *hæc: ego quoque etiam hoc credidi.* Bent. quem sequitur Bip. *hæc* quoque Both. sed et Tanaquill. Faber ante Bent. *hæc* ob metrum: '*hoc credidi* libri quidam cum Donato.' *West. hoc* Br. Perl. In B. *hæ* e pr. m. *hæc* e 2da. Ad vers. initium *Jam* pro *Nam* Guelf. 2.—36 *Nunc aut* Guelf. 1. —38 *Sed* delendum ex auctoritate Bem. ac Vict. et ratione Trochaici. *Fa.* Nostri omnes, *sed reprimam.* Sed versus gratia Correctores *sed* olim ejecerunt. Immo retine, et versui aliter consule, *facias* abire jubens: *Aliter si: set repprimam me.* Heaut. I. 2. 25. 'Illene? set reprimam me.' *Aliter si*, Aposiopesis rei congrua. ut Virgil. 'Quos ego: sed motos,' et 'Quamquam O; sed vincant:' sic hic, *Aliter si, sed reprimam.* Ita sæpe apud quosvis scriptores, *Sin;* reliquis per Aposiopesin omissis. *Bent.* quem sequitur

Potius quam inimicus, periculum facias. Bac. Faciam sedulo. 40

quid possim, quam inimicus. Ba. *Faciam diligenter quæ mones.*

Both. *Audiat* Guelf. 1.—39 Nostri, uno excepto, omnes, *Verum hoc te moneo unum;* ut *Te* in ictu sit. Recte: et *Qualis* elidit *s* ante consonantem, ut passim: non, ut quidam voluit, *Amicus* ejicit *us* ante vocalem. *Bent. Hoc te moneo* Br. *te hoc unum moneo* Both. mox idem *ac quid prosim...inimicer, ut p. f.* —40 Responsionem Bacchidis in hoc versu Bem. non habet, quam et in paucissimis aliis invenies, et putamus non necessariam: superest ut versui consulatur, quod sic facimus: ex aliquibus libris scriptis, in quibus est Vict. legimus *periclum*, et quattuor primis sequentis scenæ verbis hunc versum supplemus: ea sunt, *nihil apud me tibi:* ut *nihil* in unam syllabam contracto, et *d* ex *apud* eliso, sit in sexta sede hujus Trochaici dactylus. *Fa.* Unus tantum ex tot nostris habet, *Faciam sedulo.* Bent. Eadem 'desiderantur in Mss. Leidensibus quinque, Lips. M. G. et Bœnd. Ex editis omittunt, Anon. Tarvis. Venet. Lind. Parei, et forte plures.' *West.* eademque absunt a Bip. Z. Both. Br. Perl.

ACTUS V. SCENA II.

PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.

Phid. Nihil apud me tibi
Defieri patiar, quin, quod opus sit, benigne præbeatur:
Sed cum tu satura atque ebria eris, puer ut satur sit facito.
La. Noster socer, video, venit: puero nutricem adduxit.

Ph. *Nutrix, non sinam quicquam tibi apud me deficere, ut quod necessarium sit, non large tibi præstetur; sed cum tu cibis et vino plena eris, fac ut infans lacte sit plenus, et bene nutriatur.* La. *Noster socer Phidippus, ut cerno, venit. Puero*

1 *Nil tibi apud me* Both.—2 Hunc versum omnes fere l. s. simul ponunt, cum illis quattuor verbis, quibus ultimum versum præcedentis scenæ supplevimus: sed illis detractis remanet ille quem ascripsimus, qui est trochaicus tetrameter, ut præcedentes: licet illi catalectici, hic acatalecticus. *Fa.* Nec *quod opus sit*, nec, quod quidam voluit, *quod opust*, in hujus versus cæsura possunt consistere. In Regio Chartaceo deest *opus.* At in Codice C. C. *quin quod est.* Egregie: *Defieri patiar: quin, quod est, benigne præbeatur. Quod est*, quod domi est, quod res nostra præbet. *Bent.* quem sequitur Both. —3 Vides, ut invenuste dispertiantur Accentus: quamvis apud Priscianum quoque p. 701. *cris* legatur, etiam in codice scripto. Repone, *Sed tu cum satura atque ebria es, et puer ut satur sit facito.* Bent. quem sequitur Perl. *ut* delet Both.—4 *Puero nutricem* Guelf. 3. 'Placet mihi *adducit*, quod in Bem.

Phidippe, Bacchis dejerat persancte. PHID. Hæccine ea est? LA. Hæc est.
PHID. Nec, pol, istæ metuunt Deos; neque has respicere Deos opinor.
BAC. Ancillas dedo: quo lubet cruciatu per me exquire.
Hæc res hic agitur: Pamphilo, me facere ut redeat uxor,
Oportet; quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.
LA. Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis, in re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur:
Nam si compererit crimini tua se falso uxor credidisse,

alendo nutricem adduxit. Phidippe, Bacchis per Deos bene jurat, et religiose. PH. *Hæcne ea est?* LA. *Hæc est.* PH. *Nec pol istæ meretrices Deorum timorem, nec Diis ullo modo curæ sunt, uti quidem existimo.* BA. *Servas meas in tuam potestatem trado: quibuslibet quæstionis tormentis, me permittente, veritatem de illis quære. Potes id facere. Hæc res agitur: oportet nimirum me efficere, ut Philumena uxor Pamphili ad eum reducatur. Quod si hoc perficio, famam et æstimationem hanc me acquisiisse non pœnitebit, scilicet, solam sine exemplo fecisse, quod aliæ meretrices facere recusant, id est, reconciliare uxores maritis.* LA. *Phidippe, mulieres nostras falso in suspicione apud nos positas fuisse, in rei veritate comperimus. Hujus autem Thaidis etiam hinc deinceps periculum faciamus: nam si tua uxor deprehenderit se falso accusationi fidem adhibuisse, iram dimittet: sin autem*

---

est, ut per præsens tempus omnia enuntientur, *venit*, *adducit*: ita conjicere licet fuisse et in Vict. nam *x* in litura est.' *Fa.* 'Duo ex nostris *adducit*. Sed insuper inversis verbis lege, *nutricem puero adducit*.' Bent. quem sequitur Perl. *adducit* Bip. Both. 'Pauci Mss. et editi, *Adducit*, quod laudat Faërnus. Et videtur præferendum, quod et *venit* præsenti tempore dicit.' *West.*—6 *Arbitror* vice *opinor* Guelf. 1.—7 *Quo jubet* G. '*quolibet* bona librorum pars.' *West.* sic Br.—7. 8 *Exquirere licet* Bœnd. Guelf. 1. Mss. omnes apud Bœcl. '*Licet* non est in Bem. nec Vict. nec ponitur a Donato, et a versu respuitur.' *Fa.* 'Recte: sed *Licet* in omnibus nostris est, uno Regio excepto.' *Bent. Exquire licet* Br. quod defendit Rivius ob metrum.—9 *Perficio* versum jugulat, qui Creticum vel ei parem pedem in cæsura postulat. Donatus in Edd. vett. *perficero*, et sic scriptus Oxoniensis. Repone, *Oportet, quod si effecero, non pœnitet me famæ.* 'Effecero,' quo nullum hic verbum aptius. Eun. v. 8. 26. 'Hoc si effeceris.' Phorm. IV. 1. 24. 'Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.' *Bent.* quem sequuntur Both. Perl.—10 *Alias* hic et infra v. 3. 36. vice *aliæ* Both. *fugitant facere* Guelf. 3.—12 *Nobis* pro gl. omittit Bip. et dein legit *nam si* | *Compererit*, quia 'haud certe jure Bentl. huic versui consulturus delet *falso*, parum vere dicens, *crimen* omne falsum esse. Et ap. Cic. certe *crimen* (accusationem) *verum*, idemque *criminationem falsam* occurrit. v. Gesn. in Thes.' *Bip.* mox *hoc* Both.—13 *Comperit* Guelf. 1. 'Libri quidam Mss. et impressi, *Comperit*. Errore, opinor, nato ex compendio scribendi. *Falso* Georgius Fabricius auctoritate postremæ editionis P. Manutii delet. Et sane abest ab edit. Florent. apud heredes Bern. Juntæ, 1565. Sed nihil magis necessarium ad sensum, unde ejiciendum non erat. Guyetus *Se* et *Uxor* expungit, legens: *Nam si compererit crimini tua falso credidisse.* Sed contra fidem Codicum. *West.* Nostri omnes post *uxor* addunt *falso*. Sed

Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leve est; cito ab eo hæc ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum.
PHID. Velim quidem hercle. LA. Exquire: adest: quod satis sit, faciet ipsa.
PHID. Quid mihi istæc narras? an, quia non tute ipse dudum audisti,
De hac re animus meus ut sit, Laches? illis exple modo animum.

hac de causa succenset filius meus, quod ejus uxor secreto et occulte peperit eo nesciente; id non magni est ponderis, cito hæc ira eum deseret. Certe in hac partus celatione, nihil mali est, quod sit dignum divortio. PH. *Per Herculem id velim.* LA. *Explora sagaciter a Bacchide. Illa hic præsens est. Faciet ipsa quod sufficit ad plenum purgationem Pamphili, et suam.* PH. *Quid opus est his verbis? an quia non tu ipse pridem a me audivisti quæ sit mea mens et desiderium? illis modo mulieribus, quæ amaræ sunt et molestæ, hæc persuade.* LA. *Per Deos te obsecro,*

---

inepte, et versu respuente. *Crimen* per se habet notionem falsitatis. Donatus: 'Crimen proprie dicitur, id quod factum est:' immo lege, *Id quod falsum est*. Bent. quem sequuntur Both. et Perl. qui opinatur '*falso* superius ex v. 11. huc aberrasse.' Cum Bent. stat Ruhnk.—14 Profecto hujus metri in cæsura ratio Correctoribus vetustis latebat: ita nunc frequenter in his versibus peccant libri veteres. *Sin autem est* pro Cretico hic inambulat. Tu repone, *Sin item est;* etiam sententiæ commodius. *Bent.* quem sequitur Both.—15 *Clam, leve id* Both. '*discedet* Mss. duo.' *Bœcl.*—17 Voci '*ipsa* magna Mss. et veterum editorum pars, post an. 1469. additum habent, B. *Faciam.* sed metro repugnante.' *West.* 'In contextu libri Bem. non est responsum Bacchidis, sed loco ejus pronomen *ipsa;* ita et Donatus legit; ita et o. l. s. nisi quod in iis sequitur responsum Bacchidis: perperam id quidem, nam versus repugnat.' *Fa.* 'Nostri omnes addunt, ut Bacchidis responsum, *Faciam.* Non placet: nam versu infra 20. Laches eam monet, 'Quod mihi pollicita es, serves.' Id vero pollicita est v. l. 30. 'Eas intro ad mulieres: Faciam.' Quod si hic quoque dicat 'Faciam;' non jam 'Mihi pollicita es' diceret, sed 'Nobis.' *Bent.* Additur BA. *faciam* ab omnibus Mss. apud Bœcl. et Br. Post h. v. inculcatur distichon 25. 26. in C, nec tamen loco consueto omittitur, Bothio teste.—18 Bem. et omnes fere alii, ac Don. *quid mihi istæc:* Bas. *quid mi istæc.* et infra iidem libri, *dudum audisti.* Donatus vero non, *tute ipse*, sed *tu ipse*, habet: ita est Iambus, vel Pyrrhichius in quarta. *Fa. Quid mihi istæc narras? an quia non tu ipse dudum audisti.* Sic dedit Faërnus, ex Donato, ut narrat, *tu ipse.* Donatus in vett. Edd. habet, *tute ipse;* ut omnes hic nostri et item Faërni. Sentio, quid illum induxerit: *an quia non*, si *tute* legas, pro Cretico male ponitur: maluit ergo Dactylum *An quia;* et idcirco *tu ipse* adscivit. Infelix labor: neutrum enim hic stare potest. Repone, *Quid mi istæc narras? quiane non tute ipse dudum audisti.* Plautus Pers. v. 2. 69. 'Quiane te voco, bene ut tibi sit.' Virgil. Æn. IV. 538. 'Quiane auxilio juvat ante levatos.' *Bent. Quid mi istæc* — omisso *ipse* Both. *Istæc mihi* Guelf. 3. *Tu ipse* G.—19 Bem. et Don. *explete:* est enim sermo non ad Lachetem solum, sed et ad

LA. Quæso ædepol, Bacchis, mihi quod es pollicita tute, ut serves.

BAC. Ob eam rem vis ergo intro eam? LA. I, atque exple animum iis, ut credant.

BAC. Eo; etsi scio, pol, iis fore meum conspectum invisum hodie;

Nam nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregata est.

LA. At hæ amicæ erunt, ubi, quamobrem adveneris, resciscent.

PHID. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognoverint;

Bacchis, ut quod mihi promisisti, jusjurandum apud mulieres, tu ipsa præstes. BA. *Visne ergo ut ingrediar ad mulieres, ut jurejurando confirmem Pamphilum a me non receptari.* LA. *Fac, et ita illis persuade, ut credere tibi cogantur.* BA. *Eo ad illas, quamvis certa sim his meum conspectum molestum et exosum hodie fore: nam mulier nupta, meretrici inimica est, cum a viro separata est.* LA. *At hæ amicæ erunt tibi, cum primum cognoverint, quam ob causam eas conveneris.* PH. *At easdem amicas tibi fore polliceor, quando rei veritatem resciverint: nam illas*

Bacchidem. versus quoque hanc lectionem exigit. *Fa.* Unus ex nostris vetus, *modo explete:* ceteri, *modo exple.* Bent. Faërnus et Georgius Fabricius mallent, *Explete*, quasi ad Lachetem et Bacchidem simul dictum. Et sane ita Libri quidam scripti et impressi præferunt. Guy. *Expleto* reponit, et Lacheti soli dictum ait. Addunt autem Codices quidam: *Ut credant.* quod e versu 21. videtur repetitum. *West.* *Modo explete animum* Bent. Bip. Both. *Modo exple animum* Z. Br. Perl.—20 *Quod mihi* Guelf. 3.—21 Bem. *vin ergo?* Ita prius erat et in Vict. *Fa.* Nostri omnes *vis*, non *vin.* Bent. *I, atque exple animum iis, ut credant*] *I* hic non patitur synalœpham: vetustus noster, ut alibi, *Ii* duplice *i* scribit; nam duplicis potestatem habet; idcirco, ut *O* et *Au*, non eliditur. Ceterum mutato ordine lege, *atque exple iis animum, ut credant.* Bent. *Vin* quoque Both. Perl. mox *i atque exple animum his et coge ut credant* Ms. unus apud Bœcl. quo teste 'illud *i* a 2da manu est, antea fuit vel *ita* vel *ito:* accessit glossema.' et B. Hal. exhibent verba *et coge*, quæ invenit West. in Mss. et edd. quibusdam; ipse Both. legit *i atque exple animum et coge, ut credant:* totum versum expungit Guy. *animum his* Guelf. 3.—22 Salvus est etiam in hac lectione numerus: sed ex codice Petrensi lego, *Eo: etsi scio pol his meum fore.* Et collocatio elegantior est. *Bent.* quem sequitur Both. Perl. *his* quoque Bip. *hiis* Br.—23 *Nupta et meretrici* Both. ubi *et* est pro *etiam.*—24 Bem. *hæc amicæ*, ut et exigit versus. *Fa.* Etiam chartaceus noster *hæc*, ut scias a veterrimo codice transcriptum. *Hæc* feminino plurali sæpe habuimus. *Bent.* Sunt Libri, in quibus est, *At tibi amicæ erunt.* Malim, *At hæc amicæ erunt:* quod nec insolens Terentio, et ad metrum melius. *West.* *Hæc amica erit* Both.—25 Repetit eundem sensum Lachetis Phidippus, ut appareat, æque utrique studium esse. Ceterum versus hic immerito supervacuus videtur Faërno et Guyeto, jubentibus contra Librorum fidem *cognorint* legere. Goveanus, *Atqui easdem.* West. *Ad easdem* Guelf. 2. 'Hunc totum versum idem liber non habet, et sane supervacaneus videtur, quamvis a Donato ponatur prima pars ejus: sane, si hunc versum retinemus, *cognorint* legendum ex ratione versus, contra omnium librorum fidem.' *Fa.*

Nam illas errore, et te simul suspicione exsolves.
Bac. Perii! pudet Philumenæ. Sequimini me huc intro ambæ.
La. Quid est, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire;
Ut gratiam ineat sine suo dispendio, et mihi prosit?
Nam si est, ut hæc nunc Pamphilum vere ab se segregarit,

falsa opinione, et te suspicione, quam de te habent, simul liberabis. Ba. *Perii. Pudet me propter Philumenam, conscientia consuetudinis, quam cum Pamphilo habui. Sequimini me in hanc domum, vos ancillæ ducæ.* La. *Quid est quod magis optem mihi accidere, quam quod Bacchidi evenire video; ut una opera a me gratiam sibi comparet, sine damno, et mihi utilitatem afferat, mihique commodet, reconciliando uxorem Pamphilo, et Sostratæ ejus matri? Nam si verum est, ut Pamphi-*

'Uterque versus commodus et genuinus. Posterior, ut fit, in Bem. et in C. C. et Petrensi omissus est; quia ab *At* eodem, quo prior, verbo inchoatur. Uterque senex, ut par erat, fidem hanc Bacchidi dant; et magis Phidippus, qui ibi paterfamilias est. *Bent.* Deest versus in B. *Item has amicas fore — cognorint* Both. *cognorint* Bip. Perl.—26 Vice *nam* est *nullam* in Br. Guelf. 1. GM. Hal. *alias* e pr. m. Guelf. 3. *simul errore* Guelf. 2. *simul te* Guelf. 1. Br. '*evelles* Ms. R.' *Lind.*—27 *Pudet me* GM. et 'Mss. et editi quidam post EP.' *West.* 'Non temere est, quod nec Bem. nec Don. habent dictionem *huc;* aliique libri, qui eam habent, partim dictioni *intro* præponunt, partim postponunt; ex quo apparet, ut subdititiam, certum eam locum non habere: pronomen vero *me* non post *sequimini*, sed ante, habet Bem. alii libri, et hi complures, et ante, et post habent: quam et veram arbitror lectionem, detracto adverbio *huc*. Fa. *Perii, pudet Philumenæ me: sequimini me intro ambæ.* Sic dedit Faërnus. Sed nostri universi *huc* habent. Repone, *Perii, pudet Philumenæ: vos sequimini intro huc ambæ.* Sic 'Sequimini' absolute Eun. IV. 7. 2. et Phor. II. 3. 8. 'Vos sequimini,' ut Eun. III. 2. 53. VII. 2. 46. *Vos* potius quam *Me;* ut in cæsura ambiguum evitetur.' *Bent. Me sequimini* Br. *sequimini me intro huc* Both. tacite: et sane *intro huc* libri quidam teste West. —28 *Ille alias* bis Guelf. 1.—29 *Una prosit*] Donatus, Bem. Bas. et Vat. et plerique alii non habent *una*. quod et respuit versus. *Fa.* Duo tantum ex nostris addunt *una*. Sed vide ipsos versus, *Quid est quod mihi malim, quam quod huic intellego evenire, Ut gratiam ineat sine suo dispendio, et mihi prosit.* Quid hoc est? *Quid mihi malim, quam ut* sine suo dispendio *mihi prosit meretrix?* Immo, credo, vel cum maximo meretricis, quam modo angue pejus oderat, dispendio id sibi optet senex. Donatus, prava lectione irretitus, quo non se versat? Repono, re ipsa me eo ducente, *Quid est mihi quod malim quam quod huic intellego evenire? Ut gratiam ineam sine meo dispendio, et mihi prosim. Quid est,* inquit, *quod Mihi malim, quam ut gratiam ineam, &c. quod Huic evenire intellego.* Vides, opinor, sententiam claram; et una vides, quo pacto evenerit, ut interpolaretur. Cum enim *Huic*, quod vero ordine postremum est, in medio veniret, eo decepti Librarii personas primas *Ineam* et *Meo* in tertias mutaverunt. *Bent.* 'Nescio an opus sit Bentleii correctione.' *R. D.* 'Codices quidam: *Mihi una prosit:* quod versus respuit. Tanaq. Faber, ejusque filia Anna Dacieria, *Sibi prosit:* scilicet ne Laches bis idem dicat, quasi vero qui gratiam ab altero init, eadem opera non sibi prosit.' *West. Mihi* in vs. 28. delet Both.—30 *Virginem quam* omisso *nescio* Guelf. 1.

Scit sibi nobilitatem ex eo, et rem natam, et gloriam esse,
Referetque gratiam ei, unaque nos sibi opera amicos
junget.

lum a consuetudine sua semoverit; certo perspicit, nomen suum ex eo insigne et nobile fore apud omnes; cum antea obscurius et minus celebre esset: tum rem familiarem auctum iri, et laudem non mediocrem se consecuturam. Pamphilo reddet beneficium acceptum, unaque opera nos sibi amicos conciliabit.

—31 Sic libri omnes. Donatus: *Ex eo, utrum ex Pamphilo; an ex eo, ex ea re: et hoc melius.* Certe melius: sed hoc etiam expediat summus Magister; cur noster inter *Nobilitatem* et *Gloriam*, quæ cognatæ sunt significationis, *Rem* in medium intruserit, prorsus diversæ. Quomodo autem *rem natam? Quia multa*, inquit idem, *in eam contulit Pamphilus.* Itane vero? Atqui de re ventura hic agitur, non de præterita: et *si vere ab se segregarit*, non res creverit, sed damnum obvenerit. Codex unus ex regiis *nactam* pro *natam.* Repone, *Scit se nobilitatem ex ea re nactam et gloriam esse.* Ubi ordo est, *Scit se ex ea re nactam esse nobilitatem et gloriam.* Bent. *ex eo paratam et* Both.—32 Ex auctoritate libri Bem. et Vict. delemus conjunctionem *que*, nec sermoni necessariam, et versui incommodam, qui est Iamb. tetram. catalect. ut ceteri, habens dactylum in secunda. *Fa. Referet gratiam ei, unaque nos sibi opera amicos junget.* Sic voluit Faërnus; etsi in Editione sit *Referetque.* Bene sane, quod duo primarii libri *que* ejiciant. Sed ne sic quidem versus commodus est. Codex Academicus, *Refertque.* Repone, *Refert gratiam ei, unaque nos sibi opera amicos jungit. Refert, Jungit,* ut supra *Scit*, elegantius quam ista Futura. *Refert* corripitur; quæ licentia in primo pede facile conceditur. *Bent. Referensque gratiam una nos* Both. *referet* Bip. Perl. *una quæ* pro var. lect. Br. mox ' libri quidam ope.' *West.*

ACTUS V. SCENA III.

PARMENO. BACCHIS.

PAR. Ædepol næ meam herus esse operam deputat parvi
pretii,
Qui ob rem nullam misit, frustra ubi totum desedi diem,
Myconium hospitem dum expecto in arce Callidemidem.
Itaque ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisque venerat,

PA. *Per ædem Pollucis herus Pamphilus laborem meum parvi æstimat, qui pro nihilo me illuc misit, ubi totum diem frustra otiosus sedi; dum Myconium hospitem Callidemidem frustra in arce expecto. Itaque stolidus ego, dum illic desideo, ut*

1 GM. *meus* in textu, *meam* subscript. exhib. post *herus.* Perl. Bem. *preti.* Fa. Sic et nostri meliores *Preti*, ut *Viti*, *Gaudi*, *Consili.* Semper ita oportet, ut in Andria semel docuimus. *Bent.* quem sequuntur Bip. Both. Perl.—2 *Me misit* Guelf. 2.—4 Bembus in Libello de Fabulis Terentianis

Accedebam: adolescens, dic dum, quæso, es tu Myconius?
Non sum: at Callidemides? non. Hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque eum quenquam esse arbitror.
Denique hercle jam pudebat: abii. Sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem video? quid huic hic est rei?
BAC. Parmeno, opportune te offers: propere curre ad Pamphilum.
PAR. Quid eo? BAC. Dic me orare, ut veniat. PAR. Ad te? BAC. Immo ad Philumenam.
PAR. Quid rei est? BAC. Tua quod nihil refert, percontari desinas.
PAR. Nihil aliud dicam? BAC. Etiam; cognosse annulum illum Myrrhinam
Gnatæ suæ fuisse, quem ipsus olim mihi dederat. PAR. Scio.
Tantumne est? BAC. Tantum: aderit continuo, hoc ubi ex te audierit.

primum aliquis advenerat, ad illum ibam dicens: adolescens, dicito, te rogo, es tu Myconius? respondebat, non sum. At, es Callidemides? Minime. Rogabam deinde, numquid hospitem in hac urbe habes, qui vocatur Pamphilus? omnes negabant se habere hospitem hoc nomine: neque Callidemidem aliquem usquam esse judico. Denique per Herculem pudebat illic sedere tamdiu: discessi ex eo loco; sed quamobrem Bacchidem video, e domo Phidippi soceri Pamphili egredientem? quid huic meretrici negotii est apud Phidippum? BA. *Parmeno, commode occurris mihi: propera ire ad Pamphilum.* PA. *Quapropter?* BA. *Dic ei me rogare ut veniat huc.* PA. *Ad te? non vero ad me, sed ad Philumenam.* PA. *Quænam res est?* BA. *Quæ nullo modo ad te spectat, desistas curiosius inquirere.* PH. *Nihilne aliud ei dicam?* BA. *Dic ei etiam Myrrhinam cognovisse annulum, quem olim ipse mihi dederat, fuisse illum, quem Philumena ejus filia olim in digito habuerat.* PA. *Scio. Tantine momenti hæc res est, ut statim veniat?* BA. *Tanti: sine mora hic præsens erit, postquam hunc nuntium audiverit. Sed, tardasne?* PA. *Minime*

---

e suo Codice ita citat, *Dum illi sedeo.* Quæ lectio laudatur a Rivio, et præfertur a quibusdam Libris. Neque insolens est Terentio. *West.* et sic tacite Bent. Both. et Perl. 'Duo ex nostris, *quisquam;* et ad versum commodius, et ad sententiam.' *Bent.* quem sequitur Both. Perl.—5 Nisi *quæso* sine Synalœpha sit, quod non licet, versui deerit Syllaba. Unus ex nostris, *tu es.* Lege *tun es Myconius?* vel *an es tu Myconius?* Bent. *Tun es* Bip. Both. Perl. —6 *Pamphilum* mutatur in *Pamphili* in Br.—7 Lib. antiqui *enim* pro *eum.* Perl. at *eum* o. l. s. apud Fa. et Bent.—11 Pauci libri *amare.* West.—13 *Illum* abest a Guelf. 2.—14 Codd. quidam scripti et impressi *ipse.* West.

Sed cessas? PAR. Minume equidem; nam hodie mihi potestas haud data 'st;
Ita cursando atque ambulando totum hunc contrivi diem.
BAC. Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodie!
Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!
Gnatum ei restituo, qui pæne harum ipsiusque opera periit:
Uxorem, quam nunquam est ratus posthac se habiturum, reddo;
Qua re suspectus suo patri, et Phidippo fuit, exsolvi.
Hic adeo his rebus annulus fuit initium inveniundis:
Nam memini, abhinc menses decem fere, ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum,
Cum hoc annulo: extimui illico. Mi Pamphile, inquam, amabo,
Quid exanimatus es, obsecro? aut unde annulum istum nactus?

sane, nam mihi hodie facultas nulla data fuit cessandi; adeo frequenter currendo, et huc et illuc commeando, totum hunc consumsi diem. BA. *Quantam hodie lætitiam adventus meus Pamphilo attulit? quot utilitates? quot ei abstuli solicitudines? Filium ei restituo, qui pæne harum mulierum, ipsiusque opera expositus fuit: uxorem Philumenam, quam nunquam credidit in posterum se habiturum, reddo: suspicionibus patris et soceri, in quibus erat, eum expedivi. Hic certe annulus tot felicitatum successibus dedit initium. Nam recordor decem prope abhinc menses illum primis noctis tenebris confugisse ad me pavitantem, et anhelantem, ægre respirantem, sine comite, temulentum cum hoc annulo. Statim perfecta sum, ut eum vidi, suspicata aliquid mali ei accidisse: mi Pamphile, dixi, oro, quid perturbatus es?*

et sic Br. mox ' lib. antiq. *mihi olim.*' Perl. *olim mihi* ex o. l. s. et ratione versus Fa. uti et omnes apud Bentl.—15 O. l. s. *hoc ubi*, et in *audierit* antepenultima producenda, aut *audiverit* legendum. *Fa.* Sic et nostri. Sed *audiverit* reposuimus, ut scriptura pronuntiationi sit congrua. *Bent. Hoc* abest a Guelf. 3. *audiverit* Bip. Both. Perl.—16 *Quidem: namque...non data* Both. —17 *Hunc* omittit Both. utpote ' a poëtæ more' alienum.—18 *Attuli* Gu. 1. —20 Sic omnes libri, gemente versu. Sed facilis medicina est, *Gnatum ei restituo, pæne qui harum.* Tute animadvertes, solere Nostrum pronomen *qui* in secundo loco ponere. *Bent.* quem sequitur Both.—21 *Abiturum* Guelf. 3. —23 *Ex his rebus* Guelf. 2. *indicium* EP.—26 ' *O mi* Mss. duo.' *Bœcl.* et Br. pro gl.—27 ' *Quid es exanimatus* Mss. omnes.' *Bœcl.* Br. Plerique nostri, *Quid es exanimatus?* Lege, *Quid exanimatu's obsecro?* et sic *nactu's. Es* apud Nostrum produci solet, et a versu hic respuitur. *Bent.* quem sequitur Perl.

Dic mihi. Ille alias res agere se simulare: postquam video,
Nescio quid suspicarier magis cœpi; instare, ut dicat.
Homo se fatetur vi, in via, nescio quam compressisse;
Dicitque sese illi annulum, dum luctat, detraxisse.
Eum hæc cognovit Myrrhina in digito modo me habentem.
Rogat, unde sit? narro omnia hæc: inde 'st cognitio facta,
Philumenam compressam esse ab eo, et filium inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor;

aut unde istum annulum comparasti? dic mihi, obsecro. Ille alias res agentem se fingebat. Postquam id animadverto, nescio quid suspicans, timere magis cœpi, urgeo illum flagitans, ut dicat. Homo fatetur se per vim nescio quam stuprasse, referitque se illi annulum, cum contra illam luctatur, abripuisse. Hunc annulum hæc Myrrhina modo cognovit, dum eum in digito habebam: quærit unde eum accepi: recito illi omnia hæc. Ex hoc quoque, quem dixi, annulo agnitum illud est; Philumenam vitiatam fuisse a Pamphilo, et filium ex eo compressu esse natum. Hos tot, per me, lætos successus, quæsitos illi fuisse summopere gaudeo: quamvis aliæ

---

et sane *nactus es* Mss. duo apud Bœcl. *es* utrumque delet Both.—28 *Res sese agere* unus Ms. e Bœcl. mox ' Pauci Codd. *postquam id video.*' West. Pronomen *id* in nullo est l. s. nisi Vict. ubi et deletum est. *Fa.* Lege, *Postquam video.* Bent. *Id postquam* Both.—29 *Suspectarier* vult Bent. *suspicari cœpi et magis instare* in textu, in notis *suspicarier magisque instare* Both.—30 *Vi* abest a Guelf. 3. *quod compressisset* Guelf. 3. ' Mire.' *Perl.* ' Mss. et editi quidam, *Nescio quam virginem.* Quia vero ' Nescio quam,' dixit, ' virginem ' fuisse, dicere commode non poterat. Unde et ejecerunt hanc vocem Erasmus, Gov. Glar. Fa. Georgius Fabricius, alii. Plusculæ editiones antiquæ post an. 1469. agnoscunt.' *West.* At omnes Mss. apud Bœcl. *virginem nescio quam.* Ex ratione versus, et ex fide Bem. Vat. et Bas. et aliquot aliorum, ac Donato delemus *virginem.* Faërn. Ita nostri plerique. *Bentleius.* Deest *virginem* in GM. Br.—31 *Se* ex o. l. s. geminamus. *Fa.* Et nostri omnes *sese.* Bent. *Luctatur* Mss. omnes apud Bœcl. et Ms. R. et vett. libb. apud Lind. ' Citat h. l. Nonius Marcellus.' *West.*—32 Vice *eum* EP. *tum.* Atqui Myrrhina non cognovit Bacchidem habentem in digito anulum; sed *ipsum anulum cognovit;* ut Eun. v. 3. 6. ' Cognoscitne signa?' et Heaut. IV. 1. 44. ' Postquam aspexi anulum, ilico cognovi.' Repone, *Eum cognovit Myrrhina hæc, in digito modo me habente.* Bent. quem probant Both. et Perl. et ' suspicabar legendum *me habente.*' West. Ita distinguit Bip. *in digito; modo me habentem Rogat, unde sit.* quod et voluit Weigel; cujus ratio ' non placet.' *Perl.*—33 *Narro* Br. at pro var. lect. *narrat.*—34 Hic ordo verborum est in Bem. *compressam esse.* Fa. Nostri *esse compressam.* Recte Bembinus. *Esse* hic priorem corripit. *Bent. Esse compressam* Br. *esse ab eo compressam* Both. ' *hunc inde* Mss. duo.' *Bœcl.*—35 *Propter tot* Guelf. 1.—36 Ne

Etsi hoc meretrices aliæ nolunt; neque enim est in rem nostram,
Ut quisquam amator nuptiis lætetur: verum, ecastor,
Nunquam animum quæsti gratia ad malas adducam partes.
Ego, dum illo licitum 'st, usa sum benigno, et lepido, et comi.
Incommode mihi nuptiis evenit: factum fateor.
At, pol, me fecisse arbitror, ne id merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquom 'st ferre.

meretrices talia abominantur; neque enim nobis utile est ut ullus qui nos amat, amore nostri captus lætitiam ex nuptiis capiat uxore contentus: sed per ædem Castoris, nunquam lucro impulsa ad malum mentem applicabo. Ego, dum concessum fuit, illum habui liberalem, scitum, festivum, et suavem erga me. Incommodæ mihi hæ nuptiæ acciderunt, fateor: at per Pollucem id nulla mea culpa, qui eas impedire non potui. Multa incommoda ferenda sunt ejus, a quo multa beneficia accepta sunt.

claudicet cæsura, opitulatur Bent. legendo *non volunt aliæ*. Both. *alias nolunt;* Br. omittit *enim*.—37 *Quisquis* Guelf. 2.—38 *Adducam* citat Priscian. Instit. Gramm. VI. et Fulgent. de prisco sermon. in v. *Diobolares*. Lind. ' Libri quidam *inducam*.' West.—39 ' *Comite* al.' Br.—40 *De nuptiis* G. Guelf. 1. Mss. duo apud Bœcl. et sic Br. pro gl. ' *de* quod desideratur in vulgatis, comparet in nostris omnibus videturque absorptum a præcedente verbo.' Both. qui edidit *Incommode de nuptiis mi evenit*.—41 ' *Id* abest a multis Codd.' *West.* abest a Br. GM.

ACTUS V. SCENA IV.

PAMPHILUS. PARMENO. BACCHIS.

PAM. VIDE, mi Parmeno, etiam sodes, ut mihi hæc certa et clara attuleris,
Ne me in breve conjicias tempus, gaudio hoc falso frui.

PAM. *Vide, mi Parmeno, etiam, quæso, ut mihi vera et manifesta nunciaveris: ne me in brevis temporis angustias impellas; dum hoc falso gaudio fruar.* PAR.

1 *Mi* deest in Guelf. 1.—2 Mss. duo *breve in hoc conjicias*, etiam tertius habet *hoc*, alio verborum positu. *Bœcl. hoc* et Br. ' *Ne me in breve conjicias tempus, gaudio hoc falso frui*] Mirificus verborum ordo et constructio. Sensus est: *Ne me conjicias in falsum et breve gaudium.* quomodo Heaut. II. 3. 51. *Ne me in lætitiam frustra conjicias.* Simplicissimum forte fuerit, statuere, ratio-

PAR. Visum est. PAM. Certen'? PAR. Certe. PAM. Deus sum, si hoc ita est. PAR. Verum reperies.
PAM. Manedum, sodes: timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties.
PAR. Maneo. PAM. Sic te dixisse, opinor, invenisse Myrrhinam,
Bacchidem annulum suum habere. PAR. Factum. PAM. Eum quem olim ei dedi;

Huic rei provisum est. PAM. *An satis consideratum est?* PAR. *Satis.* PAM. *Deorum felicitate fruor, si hoc verum est.* PAR. *Verum esse deprehendes.* PAM. *Mane, quæso; vereor ne aliud mihi persuadeam, ac ut mihi nuncies.* PAR. *Maneo.* PAM. *Sic te dixisse mihi videris, Myrrhinam cognovisse Bacchidem suum annulum habere.* PAR. *Sic dixi.* PAM. *Eum annulum qui olim ei a me datus*

nem ordinis et constructionis esse, *ne me in brere conjicias tempus*, pro, *ne conjicias in breve gaudium*, et mox Græca locutione, *frui hoc falso gaudio*, pro, *fruendi*, vel, *ut fruar*. Guyetus in glossis *ἀνεκδότοις* ita ordinat: *Ne me conjicias frui hoc falso gaudio in breve tempus.* Quod forte e Fabrini editione sumsit, ubi itidem ita construitur, vertiturque, *Accioche tu non mi facci godere questa falsa allegrezza in questo brere tempo.* Intelligit autem 'Breve tempus,' dum in ædes Phidippi intraret. Codices quidam scripti et impressi post an. 1469. *Ne me in brere hoc conjicias tempus.* Cicero Fam. VI. 12. 'Nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim.' In quibus verbis manifesta imitatio Terentiana est.' *West.* 'Ex aliquibus libris, inter quos et Vict. et ratione Trochaici, deleo pronomen *hoc*.' Fa. 'Legendum existimo, *Ne me in breve pellicias tempus gaudio hoc falso frui*.' Bent. 'Insolens loquendi ratio, *conjicere aliquem in breve tempus.* Bent. legit *ne me in breve pellicias gaudio hoc falso frui*, sed ne hæc quidem conjectura difficultatem pellit. Infinitivus *frui* ponitur pro *ad fruendum*, ut supra III. 2. 10. *introiit videre.* v. Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 6. p. 673.' *R. D.* 'Al. *in breve hoc tempus.* Sed Faërn. ut consuleret trochaico, delevit *hoc*, quod nec habent Cod. Vict. aliique. Alia vero difficultas est in verbo *conjicias*, et constructione cum infin. *frui.* Sensus quidem fere idem est cum dicto illo Heaut. II. 2. 51. *ne me in lætitiam frustra conjicias.* Sed alia longe verba; neque facile approbari credimus *in tempus breve conjicias*, &c. Hinc Bent. pro *conjicias* absque Codd. sed pro ingenio suo edidit *in br. pellicias t. g. h. f.* Nos facilius, si conjecturæ locus sit, audemus: *ne mi in br. conficias tempus g. h. f. f.* et infinitivo assignamus vim accusativi, *gaudii* hujus falsi *fructum*. *Conficias* autem foret idem ac *effectum habeas* s. satis habeas fecisse. cf. ad Eun. V. 4. 6. An malis *conjiciam?* quomodo mox inverse v. 4. dicit *timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties.*' Bip. 'Verbum *conjicias* Terentianum Anglo non placuit, qui *pellicias* præfert Plautinum.' *Perl.*—3 O. l. s. *certene* habent, præter Bem. et Vict. qui *certen:* quo posteriore modo versus est trochaic. catalect. ut ceteri, correpta tamen *hoc*. Fa. Hoc recte. Nostri *certene*. Bent. *Hoc* delet Both. quia id 'ad sensum est frustra, nec venuste elisa vox *si*, quæ jam icta non liquescit ex regula.' —5. 6 Versus prior, si hanc lectionem recipis, pro Trochaico Iambicus fit. Vel ergo *Dixe* legas, pro *Dixisse*, vel cum codice Meadiano, inverso ordine, *Maneo: Sic dixisse opinor te, invenisse Myrrhinam Bacchidem suum anulum habere. Anulum suum* ceteri codices; sed veterrimus, cum Petrensi, *Suum anulum.* Concinnius. *Bent. Te* omittit Both. tacite.—6 *Factum est* Guelf. 2.—

Eaque hoc te mihi nuntiare jussit: itane est factum? PAR. Ita, inquam.
PAM. Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?
Egon' te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? nescio.
PAR. At ego scio. PAM. Quid? PAR. Nihil enim.
Nam neque in nuntio, neque in me ipso, tibi boni quid sit, scio.
PAM. Egon', qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,
Sinam sine munere a me abire? ah! nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem, eccam, video stare ante ostium!
Me expectat, credo: adibo. BAC. Salve, Pamphile.

est, idque nuntium te mihi afferre mandavit. Itane est factum? PAR. *Sic, inquam.* PAM. *Quis me est beatior, et Veneri gratior? Egone, quo te præmio, pro hoc nuntio donem? quo? quo? nescio.* PAR. *At ego scio.* PAM. *Quid?* PAR. *Nihil equidem: nam ignoro quam utile sit tibi hoc nuntium, aut opera mea tibi prosit.* PAM. *Egone committam, ut te non remunerem, qui me ab Inferis mortuum ad vitam reduxisti? Ah nimium me immemorem beneficiorum putas. Sed Bacchidem video stare ante ostium. Me opperitur, credo: ibo ad eam.* BA. *Salve,*

---

7 *Mihi te* duo ex nostris; verius. *Bent.*—8 Hunc versum, et tres sequentes, partim ex Bem. et Vict. partim ex aliis ita ordinamus, PAM. *Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior? Egon te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? nescio.* PAR. *At ego scio.* PAM. *quid?* PAR. *nihil enim. Nam neque in nuntio, neque in me ipso, tibi boni quid sit, scio.* ut primus horum, eliso ex *venustatis s*, item secundus sint trochaici tetram. catalect. item quartus, eliso tamen *n*, ex dictione *in*, bis posita. *Fa.* Nonius Marcellus v. *Vetustas* vel malo Codice usus, vel ἁμάρτημα μνημονικὸν committens, legit, *Vetustatisque adeo plenior.* Addens, *Vetustas et antiquitas vel felix, vel sapiens, vel mansueta est habita.* Ex quibus verbis simul apparet, revera ita ab eo scriptum, nec Librariorum errorem esse. An forte respexit versum 18. Guyetus autem in suo codice hinc una litura delet integros triginta versus, relictis solis duobus postremis, Bœclero, qui eodem, quo ego, usus est libro, non valde invito, cui videntur esse in his, quæ nemo quisquam hactenus explicaverit, aut explicaturus forte sit in posterum. *West.* ' Q. Aurel. Symmach. I. 72. ' Comici adolescentis voce clamandum est,' *Quis me hodie fortunatior venustatisque adeo plenior?*' Lind.—9 *Te* omittit Guelf. 1. ' Versus pede claudo incedit. Lege ex nostris universis *Egone pro hoc te nuntio.*' Bent. *Adeone pro hoc te nuntio* A. ' *alterum quid* omittit EP.' *West. qui quid* Br. *quid donem, nescio* Hal.—8-11 Hos quatuor versus ita legit Both. *Quis fortunatior adeo et venustatis est | Plenior me? hoc te pronuntio quidne ego | Donem? quid? nescio.* PAR. *at ego scio.* PAM. *quid?* PAR. *nil enim. | Nam neque in nuntio nec me in ipso tibi | Quid boni sit, scio.* | ' Aptissimum ' enim ' affectui loquentis lyricum hoc metrum.'—11 *Memet ipso* Ms. R. *Lind.* ' *Boni* omittit unus Ms.' *Bœcl.*—12 Editio vetus et unus ex Regiis recentior, *Egon te, qui ab Orco.* Et tum

PAM. O Bacchis! o mea Bacchis, servatrix mea!
BAC. Bene factum, et volupe 'st. PAM. Factis, ut credam, facis;
Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,
Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocumque adveneris,
Semper siet. BAC. Ac tu, ecastor, morem antiquom atque ingenium obtines,
Ut unus hominum homo te vivat nusquam quisquam blandior.
PAM. Ha! ha! he! tun' mihi istuc? BAC. Recte amasti, Pamphile, uxorem tuam;

Pamphile. PAM. *O Bacchis, o mea Bacchis, o conservatrix mea.* BA. *Bene omnia tibi facta fuisse, et evenisse gaudeo.* PAM. *Factis tuis ut credam te gaudere mei causa facis, adeoque antiquum tuum leporem, et venustatem pristinam retines, ut occursus tuus, colloquium, et adventus in quemcumque locum veneris, semper afferat voluptatem.* BA. *At tu, per ædem Castoris, morum tuorum solitam elegantiam, atque ingenii solertiam retines, ut nullus hominum, ne unus quidem, unquam sit suavior.* PAM. *Ha, ha, he. Tune mihi istud attribuis, quod non merui?* BA. *Recte, Pamphile, et prudenter collocasti amorem tuum in Philumena; nunquam*

versus Iambicus erit, ut sequens. *Bent.*—16 *O servatrix* Guelf. 1.—17 *Volupte* Guelf. 1.—19 In *voluptati* eliditur *p*, ut versus sit octonarius Iambicus, ut sequentes. *Fa. Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocumque adveneris.* Vides hæc singula, *Obitus*, deinde *Sermo*, rursus *Adventus*, idem scilicet quod *Obitus;* postremo *Adventus quocumque adveneris.* Hæccine placent? aut pro cetera Terentii elegantia sunt? Donatus lectione prava circumventus quid non comminiscitur? *Inter Obitum atque Adventum hoc*, inquit, *interest, quod Obitus est, quem casus affert, Adventus, quem voluntas et destinatus locus.* Atqui hoc falsum, et solvendæ difficultatis gratia confictum esse, res certa est. Nonius, *Obitus, adventus.* Turpilius Epiclero, 'Ecquis hic est qui interrumpit sermonem meum obitu suo.' Esto tamen, ut *Obitus* differat quidem ab *Adventu*, cur non junctim saltem veniunt? cur *Sermo* diversæ notionis intervenit? Repone, *Ut voluptati obitus, sermo, adfatus tuus, quocumque adveneris. Sermo* ad omnes, *Adfatus* ad hunc, vel illum. Virgil. Æn. IV. 283. 'Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat adfatu?' Et vide, ut gradatim procedat sententia, *Obitus, sermo, adfatus.* Bent. *Voluptati obitus, sermo, ut, quocunque advenis* Both. '*Ut voluptati obvius sermo* unus e Mss., Argentorat. *Ut voluptati habitus* (in marg. 'al. *abitus*') *sermo.*' Bœcl.—20 *Per semper sit* Argentor. apud Bœcl. et *sit* Both.—21 *Ut ullus* Guelf. 2. 'Aliqui libri, inter quos Bem. *Ut unus omnium homo*, quod et probo; pulchre enim opponuntur, *unus omnium.*' Fa. '*Unus omnium* dedit Faërnus. Ex nostris unus tantum Regius *omnium* habet; ceteri *hominum.* Plures autem ex iis cum Edd. vett. *nusquam.* Recte. Si enim *numquam*, non dixisset *Vivat*, sed *Vixerit.*' Bent. *Omnium* Both.—22 *Tunc mihi* e Mss. unus, alter *tum mihi.* Bœcl. E Bem. et Vict. lege *tun*, et versus procedit, si *mihi* monosyllabum feceris.

Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videam.
Perliberalis visa 'st. PAM. Dic verum. BAC. Ita me Di ament, Pamphile!
PAM. Dic mihi, harum rerum numquid dixti jam patri? BAC. Nihil. PAM. Neque opus est;
Adeo mutito: placet, non fieri hoc itidem, ut in comœdiis,
Omnia omnes ubi resciscunt: hic, quos par fuerat resciscere,
Sciunt; quos non autem æquom 'st scire, neque resciscent, neque scient.

eam adhuc usque meis oculis sic videram, ut notitiam ejus habere possem: pulchra et honesta mihi visa est. PAM. *Verumne dicis?* BA. *Ita me Dii ament, Pamphile, ut verum dico.* PAM. *Dic mihi, harum rerum nihilne quicquam patri nunciasti?* BA. *Nihil.* PAM. *Neque opus est: adeo ut atius sit te mussitare. Non placet hoc fieri in ea re quod fieri solet in Comœdiis, in quarum fine omnia fiunt manifesta omnibus: in hac vero re, quos æquum fuerat scire, sciunt quæ facta sunt: quos autem non convenit scire, neque cognoscent ex alio, neque scient per se.* BA. *Quin*

Fa. Sic et nostri. *Bent.*—23 *Quo nossem* Mss. duo. *Bœcl.*—24 *Dixtin' verum* EP. et sane in Br. ad *dic* est gl. ' pro *dicis?*' Vice *dic verum*, Both. *tibi vero?*—25 *Dic mihi, numquid harum rerum patri jam?* Both.—26 Si pro *tenui dicto* cum Donato accipias, legendum erit continue, *Neque opus est adeo mutito.* Ut sensus sit: *Neque sane opus est vel minimo indicio.* Vide ad And. III. 2. 25. Ms. G. *Neque opus est adeo in tuto.* quæ sequuntur, Bacchidi tribuuntur. *West. Mutito adeo; non placet; itidem hoc fieri ut* Both. *Haud fieri*, quod in proximo est, vult Bent. *hoc* omittunt duo Mss. apud Bœcl. quo teste, duo illi *placet*, &c. usque ad *optime est* in v. 31. Bacchidi tribuunt, unus *placet* solum Bacchidi tribuit, at Pamphilo, quæ sequuntur usque ad v. 29.—27 Hic versus trochaicus est tetram. hypercatalect.; sed tales non placent mihi: quomodo ergo possit esse catalecticus, ex antiquis lectionibus eruendum. Bem. ita habet, *hic quos fuerit par resciscere.* Donatus sic, *hic quos par fuerit.* Vat. Bas. et nonnulli alii, pro *resciscere, sciscere* habent. quod idem est, quod *scire.* Plautus in Amphitr. *Accedo ut sciscam quid velit:* sed ne sic quidem versus procedit. ego considerata lectione libri Bembini et Donati, quæ est *fuerit*, quod tamen cum de futuro sit, et in præsenti sequatur *sciunt*, non sat bene cum eo cohæret, pro *fuerit, fuit* legendum censuerim: ita et versui et orationi optime consulitur, et antiqua lectio partim conservatur, partim minima immutatione emendatur; legemus ergo, *hic quos fuit par sciscere.* Fa. *Omnia omnes ubi resciscunt, hic quos fuit par sciscere.* Nusquam tam male cessit Faërno, quam in hoc loco, dum laborat versum, qui Iambicus est, ad Trochaici formam redigere. Repone, *Omnia omnes ubi resciscunt. Hic, quos fuerat par resciscere.* Nostri codices, *Hi quos.* Sed recte *Hic*, ut Donatus, *In hac comœdia, vel in hac re. Par fuerat resciscere*, nostri universi: ordinem, accentus gratia, ex Bembino adscivimus. *Omnia* in primo pede rite corripitur. *Bent. Hi, quos* Mss. quidam et editi post EP. *West. Hi* et Br. at *hii* GM.—27. 28 *Hic quos par fuerat, sciunt,* | *Quos non autem scire est æquum* Both. Bem. hanc collocationem verborum habet: *quos non autem æquumst scire:* ita pro-

BAC. Immo etiam, hoc qui occultari facilius credas, dabo.
Myrrhina ita Phidippo dixit, jurijurando meo
Se fidem habuisse, et propterea te sibi purgatum. PAM. Optume 'st;
Speroque hanc rem esse eventuram nobis ex sententia.
PAR. Here, licetne scire ex te, hodie quid sit, quod feci boni;
Aut quid istuc est, quod vos agitis? PAM. Non licet.
PAR. Tamen suspicor.

etiam, quomodo id celari posse facilius putes, dicam; Myrrhina Phidippo socero tuo dixit, juramento meo se credidisse, et propter id te apud se purgatum esse ab ea suspicione, quam de te habebant, te semper mecum consuescere. PAM. *Bene se res habet, speroque hanc rem pro votis prospere cessuram.* PAR. *Here, permittisne me hodie cognoscere ex te, quid illud sit, quod boni tibi feci?* PAM. *Non permitto te*

---

cedit trochaicus, contracto *sciunt* in unam syllabam. *Fa.* Iterum Trochaicum hic quærit Faërnus, cum Iambicum invenisset. *Bent. Scire* duo Mss. *Bœcl. Sciscere* Br. et GM. a 2da manu, quæ et *sciscunt* in eodem scripsit: *hi quos par fuerat scire sciunt* Guelf. 1.—28 *Est æquum* duo Mss. tertius *quos autem non scire æquum est.* Bœcl. *Scire æquum est* Bip. *est æquum scire* Br. 'lib. antiq. *resciscunt.*' Perl. *resciscent* omnes Mss. apud Fa. et Bent.—29 *Immo etiam hoc qui occultari posse*] In Bem. non est *posse*, sed et in Vict. expunctum est: collocationem vero præcedentium verborum nullus liber scriptus eam, quæ in impressis est, habet. Sed Bem. quidem, *qui occultari hoc:* alii omnes *qui hoc occultari.* quam et veram arbitror: ita enim optime procedit trochaicus, *Immo etiam qui hoc occultari facilius credas, dabo.* Fa. Sic a Faërno: sed plurimi Codices, etiam vetusti, *occultari posse*, cum *Posse* extra numeros currat. Unde hoc evenerit, dicam. Nimirum intelligebant, de futuro hic agi, *Occultari posse;* non in præsenti *Occultari;* quod et sciebat Pamphilus, et parvi pendebat, de futuro sollicitus. Recte illi quod ad sententiam attinet; ego verba iis præstabo, *Immo etiam qui hoc occultum iri facilius credas, dabo.* Bent. quem sequitur Bip. et, tacite, Both. M. Tr. cum Leidensium uno, *Occultari posse facilius.* in uno suprascriptum *posse.* Ex impressis ita legunt Juntæ, Aldus, Rob. Stephanus, Fabrini, Pulmannus, Dacieria, Antesignanus, plures. Sed et ita est in editionibus Venet. Argent. Anon. Basil. aliis; neque aliter Gambarellus in Indice Observationum. G. *Occultari facilius*, omisso *hoc.* West. *Posse* interponunt Mss. omnes, unus *occultari* legit. *Bœcl. Qui hoc* sine *posse* Br. Perl.—30 Omnes fere l. s. etiam antiquissimi, *jurejurando* per *e* habent: quod si recipimus, erit casus rectus *jurejurandum.* Fa. Nostri etiam omnes *jurejurando.* Sed Dativus esse non potest; neque ea Librariorum fides est, ut omnia omnino iis auscultemus. Repone *juri jurando meo.* Plautus Cist. II. 1. 25. *Alibi quære ubi tuo jurando juri satis sit subsidi.* Vide nos ad Andr. IV. 3. 13. *Bent. Jure jurando* divisim Guelf. 3. Br. junctim GM. et Mss. omnes apud Bœcl.—31 *Optime* sine *est* Br.—32 *Nobis* deest in Guelf. 1.—33 Hæc varie leguntur; in aliis, *Licet me scire.* in aliis, *Licetne me scire.* quæ posterior lectio versum impedit. *West.* Si pronomen *me* deleveris, quod nec est in Bem. nec in aliquibus libris Donati, nihil sensui deperibit, et versui consultum erit. *Fa.* Tres tantum ex nostris *me* habent. *Bent. Me scire* Mss. omnes. *Bœcl.* et sic Br. *quid id est* Both.—34 *Vos*

Egone hunc ab Orco mortuum? quo pacto? PAM. Nescis, Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, et ex quanta ærumna extraxeris.
PAR. Immo vero scio; neque hoc imprudens feci. PAM. Ego istuc satis scio.
PAR. An temere quicquam Parmenonem prætercat, quod facto usus sit?

cognoscere. PAR. *Tamen conjicio. Egone hunc ab Orco mortuum in lucem reduxero? quomodo?* PAM. *Nescis, Parmeno, quam utilis mihi hodie fueris, et ex quanta miseria me eripueris.* PAR. *Imo vero scio, neque per imprudentiam feci.* PAM. *Ego istud probe scio, te istud fecisse inconsulto ut mihi prodesses.* PAR. *An facile Parmeno ignoret quicquam, quod facere utile fuerit?* PAM. *Sequere me*

delet Both. mox idem *tam suspicor.*—35 *Ego hunc* Donatus et Bem. *Faërn.* Nostri *egon hunc.* Nihil interest. *Bent. Egon'* Bip. Both.—36 *Profueris et me ex* Both. In antiquis libris Bem. Vat. et Bas. non est pronomen *me,* et in Vict. deletum est. *Fa.* Nisi *mihi* sine synalœpha sit, versus pede claudo est. Repone, *Quantum hodie profueris mihi, et me ex quanta ærumna extraxeris.* Bent.—37 *Vero* delet Both. *vere* Guelf. 1. *non hoc* unus e Mss. Bœcl.—38 Varie legitur, capiturque hic versus. Donatus dubitat, modo Parmenoni, modo Bacchidi tribuens. Si Bacchidi, hic quidem sensus erit: *An quidquam Pamphilus prætereat temere, non remunerando bonum factum Parmenonis, quod sibi utile fuerit?* Qui sensus durus, neque acri Grammatico satis dignus. Sunt et qui tribuunt Pamphilo. Aliis *Parmeno* est casus rectus. Possit et esse vocativus, ut ipse se adloquatur servus. Quando 'prætereat' erit, transeat, omittat, negligat. Optimus vero sensus erit, si legas, *Parmenonem;* eritque vana jactantia, qua servus sese effert, quasi probe sciens, quid rei geratur, licet id quamlibet curiosus penitus tamen ignoret. Unde mox ad spectatores conversus ignorantiam suam fatetur, dicens, 'Equidem plus hodie boni feci imprudens, quam sciens ante hunc diem umquam.' Ita et Fabrini cepit, dum ait, *Parmenone se loda.* Sequutus porro sum lectionem Mss. Leidensium quinque, Lips. M. Tr. Bodl. G. et Bœnd. cum omnibus fere editionibus vetustissimis et probatissimis, nisi quod in EP. *quo facto usus sit.* West. In Bem. versus hic personæ Pamphili attribuitur; ubi etiam non *Parmenonem,* sed *Parmeno* legitur: ita *Parmeno* erit nominativus: *prætereat* autem pro transeat, vel omittat, exponetur; ut sit sensus, an quicquam Parmeno temere omittat, quod utile factu sit: et versus est octonarius Iambicus, ut ceteri: aliter impeditus est. *Fa.* Nostri universi *Parmenonem.* Ceterum hoc nec Parmenoni nec Pamphilo tribuendum est, sed Bacchidi. Illi quoque, lætanti et Parmenonem ridenti, pars sua est in his facetiis. Et sic olim Donatus: *Convenit,* inquit, *hoc dictum meretrici abeunti.* Bent. quem laudat et sequitur Bip. a quo legitur *an Temere:* et sic Both. qui mox delet *facto:* et cui videtur Donatus reperisse in suis libris *Pamphilus prætereat.* 'Duplex hujus loci scriptura est, unde duplex etiam sensus nascitur. Si legatur *an temere quicquam Parmenonem prætereat,* sensus est: an Parmeno aliquid ignoret, an Parmenoni aliquid occultum sit. Sin legatur *an temere quicquam Parmeno prætereat,* sensus est, an Parmeno quicquam omittat quod utile factum sit. Sed quocunque modo legatur, hic versus nec Parmenoni nec Pamphilo tribuendus est, sed Bacchidi, quæ et ipsa Parmenonem ridet. v. Bent. ad h. l.'

PAM. Sequere me intro, Parmeno. PAR. Sequor. Equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam.
Plaudite! 40

CALLIOPIUS RECENSUI.

intro, Parmeno. PAR. *Sequor. Certe plus hodie boni feci ignorans, quam sciens unquam ante hunc diem.* Ω *Plaudite.*
Calliopius recensui.

R. D.—39 *Sequere me intro, Parmeno*] Itane insalutata Bacchide scenam relinquit Pamphilus, vel Bacchis insalutato Parmenone? Potuit et hæc fuisse ratio Guyeto, quare in suo Codice omnia a versu 9. usque ad 39. expungeret. West. *Ego equidem* Guelf. 3.—40 *Non prudens* Guelf. 3. ' *Plaudite*] Non una Librorum lectio; in aliis *Plaudite* desideratur; in aliis est, Ω. *Plaudite.*' West. ω Br. GM. *vos valete* Guelf. 2. 3. GC. et Mss. duo apud Bœcl. *valete et plaudite* Argentor. mox super *Recensui* GM. script. *recitavi.*

FINIS HECYRÆ.

PUB. TERENTII

PHORMIO.[a]

ACTA LUDIS ROMANIS.[b] L. POSTUMIO[1] ALBINO, L. CORNELIO MERULA ÆDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS[c] TURPIO, L. ATILIUS[2] PRÆNESTINUS. MODOS[3] FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS IMPARIB.[d] TOTA GRÆCA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS. FACTA[4] EST[5] IV. C. FANNIO,[6] M. VALERIO COSS.

1 *Posthumio* Gov. Perl. et sic ed. Delph. quæ dat *Egerunt* infra.—2 *Attilius* Gov. Bip.—3 Vult Gov. *M. f. Clau. Fluccus Clau. Filius tibiis paribus. Tota Græca est Apollodorou,* Ἐπιδικαζομένη. *Acta quarto est. Edita C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala Coss.*—4 *Acta* Both.—5 *Est* omittit Bip.—6 Farnab. ex recens. Heins. add. *Strabone.* Perl.

NOTÆ

[a] *Phormio*] Hæc Comœdia vocatur Phormio a Phormione Parasito, qui primas in ea partes tenet.

[b] *Acta ludis Romanis*] Ludi Romani sub Regibus instituti sunt, magnique appellati, auctore Asconio Pediano in Actionem I. in Verrem, quod magnis impensis (ut erant tempora) dati sunt: tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum, (hæc summa valet quindecies millia Francarum librarum,) ingentes pecuniæ tunc temporis. Cicero Actione II. in Verrem ait, sibi designato Ædili ludos antiquissimos esse faciendos, qui primi Romani appellati sunt, Jovi, Junoni, et Minervæ. Diversi sunt hi ludi a Megalesiis, qui Cybele magnæ matri Deorum dicati fuerunt. Porro quidam hic legendum censent, *Ludis Megalensibus.*

[c] *Egere L. Ambivius*] Hi erant magistri Histrionum.

[d] *Tibiis imparib.*] Una scilicet dextra; altera sinistra: quæ tibiæ impares vocatæ fuerunt Phrygiæ, quibus tunc canebatur, cum gravitas jocis miscebatur.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

PHORMIO, *parasitus. A* φορμὸς, *quod est, corbis, storea, textum quid ex sparto, et junco, aut nexus vitilium. Vitile est omne lentum, ut flecti possit.*

DEMIPHO, *senex, frater Chremetis. Quasi* δήμου φῶς, *id est, populi claritas.*

CHREMES, *senex, frater Demiphonis. A* χρέμπτεσθαι, *quod est, enixe exspuere.*

ANTIPHO, *adolescens, filius Demiphonis.* Ἀπὸ τοῦ ἀντιφαίνομαι, *contra appareo.*

PHÆDRIA, *adolescens, filius Chremetis. A* φαιδρὸς, *hilaris.*

GETA, *servus Demiphonis. Gentile nomen a Getis.*

DAVUS, *servus incerti heri. Gentile nomen.*

DORIO, *leno. A Doribus. Gentile nomen.*

SOPHRONA, *nutrix Phanii. A* σώφρων, *casta, proba.*

NAUSISTRATA, *matrona, uxor Chremetis. Magnificum nomen a copiis navalibus, quarum gloria aliquando Atheniensis populus floruit.*

CRATINUS, *advocatus. A* κράτος, *robur.*

HEGIO, *advocatus. Ab* ἡγεῖσθαι, *quod est, ducere.*

CRITO, *advocatus. A* κριτὴς, *judex.*

PERSONÆ MUTÆ.

DORCIUM, *ancilla. A* δορκὰς, *dama.*

PHANIUM, *adolescentula, filia Chremetis. A* φαίνομαι, *appareo.*

C. SULPICII APOLLINARIS PERIOCHA

IN TERENTII PHORMIONEM.

Chremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, et [1] filiam;
Athenis aliam conjugem: et amantem unice
Gnatum fidicinam. Mater e Lemno advenit
Athenas: moritur. [2] Virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat: ibi eam visam Antipho
Cum amaret, [3] opera Parasiti uxorem accipit.
Pater et Chremes reversi fremere. Dein minas
Triginta dant Parasito, ut illam conjugem
Haberet ipse. Argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho, a patruo agnitam.

Aberat Demipho, frater Chremetis, profectus in Ciliciam, cui filius erat Athenis Antipho. Chremes secreto duxerat Lemni alteram uxorem, ex qua susceperat filiam nomine Phanium, cum prius Athenis uxorem duxisset Nausistratam, haberetque ex ea filium Phædriam, Citharistriæ cujusdam amore ardentem. Mater Phanii, secunda uxor Chremetis, e Lemno Athenas transmigravit, ibique non ita multo post vita decessit. Virgo sola cum nutrice funus apparat, absente Chremete. Ibi, cum Antipho eam aspexisset, statim ejus amore captus est, et astuto Phormionis Parasiti consilio usus eam uxorem duxit. Antiphonis pater Demipho, et Chremes, reversi, questus edere cœperunt; deinde triginta minas dant Parasito, ut Phanium uxorem acciperet disjunctam ab Antiphone. Hac pecunia redimitur fidicina Phædriæ. Antipho remanet in conjugio cum Phanio, quæ a patruo Demiphone agnoscitur.

1 *Ac* Br. Both.—2 *M. e L. advenit; Athenis moritur* Br.—3 Dat Both. *cum Antipho Amaret, &c.*

ÆLII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMÆ,

PRÆFATIO IN PHORMIONEM TERENTII.

Hanc Comœdiam, manifestum est, prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est, Ἐπιδικαζόμενον, Græce scriptam esse, quam Latine a Terentio Phormionem. Quamobrem nulla dubitatio est, hanc solam esse cui nomen Poëta mutaverit: et errare eos, qui in hac Phormionem parasitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum: cum Græca lingua fiscus sparteus et stramen nauticum sic dicatur: a cujus rei vel capacitate, vel utilitate, etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupatur. Hæc igitur proprie tota motoria est, et in affectibus constituta pæne majoribus, quam comicus stylus posceret: nisi quod arte Poëtæ omnia moderata sunt. Primas in ea partes, ut ipse Poëta professus est, tenet Phormio; secundas Geta; tertias Demipho; subinde ceteri, prout cujusque actus ostendit. Prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo ut ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam pervicaciam, et simul argumentum suæ purgationis inducat. Atque in ea cum Protasis, et Epitasis, et Catastrophe magni moliminis et negotii sint; ita variis leporibus asperguntur, ut etiam rerum tristium gravitatem Poëta lepidus comica serenitate tranquillet. Hæc acta est Ludis Megalensibus, Lucio Cornelio Merula Ædili Curuli, et L. Posthumio Albino: agentibus L. Cassio Attilio, et L. Ambivio: modos faciente Flacco Claudii filio tibiis Serranis, totaque diverbiis facetissimis, et gestum desiderantibus scenicum, et suavissimis ornata canticis fuit. Editaque est quarto loco, M. Valerio, et C. Fannio Coss. Persona etiam in hujus Protasi non una est, sed duæ: quarum altera extra argumentum posita est, cui narratur Fabula: altera in argumento, quæ narrat Fabulam. Argumentum quoque non simplicis negotii habet: nec unius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, ut ceteris Fabulis. Scire autem convenit, uno die transigi Phormionem: non, ut Heautontimorumenon, duobus. Prologus correpte ἀπὸ τοῦ προλέγειν

dicitur, non producte ἀπὸ τοῦ πρωτολογεῖν. Nam officium Prologi ante actionem [1] quidem rei semper est: verumtamen et post principium Fabulæ inducitur, ut apud Plautum in Milite Glorioso, et apud ceteros magnæ auctoritatis veteres Poëtas.

[1] Ms. *ante narrat.* Lind.

ÆLII DONATI ARGUMENTUM IN PHORMIONEM.

Cum Chremes, Demiphonis frater, ascito sibi ad fallaciam nomine, quo Stilphonem se dici fecerat, duas eodem tempore habuisset uxores, Athenis divitem, pauperem Lemni; ex divite sustulit filium, qui dictus est Phædria; ex paupere furtim suscepit atque educavit filiam, Phanium nomine, eamque consilio cum fratre habito destinavit filio ejus Antiphoni uxorem dare. Quibus complacitis, uno tempore profecti Athenis senes, Demipho in Ciliciam, Chremes Lemnum ad arcessendam filiam, quæ jam illinc cum matre navigaverat, occasionem dederunt amandi adolescentibus. Nam statim Phædria Citharistriam sub lenone cœpit ardere: Antipho illam filiam patrui Phanium desponsatam sibi, nesciens nescientem, mox ut Athenas venit, nec patrem reperit, falsa duplici ejus nomine, matrem mortuam dum lamentatur, adamavit: consilioque et opera parasiti, secundum leges Atheniensium, quasi sibi cognata esset, tanquam in jure victus et velut coactus, eam accepit uxorem per absentiam patris. Qui cum advenisset, et vellet eam expellere: primo confutatur per impudentiam parasiti. Post cum suo fratre sic decipitur, ut, dum eam credit ab Antiphone posse disjungi, eam parasitus ipse ducat uxorem; et det ducturo xxx. minas præsenteis dotis, puellæ nomine; quas Phormio acceptas Phædriæ dedit: ille lenoni ad Citharistriam redimendam. Quibus gestis tandem Chremes agnoscit filiam suam conjunctam esse fratris filio. Quare dum mutato consilio xxx. minas a Phormione per rixam conatur exigere, per eundem proditus uxori suæ Nausistratæ est: et, factus libidinis reus, non ante veniam meruit a matrefamilias, quam et xxx. minarum et amoris Citharistriæ veniam dedisset filio. Primus actus est in colloquio Davi et Getæ: per quos discit populus argumentum. Secundi actus tenor continet adventum Senis turbulentum, et ejusdem jurgium adversus Getam et Phædriam. Tertio actui attribuitur litigium Senis et Phormionis: tum consultatio cum advocatis: tum Antiphonis in scenam reditus, colloquiumque cum Geta: tum lenonis et Phædriæ colluctatio: tum adhortatio Getæ de inveniendo argento ad redimendam Phædriæ Citharistriam. Quartum actum ista concelebrant: adventus Chremetis, ejusdemque cum fratre deliberatio per errorem de ejicienda Phanio: Getæ verba de fallendis senibus: Antiphonis oratio apud semet ipsum de amore tractantis: Getæ rursus cum senibus callida, et mox cum Antiphone de eadem causa simplex disputatio: senum inter se colloqui-

um de expulsione mulieris: et ad extremum verba Chremetis agnoscentis nutricem, ac per eam filiam suam cum Antiphone conjunctam. In quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum dotis nomine: et convenitur Nausistrata, ut exire domo compellat Phanium. Nuntiatur Antiphoni et Phormioni per Getam, Phanium a patre agnitam, permissamque ut uxor habeatur. Quæ cum ita nupta sit, exposcitur argentum a Phormione per rixam senum: a quibus ille oppressus, rem omnem aperit Nausistratæ: ad quod primum irata, ut in tali re, uxor mox lenitur in fine Fabulæ, et tutissimum a patris iracundia præstat Phædriam.

PROLOGUS.

Postquam poëta vetus poëtam non potest
Retrahere ab studio, et transdere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne scribat, parat;
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui esse oratione et scriptura levi; 5
Quia nusquam insanum scripsit adolescentulum

Postquam Lucius Lavinius senex poëta Poëtam nostrum Terentium non valet abjungere a studio Poëtices Comicæ, et transducere illum in otiosam cessationem, conviciis eum terrefacere aggreditur, ut eum avertat a scribendis Comœdiis, inanibus verbis in vulgus jactans quas antehac Terentius fecit Comœdias infimo sermone scriptas esse, et dicendi genere nimis humili: quia nusquam induxit et exhibuit

1 GM. invert. *vetus poëta:* superscript. *maledicens.* Perl.—2 Al. *Retrahere a studio.* ‘ *Transdere.* Bodl. et G. cum EP. *tradere.* Idem in tribus Mss. invenit Pulmannus, et e duobus laudat Par. Sed *transdere* ex Do. tuetur Riv.’ *West. A studio et tradere* Br. *A studio* Z. Delph. *Tradere* Ms. R. et vet. cod. ap. Lind.—4 *Qui ita dictitat.* Solicitat hanc lect. Guy. legens in glossis ineditis, *Ita dictitans,* deleto *Qui:* sed præter fidem Codicum. Similis constructio est And. Prol. 18. *West. Quas ante fecit f.* O. l. s. et Do. *quas antehac.* Fa. Nostri etiam plerique *antehac:* sed legendum, *quas ante hic fecit f.* Si *antehac* legis: tunc ‘ fecit ’ ad poëtam veterem referetur, non ad Nostrum. *Bent.*—6 *Quia nusquam scripsit insanum adulescentulum.* Iidem hæc verba ita collocant, *insanum scripsit adulescentulum.* Fa. *Quia nusquam insanum scripsit adulescentulum Cervam videre fugere, et sectari canes.* Donatus ad locum: ‘ *Scripsit:* legitur et *fecit.*’ Nostri quidem hodie Codices *scripsit.* Sed vera lectio est *fecit:* id enim verbum Poëtæ proprium. Mutarunt, quia vix crediderunt, *fecit,* Infinitivum post se posse admittere. Frustra: nam et Virgil. Æn. II. 538. ‘ Qui nati coram me cernere letum

NOTÆ

5 *Tenui esse oratione*] Imperitiæ accusat Terentius Lavinium, cum simplex sermo et purus, stylusque humilis conveniat Comœdiæ.

Cervam videre fugere, sectari canes,
Et eam plorare, orare, ut subveniat sibi.
Quod si intelligeret, quom stetit olim nova,
Actoris opera magis stetisse quam sua,
Minus multo audacter, quam nunc lædit, læderet,
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.

adolescentulum, qui insaniens visus sibi fuerit, videre cervam fugientem, et canes ipsam prosequentes, eamque illacrymari, precari ipsum, ut sibi succurrat. Quod si animadverteret suam Comœdiam, dum nova esset, non fuisse explosam, magis propter Actorum, quam propter suam ipsius industriam, minus multo confidenter alios offenderet, quam nunc offendit, et magis probarentur Comœdiæ, quas scripsisset. Nunc

Fecisti.' Lucretius ita passim; ut VI. 66. 'Flumina abundare ut facerent, camposque natare.' Noster Prol. Heaut. 'Qui nuper fecit servo currenti in via Decesse populum.' *Bent.* Both. *Q. n. fecit insanum a. Insanum fecit* Perl. 'J. et Venetus cod. *nunquam.*' Idem. 'Parum acute Bent. prætulit *fecit.*' Bip.—7 Mss. et impressi quidam, *et sectari c.* sed odiosa perplexitas, de qua Do. copulam respuit. *West. Et sectari* dant Br. Both. Bip. Z. Perl. Quidam *videri*, improbante West.—8 Mss. quidam, et editi veteres, *et sectari canes, Et eam plorare, et orare.* Et forte Polysyndeton inservit invidiæ faciendæ veteri Poëtæ. In M. et Hulstiano Donati est *subveniant.* Tr. dubie, *subveniăt:* sed lineola transversa τῷ t adhærente: quod vel *subveniant* valet, vel *subveniatur.* West.—9 Causa metri legendum monet Bent. *olim cum stetit.* Ita et alii. Bothius legit *olim cum stetit novus.* Br. commate distinguit post *olim: olim, nova Actoris. Olim cum stetit* Bip. Perl. Delph.—11 *Minus multo audacter.* Ita citat hunc versum Priscianus Inst. Grammat. lib. XV. non *audaciter*, quod defendunt Mur. et Tan. Faber. Rejicit Guy. in glossis ineditis. *West. Minus multo audacter*] Multæ editiones habent *Minus multo audacior, &c.* Sed certior lectio hæc est *Minus multo audacter quam nunc lædit, læderet.* Duker. ad Liv. XXII. 25. Sequens versus *Et magis placerent quas fecisset fabulas* huc inculcatus est ex Andr. Prol. v. 3. quem Bentlei. merito ejecit. *R. D.*—12 Deletum hunc versum vellent Fa. Tanaq. Faber, Dac. unde et abest a quibusdam Codd. Legeritne Donatus, an minus, incertum est, quia nihil ad eum notavit. Credunt otiose repetitum ex Prologo Andriæ. *West.* Versum hunc, ut nec a Donato positum, nec in tribus antiquissimis libris Bem. V. et Vi. scriptum, nec boni quicquam sensus afferentem, delevimus. *Fa.* Recte Faërn. qui versum spurium ejecit. Quæ enim sententia est? Si intelligeret, fabulam istam non sua virtute, sed Actoris opera atque arte placuisse; ceteræ ejus fabulæ magis placerent. Quid ineptius dici potest? Si intelligeret, unam fabulam fuisse malam, ceteræ essent bonæ. Petitum est ab Andr. Prol. 3. 'Populo ut placerent quas fecis-

NOTÆ

8 *Et eam plorare*] Lacrymæ hominis sunt propriæ; tamen ex quadam similitudine tribuuntur Crocodilo et Cervo.

9 *Quom stetit olim nova*] Sic Horatius in Epistola ad Augustum: 'Gestit enim nummum in loculos dimittere, post hoc Securus cadat, an recto stet fabula talo.' Stare igitur Comœdia dicitur, quæ ad finem usque placet populo, nec ejicitur, et explodítur.

Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet;
Vetus si poëta non lacessisset prior,
Nullum invenire prologum potuisset novus,
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret?
Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit rejicere:
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene.
Quod ab ipso allatum est, id sibi esse rellatum putet.

si quis est, qui hoc dicat, aut censeat ; si vetus Poëta prior novum minime provocasset ; novus nullam materiam scribendo Prologo reperisset, ac nisi adversarium haberet, quem conviciis insectaretur : ille hoc responsum referat, communem omnibus palmam propositam esse iis, qui Poëticen profitentur. Ille Lavinius Terentium ab artis suæ exercitio abstrahere ingenti studio curavit, ut eum ad extremam inopiam et famem adigeret. Hic Terentius satis habuit, si illi responderet, non eum aggrederetur. Si ille humanis verbis certasset, cum honore fuisset appellatus. Nunc quod attulit, sibi relatum esse ægre ne ferat. Jam de illo queri desinam; licet,

set fabulas.' *Bent.* Delend. censent Perl. Bip. abest a plerisque codd. Lind. defendit Both.—15 Versus gratia reponend. monet Bent. *posset.* Ita dant Both. Perl.—16 Expungit hunc versum Guy. optime autem constare sensus videtur, si ita ordines: ' Nunc si quis est, qui hoc dicat: Vetus Poëta si non lacessisset prior, Nullum invenire Prologum potuisset novus; aut sic cogitet: Quem (Prologum) diceret, nisi haberet, cui malediceret?' Unde et interrogandi notam apposui; contra atque vulgo fit. *West.* Hunc vs. sic legit Br. *Quem diceret: is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus.* Notat tamen Bruns: ' Edit. add. *nisi haberet cui malediceret.* Verba hæc sequentibus tanquam glossa superscripta sunt.' ' Vulg. *Quem diceret, nisi h. c. malediceret.* ' Prologum, quem diceret,' Dii boni, quam hæc pinguia sunt, quam inelegantia.' Visum id Guyeto quoque, critico non minus sagaci quam audaci, qui versiculum hunc delebat, nimis id quidem calide. Lusus verborum ' diceret,' ' malediceret :' absque hoc esset ego quoque expungenda hæc existimarem; nunc minus. Ceterum quis expectaverit: nam *Quæ diceret, &c.* sed asyndetum hic amat: cf. Eun. Prol. 19.' *Both.* Non interrogant Bent. Z. Perl. Bip. Delph.—19 Bem. V. Vi. et Bas. habent *reicere* per unum *i*, ut exigit versus. *Fa.* Quinque etiam ex nostris meliores *reicere.* Bent. Et ita magna pars Mstorum ap. West. et GM. Br. Z. Perl. Both. Bip.—22 Bodl. Ms. Lips. et G. cum Donato, *Q. ab ipso adlatum est, sibi esse id rellatum putet.* A duobus Mss. Pulmanni *τὸ esse* abest. Vide porro ad Eun. Prol. 6. et Bœcl. ad h. l. *West. Quod ab ipso adlatumst, sibi esse id rellatum putet.* O. fere l. s. et Donatus, *Quod ab illo:* sequentium vero verborum ordinem hunc habent omnes fere libri, *sibi esse id relatum.* Donatus *sibi id esse :* quod et commodissimum est versui. Liber Bembinus *id sibi esse*

NOTÆ

18 *Artem tractant musicam*] Id est Poëticam, quia hæc ars propter metricam rationem musicæ affinis est: vel potius quod Musæ Poëticæ præsint.

De illo jam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. Apporto novam,
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant;
Quia, primas qui partes aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res agetur maxume.

quantum ad ipsum pertinet, maledicere non desistat. Nunc quæ habeo vobis dicenda, animadvertite; novam Comœdiam vobis exhibeo, nominatam a Græcis Epidicazomenon; a Latinis Phormionem. Quoniam primæ partes erunt Phormionis Parasiti; cujus opera præcipue res agetur. Si studio et benevolentia vestra Poë-

rellatum: quem et sequemur. *Fa. Quod ab illo adlatumst, id sibi esse relatum putet.* Sic a Faërno: qui id multis agit, ut pejorem lectionem eligat. Fraudi ei fuit, quod nesciebat 'rellatum' primam producere, ut 'redductum.' Lege ex nostris plurimis, *Quod ab illo adlatumst, sibi esse id rellatum putet.* Bent. Ita et Perl. Br. *Quod allatum ab ipso est, ibi esse id relatum putet.* Both. *Q. ab illo adlatum est, rellatum esse id sibi p.* Bip. *Quod ab illo.* —23 Hic pro *jam, tum* reponendum putat Bent. et illud *non* in sequenti delendum, mutato *facit* in *fecerit.* Bothius legit *De illo nam.* Perl. *De illo tum.* —24 Mallet Guy. *qui ipse:* si quid solicitandum, legerim, *quem ipse*, subaudi 'finem.' Dixit autem *de se*, pro, de sua parte, quod ad se attinet; vel pro, ultro. Doctiss. Abr. Wielingius interrogationem facit, ut sensus sit, 'Non faciam finem, cum ipse finem non facit?' *West.* Hel. GM. *faciat.* Perl. *finem fecerit.*—26 *Epidicazomenon.* Ita diserte est in Mss. quinque Leidensibus, Bodl. G. Tr. Ms. Lips. et Bœnd. Donati lectionem [*Epidicazomenen*] præfert M. et EV. 1. Quidni vero Terentius, virique nobiles Terentium adjutantes sciverint verum titulum Fabulæ, quam vertebant ex Apollodoro? Est igitur hic Antipho Ἐπιδικαζόμενος, h. e. de quo in judicio contenditur inter Demiphonem patrem, et puellam, Chremetis filiam. Dicitur autem et alia Apollodori fuisse Comœdia, Ἐπιδικαζομένη dicta, subaudi *παρθένος*, ejusdem fere argumenti. Guy. in glossis ineditis ait, videri sibi hunc Prologum non esse Terentii. Quod minime suspicatus fuit Donatus, cujus admodum diligens in eo exponendo est industria. *West.* Reponendum monet Bent. *Epidicazomenen.* Probat Ruhnken. 'An recte Bent. a Do. sibi persuaderi passus, ut ederet *Epidicazomenen?* quod jam EV. 1. nostraque cum figg. habent. Nos certe malumus cum ipso Ter. quem errasse ait Do. vel cum illius melioribus codd. et edd. errare, et retinere, quod vulgatum est.' *Bip.* —27 Mendum sine dubio hic latet; quod jam et eruimus, et eluemus. Unus ex Meadianis *Græci Latine;* at vetustissimus noster *Græce Latine.* Repone *Græce, Latine hic Phormionem n.* 'Hic' est Auctor, Terentius, de quo vide ad Andr. Prol. v. 13. *Bent.* Et ita dant Both. Bip. Perl.—28 Bem. et Vi. *partis.* Fa. *Partis:* recte. Si genitivus pluralis in *ium* exeat accusativus in *is* exit, non *es.* Ita vetusti codices Plauti, Lucretii, Virgilii, Horatii, &c. *Bent.* qui etiam ordinat *Q. p. p. qui. Primas partes qui* Br. Both. Eug. Perl. Bip. Delph. *Q. primas partis qui* Z.—29 Riv. *geretur* defendit, quod est in

NOTÆ

26 *Epidicazomenon*] Hic ἐπιδικαζόμενος est Antipho, quicum in judicio contendit Phormio, ut Phanium ei addicatur uxor.

Voluntas vostra si ad poëtam accesserit,
Date operam : adeste æquo animo per silentium ;
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,
Cum per tumultum noster grex motus loco 'st;
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vostra adjutans, atque æquanimitas.

tam prosequemini, date recitationi fabulæ operam, cum silentio æqui et faventes audite ; ne similis sors mala nobis contingat, qualis contigit prius cum per turbas et rixas cœtus noster Histrionum loco deturbatus est, quem Actorum virtus constans et perseverantia nobis reddidit, vestraque humanitas, æquitasque animi, subsidio quæ nobis fuit.

quibusdam codd. EP. *geritur*. Dicitur autem ' agi ' potius res in Comœdia, quam ' geri.' *West.* Libri omnes antiqui ac Do. *geretur*. Fa. Et nostri plerique *geretur*. Bent. Ita et Bt. GM. Ms. R. ap. Lind. Both. Bip. Perl. Delph.—31 Guy. mallet, *Date operam adesse*. Quatuor porro sequentes versus addititios vocat. *West.*—34 *Actoris*] L. Ambivii Turpionis : cujus virtute tandem recepta et commendata est. Male Codd. quidam, *auctoris*. Hunc autem versum Guy. in glossis ineditis ex Pseudoprologo Hecyræ descriptum ait; innuens Alt. Prol. vers. 13. Sequentem autem versum ex verbis ultimis Prologi Adelph. ' Facite, æquanimitas Poëtæ ad scribendum augeat industriam,' formatum ibidem dicit. *Idem.*

NOTÆ

33 *Cum per tumultum*] Id est, propter rixas populi de sedibus in spectaculis contendere soliti.

34 *Quem actoris virtus*] Nimirum, qui exclusus toties a tumultuante populo animum non abjecerit ; sed perseveraverit agere et recitare.

ACTUS I. SCENA I.

DAVUS.

Amicus summus meus et popularis Geta
Heri ad me venit : erat ei de ratiuncula
Jampridem apud me reliquom pauxillulum

Amicus mihi intimus, et ex eadem gente, Geta heri me adiit. Erat ei apud me reliquum aliquantulum pecuniæ, cujus ei debitor eram, de aliqua rationum supputa-

3 Cod. C semel, sed dilucide : *reliqüum*. Both. Et ita Bent.—7 *Ii* pro

NOTÆ

3 *Jampridem apud me reliquum*] Aliquod residuum pecuniæ ei debeo.

Nummorum; id ut conficerem: confeci: affero:
Nam herilem filium ejus duxisse audio
Uxorem: ei, credo, munus hoc corraditur.
Quam inique comparatum est, hi qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus!
Quod ille unciatim vix de demenso suo,
Suum defrudans genium, comparsit miser,
Id illa universum abripiet, haud existumans,
Quanto labore partum. Porro autem Geta
Feriętur alio munere, ubi hera pepererit;
Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies;

tiuncula: id ut ei compararem, petivit: comparavi: affero. Nam ejus heri filium Antiphonem hodie uxorem duxisse audio. Ei, ut credo, hæc pecunia in munus, colligitur. Quam injuste fieri solitum est, quibus tenuior res est familiaris, eos semper oportere adaugere aliquibus donis divitias locupletiorum. Quod ille (Geta) de sua frumenti mensura per singulas uncias parcendo, et naturæ necessaria alimenta detrahendo, vix seposuit, id illa nova nupta universum intercipiet, parvi pendens quantis ærumnis sit acquisitum; deinde vero aliud vulnus Getæ pecunia accipiet, cum aliud munus heræ comparandum erit, ubi illa enixa partum fuerit; insuper aliud, ubi puero natalis per singulos annos revertetur, ubi eum ablactabunt, et initium

hi Bent. Both. Bip. Delph. *Hii* Br.—8 Pulmannus ex Ms. Lovaniensi *ditioribus* citat. *West.* Duo ex nostris vetusti, cum totidem mediocribus, *ditioribus.* Utcumque scribas, pronuntiatio eadem est. *Bent.*—9 Guelf. 1. *dimenso.* 2. *menso.*—10 *Suum defrudans genium.* Ita præter codd. numero plurimos etiam Non. Marcel. citat, addens illud Lucilii, lib. XXIII. 18. 'Curet ægrotum, sumtum homini præbeat, Genium suum defrudet, alii parcat.' Et antiquius videtur quam quorundam librorum *defraudans:* id est, cibum sibimet subducens. *West. Comparsit miser.* Bem. *conpersit.* Fa. *Conpersit.* Ea vetus scriptura est; et in textum recipimus. Nonius v. Genium, habet *conpersit.* Charisius p. 197. *comparsit.* Festus: '*Comparsit* Terentius, pro 'compescuit' posuit.' Lego, pro 'compepercit.' *Bent.* Br. *defraudans . . . consparsit.* Both. Bip. *compersit.* Delph. *defraudans.* '*Defrudans.* Sic antiquo more e Mss. scribend. non *defraudans.*' R. D.—11 Codices quidam, *arripiet.*—12 EP. *labore sit partum.* West. Ita et Guelf. 2. 3.—14 *Porro alio autem ubi erit.* Aliquot libri, inter quos Bem. hanc collocationem habent, *Porro autem alio:* sed hoc modo oportet 'alio,' in duas syllabas contrahere, aut esse proceleusmaticum in secunda. *Fa.* Facile admittitur proceleusmaticus. Sed placet lectio veterum nostrorum codicum *Porro álio autem.* Sic 'alio' in ictu erit, ut versu præcedente. *Bent.* Ita et exhibent Br. Both.

NOTÆ

9 *Vix de demenso suo*] Demensum erat mensura frumenti, quam servis admetiebantur domini ad totius mensis victum.

13 *Feriętur alio munere*] Velut malo, ac damno mactabitur, aliud damnum accipiet.

14 *Natalis dies*] Munera amici solebant mittere ad eum, cujus erat natalis dies qui uxorem ducebat, cui etiam erant nati liberi.

Ubi initiabunt: omne hoc mater auferet:
Puer causa erit mittundi. Sed videon' Getam?

facient cibo, et potu eum alendi. Omnia hæc munera mater lucrabitur, infans causa erit cur mittantur hæc dona ad matrem.

Munere post *alio* Guelf. 2.—15 Eug. *Ubi initiabitur.* Bœnd. cum edd. Ven. et Tarvis. *omnia hæc.* West. Guelf. 1. *auferret.* 2. *aufert.*—16 *Sed videon' Getam.* Hæc abesse a Ms. Lovan. testis est Pulmannus. *West.* GM. *amittundi.* Ita et C; non male, judice Both.

ACTUS I. SCENA II.

GETA. DAVUS.

GE. Si quis me quæret rufus. DA. Præsto est; desine.
GE. Oh!
At ego obviam conabar tibi, Dave. DA. Accipe. hem!
Lectum est: conveniet numerus, quantum debui.
GE. Amo te, et non neglexisse habeo gratiam.
DA. Præsertim ut nunc sunt mores: adeo res redit;
Si quis quid reddit, magna habenda 'st gratia.
Sed quid tu es tristis? GE. Egone? nescis, quo in metu, et
Quanto in periclo simus. DA. Quid istuc est? GE. Scies;

GE. *Si quis homo rufo capillo huc me quæsitum veniat.* DA. *Ecce eum de quo loqueris.* GE. *Oh! At ego jam paratus eram tibi obviam ire, Dave.* DA. *Accipe pecuniam, quam tibi debeo, hem: exquisiti et probati sunt nummi: summa paris numeri invenietur ei, quam reliquam adhuc debui.* GE. *Pergratum mihi facis, et laudo quod in reddendo cessator non fueris.* DA. *Præcipue si morum perversitas nunc spectatur; nam eo devenimus, ut si quis creditum solvit, ei gratiæ loco acceptum ferendum sit: sed quid est quod tristis videris?* GE. *Egone? ignoras in quo timore, et discrimine versor. Nosces, dummodo id celare valeas.* DA. *Apage,*

Juncta hæc est Scena priori in Guelf. 1.—4 Codices quidam Mss. et impressi, *neglexisse te.* West.—7. 8 Tr. *quo in metu, et in quanto periclo sim.* Ita et Bœnd. sed additum, *ego.* Leidenses varie, *sim, sumus, simus.* Mss. G. et Bodl. ut edidi. Ms. Lips. *scis, quo in metu, et quanto in periculo simus?* Quomodo et ex Ms. Lovan. citat Pulmannus. Idem ex Codd. Xanthensi et Uratislaviensi laudat, *sumus modo.* Impressi itidem varie. Juntæ: *Nescis, quo in metu, et quanto in periculo sim?* Ita et M. Donat. Rob. Stephanus, et Aldus,

Modo ut tacere possis. DA. Abi sis, insciens:
Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere? ubi quid mihi lucri est,
Te fallere? GE. Ergo ausculta. DA. Hanc operam tibi dico.
GE. Senis nostri, Dave, fratrem majorem Chremem
Nostin'? DA. Quidni? GE. Quid? ejus gnatum Phædriam?
DA. Tanquam te. GE. Evenit, senibus ambobus simul
Iter, illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam,
Ad hospitem antiquom: is senem per epistolas

imperite: dubitasne ei verba credere, cujus fidem in credenda ei pecunia probaveris? Quin etiam hac in re quæ utilitas te fallendo mihi obveniret? GE. *Ergo attente audi.* DA. *Hoc officium tibi præstabo.* GE. *Notusne est tibi frater Chremetis senis nostri Demipho?* DA. *Cur non?* GE. *Filiusque ejus Phædria?* DA. *Æque ac tute notus es mihi.* GE. *Forte illis ambobus eodem tempore causa fuit itineris faciendi: illi Chremeti in Lemnum: nostro Demiphoni in Ciliciam, ad quendam hospitem antiquum, qui eum invitaverat, prope aureos montes promittens.*

sed sine interrogationis nota. Alii aliter. *West. Et quanto in periculo sim*] Liber Bem. et Bas. *simus.* Vi. et aliqui alii *sumus:* reliqui *sim*, et Donatus: nos tamen antiquam lectionem malumus, id est *simus:* id est, ego et herilis filius, legendo ex libro Basilicano, et ratione versus *periclo.* Fa. Veterrimi duo nostri *simus.* Bent. Τὸ *et* abest Both. qui post *simus* interrogat. Br. *scis quo in metu, et Q. . . . . simus?* Interrogat et Perl. *Ego sum* pro *simus* Guelf. 2.—9 Non distinguit Br. post *sis.*—10 Par. pro var. *prospexeris:* male. *Perl.* —11 M. *lucrum.*—12 G. et EP. *tibi dabo.* Eandem lect. e Mss. Xanthensi et Uratislaviensi citat Pulmannus, e Lovaniensi, *tibi do.* West. *Tibi do* Guelf. 1. 'Nostri *dabo.*' Both.—13 J. *et Chremetem.*—14 Legendum monet Bent. *Nostine?* Et ita dat Both.—15 *Evenit, senibus ambobus simul Iter, illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam, Ad hospitem antiquom.* Ita distinguo cum Aldo et Dac. ut τὸ 'Evenit' absolute dicatur, et sensus sit, 'Evenit, ut ambobus senibus simul iter esset.' Reliquæ editiones varie distinxerunt, paucæ ad hunc sensum. Rationem vero itineris non addit, neque enim noverat. infra autem manifestabitur, v. 8. 15. seqq. de 'hospitalitate' autem ejusque 'tessera' vide Tomas. *West. Tamquam te.* Divide verbum, et lege *Tam, quam te:* ut Eun. IV. 4. 50. 'Tam scio, quam me vivere.' *Bent.* Ita et Both. Perl. Distinguunt commate post *simul* Bent. Both. Z. Bip. Perl. Delph.—16 Nullam distinctionem habent Bent. Bip. Both. Z. post *Iter* et *Ciliciam.* Perl. Delph. post *Ciliciam* tantum distinguunt. Br. pro *esset*, legit *isset.*—17 M. et Bœnd. *epistolam.* Quomodo et Priscianus lib. X. et XIX. citat, et ex uno Ms.

NOTÆ

16 *In Lemnum*] Lemnos insula est maris Ægei, Vulcano sacra, et Lemnia terra nobilis. Hodie *Stalimene* vocatur.

In Ciliciam] Cilicia Asiæ Minoris regio, hodie vocatur *Turcomania, Caramania,* cui ab ortu jungitur. In ea urbs Tarsus, Divi Pauli natalibus clara.

Pellexit, modo non montes auri pollicens.
Da. Cui tanta erat res, et supererat? Ge. Desinas:
Sic est ingenium. Da. Oh! regem me esse oportuit.
Ge. Abeuntes ambo hic tum senes, me filiis
Relinquunt quasi magistrum. Da. O Geta! provinciam
Cepisti duram. Ge. Mihi usus venit; hoc scio.
Memini relinqui me, Deo irato meo.
Cœpi advorsari primo. Quid verbis opus est?
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.
Da. Venere in mentem mihi istæc; nam quæ inscitia est,

Da. *Eine cui tantæ divitiæ abundabant, et superabundabant?* Ge. *Tace: sic homo a natura factus est.* Da. *Oh! male factum: quam Regem me esse decuit!* Ge. *Hic tum senes proficiscentes me filiis suis rectorem et magistrum præfecerunt.* Da. *O Geta, officium grave gerendum suscepisti.* Ge. *Hoc ita mihi evenisse expertus sum: et a Genio irato me derelictum fuisse in memoria habeo. Cœpi horum voluntati primo obsistere: quid plura dicam? dum seni nostro Demiphoni fidelem me præsto, scapulas cædendas lorariis relinquo.* Da. *Hæc animo facile*

Pareus. *West.* Tres ex nostris *epistolam.* Bent.—18 G. *Perlexit.* West.—21 Bona librorum pars, *hinc,* pro *hic:* quod et Do. observat. *Idem.* Et *hinc* et *hic* legi testatur Do. in Bem. est *hic.* Fa. Nostri *hinc,* et placet: quia verba 'Abeuntes hinc' propinqua sunt; 'hic relinquunt,' remotiora. *Bent. Hinc* dant Br. Both. Bip. Perl.—23 Bodl. et M. cum EP. *usu:* quod Terentianum non est. Eug. distinguit: *Mihi usus venit hoc: scio:* quod laudat Guy. in *ἀνεκδότοις.* West. *Mihi usu venit hoc, scio.* Omnes antiqui libri habent *usus venit:* solus Bem. *usus evenit.* Fa. Nostri, uno excepto, *usu venit.* Utrumque more dicitur, sensu eodem. *Bent. Usu* Br. GM.—24 *Memini relinqui me Deo irato meo.* Sunt Libri, in quibus distinguitur post *me;* quando *Deo irato meo* fuerint ablativi. Præstat vero continue legere, ut narret servus, cui relictus sit. *West.* Et ita Br. Z. Perl. Post *Memini* distinguunt Bip. Perl.—25 Τὸ *est* abest Both.—26 Reponit Bent. *Senibus fidelis.* propter 'senes' vs. 21. —27 *Nam quæ inscitia est.* Hæc Pulmannus abesse a Ms. Lovaniensi dicit. Priscianus citat: *namque inscitia est.* Ita et Mss. G. et Bœnd. Et Faërno Donatus ita legisse videtur. Quando interrogatio nulla erit. Eun. v. 9. 41. *West.* O. l. s. et Do. *mihi istæc:* et stat versus, si τὸ 'mihi' in unam syllabam contrahatur. *Fa.* Nostri etiam plerique, *in mentem mi istæc:* nisi quod duo, *mi in m. istæc.* Ceterum vide illud Donati: 'Hoc dictum et superioris personæ esse potest, et alterius:' hoc est, et Getæ et Davi. Davo quidem hodie libri tribuunt; meo judicio non commode. Quomodo enim Davus dicat 'Venere mihi istæc in mentem?' qui, nisi Geta nunc narrante, non noverat senes peregre abesse. At Getæ, verberibus admonito, tandem ista venerunt in mentem. *Bent. Nam quæ inscitia est.* O. fere l. s. et in iis Do. pro duabus primis dictionibus, unam partem orationis habent *namque:* hoc et Ubaldino Bandinello placebat. *Fa.* Nostri omnes *namque.* Bent. *Mihi in m. i. namque* Br. *Namque* Both. Perl. qui etiam cum Bent. Getæ tribuunt. *Venere in m. istæc mihi: namque* Delph. Bentleius negat, commode hæc verba tribui posse Davo, qui, nisi Geta narrasset, senes abesse ignoraverit. Fallitur; nam verba 'Venere in mentem mihi' ad proxime sequentia pertinent. Sed lectio *namque* pro *nam quæ* ob consensum codd. præfertur a Bentleio recte. Cf. And. 1. 1. 40. *Zeun. Venere .... calces.* Male vulgo hæc tribuun-

Advorsum stimulum calces? Ge. Cœpi iis omnia
Facere, obsequi quæ vellent. Da. Scisti uti foro.
Ge. Noster mali nihil quicquam primo. Hic Phædria
Continuo quandam nactus est puellulam
Citharistriam : hanc amare cœpit perdite.
Ea serviebat lenoni impurissimo ;
Neque quod daretur quicquam, id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, et reducere.
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex advorsum ei loco

occurrerunt : nam quæ stoliditas est adversus stimulum calces jactare? Ge. *Cœpi omnia facere eorum arbitrio, morem quem vellent gerere.* Da. *Scisti tempori inservire.* Ge. *Noster Ctesipho ab initio nihil nisi recte agebat : hic Phædria illico quandam puellam fidicinam nactus est : hanc præter modum amore prosequi cœpit. Ea sub potestate erat turpissimi lenonis ; neque patres adolescentum providerant ut sumtus his subministrarentur. Nihil aliud Ctesiphoni supererat, quam visu puellæ oculos suos oblectare, semper eam sequi, in scholam ducere, et domum inde reducere. Nos per otium Phædriæ obsequebamur. E regione loci in quo discebat puella, sita*

---

tur Davo, quasi interloquenti. Nos Getæ reddimus sua, in quibus, cum Davo tribuantur, mox hærent interpp. Alii enim *nam quæ* verterunt in *namque*, in quo Priscianum sequuntur magis, quam Do. tum desiderant infinitivum post 'inscitia est.' *Bip.*—28 *Adversus* Guelf. 1. 2. Both. *His* pro *iis* Br. Bip.—31 *Puellam* Guelf. 1.—32 *Hanc amare cœpit perdite.* Citat Charisius lib. II. *eam amare cœpit perdite :* sed legisse et scripsisse, *eam ardere cœpit perdite*, suspicatur F. F. ex subjectis Charisii verbis: 'Nam ita Aruntius Celsus. Et addit: Antiqui enim dicebant 'ardere' pro 'amare.'' Do. *perditus.* Codices quidam : *occepit.* West.—35 Br. *nihil aliud. Nil* Bent. Both. Bip. Perl.—36 Priscianus Instit. Grammat. legit, *atque redducere.* West. Br. distinguit, *Sectari in ludum, ducere et r.* Bent. Bip. Z. *redducere.*—37 Bothius legit *Nos otio dabamus.*—38 G. Bœnd. et Ms. Lips. cum EP. *ex advorso :* ita et Pulmannus citat ex Mss. Xanth. et Uratislav. Par. edidit, *ex advorso illico.* West. *Ex advorsum ei loco.* Bem. et multi alii ac Do. *ex adverso ;* sed Bem. hoc amplius, quod pro, *ei loco, ilico* habuit : quod deinde mutatum est in lectionem vulgatam : et sane Do. etiam *ilico* legi affirmat : esseque dictionem ex abundanti additam, ut multa apud Veteres : nos hanc ipsam vocem observavimus in Adelphis, positam pro additamento loci, ita eam exponente Donato, 'Otiose nunc jam ilico hic consiste :' quam vim et hic habere arbitramur. *Fa. Exadverso ilico Tonstrina erat quædam.* Sic dedit Fa. Bembino suo favens. *Exadverso* tres ex nostris habent ; omnes *ei loco.* Priscianus p. 977. 'Quando 'adversum' τὸ ἐναντίον significat, magis adverbium ostenditur ; ut Ter. in Phorm. 'Ei loco exadversum Tonstrina erat quædam.'' Idem p. 1037. 'Exadversum ei loco' pro 'adversum.' Gellius VII. 7. 'In eo quod nos 'exadversum' dicimus, (Annianus poëta) secundam syllabam debere acui existimabat ; quoniam una non duæ essent orationis partes : atque ita oportere apud Terentium legi, dicebat, in his versibus : 'In quo hæc discebat ludo exadversum loco Tonstrina erat quædam.'' Recte quidem Annia-

Tonstrina erat quædam: hic solebamus fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea, dum sedemus illic, intervenit
Adolescens quidam lacrymans: nos mirarier:
Rogamus, quid sit? nunquam æque, inquit, ac modo,
Paupertas mihi onus visum est, et miserum, et grave.
Modo quandam vidi virginem hic viciniæ
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex advorsum: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quisquam aderat, qui adjutaret funus: miseritum 'st.

erat officina tonsoris; hic solebamus eam expectare quousque inde rediret domum. Interea dum illic otiosi moramur, repente supervenit adolescens quidam flens. Nos mirati, quærimus quæ causa ei fletus esset. Nunquam, ait, mihi ita perspectum fuit, ac modo, quam ærumnosum et molestum esset pondus paupertas. Modo quandam vidi infelicem puellam prope in hac vicinia, deflentem matrem suam vita functam. Ea posita erat contra mortuam, neque quisquam amicus, neque vicinus, neque propinquus eam adjuvabat in curando funere, præter unam vetulam. Misereri

---

nus, quod ad hunc locum attinet: nam hic 'exádversum' acuit secundam: sed mox vs. 47. et Adel. IV. 2. 45. primam acuit 'éxadvérsum:' ut apud Plautum Bacch. IV. 7. 37. 'Video éxadversum Pistoclerum et Bacchidem:' Ad nihilum ergo recidit Anniani illius subtilitas. *Bent. Exadversum* Both. Bip. Perl. *Exadverso*] In aliis editionibus est *exadversum;* Burmanno ad Sueton. in Tiber. c. 33. rectius videtur *ex adverso* divisim scriptum in quo intelligatur 'loco' vel simile quid. Sed ex *adversum* tuetur Oudendorp. ad Sueton. Cæsar. c. 39. *R. D.*—41 Præter Donatum etiam cod. Bem. *illi.* Sed et ita Gambarellus, Pulmannus, et Aldus ediderunt. Vox Plauto familiaris. *West. Sedemus illinc*] Alias *illic.* Er. *Illi* Z. Bent. *Sedemus, illi intervenit* Bip. Bothius legit *Interea, dum ibi sedemus olim, intervenit.*—42 *Adolescens* in GC. priori versui annexum. Cujus omnino codicis versuum distinctio a vulgata passim discedit. *Perl.*—43 Guelf. 2. *inquid* pro *inquit.*—44 Mira sane constructio, 'Paupertas visum est.' Codex CC. notæ optimæ *visa est;* et sic apud Priscianum citatur p. 1026. etiam in scriptis codd. *Bent.* Both. *mihi visa onus est.* Perl. *visa est.* et notat 'Par. in marg. 'pro *visa est.*'' 'Bent. cum Prisciano sapere maluit, quam cum Cic. Liv. Sall. Nepote; frustraque correxit *visa est,* quod et pauci scripti habent. Exempla, quibus vulgata approbetur, pueris nota sunt.' *Bip.*—45 *Hic viciniæ.* Mss. Leidenses tres, M. G. Tr. Bodl. cum EP. et ET. EM. et Mss. Pulmanni tribus, Prisciano, lib. XVII. et Nonio Marcello, *huic.* Mss. Leidensium quartus, *hujus viciniæ:* quintus *hic viciniæ.* Bœnd. *huic viciniæ.* Vide ad And. I. 1. 43. *West. Hinc* Br.—46 Ms. Lovan. teste Pulmanno, *Misere.* West. Post *Miseram* non distinguit Br. *Misere* Both.—47 G. Bœnd. et Ms. Lips. cum EP. *ex advorso.* Guy. integrum versum expungit. *Ea sita erat ex adverso.* Hic Bem. et Vi. habet, *ex advorsum,* ita habebat et V. sed deinde, abrasis posterioribus literis, *o* suppositum est. *Fa.* Nostri omnes hic habent *ex adverso.* Bent. *Ex adverso* Br. Guelf. 1. 3. Bip.—48 M. et Bœnd. *Neque notus, neque vicinus, neque cog.* West.—49 *Adjuturet funus.* Sic Hec. III. 2. 24. 'His onera adjuta.'

Virgo ipsa facie egregia: quid verbis opu' 'st?
Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho,
Voltisne eamus visere? alius, censeo;
Eamus: duc nos, sodes. Imus; venimus;
Videmus. Virgo pulchra! et, quo magis diceres,
Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem.
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida;
Lacrymæ, vestitus turpis; ut, ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
Satis, inquit, scita 'st: noster vero. DA. Jam scio:
Amare cœpit. GE. Scin' quam? quo evadat, vide.
Postridie ad anum recta pergit: obsecrat,
Sibi ut ejus faciat copiam: illa enim se negat;
Neque eum æquom ait facere: illam civem esse Atticam,

subiit. Virgo ipsa forma erat eximia. Quid plura dicam? omnium animi commoti sunt hoc spectaculo: tunc statim Antipho; libetne vobis, inquit, ut hanc virginem invisamus? alius quidam inquit, ita mihi videtur: eamus, dux esto nobis, amabo. Imus, adivimus, spectavimus ipsam. Puella erat formosa, et quo magis crederes, nihil ei additum erat, quod formam insigniorem redderet. Crines negligenter et temere dispersi. Pedes calceamentis nudati, ipsa inculta, flens, vestis fœda et deformis. Adeo ut nisi pulchritudo ejus excellens esset, hæc pulchritudinem in ea delerent. Phædria, qui captus erat amore illius citharistriæ, solummodo dixit, non quidem invenusta et inconcinna est. Noster vero Antipho. DA. *Intelligo: continuo ejus amore exarsit.* GE. *Scisne quantum? quousque cupiditas ejus pervenit, inspice. Ipsa die postridiana vetulam virginis nutricem convenit, orat ut ejus potiundæ facultatem daret. Illa recusat hoc facere, eumque inique agere ait qui hoc*

Mss. Leidenses tres, cum G. M. Bodl. Lovan. teste Pulmanno, EP. *adjuvaret.* Bœnd. *qui adjuvaret curare funus.* Ita autem dixit 'funus,' uti And. I. 1. 81. *Idem. Adjuraret* Br.—50 *Τὸ est* abest Both. Guelf. 1. *ipsa facie, facie egregia.*—52 Guelf. 2. *eam* pro *eamus.*—53 Idem *pervenimus.*—55 *Erat* pro *aderat* Br.—58 G. et Bodl. *In ipsa esset f.* West. Br. *Ipsa inesset f.* omisso *In. Ipsi inesset formæ* Guelf. 3.—60 Mss. Lips. et Schalbr. cum duobus Pulmanni, et EP. *Satis scita, inquit.* West. Ita et Br.—62 G. *Posteri die.*—63 Ms. Schalbr. *illa enim eam se negat.* West. *Illa enim negat.* Male ex glossa in codd. irrepsit *se* post *enim;* quo senarius interficitur. Et frustra sunt, qui id retinendo metrum excusant. Frequentius pronomen omittitur, quam ipsum verbum. Confer Andr. act. II. scen. 2. vs. 21. &c. utrumque sæpissime omittitur. Eun. act. II. scen. 1. vs. 5. et scen. 4. vs. 25. &c. *Bip.*—64 Ms. Lips. et EP. *Neque eum æquom facere. Ait, illam civem esse Atticam.* Sed Ms. Uratislav. Pulmanni, *Neque enim æquom est facere ait illam.* West. *Neque eum æquum ait facere: illam civem esse Atticam.* Sic Fa. et unus tantum ex nostris: ceteri numeris melioribus, *Neque eum æquum facere ait.* Et *facere* quidem sic satis convenit; sed quanto melius est, *Neque eum æquum petere ait?* ut infra, 'Num iniquum postulo?' And. v. 3. 30. 'Æquum postulat:

Bonam, bonis prognatam: si uxorem velit,
Lege id licere facere; sin aliter, negat.
Noster, quid ageret, nescire; et eam ducere
Cupiebat, et metuebat absentem patrem.
DA. Non, si redisset, ei pater veniam daret?
GE. Illene indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. DA. Quid fit denique?
GE. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens; qui, illum Di omnes perduint!
DA. Quid is fecit? GE. Hoc consilium, quod dicam, dedit.
Lex est, ut orbæ, qui sunt genere proxumi,
Eis nubant; et illos ducere eadem hæc lex jubet.

petat, illam esse civem Atticam, honestam, honestis parentibus genitam; si uxorem eam velit ducere, legitime id ei permitti facere; sin minus, illa recusat ei obsequi. Noster Antipho quid sibi faciendum esset nesciebat. Cupide volebat eam in uxorem accipere, sed patris metu tenebatur absentis. DA. *An non pater reversus ei parceret hanc culpam?* GE. *Quid? illene pater puellam dotis expertem, et obscuris natalibus patretur eum ducere? Nunquam ille hoc faceret.* DA. *Quid tandem factum est!* GE. *Quid factum fuerit, quæris? est Parasitus quidam, nomine Phormio, homo audax et temerarius, qui (Dii illum occidant) hoc consilium, quod exponam, dedit: nimirum lege cautum est Athenis, ut virgines parentibus orbatæ nubant proximis agnatis, atque illi eas uxores ducant: ego te virgini proximum esse*

da veniam.' et Plautus, Pseud. v. 2. 16. 'Jus petis, fateor.' Donatus tamen: 'Non quod amet, sed quod hoc petat:' ubi clare indicat, se *facere* legisse. Heaut. I. 1. 39. 'Non sinam, inquam. Ah non æquum facis.' Sed ibi Chremes rastros manu prehendit, et facit aliquid: Antipho hic nihil facit; sed orat, obsecrat, petit. *Bent. Facere: ait* Br. *Civem esse illanc A.* Both. *Facere ait, illam* Perl. *Hinc* post *illam* Guelf. 2.—65 De distinctione dubitat Do. Cl. V. Petr. Burmannus ad Calphurn. Flacc. Declam. XXIII. distinguit, *si uxorem velit Lege, id licere facere:* h. e. legitime. *West.* Et ita distinguit Perl. 'Perenonius Animadvers. I. 9. interpungit post vocem *Lege*, ut jungatur 'uxor lege,' quemadmodum apud Græcos γαμετὴ νόμον. Sed ad sensum nihil refert, utro modo interpungatur.' *R. D.*—67 *Faceret* pro *ageret* Guelf. 3. *Et illam* Br. Bent. Bip. Z. Perl. Delph.—68 Τὸ *et* abest Perl.—69 EP. *Num, si:* ita et Ms. Uratislav. Pulmanni. Libri quidam cum Do. *Non, si redisset pater, ei veniam daret?* West. *Pater ei veniam daret?* O. l. s. et Donatus, ita collocant, *ei pater*, quod et venustius est. *Fa.* Sic et nostri. *Bent.* Br. *N. s. r. ei pater, veniam daret?* Both. *pater ei. Z. pater, ei v. daret?* —70 In libri Bembini contextu non est τὸ *ne:* qua particula demta, melius versus procederet; sed sic quoque sustentari potest. *Faërnus.* Nostri omnes *Illene.* Bentleius. Abest *ne* Bent. Both. Bipont. Delphin. Post *Illene* interrogat Bruns.—72 Idem *Quid fiet?*—73 Verba *illum...perduint* Mur. parenthesi inclusit. *Perl.* Br. *perdunt.* Guelf. 1. *quem* pro *qui.* 3. *dedit* post *qui.* 2. *Phormio* post *qui.*—74 *Dedit dicam* Br.—75 *Sint* Br. Perl. Z. Bip. Delph. *Quæ sunt genere proximæ* Guelf. 2.—76 *Iis* Bent. Both. Perl.

Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis:
Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater; qui cognata tibi sit; omnia hæc
Confingam; quod erit mihi bonum atque commodum.
Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
Illa quidem nostra erit. DA. Jocularem audaciam!
GE. Persuasit homini; factum est; ventum est; vincimur:
Duxit. DA. Quid narras? GE. Hoc, quod audis. DA. O Geta,
Quid te futurum est? GE. Nescio hercle: unum hoc scio:
Quod fors feret, feremus æquo animo. DA. Placet.
Hem! istuc viri officium 'st. GE. In me omnis spes mihi est.
DA. Laudo. GE. Ad precatorem adeam, credo, qui mihi

asseverabo, et in jus vocabo, patris me amicum esse fingens; nos judicio sistemus, qui fuerit illius pater, quæ mater, quomodo ei cognatione junctus sis recitabo: omnia hæc excogitabo in meum commodum adeo, ut, te nihil horum refutante, judicio vincam scilicet. Deinceps pater tuus ex itinere revertetur, mihi lites intendet; sed quid mea interest? illa virgo nostra manebit. DA. *Confidentium risu dignam!* GE. *Antipho hoc consilium probavit, executus est, ad judices venimus, causa cecidimus: ille hanc in uxorem accepit.* DA. *Quæ mihi commemoras?* GE. *Hæc, quæ auribus tuis percipis.* DA. *O mi Geta! quid te fiet?* GE. *Nescio per Herculem quis me casus manet; sed unum hoc probe scio, quod fortuna offeret, accipiemus æquo et patiente animo.* DA. *Gratum mihi est. Hem, fortis hoc viri est officium facere.* GE. *Spes mihi in nullo alio, quam in me ipso sita est.* DA. *Laudo animum.* GE. *Ad deprecatorem perfugiam scilicet, qui pro me talibus verbis herum propitium*

Bip. Delph.—77 *Scribam: dicam.* Br.—79 Mss. Xanth. et Uratislav. Pulmanni, *qui f. pater, dicam.* West.—81 *Quod erit mihi bonum, atque commodum.* Non cepit elegantiam locutionis Guy. reponens, *et quod erit tibi bonum, atque commodum.* Ita et Ms. Schalbr. *Idem.*—83 *Quid mea? Illa quidem nostra erit*] Legit Guyetus, *Quid tua? Illa quidem tua erit.* Sed præter fidem Codicum, et Donati. *Idem.* Br. distinguit *Pater aderit mihi, paratæ lites.*—84 *Illa nostra erit quidem* Both.—85 Codd. quidam scripti et impressi, *Persuasum 'st homini.* West. *Persuasit homini.* Idem liber *Persuasum'st* habet, ut et videtur legere Do. parvi tamen refert, utrum legas. *Fa.* Immo magni refert. *Persuasumst*, cum ceteris istis passivis, longe elegantius, quam *Persuasit*; quod nostri codices habent. *Bent. Persuasum est* Both. Bip. Delph.—88 *Quod sors feret.* Sic a Fa. est: sed errore, credo, typographi. Omnes scripti *fors feret.* Recte. Præterea, *Places* melius hic, quam *Placet.* Bent. Br. *Q. fors fert. Places* Both. Bip.—89 *Est officium* Br. Both. Z. Bip. Bent. Delph. Perl. Al. *spes est mihi.* Abest *Hem* Guelf. 1.—90 G. et Bodl. cum EP. *abeam.* West. *Ad precatorem abeam.* Ex libro Bembino legimus *adeam*, quod magis proprium videtur: nam adire, supplicis est. *Fa.* Nostri omnes *abeam.* Bent.

Sic oret: nunc amitte, quæso, hunc: ceterum
Posthac, si quicquam, nihil precor: tantummodo
Non addat: ubi ego hinc abiero, vel occidito.
Da. Quid pædagogus ille, qui Citharistriam?
Quid rei gerit? Ge. Sic, tenuiter. Da. Non multum habet
Quod det, fortasse. Ge. Immo nihil, nisi spem meram.
Da. Pater ejus rediit, an non? Ge. Nondum. Da. Quid? senem
Quoad expectatis vostrum? Ge. Non certum scio;
Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modo,
Et ad portitores esse delatam: hanc petam.
Da. Numquid, Geta, aliud me vis? Ge. Ut bene sit tibi!
Puer, heus! nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

mihi faciat; dimitte, rogo, hunc impunem nunc: si vero posthac quicquam deliquerit, nihil deprecor: modo id denique non adjiciat, postquam hinc profectus fuero, si libet, etiam hunc interficito. Da. *Quid vero agit ille pædagogus virginis, Phædria?* Ge. *Sic exigue.* Da. *Modicum fortasse illi est quod det.* Ge. *Immo nihil, nisi nuda spes, ei restat.* Da. *Paterne ejus peregre reversus est, an non?* Ge. *Nondum.* Da. *Quid? senem vestrum Demiphonem ad quod tempus expectatis?* Ge. *Incertus sum de hujus reditu; sed modo accepi ab eo allatam esse epistolam, et inde latam fuisse ad publicanos qui vectigalia in portu exigant. Hanc petitum eo.* Da. *Numquid in alia re tibi opus est mea opera?* Ge. *Ut bene sit tibi precor. Heus, puer: nemone huc domo procedit? cape hoc argentum, et trade Dorcio.*

Ita et Br.—91 *Amitte.* Sic Do. Nostri omnes *omitte.* Bent. *Omitte* Br.—93 Multi l. s. in quibus omnes antiquissimi, *Non addit.* Fa. Nostri etiam plerique *addit*, unus et alter *addet*, vel *addat.* Bent. *Addit* Br. Both. Perl. *Addat* probat Bip. Guelf. 1. *addatur.*—94 Malim distinguere: *Quid? pædagogus ille, qui Citharistriam, Quid rei gerit?* sic mox vs. 97. 'Quid? senem Quoad expectatis vostrum?' *West.* *Quid ille pædagogus.* O. l. s. et Do. Q. *pædagogus ille* habent; numero et compositione meliore. *Fa.* Sic et nostri. *Bent.* *Ille pædagogus* Eug. Z. Distinguit Perl. *Q. p. ille? q. citharistriam.*—95 *Sic, tenuiter.* Distinxi has voculas, post paucas edd. idque monente Donato. *West.* Nullam distinctionem interponunt Br. Perl.—96 *Immo nihil, nisi*] Alias *præter.* Er. *Fortasse quod det* Both. ex cod. A. 'J. et Venetus cod. *opem veram.*' Perl.—98 *Vestrum.* GM. syllabam *no* mutatam exhib. in vestrum. sup. script. est, *Demiphonem.* Perl.—100 Τὸ *Et* versui superiori adjungunt Both. Bip. 'Mss. Lips. Bodl. Witt. cum EP. *esse latam:* idem e Ms. Lovan. citat Pulmannus.' *West.* Ita et Br.—101 GM. *tibi sit.*—102 Τὸ *hoc* abest Both.

ACTUS I. SCENA III.

ANTIPHO. PHÆDRIA.

An. Adeon' rem redisse, ut qui mihi consultum optume velit esse,
Phædria, patrem ut extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit?
Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit.

An. *Eone miseriæ deveni, ut vehementer formidem patrem, qui omnia bona mihi cupit, ubi de ejus adventu cogito! Quod nisi fuissem imprudens et inconsiderans, ita eum cupide expectarem, ut æquum et conveniens fuit.* Ph. *Quid istud est?*

Hic notat Bip. 'Contra omnem artificii scenici, ejusque Terentiani intelligentiam, editores inde certe ab Erasmo duas priores Scenas hujus Actus addunt Actui I. et secundum demum ordiuntur, ubi nobis Actus III. initium. Nos sequimur rem ipsam et Don. qui edicit: 'Primus Actus est in colloquio Davi et Getæ, per quos discet populus argumentum. Secundi Actus tenor continet adventum Senis turbulentum, et ejusdem jurgium adversus Getam et Phædriam.' Ac sane jam Scena est vacua utriusque discessu. Scenæ vero sqq. ita conjunctæ sunt turbulento adventu Senis, ut nullo inter illas et hunc intervallo locus sit; quod cujusque finis docebit. Nostra quoque ed. vetus cum figg. recte ab hac Scena Actum II. orditur. Bent. talia videre non solet; sed miramur, quod Dac. hoc non viderit.' In Both. quoque hic est Act. II. Sc. 1.—2 *Patrem ut extimescam.* Ita plerique Mss. et editi veteres. Alii, *patrem extimescam.* Quod revocavit Guy. et post eum recentiores quidam, scilicet, quia versu 1. τὸ 'ut' jam scriptum fuerat, nec agnoscere videtur Do. A Ms. Witt. utrumque *ut* abest. Defendit tamen J. Fr. Gronov. ad Plaut. Bacch. IV. 6. 18. Vide porro ejus Notas ad Liv. XXII. 11. et XXVIII. 9. Hoc est, quod JCti dicunt: Pater præsumitur optimum consilium capere pro liberis suis. Mss. Bodl. G. et Xanth. cum EP. *adventus.* Et citat Priscianus Instit. VI. et XVII. dicens genitivum antiquum pro nominativo usurpari. *West.* Ex multis libris, etiam antiquissimis, et Do. legendum est, *patrem ut extimescam,* licet aliud 'ut' præcedat. *Fa. Phædria patrem ut extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit.* Sic codices nostri; nisi quod *adventus* habeant. At Do. *adventi,* et Priscianus bis, p. 712. et 1101. Sed apud Priscianum aliter verba collocantur, ita ut octonarium plenum faciant, *Phædria patrem ut extimescam, ubi ejus adventi venit in mentem.* Recte: sic duo pleni erunt, et tertius Catalecticus: ut mox iterum quartus et quintus pleni sunt, sextus Catalecticus. *Bent. Adventus* Br. Bothius ordinat *Patrem, Phædria, ut extimescam, ubi ejus adventi venit in mentem?* 'Ms. Par. *adventus.* GM. neutrum habet nec *adventi* nec *adventus.*' Perl. 'Vett. codd. et R. *adventus.* Vide Priscian. lib. VI.' *Lind. Patrem extimescam.* Guy. delet particulam *ut,* quando jam adest versu præced. quod ab eo factum temere et imperite: nam sæpe 'ut' post quædam interposita ex abundanti repetitur. *R. D. In mentem meam ejus adventus venit* Guelf. 2.—3 Alii conjungunt,

PHÆ. Quid istuc est? AN. Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eo impulisset, quod mihi principium est mali.
Non potitus essem: fuisset tum illos mihi ægre aliquot dies:
At non quotidiana cura hæc angeret animum. PHÆ. Audio.
AN. Dum expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.
PHÆ. Aliis, quia defit quod amant, ægre 'st: tibi, quia superest, dolet.
Amore abundas, Antipho.
Nam tua quidem hercle certo vita hæc expetenda optandaque est.
Ita me Di bene ament, ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui;
Jam depecisci morte cupio: tu conjicito cetera;

AN. *Quærisne? qui scis ipse una mecum temerarium facinus quod admisi, quod utinam Phormio mihi suadere nunquam cogitasset. Non meam cupiditatem ad has nuptias incitavisset, quæ res mihi caput et fons infelicitatis; amatæ virginis compos factus non fuissem: ægre et impatienter ea me privari illos aliquot dies tulissem; esto; at solita hæc solicitudo animum non premeret.* PH. *Audio.* AN. *Dum anxius metuo, ne quam cito quis irruat, qui me abstrahat ab hujus virginis possessione.* PH. *Alii tristantur, quia id quod amant, eos deficit; tu vero, eo quod superat, doles. Amoris felicitate affluis, Antipho. Nam per Herculem tuæ vitæ conditio proculdubio desideranda est. Ita mihi Dii sint propitii, ut mihi tamdiu ejus quod amo, copia fiat, quamdiu fit tibi, morte paratus sum pacisci. Cetera conjice;*

Quodni. Eug. *nisi fuissem.* Guelf. 1. *Qui.*—4 Linacer *mihi conscius sim.* West. Non solus Bem. sed nostri magno numero *conscius sis.* Sed legendum *Quid istuc? Rogitas?* Alioqui octonarius plenus fiet Iambicus: plane contra morem atque artem. *Bent.* Br. *conscius scis. Quid istuc? Rogitas.* Both. Perl. et Bip. quæ τὸ *sis* versui sequenti addit. Guelf. 2. *sim* pro *sis.*—6 *Impulisset.* Ita plerique Mss. et editi. In aliis est *compulisset.* West.—7 Mss. Leidenses duo, cum Pulmanni tribus, *tum illud mihi.* Idem. *Tum illud* vet. cod. ap. Lind. Both. Guelf. 1. non habet *illos. Quia* post *fuisset* 3.—8 Mss. quidam, *augeret.* —9 Plerique Mss. et editi post EP. *qui hanc mihi adimat.* West. Longe concinnius codices nostri fere omnes, *qui h. m. adimat c.* Bent. Ita et Br. Perl. Bothius legit, *hanc qui mi adimat.*—10 Ms. Witt. *quia defit, quod cupiunt.* West. Guelf. 2. *quod* pro *quia*, et *ament* pro *amant.*—11 Br. *abundans.*—12 *Certe* Bip. Delph. ita et plerique codd.—13 Both. *ut, modo liceat.*—14 Mss.

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, et quid tu ex hac copia :
Ut ne addam, quod sine sumtu ingenuam, liberalem nactus es ;
Quod habes, ita ut voluisti, uxorem sine mala fama ; palam
Beatus ; ni unum hoc desit, animus qui modeste istæc ferat.
Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes : nostri nosmet pœnitet.
AN. At tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phædria,
Cui de integro est potestas etiam consulendi quid velis ;
Retinere, amare, amittere. Ego in eum incidi infelix locum,

scilicet, quid ego molestiæ capiam ex amoris inopia, cum tu jucunde amica fruaris ; ut ne his adjungam, quod sine ullis pecuniarum impensis ingenuam et liberalem virginem sortitus es ; quod possides uxorem qualem optaristi, integræ existimationis : denique beatum te prædico, si unum hoc adsit, animus, qui hæc moderate capiat. Quod si cum lenone avarissimo rem transigendam habeas, ut ego, tum tu revera te beatum esse intelligas. Ita plerique omnes a natura facti sumus : nostra fere contemnimus. AN. *An te contra felicem esse duco, Phædria, cui adhuc integris rebus licet considerare, et deliberare quid eligas, tibi asserves, diligas, relinquas : ego in*

quidam et editi post EP. *depacisci.* Sed Priscianus lib. VIII. numerat hoc verbum in iis, quæ *a* mutant. *West. Tu conjicito cetera.* Do. ' Aut *cetera* abundat, aut deest *per*, ut sit *per cetera.*' Neutrum ex his verum : mendosa enim lectio est. Repone *tu c. ceterum.* Bent. *Depicisci* Br. *Conjicito ceterum* Both. *Mortem* Guelf. 2. *Cetera* defendit Perl.—15 Mss. Bodl. et G. *ex ista copia :* alii, *ex istac copia.* West. Repone *Quid ego hac ex inopia n. c. et quid tu ex istac copia :* ut opposita ista, *hac, istac*, ambo acuantur. *Bent.* Bothius legit *Q. inopia ex hac ego nunc c. et quid tu ex ista copia. Ex istac* Z. Bip. Delph. *Hac ex inopia...ex istac* Perl.—16 Br. *nanctus es.*—17 Hunc vs. expungit Guy. non attendens, etiam in his verbis esse oppositionem inter uxorem Antiphonis, et amicam Phædriæ. *West.*—18 *Tò hoc* non est in libris Bem. et Vi. sed sive cum eo, sive sine eo legas, non magni refert. *Fa.* Nostri plerique *unum hoc ;* et placet. Amat enim Terentius finales syllabas liquefacere. *Bent. Tò hoc* abest Bip. Eug. In GM. *hoc tibi.* Guelf. 3. *Beatus es.*—19 *Et si.* Hæc Donati lectio. Plurimi Codices, *Quod si.* West. *Lenone.* Delent hanc vocem G. F. et Guy. neque tamen intercedunt, quo minus de lenone sit sermo ; sed metrum obstare aiunt. Abest tamen a paucis Codicibus. *Idem. Quocum.* Mss. et impressi quidam, *Quicum.* Idem. *Tum sentias.* Usitatior lectio, quam quorundam librorum, *tu sentias.* Vide And. II. 1. 10. *Idem. Quod si* Bent. *Quod si tibi res cum eo lenone sit* Br. *Quodsi...quicum mihi, tum sentias* Both. *Quod si* Bip. Perl. Delph.—20 *Ita plerique ingenio sumus omnes.* Sic codices plerique ; et sic Gellio citatur XX. 6. Placet tamen ordo, quem CCC. exhibet, *Ita plerique omnes sumus ingenio.* Bent. Ita et Both.—23 Re-

Ut neque mihi ejus sit amittendi nec retinendi copia.
Sed quid hoc est? videon' ego Getam currentem huc advenire?
Is est ipsus: hei timeo miser, quam hic nunc mihi nuntiet rem.

eum statum conjectus sum, ut neque mihi potestas sit relinquendæ nec retinendæ virginis, quam possideo. Sed quid hoc est? num conspicio Getam currentem huc properare? is ipse est. Me miserum! metuo ne mihi nunc tristem nuntium afferat.

ponit Bent. *an mittere.* ' Vulg. *Retinere, amare, amittere. Amittere* correctorem invenit Bentleium, *amare* Schmiederum, virum doctissimum, in nupera editione Nostri.' *Both.* qui inde dat *Retinere amorem an mittere.* Ita et Bip. notans ' Vulg. absurde *Retinere, amare, amittere,* et sic codd. Bentleius ultimum corrigit *an mittere.* Sed priora nemo correxit.'—24 Pro *ejus* Guy. substituit *jus.* Sed vincit τὸ *ejus* cum codicum numero, tum elegantia. Idem autem dicet Antipho infra III. 2. 22. *West.* Elegantissima et certissima lectio est, quam in duobus Regiis et uno Academico repperi, et Guyetus in codice Puteano, *Ut neque mi jus sit amittendi, nec retinendi copia.* Bent. *Jus sit* Both. Sed vulgatam lect. defendunt Bip. Perl. et Servius ad Æn. XI. 675. probatque Ruhnken. Guelf. 1. non habet *ejus sit.*—25 Al. *videone...advenire huc?*—26 Τὸ *est* abest Both. ' Ms. Wit. et EP. *et timeo:* quod forte expressum ex Mss. quorundam, *ei timeo.*' West. G. *quam mihi nuntiet rem.* Bodl. *quam mihi nunc hic nuntiet rem.* Alii libri aliter. *Idem.* Nostri codices meliore numero, *quam hic mihi nunc nuntiet rem* Bent. *Et timeo m. q. h. mihi nunc* Br. Lectionem Bent. dat Bip. J. *nuntiat.* Guelf. 2. *et* pro *hei.*

ACTUS I. SCENA IV.

GETA. ANTIPHO. PHÆDRIA.

GE. NULLUS es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere reperis:

GE. *Periisti, Geta, nisi subitum aliquod consilium inveneris: ita nunc tibi non*

In Bip. et Both. Act. II. Sc. 2.—1 Priscianus lib. V. *Nullus es, Geta, nisi consilium aliquod celere repereris.* Sed lib. VII. *Nullus es, Geta, nisi jam aliquod consilium celere repereris.* Et Mss. quidam, cum edd. Junt. Steph. Ald. et vetustioribus quibusdam, *repereris.* West. Omnes antiqui libri, et aliquot ex recentibus, ac Donatus hanc collocationem verborum habent, *nisi jam aliquod:* et pro *repereris,* antiqui omnes *repperis.* Fa. *Nullus es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere repperis.* Sic Faërn. Atqui nostri veterrimi, cum magno aliorum comitatu *repereris,* et sic Priscianus bis, p. 647. 760. *Aliquod jam* CCC. et Priscianus p. 760. ut codex ibi vetustus. *Tibi* apud Priscianum deest. Repone, *Nullus, Geta; nisi aliquod jam consilium celere repereris.* Bent.

Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala,
Quæ neque uti devitem scio, neque quo modo me inde extraham:
Nam non potest celari nostra diutius jam audacia;
Quæ, si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt.
AN. Quidnam ille commotus venit?
GE. Tum, temporis mihi punctum ad hanc rem est: herus adest. AN. Quid istuc mali 'st?
GE. Quod cum audierit, quod ejus remedium inveniam iracundiæ?

providenti, nec expectanti, tanta instant pericula, quæ qua ratione declinem ignoro, neque quomodo inde me expediam: neque enim diutius nostra temeritas jam potest occultari: quæ si non astute caveantur, me aut herum oppriment. AN. *Quidnam est quod tam perturbatus currit?* GE. *Tum, solum mihi momentum temporis restat ad deliberandum de hac re. Ecce herum.* AN. *Quodnam hoc malum est?* GE. *Quam rem cum resciverit, filium Antiphonem duxisse uxorem, quodnam remedium*

Repereris Br. Bothius legit *Nullus, Geta, nisi aliquod jam tibi celere repereris consilium. Reppereris* Z. In vet. cod. ap. Lind. *tibi* deest. *Nisi aliquod jam consilium celere repperis* Perl. *Nisi jam aliquod, &c.* Sic Fa. ex codd. suis et Do. correxit, ordinavit. Variant codd. et edd. sed nemo præter Bent. omisit *tibi*. Multa is refingit, quæ mittere malumus. *Bip.*—2 *Tanta te inpendent mala*] Donatus: '*Tanta te inpendent mala*] Accusativo casu 'impendent:' aut *ἀναστροφῇ*, 'in te pendent.' Cum supra, 'Nullus es Geta,' dixerit: hic transitum fecit ad primam personam.' Satis hinc constat, Donatum *me* hic legisse, non *te;* et sic codex Academicus *me* in textu, *te* pro varia lectione inter lineas. Repone, *Ita nunc inparatum subito tanta in me inpendent mala.* Sane commodius est *me;* cum mox sequatur *devitem*, non *devites. In me* huc adscisco; cum nusquam alibi 'impendere' reperias; nisi aut Dativo junctum, aut cum præpositione Accusativo. Plautus Epidico 1. 1. 77. 'Tantæ in te inpendent ruinæ.' *Bent. Ita subito nunc* Bip. *Me impendent* Ruhnk. *Te* defendit Bip. *In me* Perl. *Te impediunt* Guelf. 1. *Impendant* 2.—3 G. *abstraham.* Br. *nec quomodo m. i. abstraham.*—4 Vulg. *potest*, ut hic sit iambicus, male. *Both.* qui ipse dat *pote.* Guelf. 3. collocat, *diutius jam nostra audacia celari.*—5 Idem vs. occurrit And. 1. 3. 3. Parum autem refert, conjunctim legatur, *pessumdabunt*, an *pessum dabunt*, nisi quod posterius magis comicum videtur. *West.* Versus hic insititius est, ex Andr. 1. 3. 3. integer huc traductus. Atqui ibi aptissime venit; 'Quæ nuptiæ si non astu providentur;' caventur, vitantur; hic vero quid facit? Nihil est, quo referatur; sententiam certe pessumdat. Abest ab uno veterrimo nostro: in uno Regio larem mutat, et ante vs. quartum venit. *Bent. Pessumdabunt* Br. Vs. omnino abest Both. et Bip. Parenthesi inclusit Z. Bip. ad vs. tertium notat, 'Versui huic vulgo subjicitur alius, quem cum ex Andr. 1. 3. 3. primum margini ascriptum, dein textui male ingestum viderit quisque sapientior, tandem omittimus: *Quæ si non, &c.*'—7 *Quid illud* Br. *Punctum mi* Both. Abest *mali* Guelf. 1. *Quid illuc* 2.—8 M. *Qui cum audierit: quod.* West. J. omittit *quod*

Loquarne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lavem.
Eheu me miserum! cum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi:
Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet; nam absque eo esset,
Recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam;
Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.
AN. Quam hic fugam, aut furtum parat?

sedandæ ejus iracundiæ reperiam? alloquarne eum? inflammabo: sileam? stimulem: excusem? operam perdam, et verba. Eheu me miserum! præterquam quod mihi metuo, tum etiam angor solicitudine propter Antiphonem: ejus misereor: pro eo metuo: is me remoratur, et retardat: nam nisi res ad eum pertineret, mihi utiliter consuluissem, et de senis iracundia ultionem sumsissem, aliquid clam surripuissem, et cum sarcinulis collegissem, atque hinc confestim fugam arripuissem. AN. *Quam*

posterius.—9 Elegantius sine *ne*. Bent. Abest *ne* quoque Both. Perl.—10 Tres ex nostris *Heu*. Bent. Ita et Both. *Animo* Guelf. 2.—11 Linacer: *nam absque eo esset recte*. Ita et Gambarellus. *West.* Scriptum in alio exemplari reperio, *nam absque eo recte ego mihi vidissem*. Quodsi *esset* legamus, aut notandum novum erit locutionis genus, aut ita oratio distinguenda, *nam absque eo, esset recte, ego mihi vidissem*. Gov. *Nam absque eo Esset, recte egomet* Bip. —12 Legit Guy. *Recta ego mihi vidissem*. Wit. *providissem*. West. *Egomet... provid.* Guelf. 3.—13 G. et Wit. *convasissem*, quod et ex Bem. et Bas. laudat Fa. qui et Donatum ita legisse autumat. Mss. quidam, *corrasissem*, quod forte inde natum. Guy. versum hunc delet. Loquitur autem Geta ex more servorum, qui aufugientes herum simul despoliabant. Vide ad Eun. IV. 3. 19. *West. Aliquid convasassem*] Hic et Do. et liber Bem. et Bas. habent *convasissem*, et ita emendatum est in Vi. quod si recipimus, deductum erit a 'convaso, convasis' tertiæ declinationis. *Fa. Aliquid convasissem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.* Sic dedit Fa. gemino errato. Nam illud 'convasare' nihil est; utique, si a vase ducitur, legendum erit *convasare*. Donatus: 'Convasassem, figuratum est a colligendis vasis.' Sane 'vasa conclamari' jubet imperator, castra moturus. Charisius p. 188. 'Protinus futuri significationem capit. Ter. Phorm. 'Aliquid convasassem, atque h. m. c. protinus in pedes.'' Nonius: 'Convasare dicitur, furto omnia colligere: Ter. Phorm. 'Aliquid convasassem, atque hinc me ego conjicerem protinus in pedes.' Mirifice vero 'furto.' Duo tantum e nostris *convasassem*: ceteri plerique *convasissem*; tres, unus Academicus et duo Meadiani, *conrasissem*. Recte istuc, *Aliquid conrasissem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes*. Ceterum nota illud Festi, 'Protinam conjiciam;' ut in duobus nostris, 'Protinus conjicerem;' et lege numeris melioribus, *Aliquid conrasissem: atque hinc me protinam conjicerem in pedes*. Bent. *Convasissem* Br. *Aliquid conrasissem...protinus conjicerem* Both. Bene Bentleius revocat *protinam*, quod veteres grammatici in hoc loco legerunt. *R. D. Protinam* quoque probat Bip. *Convasissem* Perl. *Protinam* Mur.—14 Sic Eun. IV. 4. 6. G. *Q. hic f. aut quod f. parat?* West. Post versum catalect. oportet ex Musicæ rationibus clausulam Iambic. esse, non, ut hæc est Trochaic. Lege ergo, *Quamnam hic fugam*

GE. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam via?

PHÆ. Te nominat. AN. Nescio quod magnum hoc nuntio expecto malum.

PHÆ. Ah! sanusne es? GE. Domum ire pergam: ibi plurimum 'st. PHÆ. Revocemus

Hominem. AN. Sta illico. GE. Hem!

Satis pro imperio, quisquis es! AN. Geta. GE. Ipse est, quem volui obviam.

AN. Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi.

GE. Faciam. AN. Eloquere. GE. Modo apud portum. AN. Meumne? GE. Intellexti. AN. Occidi! GE. Hem!

hic fugam, aut furtum meditatur? GE. *Sed ubi Antiphonem inveniam? aut quam viam ad eum quærendum inibo?* PH. *Te nominat.* AN. *Nescio quod magnum ex hoc nuntio mihi imminet malum.* PH. *Sanusne es animo?* GE. *Ad ædes nostras ire pergam: ibi morari solet.* PH. *Revocemus eum.* AN. *Hic siste gradum.* GE. *Satis imperiose loqueris, quisquis es.* AN. *Geta.* GE. *Ipse, quem quærebam, occurrit.* AN. *Dicito, quid affers, quæso? atque si potes, uno id verbo expone.* GE. *Faciam.* AN. *Enarra.* GE. *Modo apud portum.* AN. *Meumne patrem vidisti?* GE. *Intellexisti recte.* AN. *Interii.* GE. *Hem!* AN. *Quid faciam?*

---

aut furtum parat? Bent. Hel. *Q. hic mihi fugam.* Ita et Both.—15 *Reperiam?* G. et EP. *quæram?* Mss. quidam: *quam quærere insistam viam?* West. Bem. *viam*, et recte: dicimus enim insistere viam. *Fa.* Noster etiam 900. annorum codex *viam:* sed ceteri *via;* quod placet. *Bent.*—16 Ms. Wit. *Te nominavit.* West.—17 Wit. *Sanus es?* Bodl. et G. *Sanusne es?* omisso *Ah.* Idem. *Plurimum.* Præstat hæc lectio præ quorundam codicum, *plerumque.* Idem. Gov. *A. San' ne es?* Br. *Sanus es:* omisso *Ah.* Both. *Vah, sanun' es?* Bip. *Ah, sanu' ne es?* Perl. *Sanusne es?* τὸ *Ah* priori versui adjungens.—18 *Ah sanusne es? Domum ire pergam, ibi plurimumst. Revocemus Hominem. Sta ilico. Hem.* Sic versus distribuit Fa. alii aliter. Perperam, opinor, omnes. *Ah*, nisi duo ex nostris recentiores, nullus habet. Quod si retines, appone tamen versui præcedenti, *exspecto malum. Ah.* Reliqua unum versum faciunt, Trochaicum pentametrum. *Sanun es? Domum ire pergam: ibi plurimumst. Revocemus hominem. Sta ilico. Hem.* Quinque, ut vides, ictus habet; et in hac fabula iterum recurrit. III. 2. 1. 'Dorio, audi obsecro. Non audio. Parumper. Quin omitte me.' *Bent.* Hosce versus sic dividit Both. *Vah, sanun' es? Domum ire pergam: ibi plurimum est.* | *Revocemus hominem. Sta illico! Hem, satis pro imperio, quisquis es.* | *Geta! Ipse est, quem volui obviam!* Notatque idem, 'Plane sic ut nos fecimus hi versus dividuntur in cod. A, nostrorum illo, ut videtur, antiquissimo, nisi quod *Ah* desideratur.' Bip. dividit *Ah, sanu' ne es?* | *Domum ire pergam: ibi plurimum est Revocemus hominem. Sta illico. Hem!* Ita et Delph. Perl. ut Bent. dividendum censet.—19 Wit. omittit τὸ *Satis.* G. legit *quisquis est.* West.—20 Ab EP. abest τὸ *id.* G. *verbo expedi uno.* Idem. *Obsecro, atque* Br. sine interrogatione. R. *expedi uno.* Guelf. 2. *Credo.*—21 GE. *Hem!* Mallem hoc tribuere Phædriæ, dicturo

AN. Quid agam? PHÆ. Quid ais? GE. Hujus patrem vidisse me, patruum tuum.
AN. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser!
Quod si eo meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut distrahar,
Nulla 'st mihi vita expetunda. GE. Ergo istæc cum ita sint, Antipho,
Tanto magis te advigilare æquom est: fortis fortuna adjuvat.
AN. Non sum apud me. GE. Atqui opus est nunc cum maxume ut sis, Antipho;
Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
Commeruisse culpam. PHÆ. Hoc verum est. AN. Non possum immutarier.
GE. Quid faceres, si aliud gravius tibi nunc faciundum foret?

PH. *Quid dicis, Geta?* GE. *Hujus patrem, tuum patruum Demiphonem conspexisse apud portum.* AN. *Nam quam medelam huic inopinatæ perniciei nanciscar infelix ego? Quod si eo miseriarum meæ fortunæ rediguntur, Phanium, abs te ut avellar, vitam amplius ducendam esse non puto.* GE. *Ergo ista cum ita contigerint, tanto magis allaborare te decet. Fortibus fortuna auxiliatur.* AN. *Non sum apud me.* GE. *Atqui oportet nunc præcipue, ut apud te sis, Antipho: nam si pater tuus te metuentem animadverterit, opinabitur te facinus et delictum commisisse.* PH. *Hoc verum est.* AN. *Nequeo naturam transmutare.* GE. *Quid faceres si major alia calamitas tibi incideret, et patienda foret?* AN. *Cum hoc non possum*

Hem! quid ais? sed Antiphone interloquente, non dicit continuo. Guy. Antiphoni tribuit, *Occidi! hem! Quid agam?* West. G. *Faciam.* A. *Eloquere.* G. *Modo apud portum.* A. *Meumne?* G. *Intellexti.* A. *Occidi.* G. *Hem.* Ex his verbis, quæ in duos versus in omnibus libris distincta sunt, unum facimus Trochaicum tetrametrum catalecticum, cujusmodi sunt et ceteri. *Fa.* Recte: sed illud *Hem* non Getæ tribuendum, sed Phædriæ. *Bent.* Τὸ *Hem* Phædriæ tribuit Both. Ita et Bip. Perl. Delph.—23 *Nunc subitum* Both.—25 *Ista hæc* Guelf. 3. *Sunt* 2.—26 Al. *Fortes. Oportet* pro *æquom est* Guelf. 3.—28 Al. *Nam si te senserit.*—30 Versus hic hexameter est, si demas ultimam vocem. Mss. G. et Wit. *Quid faceres, si aliud quid gravius.* Ms. Lips. *gravius quid.* West. *Quid faceres, si aliud quid gravius tibi nunc.* Ex *quid gravius*, τὸ *quid* delemus ex auctoritate omnium fere librorum, et Donati: et stat versus producendo posteriorem in *tibi.* Fa. *Quid faceres, si aliud gravius tibi nunc faciundum foret?* Sic Faërnus; sed sentis, opinor, accentus invenuste collocari. Ceterum videat de suis ille. Nostri universi *quid* habent, versu quoque jubente: *Quid faceres, si aliud quid gravius.* 'Faceres' acuitur, ob interrogationem; 'aliud' ob sequens Encliticum. *Bent. Quid gravius* Br. Both. In

AN. Cum hoc non possum, illud minus possem. GE. Hoc nihil est, Phædria: ilicet.
Quid hic conterimus operam frustra? quin abeo? PHÆ. Et quidem ego. AN. Obsecro:
Quid si assimulo? satin' est? GE. Garris. AN. Voltum contemplamini: hem!
Satin' sic est? GE. Non. AN. Quid si sic? GE. Propemodum. AN. Quid si sic? GE. Sat est.

facere, aliud quid difficilius multo minus facere possum. GE. *Hic Antipho, o Phædria, pusilli est animi, et ad omnia inutilis: extemplo discedamus: quid hic frustra operam consumimus? ego vero discedo.* PH. *Et ego quoque.* AN. *Manete, vos oro. An sic apte simulo me confidentem esse?* GE. *Nugaris.* AN. *Spectate faciem meam. Hem, satisne sic est?* GE. *Minime.* AN. *Quid si sic me gero?* GE. *Prope recte.* AN. *Quid si sic?* GE. *Satis nunc est. Hunc gestum observa,*

Delph. legitur *Quid si aliquid gravius tibi n. f. f.*—31 GE. *Hoc nihil est, Phædria.* Lego et distinguo: GE. *Hoc nihil est.* PH. *Ilicet. quid hic conterimus operam frustra?* GE. *Quin abeo.* PH. *Et quidem ego.* Intelligitur autem *Hoc* apud se esse; non timidum esse. Neque enim placet Interpretum et Donati expositio de ipso Antiphone. Guy. in *ἀνεκδότοις*, ubi versum hunc spurium vocasset, legit tamen, *Hoc? nihil est.* q. d. Hoc non potes, quod nihil est? Dixit autem 'nihil' pro levi re et nullius momenti. Sic And. II. 6. 18. *West. Illuc* pro *illud* Both. Absunt *Phædria ilicet* a Guelf. 3.—32 Ms. Lips. et G. cum EP. Junt. Ald. St. aliis, *Quid conterimus operam frustra?* West. Ms. Lips. G. Wit. et EP. Junt. Ald. St. aliæ, *quin abeam.* Idem. *Quid conterimus operam frustra! quin abeam?* Bem. et Vi. *Quid hic conterimus operam frustra? quin abeo?* placet autem *quin abeo*, pro cur non abeo; ita enim 'quin' exponitur a Donato: sane in Vi. et Bas. *abeo* in *abeam* mutatum est. *Fa. Hic* nostri omnes, *abeo* veterrimus solus. *Bent. Quin conterimus ... quin abeam?* Br. Τὸ *hic* abest Z. GM. *abeam.* Abest *Obsecro* a Guelf. 3. 'In Guelf. 1. hic vs. ab alia manu ascriptus anteit priorem.' *Perl.*—33 Bodl. Ms. Lips. M. Wit. cum EP. Junt. Ald. St. aliis *adsimulabo. Hem* abest a G. *West. Quid si adsimulabo.* Trochaicus exigit, *adsimulo;* quod et in Bem. est. *Fa.* Nostri perperam *adsimulabo.* Bent. *Adsimulabo* Br. a quo abest quoque *hem.* Bothius legit, *Quid, si sic adsimulo? satin' est? Garris. Contemplamini, hem!* Abest *hem* Guelf. 1.—34 ANT. *Quid si sic?* GE. *Sat est.* Ita plerique omnes libri veteres. Dac. tamen, Schalbruchius et Hoogstratanus, *Quid sic?* studione, an typographorum errore, incertum. Nisi forte Bembini Codicis auctoritate, quam laudat Faërnus. Pergit vero vultum mutare et ad tranquillitatem et confidentiam componere Antipho. *West.* Ut Trochaicus stare possit, legendum est ex libro Bembino, et Basilicano, pro *Satin, Satisne:* pro quo Victorianus habet *Satine;* et ubi posteriore loco dicitur, *Quid si sic*, lege *Quid sic*, deleto *si* ex fide libri Bembini. *Fa.* Nostri omnes posteriore loco *Quid si sic.* Omnino decor et venustas postulat, ut *sic* ubique acuatur. Lege igitur, *Satin est sic? Non. Quid si sic? Propemodum. Quid si sic? Sat est.* Bent. *Satine sic est?* Br. Bothius legit *Satine sic est? Non. Quid sic? est? Propemodum. Quid*

NOTÆ

33 *Quid si assimulo*] Hic Antipho timidum, sed præsenti animo. actione conatur simulare se non esse

Hem! istuc serva; et verbum verbo, par pari ut respondeas,
Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet. AN. Scio.
GE. Vi coactum te esse invitum, lege, judicio: tenes?
Sed quis hic est senex, quem video in ultima platea? AN. Ipsus est:
Non possum adesse. GE. Ah! quid agis? quo abis, Antipho? mane,
Mane, inquam. AN. Egomet me novi, et peccatum meum:
Vobis commendo Phanium, et vitam meam.
PHÆ. Geta, quid nunc fiet? GE. Tu jam lites audies:
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet, Phædria.
PHÆ. Aufer mihi; oportet: quin tu, quod faciam, impera.

et vehementiam patris in sermone, pari vehementia imitare, et similia verba similibus subjice, ne te ira incitatus atrocibus et asperis suis dictis perturbet. AN. *Intelligo.* GE. *Responde te vi compulsum a lege, judicibus, et præter voluntatem uxorem duxisse. An intelligis? Verum, quis hic senex est, quem conspicio in extrema plateæ parte?* AN. *Pater ipse est, non possum hic præsens manere.* GE. *Ah! quid agis? quo abis, Antipho? mane, mane, inquam.* AN. *Egomet me novi, et culpam meam; quæ duo me timidum faciunt. Vobis commendo Phanium, et vitam meam.* PH. *Geta, quid nunc nobis fiet?* GE. *Tu jam verbis acerbis objurgaberis, ego pendens virgis verberabor, nisi me valde fallit opinio: sed quæ modo hic nos Antiphoni præcepimus, ea nosmetipsos exequi oportet.* PH. *Mitte hoc verbum, oportet; potius mone quod mihi faciendum esse censes: nam sponte et libenter ea*

sic? Sat est! Satin' est sic? Perl. *Satine sic est? ... Propemodum. Quid sic?* Bip.—35 Mallet Guy. *ut verbum verbo, par pari ut respondeas.* Edd. probatissimæ quasi unum membrum exhibent, omisso *κόμματος* signo, contra Donati sententiam, quam secutus sum. *West.* Sine commate legit Br.—36 Mire variant libri, *sævidicis dictis, sævis dictis, sævidictis, senidicis dictis* exhibentes. *West. Ne te iratus suis sævis dictis.* In omnibus antiquis libris, et aliquot recentibus, item apud Do. legitur, *suis sævidicis dictis:* ut et ratio versus exposcit. *Fa.* Nostri quoque *sævidicis.* Bent. *Sævis dictis.* ex Do. et Mss. legendum est *sævidictis.* R. D. *Sævidicis protelet* Perl. *Sævidicis dictis* GM. *Ne suis te iratus sævidictis p.* Delph. 'Alias *sævidicis verbis p.* et *sævidicis* postulat carmen.' *Er.*—37 Guelf. 2. non habet *esse invitum.* In 3. *tenesne.*—39 M. *quid? quid? abis, Antipho?* Wit. *Ah, quid ais? quo abis, Antipho?* Prius *mane* abest a G. *West. Quo abis Antipho? mane*] Τὸ *mane* in fine hujus versus delemus ex auctoritate libri Bembini et Vaticani: ipsumque versum sustentamus, ut in *quo abis* non fiat synalœpha. *Fa.* A duobus nostris primariis abest *mane.* Bent. *Mane* abest Both. *Quid ais* Br.—42 Ms. Lips. *Tu nunc jam lites audies.* West.—44 Bodl. Br. *quo modo.* Ita et GM. perperam, censente Perl.—46 Bem. et Vi. *quid faciam.* Fa. Quatuor nostri *quid.* Bent. Ita et Both. Bip. Perl. Post *Aufer* distinguit Br. *Aufer, mihi o.* Guelf. 3. *tuum*

GE. Meministin' olim ut fuerit vostra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam;
Justam illam causam, facilem, vincibilem, optumam?
PHÆ. Memini. GE. Hem! nunc ipsa 'st opus ea: aut, si quid potest,
Meliore et callidiore. PHÆ. Fiet sedulo.
GE. Nunc prior adito tu: ego in subsidiis hic ero
Succenturiatus, si quid deficies. PHÆ. Age.

faciam. GE. *An tenes memoria sermonem quem olim habuistis, cum hanc rem aggressi sumus? nempe defensionem illam, quam invenimus ad culpam excusandam, esse facilem, justam, ad vincendum idoneam, et speciosam.* PH. *Memoria teneo.* GE. *Hem, nunc ea utendum nobis est, aut si fieri potest alia solertiore et astutiore.* PH. *Diligenter id studendum.* GE. *Nunc tu prior patruum Demiphonem aggredere, ego in insidiis hic subsidebo suppetias laturus, si vires deficient.* PH. *Eja, age.*

oport.—47 *Uti fuerit vestra oratio.* O. l. s. et Do. *ut fuerit.* Fa. Nostri omnes, *ut fuerit:* et quatuor *nostra.* Bent.—48 EP. *In recipiunda.* Ita et Br.—49 J. et Venetus cod. *invincibilem.* Perl. Guelf. 2. *et* ante *optumam.*—50 *Ea.* varie collocatur. A nonnullis Mss. abest. Wit. *si quid potes.* West. *Nunc ipsa'st opus.* Post τὸ *opus,* Bem. habet dictionem *ea,* ut sit, 'ipsa ea:' ita etiam melius senarius procedit. *Fa.* A nostris abest *ea.* Bent. Abest et Br. GM. Guelf. 2. *Potes* vet. cod. ap. Lind. Br.—52 Do. *insidiis:* quod est in plusculis Mss. et Prisciano, Libro de Ponderibus et Mensuris. *West. Insidiis* Br. Bip. Z. et Delph. GM. *hic adero.*—53 Melius videtur *deficias* quod in Bem. est. *Fa.* Codex etiam noster 900. annorum, et Priscianus de Ponderibus p. 1354. *deficias.* Bent. Et ita Both. Bip. Perl.

ACTUS II. SCENA I.

DEMIPHO. GETA. PHÆDRIA.

DE. ITANE tandem uxorem duxit Antipho injussu meo?
Nec meum imperium, (age, mitto imperium,) non simultatem meam

DE. *Itane Antipho tandem nuptias contraxit, me non jubente? nec potestatem patriam, (sed taceo hanc potestatem,) nec saltem indignationem meam subire dubitavit?*

1 Hic Actus I. Scenam 5. faciunt Aldus, Mur. Heinsius et Dacieria; quia Scena non manet vacua, scilicet. *West.* Sic et ed. Delph. Hanc Scenam facit Bip. tertiam Actus II.—2 *Age mitto*] *Ac mitto* habet Bem. et habuit Vi. Ita etiam videtur legisse Cicero ad Att. XII. Donatus h. l. dicit, 'Legitur et *jeci:*' quod aliqui impresserunt 'Legitur et *taceo:*' nos putamus legendum

Revereri saltem? non pudere? o facinus audax! o Geta
Monitor! GE. Vix tandem. DE. Quid mihi dicent? aut
quam causam reperient?
Demiror. GE. Atqui reperi jam: aliud cura. DE. Anne
hoc dicent mihi,
Invitus feci: lex coëgit? audio, et fateor. GE. Places.
DE. Verum scientem, tacitum, causam tradere advorsariis;
Etiamne id lex coëgit? PHÆ. Illud durum. GE. Ego ex-
pediam: sine.

pudore non affici? o inceptum, et factum temerarium! o Geta præceptor, et auctor! GE. *Pæne mei oblitus est, sed tandem meminit. Quid mihi dicent? aut quam excusationem prætexere poterunt, si se purgare conati fuerint? dubito valde, quid acturi sint.* GE. *Atqui jam inveni; ne sis de his solicitus.* DE. *Anne hoc mihi responsuri sunt: non ultro, sed nolens feci, lex ad id me adegit? intelligo, et assentior.* GE. *Gratum est mihi, quod dicis.* DE. *Verum volentem, nec contradicentem, causæ victoriam concedere adversariis; idne quoque lex facere coëgit?* PH. *Illud difficile, et molestum.* GE. *Ego explicabo, et planum reddam, quiesce.* DE.

esse, ' Legitur et *ac.*' Faërnus. Locus Ciceronis non est in XII. sed in II. 19. ubi tacito Poëtæ nomine hæc citat: *Nec meum imperium, ac mitto imperium, non simultatem meam Revereri saltem?* Nostri omnes *age* habent. *Bent. Nec imp. m. extimuit* Guelf. 3. *Perl. Imperium*] Edit. et Bent. non interrogant. *Bruns.* Unde colligas Br. interrogare: id quod tamen non imprimendum curavit Bruns. *Ac* pro *age* Bent. Delph. Perl. et Both. qui dat *Neque* pro *Nec.*—3 Pro *Revereri* Nonius Marcellus *Vereri* legit: quomodo et Donatum in Andria legere observant Rivius cum G. F. et F. F. Locus is est And. III. 2. 16. ubi tamen *Revereri* in meis Codicibus legitur: unde et ita ibi exhibui. *West.* Pungit Br. post ' Revereri,' non post ' saltem,' et omittit *o* ante ' Geta,' ni male Bruns exscripsit. *O* ante ' facinus ' omittit Delph. *Saltim* dat Bip.—4 Puto ab Auctore fuisse *aut quid causæ.* Bent. Non interrogat Bothius.—5 *Dicet* est in paucis libris. *West. Anne hoc dicent mihi?*] Τὸ *ne* non est in Bembino, quod nec orationi quicquam, nec versui prodest: et, pro *dicent*, habet is liber *dicet:* et subaudiendum, Antipho, a plurali ad singularem numerum sermone translato, ut et sequentia ostendunt, ' Invitus feci:' et ' Verum scientem, tacitum.' *Fa.* Nostri, *Anne* et *dicent.* Bent. *Dicent* GM. et Br. Non recte. *Perl. Aliquid*] Vulg. *aliud:* ex interp. Sequor Hel. *Both. An* et *dicet* Bent. Z. Bip. Both. Perl. *An* et Delph.—6 *Places.* Hæc vox in Mss. quibusdam et editis post EP. etiam Demiphoni tribuitur. In aliis est, *Placet.* West. Idem liber hoc asyndeton habet, *audio, fateor.* Fa. Nostri, *audio et fateor. Placet.* Bent. Edidit Bent. *audio, fateor:* atque cum Fa. exhibuit *feci;* quod utique opus est, si pro illo *dicent* legeris *dicet.* Sin autem *dicent* vera lect. habetur, necessario legendum est hic *fecit.* Zeun. *Et* post ' audio' Guelf. 1. 2. *Placet* GM. *Perl. Placet*] Alii, nescimus quam bene, *Places.* Getam cum Phædria loqui credimus. *Bip. Fecit* Z. Delph. *Placet* Br. Bip. Delph. *Et* delent Bent. Bip. Both. Perl.—7 *Et tacitum* Guelf. 2.—8 Codd. quidam: *Etiamne et id lex cogit?* Et quidam codd. GE. *Illud durum.* PH. *Ego expediam.* West. Donatus: ' Illud durum,' dicit, qui supra dixit, ' Atqui reperi jam.'' Apparet ergo Donatum, contra ac hodie faciunt, ' Illud durum ' Getæ tribuisse, posterius Phædriæ. Recte; atque ita plane personas dividit CCC. Et sane Phæ-

DE. Incertum est quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit:
Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere:
Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxume, tum maxume
Meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam ferant;
Pericla, damna, exilia: peregre rediens semper cogitet,

Dubium est mihi, quid facere debeam: quia contra expectationem et opinionem meam hoc mihi accidit. Ita ira turbatus sum, ut nequeam mentem ad deliberandum appellere: quapropter cum prospera fortuna nobiscum versatur maxime, tum maxime unumquemque nostrum considerare oportet, quomodo adversitates et miserias ingruentes toleret. Cum ex peregrinatione redit, pericula, damna, exilia semper in

---

dria egregie hoc expedit, infra vs. 51. Voluit Auctor adolescentem non stultum sustinere primam aciem, Getam in subsidiis tantum esse. Ceterum, *Etiamne id lex coëgit*, quod Codices habent, minime sermoni congruit: *id* enim, cujus præcipua hic vis est, acui debeat. Codex Regius, *Etiamne idne*. Repone, *Etiam idne lex coëgit*. Bent. Ex o. libb. Geta dicit ' Ego expediam,' commode. Nam servi maxime rem expedire in se suscipiunt, quæ impedita erat. Igitur male Bent. hæc tribuit Phædriæ. *Perl. Etiam idne* Both. *Etiamne id facere lex* Delph.—9 *Obtigit*] Præstat hæc lectio, præ quorundam librorum, *contigit*, et aliorum, *accidit*. West.—11 Quod Zinzerling. legit, *cum maxime Meditari*, erudite refellit Dukerus ad Flor. II. 16. 3. *West*. Zinzerling. in Promuls. Crit. Juven. legere tentat *cum maxime*: frustra. *R. D.* Abest *maxume* prius a Guelf. 2. *Perl.*—13 Mss. Lips. Græv. et Bodl. *exilia, damna*. EP. *exilium*. Alii, *exitia*. West. Apud Ciceronem in Tuscul. III. 14. sic fertur, tam in libris editis quam scriptis, *Pericla, damna peregre rediens semper secum cogitet*. Ubi *exilia* deest, et ejus vicem additur *secum*. Quæritur, utrum verum et Terentii sit. Dico illud *exilia* spurium et ineptum esse. Primo incertam sedem habet; in magna codicum parte est *exilia, damna*. A CCC. autem prorsus abest. Quis porro *exilia* dixisset numero plurali? Quot exilia in una et modica familia? Aut quomodo sibi exilia cogitet, qui ipse tum peregre est? Hæccine ut in se admiserit Terentius? Quare certam esse apud Ciceronem scripturam, ut et mox aliam, audacter pronunties. Unde ergo natum est illud *exilia*, aut quo casu malum hunc pedem intulit? Dicam quod mihi in mentem venit, tu existima. Super illa verba *peregre rediens* ascripserat olim quis inter lineas ' ex Cilicia:' quippe I. 2. 16. Demiphoni iter erat in Ciliciam. Postea inde factum est *exilia*. Bent. Respuit Bent. *exilia*, quippe quod desit ap. Cic. Tusc. Q. hæc citantem. Sed non notat ille, in qua Edit. Ciceronis vocem illam non viderit. Nam in Manh. et Bip. certe adest. Alias non inspexi. Redeo tamen ad Terent. codd. et edd. quæ, quot certe in promtu mihi sunt, præter Bip. *exilia* exhibent. Præterea huic dictioni e verbis ' peregre red.' omnis fides accedere videtur. *Perl. Pericla, d. per. red. semp. secum cog.*] Sic manifesto legend. cum Cic. Illud *exilia* male ex Eurip. versibus, ab eodem Cic. l. c. conversis, h. l. irrepsit. *Bip.* Cicero omittit *exilia*, quod verum esse, nec inducendum Tullii *semper secum cogitet*, Thesei Euripideæ fragmentum docet, quod exprimunt Terentiana. *Cogites* Gu. 1. *Both. Cogites* et Br.

Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ;
Communia esse hæc; fieri posse; ut ne quid animo sit novum.
Quicquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.
GE. O Phædria, incredibile est, quantum herum anteeo sapientia.
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit,

mente habeat, aut filii facinus aliquod indignum, aut uxoris mortuam esse, aut filiam in morbum incidisse: hæc communia esse omnibus, posse accidere; ut ne quid horum tanquam novum ac insolitum eum occupet: quicquid præter expectationem eveniet, id apponat lucro. GE. *O Phædria, credi non potest, quanto herum antecedo prudentia: omnia mea mala animo prævisa sunt, cum herus reversus domum fuerit,*

—14 In eodem libro, ita etiam versus ratione exigente, qui est octonarius Iambicus, legitur *fili* per unum *i* in fine. *Fa.* 'Fili,' 'gaudi,' 'ingeni' et similia, et Terentii ætate, et diu postea semper dicebantur. *Bent.* Qui ita dat cum Both. Perl. Dat Delph. sic: *fil?*—15 *Et fieri posse* Bodl. *West.* Hic versus ita a M. Tullio, libro tertio Tusculanarum Quæstionum, citatur, ut quidem legitur in libris scriptis, *Communia esse hæc; nequid horum unquam accidat animo novum;* quod quamvis nobis placeat, nos tamen lectionem vulgatam Terentii non mutamus: quia fieri potuit, ut et Cicero memoria laberetur, et in citando Terentio sensum ejus reddiderit, melius etiam atque elegantius quam ipse Terentius. *Fa. Communia esse hæc, fieri posse, ut nequid animo sit novom*] Sic Faërnus et sic libri. Sed vide modo sententiam. *Communia esse hæc.* Si *communia* sunt, quis dubitet *posse fieri?* nempe *communiter fieri solent, et fieri possunt.* An Noster, mentis siquis unquam, bene sanæ, post illud hoc intulisset? cave credas, vel etiam suspiceris. Iterum præsto est nobis Cicero, qui veram lectionem servavit: *Communia esse hæc: nequid horum unquam accidat animo novom.* Hanc, inquam, veram esse vel Apodosis, sive redditio Getæ ostendit, vs. 20. 'Opus ruri faciundum: horum nil quicquam accidet animo novom.' Sed sagax sibi visus est Faërnus, cum Ciceronem aiat melius forte et elegantius hæc dedisse, quam ipsum Terentium. Immo de elegantia ne Ciceroni quidem ipsi concedit Noster. Verum hoc nunc non agitur, utrum Terentius minus eleganter, sed an insipienter, inepte, ac stolide locutus sit. *Bent.* Reddimus post Bent. hunc vs. cum Cic. verius et pulchrius, quam in libris Terentii legitur et vulgo editur. Abundat sane *fieri posse:* quod e glossa additum videtur: tum melius respondent in lectione Cic. verba Getæ vs. 20. *Bip. Hæc*] Al. *et.* Perl.—16 *Deputa* G. *West. Evenit*] Vulg. *eveniat*, minus recte. *Both.*—17 *Quanto* Mss. Lips. et M. cum EP. *West. Quanto*] O. l. s. præter V. et Bas. habent *quantum:* ut sit, *quantum anteeo.* Sane *anteeo* pro *anteeam*, Donatus exponit. *Fa.* Codices nostri *anteeo.* Sed Donatus: '*Anteeam.* Legitur et *anteeo:* sed pronuntiativum *anteeo*, pro conjunctivo *anteeam.*' Sane si legas *incredebile est*, consequens erit ut *antecam* legas. Sed repone, *O Phædria, incredibile quantum herum anteeo sapientia. Incredibile quantum* absolute, ut 'Mirum quantum,' 'Nimium quantum,' 'Immane quantum.' *Bent.* Recte emendat Bent. *Bip. Est* omittunt Br. Both. *Quanto* dant Br. Delph.—18 Bent. dat *incommoda, herus si redierit: Mol. &c.* Bip. *incommoda: heru' si redierit; Mol. &c.* Perl. *incommoda, herus si redierit, Mol. &c.* Br. *incommoda. Herus si redierit Mol.*

Molendum usque in pistrino; vapulandum; habendæ compedes;
Opus ruri faciundum: horum nihil quicquam accidet animo novum.
Quicquid præter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro.
Sed quid cessas hominem adire, et blande in principio alloqui?
DE. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obviam.
PHÆ. Mi patrue, salve. DE. Salve: sed ubi est Antipho?
PHÆ. Salvom advenire. DE. Credo: hoc responde mihi.

versandæ assidue molæ in pistrino, virgæ aut fastes ad vapulandum subeundi, compedibus crura constringenda, ruris operi enixe incumbendum. Nihil quicquam horum animo improvisum continget mihi: quicquid præter expectationem eveniet, id apponam lucro. Verum, Phædria, quid cunctaris ad Demiphonem accedere, et blandis verbis in primo congressu eum compellare. DE. *Video Phædriam fratris mei Chremetis filium mihi occurrentem.* PH. *Mi patrue, salve.* DE. *Salvus sis, Phædria: sed ubi est Antipho?* PH. *Salvum te advenire gaudeo.* DE. *Credo: hoc re-*

&c.—19 M. *Mol. esse in.* Ms. Lips. *Mol. mihi esse in p. p.* G. et EP. *Mol. mihi est usque in p.* Bodl. *Mol. mihi esse usque in p.* Alii aliter. Donatus et *esse* et *usque* legit, sed diversis Codicibus. Tr. *habend3:* quod valet *habendum.* Sic in eodem Codice, *molend3* et *faciund3.* Citat Lactantius, de Divino Præmio, cap. 27. ' Reponenda sunt nobis non tantum Terentiana illa, *Mol. esse usque in pistrinum, vapulandum, habendæ compedes;* sed &c.' *West.* Bem. ac Vi. et Do. pro *usque,* habent *esse.* Alii libri utramque dictionem continent, contra rationem versus. *Fa. Molendum esse in pistrino, vapulandum, habendæ compedes*] Sic Fa. Sed Donatus: ' Vitiosam locutionem servili personæ dedit Terentius: nam integra esset, si diceret, habendas compedes: unde quidam non *esse,* sed *usque* legunt.' Recte quidem hoc, si *Molendum esse* legeris, vitiose inferri *habendæ.* Sed demiror eum toties auctori id vitio vertere, quod peccaverant Librarii: *habendæ* etiam apud Pr. est p. 651. Nostri omnes *habendæ,* et plerique *Molendum mihi esse usque.* Repone, *Molendumst in pistrino, vapulandum, habendum compedes, Opus ruri faciundum.* Omnia hic Gerundia sunt; non, ut Donatus, ' Supra Gerundia, infra participia.' Interpolarunt locum Magistri. *Bent.* GM. *habendæ* exhibet: et sup. script. *sunt.* Itid. hab. Guelf. 3. in contextu. *Perl.* Ap. Lactant. male præter metrum jungitur *Mol. esse usque in p.* Sic enim versus excrescit. *Bip. Habendum* Hel. ut legi jussit Bent. *Both.* Qui sic dat cum Perl. *Esse* pro *usque* dat Both.—22 *Sed tu quid*] Inserimus *tu,* absque quo octonarius non procedit. Scribebant *Set,* unde facile fuit absorberi *tu.* Bip. *Hominem cessas* Delph.—23 Incipiunt senarii. Primum plerique turbant, qui legunt *Phædriam mei fr.* Sane ipsum nomen redundat. *Bip.* Vett. edd. in his Antesignani, nescio qua auctoritate, omittunt τὸ *Phædriam.* Versus tunc foret iambicus senarius. *Both.* Omittit id Delph. et *ire mihi* legit.—25 Leidd. tres, Lips. Tr. Bodl. cum EP. *Salvom te advenire.* Quartus cum M. *Salvom advenire te.* Quintus, *Ad simbolum venire:* plerique alii, ut edidi. *West.* Emphasis est in τῷ *Hoc:* q. d. Quod quærebam de Antiphone, id scire expeto, ne tu me adventum gratulando obtundas. Quanto magis iniquus in

PHÆ. Valet: hic est: sed satin' omnia ex sententia? 26
DE. Vellem quidem. PHÆ. Quid istuc? DE. Rogitas, Phædria?
Bonas, me absente, hic confecistis nuptias!
PHÆ. Eho, an id succenses nunc illi? GE. O artificem probum!
DE. Egone illi non succenseam? ipsum gestio 30
Dari mihi in conspectum, nunc sua culpa ut sciat
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
PHÆ. Atqui nihil fecit, patrue, quod succenseas.
DE. Ecce autem similia omnia; omnes congruunt;

sponde mihi quod quæro. PH. *Bene valet: hic est. Sed satisne omnia, ut vis, tibi evenerunt?* DE. *Vellem certe.* PH. *Quid mali contigit?* DE. *Quærisne, Phædria? egregias vero hic nuptias celebravistis.* PH. *Eho, an ea de causa nunc iratus es illi?* GE. *O solertem artificem!* DE. *Egone illi non sim iratus? ipsum vehementer cupio sisti coram me, ut cognoscat me ipsi, ex illo antea clemente et miti patre, mutatum esse nunc suo merito in asperrimum.* PH. *Veruntamen nihil fecit, quod ad irum te provocare debeat.* DE. *Ecce quam similes omnes unanimiter con-*

---

hunc locum est Guyetus, delens τὸ *Hoc*. Neque audiendus Donatus, *Hoc* incerta distinctione pronuntiari dicens; quasi non referat, legasne, *Credo hoc: responde mihi;* an, *Credo: hoc responde mihi.* G. *Responde hoc mihi.* Id. Bem. *Salvom venire.* Fa. Nostri omnes *advenire;* sed, pro *hoc responde mihi*, nostri plerique *responde hoc mihi.* Recte, ut *hoc* acuatur. Donatus: ' *Salve: sed ubi est Antipho?* Bene expressit promtum animum ad litigandum, *raptim* addita salute, et *protinus* ad jurgium prævertendo.' Ubi tamen vulgo habetur *partim* et *potius*. O bonum scriptorem a malis Librariis fœdissime passim acceptum! *Bent.* GM. *Salv. te adv. gaudeo.* Sed id. *gaudeo* in Br. pro glossa extat. *Te evenire* Guelf. 2. *Perl. Salv. te advenire* et *responde hoc* Br. *Venire* Bip. Both.—27 Bona librorum pars *Q. i. est?* West. *Quid istuc*] Adde verbum *est* ex o. l. s. et Donato; et in dimetiendo versu *d* elide. *Fa.* Nostri *est* addunt. *Bent. Q. i. est* R. et vett. codd. *Lind. Est* addit Bent. *Equidem* dat pro *quidem* Perl.—28 *Bonas, me absente hinc, confecistis n.*] Vulg. *hic*, minus ex usu Nostri. *Both.*—29 *An tu id* quidam codd. *West.* Pronomen *tu* nec habet Bem. nec Donatus; nec exigit versus. *Fa.* Deest *tu* in uno ex Regiis. *Bent. Tu* non satis blandum h. l. sit. *Bip. Eho an tu id suscenses illi* Br. *O* omittit Delph.—30 In aliis libris est, *illi succenseam?* West. *Egone illi*] In eodem libro et Bas. est, *Egon;* quod parvi refert. *Fa.* Nostri *Egone*. Bent. *Egon* Br. Bent. et *suscenseam;* quo modo scribunt versu 29. et infra.—31 *Me*] Abest hæc vox a quibusdam Mss. et editis post EP. *West.* Verbum *dari* ex Bem. et aliquibus aliis libb. non huic versui, [sc. vs. 31.] sed subsequenti applicamus. *Fa.* Concinnius legas *nunc sua ut culpa sciat.* Bent. *Dari in consp.*] Vulgo h. l. inseritur *mihi:* quo metrum interficitur. Et quis glossam desideret? *Bip.* Id delet et Both.—32 Abest *me* a Guelf. 3. *Perl. Illi*] Vulg. *illum*, κακοφώνως. *Both. Me* omittit et Br.—33 *Quid ille fecit, patrue*] Vulg. *Atqui nil fecit:* sed *nil*, si genuinum esset, totius sententiæ gravissima vox ut in thesi lateret, et leviculum *Atqui* ut præcipuo gauderet accentu? *Both.*—34 *Omnia*, non *omnes*, Guelf. 3. *Perl. Ec. omnia autem similia*

Unum cognoris, omnes noris. PHÆ. Haud ita 'st. 35
DE. Hic in noxa est: ille ad defendendam causam adest.
Quom ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.
GE. Probe horum facta imprudens depinxit senex.
DE. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares, Phædria.

sentiunt: si unum cognoveris, omnes noveris. PH. *Non ita res se habet.* DE. *Hic noxius est, ille ad defendendam noxam paratus adest: operas invicem sibi commodato dant.* GE. *Expresse horum facta insciens descripsit senex.* DE. *Nam si hæc non ita se haberent, non stares a partibus Antiphonis, Phædria.*

Both.—35 Mallet Guyetus, *Hoc ita 'st*, tribuens Getæ, non Phædriæ. Tum duos, qui sequuntur, versus delet, ita sermonem ordinans: *Unum cognoris, omnes noris.* GE. *Hoc ita 'st. Probe horum facta imprudens depinxit senex.* DE. *Nam ni hæc ita essent.* Sunt autem versus elegantioris Latinitatis, et magis appositi, quam ut a Librariis credantur assuti. Tum laudat eos Asconius Pedianus ad Cic. Verr. II. 12. *West.* Varie, inquit Donatus, *Cognoris, noris.* At codices ex nostris aliquot, *Unum cum noris, omnes noris.* Et quanto gratior est hæc simplicitas, quam ista varietas? *Bent. Unum cognoris*] Ellipsis τοῦ 'si' usitata Nostro et aliis optimis auctt. Facessat igitur illud glossæ instar, quo Bent. textum contaminat, *Unum cum noris.* Bip. *Unum cum noris.* Bent. *Unum cum cognoris* C. Sed vix reprehendenda est vulg. *Both.*—36. 37 *Noxia* EP. et *Cum ille deest.* Bodl. *Cum ille abest.* West. *Hic in noxia est, ille ad defendendum causam adest*] O. fere l. s. præter Bem. et Bas. et V. *noxa* habent: quod et adjuvat versum. *Fa. Hic in noxast, ille ad defendendam causam adest. Cum ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.* Sic Faërnus: sed, ut ejus tres præstantissimi, ita nostri quinque veterrimi *noxia* habent, non *noxa.* Latet aliquid altius mendum. Repone, *Cum in noxia hic est; ille ad defendendum adest. Cum ille est: præsto hic est: tradunt operas mutuas. Ad defendendum*, subintellige noxiam; ut supra I. 4. 47. 'Ut fuerit vostra oratio In re incipiunda ad defendendam noxiam.' Sane, cum dixerit *noxiam;* supervacue inferret *causam;* addo et inscite, cum *causa* etiam bona esse possit. *Præsto hic est;* sic unus e Regiis; et eo pacto *hic* recte acuitur. Apud Asconium p. 119. hodie editum est *noxa*, et *defendendam causam.* Bent. *Cum ille est, hic præsto est*] Nullum invenio librum qui ita habeat, præter V. Bas. et Victorianum. Alii, sed pauci admodum, post *ille*, nullum verbum habent. In ceteris omnibus, inter quos est et Bembinus, legitur *abest:* quod etiam verbum habent o. l. s. Donati, duntaxat tamen ubi verba Terentii recenset: nam in expositione apertissime legit, *Cum ille est:* quod et ego melius existimo. *Fa.* Nostri omnes, *Cum ille est.* Bent. *Noxia*, non *noxa* legendum. *R. D. C. i. adest, hic pr. est* Guelf. 3. *Abest* GM. Perl. *Hic est in noxia, ille ad defendendam adest*] Versum ex Asconio in Cic. Verr. Act. II. 12. corrupte sic se habentem, *Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest*, restituimus. *Causam* addidit sciolus. Nos Bentleio lenius corrigimus, retrahendo τὸ *est*, ut non opus sit cum illo contorquere metrum. *Bip. In noxia hic est? ille ad defendendum adest; Ille est? hic p. est; tr. op. mutuas*] Vulg. *in noxa:* sed plerique codd. in his B, et vett. edd. *Hic in noxia est*, unde jam Glareanus Helvetius conjecit legend. esse *In noxia est hic, ille ad defendendum adest.* Bentleius *Cum in n. &c.* minus quidem vivide. Vulgatæ ex interp. *Cum ille est*, quibus non erat quod obtemperaret optimus Bent. *Both. In noxia* Br. *Præsto hic est* Perl.—38 *Probo eorum*] O. l. s. et Donatus, *horum.* Fa. Duo ex nostris *eorum.* Bent. *Horum* Vet. Cod. *Lind. Eorum* Z. Delph. *Proba* Br. nisi sit error typoth.—39 Servius *pro illo* legit, ad Virg. Æn.

PHÆ. Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans;
Non causam dico, quin, quod meritus sit, ferat.
Sed si quis, forte malitia fretus sua,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
Ac vicit; nostrane ea culpa est, an judicum,
Qui sæpe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?
GE. Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.
DE. An quisquam judex est, qui possit noscere
Tua justa, ubi tute verbum non respondeas,
Ita ut ille fecit? PHÆ. Functus adolescentuli est
Officium liberalis: postquam ad judices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi obstupefecit pudor.

PH. *Si verum est, patrue, Antiphonem in se peccasse, ex quo rei familiari damnum aut famæ nominis detrimentum attulerit; non deprecor, quin pœnam qua dignus sit ferat. Sed si forte aliquis calumniator versutia et fraude innixus sua, insidiatus est ætati infirmæ nostræ adolescentiæ, et secundum se judicium obtinuit, utrum culpa nobis tribuenda est, an judicibus, qui sæpe odio et invidia impulsi, jus suum detrahunt locupleti, aut misericordia moti plus æquo attribuunt inopi?* GE. *Nisi statum causæ scirem, vera esse quæ narravit mihi persuaderet.* DE. *Quotusquisque judex est qui scire jus tuum possit, ubi tu ipse ne uno quidem verbo te defendas, ita ut Antipho fecit?* PH. *Officium adolescentis ingenui fecit. Postquam in judicio stetit, quæ præmeditatus fuerat ad defensionem, recitare non potuit: ita eum tum meticulosum verecundia sensu et motu privavit.* GE. *Laude dignus orator est*

VIII. 653. Sed 'stare ab aliquo' Ciceronianum est. *West.* Codices nostri et Donatus *cum illo.* Utrumque recte et more dicitur, sensu eodem. *Bent.*—40 Codd. quidam *Si sit.* G. *ipse admiserit.* West. *Culpam, patrue* Both.—41 *Foret rei* Bodl. *West. Obtemp.* Guelf. 1. *Minus aut famæ foret rei temperans* Br. *Minus fuit re vel famæ* Both.—42 *Meritus est*] Bembinus, et omnes fere alii libri, ac Donatus, *sit.* Fa. Unus ex nostris *est.* Bent. Lect. antiq. *est:* male. *Perl. Causam non* Both.—45 *Nostran' culpa ea* G. *West.* Plerique l. s. inter quos V. Vi. et Bas. ita habent, et numerosius judicio meo *nostran culpa ea est.* Do. et Bem. in hac parte corrupti sunt. *Fa.* Meliores quique ex nostris, *nostran culpa ea est.* Bent. Sic ipse dedit cum Z. Delph. Bip. Both. Perl. *Ea* omittit Br.—46 *Semper* pro *sæpe* Guelf. 1. *Perl. Sæpe aut* dat Both.—48 *Vera crederem* Both.—52 Mss. et impressi quidam *Officio.* West. —53 *Meditata* pro *cogitata* Guelf. 3.—54 Mss. quidam et editi post EP. τὸ *ibi* non agnoscunt. *West.* Ex ratione versus legendum arbitror, ut in contextu est Bembini, *ibi stupefecit:* vel, *ibi obstupefecit,* ut in Victoriano: ita ut, *stupefecit* antepenultimam producat: ut ap. Catullum: 'Alta tepefaciet permixta flumina cæde.' Potest tamen et juxta vulgatam lectionem sustentari versus, non faciendo elisionem in 'timidum.' *Fa.* Ab omnibus nostris, præter unum, male abest *ibi.* Bent. *Ibi* omittunt Br. Z. Absunt *tum tim. ibi* a Guelf. 3.

GE. Laudo hunc: sed cesso adire quamprimum senem?
Here, salve: salvom te advenisse gaudeo. DE. Ho!
Bone custos, salve: columen vero familiæ,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
GE. Jamdudum te omnes nos accusare audio
Immerito, et horum me omnium immeritissimo.
Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
Servom hominem causam orare leges non sinunt;
Neque testimonii dictio est. DE. Mitto omnia.
Addo istuc: imprudens timuit adolescens: sino.
Tu servos: verum, si cognata est maxume,

Phædria: sed nimis tardo quamprimum senem Demiphonem salutare. Here salvus sis: incolumem te ad nos rediisse lætor. DE. *Ho! egregie custos, et rector adolescentum: familiæ vero sustentaculum, cujus fidei proficiscens commendavi filium meum.* GE. *Jamdiu accusationes tuas in nos omnes audio injustas in immeritos, atque in me maxime omnium immeritissimum: nam quid me in hac causa præstare voluisti tibi? servo homini causas agere leges non permittunt, neque testimonium perhibere.* DE. *Prætereo cetera; insuper imprudentia ætatis in sermone hæsit timens adolescentulus Antipho: esto, tu servus testis produci in judicium non potuisti: verum si proxima est cognata, non tamen necesse fuit eam*

Ita tim. ibi tum eum dat Both.—55 Non interrogat Br.—56 *Oh* Br. Bent. Delph. Bip. Both.—58 *Hic* Bent.—60 Quidam Codices, *et me omnium horunc.* Atque ita legisse videtur Donatus, nisi quod corrupta ejus verba leguntur. Bodl. *et me omnium horunc' nunc immeritissimum.* Leidd. omnes, G. Bodl. M. Bœnd. *immeritissimum.* Atque ita ex Ms. Uratislaviensi citat Pulmannus, Bœclerus ex suis omnibus. Est porro in EA. Sed nescio quomodo elegantius post τὸ 'Immerito' infertur *immeritissimo:* unde ex Mss. reliquis, et editionibus Junt. Ald. St. aliisque probæ notæ ita edidi. Ita et Gambarellus legit. *West. Et me omnium horum*] In Bem. ita hæc collocantur: *et me horum omnium.* Donatus vero, a quo bis hæc verba exponuntur, in secunda expositione ita ea citat, *horum commerito*, quod nos ita legimus, *horunc o. immerit.* id est, *horunc omnium immeritissimo:* ita optime stat versus. Postea in Bas. invenimus scriptum *horunc.* Fa. Veterrimus quoque noster, *horunc.* Bent. *Immeritissimo* elegantius est τῷ *immeritissimum.* Mur. *horum.* Perl. *Me omnium horum* Z. Delph. *Me horunc omnium* Br. Bent. Both. Perl. *Me omnium horunc'* Bip.—64 Mallet Palmerius: *Adde istucce: pudens timuit adolescens:* ut respiciatur versus 54. sed et Mss. quidam, et editi veteres legunt, *Adde istuc. Adde istuc*] Idem liber *Addo istuc:* quod magis consequens videtur aliis, quæ in prima persona a Demiphone efferuntur, 'Mitto,' 'sino.' Hoc et Ubaldino Bandinello placebat. *Fa.* Nostri *Adde.* Bent. *Sino hoc* Guelf. 3. *Perl.* Vulg. *Addo istuc:* alii codd., in his nostri, *Adde.* Utrumque fraus et corruptio. *Istæc* contemnentis est. *Both.* qui dat *Mitto omnia Istæc; imprudens, &c. Adde* dat Br. *Addo* rejicit Delph. in versum 63.—65 *Tu servos*] Sub. es. Sustuli exclamandi notam, quasi hæc per ἀποσιώπησιν interminatus servo dixisset Demipho. Neque aliter Fabrini. *West. Tu s. es* Guelf. 3. Dat Br. *Tu servus, verum. Si, &c.* Et Bruns notat: 'Nostra distinctio bonum sensum fundit, et *verum*, (cujus simile est in Eun. II. 3. 54. 55.) apte respondet τῷ 'sino,' et explicari debet, hoc verum est: quæ plena locutio

Non fuit necesse habere: sed, id quod lex jubet,
Dotem daretis; quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
GE. Non ratio, verum argentum deerat. DE. Sumeret.
Alicunde. GE. Alicunde! nihil est dictu facilius.
DE. Postremo, si nullo alio pacto, fœnore.
GE. Hui! dixti pulchre, siquidem quisquam crederet
Te vivo. DE. Non, non sic futurum 'st: non potest.
Egon' illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil suave meritum 'st. Hominem commonstrarier

in uxorem accipere: sed id quod lege constitutum est, poteratis dotem ei dare, ut sibi alium virum adjungeret. Propter quam rationem potius egenam omnium rerum ducebat domum? GE. *Non ratio deficiebat, sed argentum.* DE. *Poterat ab aliquo mutuo sumere.* GE. *Ab aliquo? nihil est dictu facilius.* DE. *Tandem, si nullo alio modo sumi potuit, saltem sub fœnore acciperet.* GE. *Hui! scite locutus es, si quidem ullus, te vivo, filio pecuniam mutuam dare vellet.* DE. *Non, non sic res se habebit: istud esse non potest. Egone illam cum illo unum diem nuptam manere sinam? nulla merces adeo suavis mihi esse potest ut id patiar; homi-*

occurrit in Phorm. I. 4. 29.'—66 Duo veteres nostri *necessum.* Bent.—67 *Alium quæreret* Both.—68 *Qua potius ratione inopem* id.—70 Ex Bem. legimus *dicto:* quod perspicue melius est. Hoc enim dicere vult Geta, nihil facilius esse quam dicere: non quod hoc, quod dixit Demipho, sit facillimum omnium ad dicendum. *Fa.* Nostri *dictu:* et recte: *Nihil dictu facilius est,* quam illud 'Alicunde.' Fefellit hic sua Faërnum subtilitas. *Dicto* Delph. Bip. —71 Codd. quidam Mss. et impressi post EP. *vel fœn.* West. *Tò vel,* et respuitur a versu, nec est in Bembino, ac ne in Vi. quidem, nisi adjectum: nec a Pr. ponitur, citante hunc locum libro XV. ut quidem in ejus libris scriptis legitur. *Fa.* A veterrimo nostro cum duobus aliis abest *vel.* Apud Pr. p. 1009. scripti duo *vel* habent. *Bent. Fœnus* rectius scribitur per simplex *e* quam per *œ.* R. D. *Vel fœnore* Br.—73 A quibusdam Codicibus prius *Non* abest. *West. Non potest fieri* Guelf. 3.—74 *Ego* Both. Bip. Non interrogat Bip. in fine versus.—75 Ego scriptum fuisse puto. *Nil suave meritu' est.* Gov. *Nihil suave meritum' st*] Ita Mss. Leidd. omnes, Bodl. Bœnd. G. Lips. Wit. M. et Tr. cum EP. EA. ET. Venetis, Arg. Antverpiensi, Junt. Ald. St. aliis: neque aliter Gambarellus et Fabrini. Et videtur Goveanus, eumque secutus Guyetus, temere mutare in *Nihil suave meritu' 'st,* h. e. *Meritus est,* sub. Antipho. Nimium quantum a vulg. lect. abit conjectura Joh. Clerici, Art. Crit. III. 1. 4. 7. legentis: *Nihil suave, ni citum est.* West. *Nihil suave meritum est*] Donatus: 'Nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram: *suave meritum* enim suavem mercedem significat.' Quid faceret? Illigatus mendosæ lectioni, pejus nihilo dixit, ne nihil diceret. Est tamen, qui hoc a Donato 'paucis verbis optime explicatum' putet. Felicem sane cerebri! Sed quousque tandem ab hac lectionis larva ludificari nos sinemus? Repone, *Nil suave meritast. Merita est,* illa scilicet, illa dolo et malitia imposita filio, ut genere proxima. Minus bene Gov. et Guyetus, *Nil suave meritu'st,* Antipho scilicet. Quippe jam excusatus erat Antipho: nec eum ex compacto, sed bona fide in nuptias tractum invitum credebat senex. *Bent. Nil suave meritum est*] I. e. nulla est tam magna merces, nullum tantum pretium, quod

Mihi istum volo, aut, ubi habitet, demonstrarier.
GE. Nempe Phormionem? DE. Istum patronum mulieris.
GE. Jam faxo hic aderit. DE. Antipho ubi nunc est? PHÆ. Foris.
DE. Abi, Phædria: eum require, atque adduce huc. PHÆ. Eo
Recta via equidem illuc. GE. Nempe ad Pamphilam.
DE. At ego Deos Penates hinc salutatum domum
Devortar; inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient,

nem præsentem istum volo mihi ostendi, quicum nobis res est, aut indicari ejus domum. GE. *Nempe Phormionem?* DE. *Istum patronum mulieris.* GE. *Jam illum accersam.* DE. *Ubi nunc est Antipho?* PH. *Foris.* DE. *Abi, Phædria, eum quære, atque huc adduce.* PH. *Equidem illuc recta proficiscor.* GE. *Nempe ad Pamphilam.* DE. *At ego de via domum divertam, ut Deos penates ob faustum reditum salutem: inde ad forum me conferam, atque aliquot amicos, advocatos mihi adjungam, qui mihi præsto sint in hac causa, ne imparatus sim ad disputandum, si*

libens capiam, si habendum sit ea conditione, ut illam patiar cum illo nuptam illo die. Ita h. l. egregie explicat magnus Gronovius Obs. in Script. Eccl. *R. D.* Equidem prætulerim vulgatam. *Perl.*—76 *Istunc* Both.—77 Lege, *Istunc patronum* pro *Istum;* et sic accentum in ultimam trahit. *Bent.* Non interrogant post 'Phormionem' Br. Bent. Z. Bip. Both. Perl. *Nam* pro *Nempe*, et *Patronum istum* dat Both.—78 *Foris*] Hanc vocem Guy. in glossis ineditis Getæ tribuit. Quæ lectio auctoritate non caret. Primum enim diserte servi meminit Donatus, qui ita responderit. Tum Bœnd. et EA. ET. EV. 1. EV. 2. exhibent, GE. *Foris.* West. Illud 'Foris,' quod libri editi Phædriæ tribuunt, dandum erat Getæ. Sic alter ex Meadianis. Donatus: 'Mitius nunc quærit, ubi sit Antipho; et, an amatæ adhæreat, subtiliter quærit: quod servus intelligens respondet, Foris.' Vides, ut servus, Geta scilicet, respondeat. Et quidem recte: quomodo enim Phædria hoc sciret, qui in alia domo vivebat? *Bent.* 'Foris' dant Getæ Br. Perl.—79 Multæ edd. leviter pungunt post 'Eo.'—80 Integrum hunc versum Guyetus addititium vocat, atque ex Andria expressum. Nihil autem in omni Andria huic simile; nisi forte respexit verba Davi, III. 4. 21. 'Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?' Alteram rationem addit Guyetus in ἀνεκδότοις, quod nimirum non Pamphila, sed Citharistria dicta est supra. *West.* Hunc versum laborantem sanat lectio libri Bembini et Donati, in quibus pro *equidem* legitur *quidem.* Fa. Nostri male *equidem.* Bent. *Equidem* Guelf. 3. et *ibis* post 'nempe.' *Perl. Quidem* Br. Z. Delph. Bip. Both. Perl. —81 Delendum illud *At*, quod versus respuit; licet libri huc adjudicent: neque vero apponendum est versui priori, ut quidam voluit, quippe Phædria et Geta aversi ista inter se loquebantur, ut senex non audiverit. Ergo nullum hic *At* locum habet. *Bent. At* rejicit Both. in versum 80. *At ego* rejiciunt in eund. vs. Bip. Delph.—82 *Devortor* Br. *Divortor* Delph. *Divortar*

Ut ne imparatus sim, si adveniat Phormio.

Phormio adveniat.

Bip.—84 *Cum adveniat*] Hic variant libri scripti ; alii ut in impressis habent : alii *cum adveniet*, quod non displicet nobis : alii *cum advenerit*, quod stare non potest : Bembinus, *si adveniat :* quam postremam lectionem tanquam antiquissimam recipimus : forte enim dubitat, Phormionem non adventurum. *Fa.* Ex nostris plerique *cum adveniat ;* tres *cum adveniet ;* unus *cum advenerit.* Bembini illud, *si adveniat*, ideo placet, quod nesciret Demipho an Phormio tum domi esset, et eo die conveniri posset. Nam postea conventum iri vel leges coëgerint. *Bent. Si adveniat*] Ita Fa. ex Bem. quia dubitantis est, pro, si forte. Plurimi autem Codices, *cum adveniat.* Gambarellus, *cum adveniet :* quomodo et Guy. in glossis ineditis correxit ; mox tamen ascribens, *si adveniet* sibi placere. *West. Si* Bem. recte. *Perl. Cum* Br. Z.

ACTUS II. SCENA II.

PHORMIO. GETA.

PHOR. ITANE patris ais conspectum veritum hinc abisse?
GE. Admodum.
PHOR. Phanium relictam solam? GE. Sic. PHOR. Et iratum senem?
GE. Oppido. PHOR. Ad te summa solum, Phormio, rerum redit.
Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum : accingere.

PH. *Verumne est quod ais, Antiphonem præ metu non ausum venire in conspectum patris hinc evasisse?* GE. *Verum est.* PH. *Phanium desertam solam remansisse?* GE. *Sic est.* PH. *Et Demiphonem ira commotum?* GE. *Admodum.* PH. *Ad te unum, Phormio, tota hæc res spectat : tute hanc intritam apparasti ; tibi*

1 Hic Actus II. initium statuit Muretus : quam distinctionem tuetur Dac. suspicata ab Heinsio primum profectam. Sed fallitur. Malui autem plurimorum Codd. cum Mss. tum impressorum auctoritatem sequi. *West. Conspectum*] Rufinus, Libro de Metris Terentianis, *adventum :* qui procul dubio error est. *Id.* Al. *adventum*, male. *Perl.* Vulg. [cum Delph.] Actum II. hinc ordiuntur : quamvis Do. rectius doceat : Tertio actui attribuitur litigium senis et Phormionis, &c. *Bip.* quæ hic orditur Scen. I. Act. III. *Abiisse* Br. Bent. Delph. Bip. Both. Perl.—3 *Rediit* J. *Perl.*—4 Par. pro var. *intrusisti* inusitate. In GM. leg. *instruisti* perperam. Ibid. pro var. *intristi.* Perl.—

NOTÆ

4 *Tute hoc intristi*] Proverbium est aptum Phormioni Parasito. Intrita Donato est moretum, genus libi ex farina, lacte, vino, caseo, atque her-

GE. Obsecro te. PHOR. Si rogabit? GE. In te spes est.
PH. Eccere!
Quid si reddet? GE. Tu impulisti. PHOR. Sic opinor.
GE. Subveni.
PHOR. Cedo senem! jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia.
GE. Quid ages? PHOR. Quid vis, nisi uti maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem senis?
GE. O vir fortis, atque amicus! verum hoc sæpe, Phormio,

ergo ea merito jam comedenda est. GE. *Oro te, Phormio, hanc rem expedi.* PH. *Si quæret, unde Phanium sit cognata Antiphoni?* GE. *Omnis rei gerendæ spes in te sita est.* PH. *Ecce responsum paratum habeo. Quid si se dicat redditurum puellam?* GE. *Tu nos ad has nuptias impulisti.* PH. *Sic arbitror persuadendum seni, ut cognatam esse credat.* GE. *Subsidium afferas.* PH. *Siste modo senem, ad disceptandum jam præcepi animo, et commentus sum omnia argumenta.* GE. *Quid efficies?* PH. *Quid vis efficiam, nisi ut Phanium maneat cum Antiphone, nec expellatur; ut Antiphonem culpa absolvam, atque in me omnem iram senis conferam.* GE. *O Phormio; quam vir fortis, atque amicus es! verum sæpe metuo ne tanta*

---

5 *Obsecro te*] Ineptus est Guyetus, qui, non exputans verum sensum, ineptos vocat hosce duos versus, et a stulto quodam intrusos. Mss. et editi quidam post EP. *rogitabit:* sed *rogabit* defenditur a Faërno. Variant Mss. et editi veteres post EP. in quibus est, *Ecce, Ecce rem, Ecce res.* Festus Pompeius: 'Eccere jusjurandum est, acsi dicatur, per Cererem; ut ecastor, ædepol. Alii Eccere pro Ecce positum accipiunt.' Videtur autem potius demonstrandi esse particula. *West. Rogitabit*] Bem. et o. fere l. s. *rogabit.* Fa. Duo tantum ex nostris, *rogitabit.* Bent. *Eccere*] R. *Ecce res.* Sed alterum rectius. *Lind.* Par. 3. *Ecce in rem:* 5. *Ecce rem.* Utrumque imperite. Mur. ed. *Æcere.* Guelf. 3. *Ecce in re.* Perl. *Rogitabit* Delph. *Ecce re* Br.—7 Codd. quidam Mss. et editi, *instructa mihi sunt corde*, omisso *in.* West. *Instructa sunt mihi corde*] Iidem libri, *in corde.* Fa. Melius libri nostri magno numero, *Cedo senem; jam instructa mihi sunt corde consilia omnia:* ut *mihi*, quod oportet, acuatur. Cicero de Nat. Deor. III. 29. *mihi sunt in corde:* sed ex ordine ipso scias *in* ibi delendum esse. *Bent. In* delent Br. Z. Both. Perl.—8 Bona Mss. et edd. pars, *a crimine*, et *e crimine.* Dixit autem, *ex crimine eripiam*, uti Plautus Rud. III. 4. 67. 'Hirundines ex nido volt eripere.' *West. Nisi ut*] Ex Bem. scribimus *uti;* ita etiam versus ratione suadente. *Fa.* Nostri imperite, *nisi ut.* Bent. *Ut* Br. Z. *Utque* pro *atque* Both. *E* Br.—9 *Senis*] Mss. Bodl. Lips. Wit. G. *patris.* West. Ex nostris duo tantum *senis*, ceteri *patris.* Utrumvis recte. *Bent. Patris* Br.—10 Malim, *o Phormio* ut in ea

NOTÆ

bis confectum, ab interendo, quod hæc in mortario terantur. Dictum proverbialiter, hoc sensu: per te hoc factum est: quicquid ergo hinc evenerit, in te redundabit.

Vereor, ne isthæc fortitudo in nervom erumpat denique.
PHOR. Ah!
Non ita est: factum est periclum: jam pedum visa 'st via.
Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem?
Hospites, tum cives? quo magis novi, tanto sæpius.
Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?
GE. Qui istuc? PHOR. Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo,
Qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est; in illis opera luditur.
Aliis aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest:

audacia nobis exitium afferat, ita ut in vincula conjiciamur. PH. *Ah, non fiet. Experimentum jam feci, vestigia quibus insistam nota sunt. Quot jam me putas homines cecidisse usque ad mortem, hospites, cives? quo magis experientia edoctus sum, eo sæpius id feci. Dic mihi, quæso, an unquam audiisti injuriarum nomine me in jus vocatum esse?* GE. *Quamobrem?* PH. *Quia retia non tenduntur accipitri et milvio, qui nobis nocere solent: tenduntur vero illis avibus quæ nobis non nocent. Illæ, si capiantur, in cibum prosunt: in illis nulla posita est utilitas. Sic aliud aliis, a quibus aliquid extorqueri potest, instat periculum: at mihi sciunt nihil esse*

sede Trochæus evitetur. *Bent. Semper* pro *sæpe* Both.—11 *Nec* pro *ne* Both. —12 Præstat hæc distinctio, præ aliorum: *factum est periclum jam pedum: visa 'st via.* West. *Periculum*] *Periclum* exigit versus, et ita est in V. et Vi. et Bas. Item infra legendum, *Aliis aliunde est periclum:* ut et in Bas. *Faërn.* Nostri utrobique *periclum.* Bent. Distinguunt nonnulli *fact. est pericl. j. pedum: visa 'st via,* inconsulte. *Perl. Periculum* Z.—14 Videtur per *ὑστερολογίαν* dictum, pro, *Quo sæpius, tanto magis novi:* quomodo Palmerius legit. Wit. *eo sæpius.* Wiel. suspicatur legendum: *Eo magis novi, quanto sæpius.* West. *Tum cives*] Vulg. signum rogandi ponunt, et *ὑστερολογίαν* aliquam in sq. statuunt. Falsissimum id putamus: et, sublato signo rogandi post 'cives,' cetera ita conjungimus, ut augeatur gloriatio: Tum cives, quo magis eos novi, (quo notiores mihi fuere) tanto sæpius int. deverberasse, h. e. male tractasse. *Bip. Quo mage notos, tanto sævius* dat Both.—15 Br. *audisti mihi? Scriptam dicam.*—16 *Qui istuc*] Ita edidi ex Mss. et impressis optimis. Vulgo, *Quid istuc?* Est autem *miluo* in Mss. plurimis et impressis optimis, non *milvio,* quod vulgo legitur, estque vox trisyllaba. Vide Gifan. Ind. Lucret. v. Reliquus; et Interpp. ad Phæd. I. 33. 3. In Codd. quibusdam est, *tennitur: ἀρχαϊκῶς. West. Milvio*] In o. l. invenies scriptum *miluo.* Fa. Sic nostri *miluo:* et ita apud alios scriptores libri vetusti. *Bent. Quid istuc* Guelf. 3. *Perl. Miliio* Bent. Both. *Miluo* trisyllabum est. Al. *milvio,* contra vett. codd. *Bip. Milvio* Delph. *Milvo* Br. Z. Perl. *Recte* pro *rete* Br. si id recte typis expressit Bruns.—17 *Nil qui faciunt* Both.—18 *In his opera luditur*] In Bem. et Bas. legitur, *in illis,* ita et apud Do. *Fa.* Sic et nostri: sed quid est *in illis, in illis?* pro posteriore repone *in istis;* Accipitre scilicet et Miluo. *Isti* dicunt, de iis quos contemnunt aut aversantur. *Bent.* Cui Bip. se assentiri negat: sed assentiuntur Both. Perl.—19 *Abripi* Bodl. et G. *West.*—21 Sublata dic-

Mihi sciunt nihil esse. Dices, ducent damnatum domum:
Alere nolunt hominem edacem; et sapiunt, mea quidem
sententia,
Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.
GE. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.
PHOR. Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.
Ten' asymbolum venire! unctum atque lautum e balneis,
Otiosum ab animo; cum ille et cura et sumtu absumitur,
Dum tibi sit, quod placeat; ille ringitur, tu rideas;

rei propter quam insidientur. Atenim dices mihi, damnatum te, et addictum sibi a judicibus in domum suam trahent, ut ipsis in vinculis servias: at sciunt me edacem, idcirco alere nolunt, ut jubentur lege: et quidem sapienter faciunt, ut mihi videtur, si benefacere mihi nolunt, qui ipsis malefeci. GE. *Antipho nulla ex parte referendo gratiam tuis in eum meritis satisfacere potest.* PH. *Contra ego sentio; nemo Regis beneficiu ullis officiis paribus æquare valet. Quid commodius et gratius esse potest, quam sine sumtu, sine symbolo ad cœnam venire, nihil solvere, unguentis odoratis delibutum, atque e balneis lotum, et nitidum, animo a curis libero atque hilari; cum ille solicitudine, impensis pecuniarum consumitur, dum tibi apparat deliciosa et ju-*

tione *quidem*, quæ non est in Bembino, versus constat. *Fa.* Nostri, *quidem.* Bent. Delent *quidem* Bent. Bip. Both. Perl.—23 Ex ' satis ' *s* posterius eliditur: ex 'illo ' unum *l*, ut in secunda et tertia sede sit dactylus, in quarta anapæstus. *Fa.* Sic metrum constituit Faërnus: *Non potest satis pro merito ab illo:* nos aliter, *Non pote satis pro merito ab illo.* Et sic versu sequente *Satis pro merito. Pote* pro *potest.* ' Mater pote,' ' Quisque pote,' Propertius. *Bent. Non pote sat* Both. *Non pote sati'* Delph. *Non potest sati'* Bip.—24 *Immo enim*] Obscuritatis arguit hos quinque versus Jul. Cæsar Scaliger, Poëtices lib. IV. cap. 1. Guyetus tres priores recidit, duos reliquos pro suspectis habet. *West.*—25 Varie exhibent Codices Mss. et impressi veteres: Wit. M. Bodl. G. Bœnd. et Leid. unus, *ad symbolum.* Ms. Lips. *ad symbolam.* Id. *Ad symbolum* GM. *Perl. Adsimbolum* Br. *Lautum atque unctum* Both. *A* pro *e* Delph. Bip.—26 Versus hic cum quinque seqq. mire est turbatus in EP. *West. Sumtis* Delph. at *sumtu* in ed. Lond. Delph. 1731.—27 An, *Dum tibi fit?* quomodo Bem. et Vi. cum membranis Werdensibus, quas laudat Janus Gulielmius in Capt. Quæst. cap. 4. Adde Schefferum ad Petron. Fragm. Tragur. init. Horatius tamen de cœna, ' Sic, ut mihi nunquam In vita fuerit melius.' Guyetus hunc et quatuor seqq. versus insititios vocat. *West.* Bem. et Vi. *Dum tibi fit;* quod forte melius est. *Fa.* Duo ex nostris, quorum alter notæ optimæ, *fit.* Donatus: ' Acuenda vox, in eo quod ait Tibi.' Atqui acui nequit, nisi legas, *Dum fit, tibi quod placeat.* Bent. Gulielmius e Msstis eleganter legit *Dum tibi fit.* R. D. Melius *fit* quam *sit.* Perl. *Dum fit, tibi*

NOTÆ

24 *Gratiam Regi refert*] Regem alebantur.
suum Parasiti appellabant eum, a quo

Prior bibas, prior decumbas; cœna dubia apponitur?
Ge. Quid istuc verbi est? Phor. Ubi tu dubites, quid sumas potissimum.
Hæc, cum rationem ineas, quam sint suavia et quam cara sint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem Deum?
Ge. Senex adest: vide, quid agas: prima coitio 'st acerrima.
Si eam sustinueris, postilla jam, ut lubet, ludas licet.

cunda; ille tacitus stomachatur, ut tu delicieris, prior bibas, prior mensæ accumbas; cœna dubia apponitur? Ge. *Quale istud verbum est?* Ph. *Quæ tot variis epulis instructa est, ut incertum tibi sit quas eligas maxime. Hæc cum serio tecum reputes, non tunc arbitreris omnino Deum faventem et propitium, qui hæc tribuit?* Ge. *Ecce tibi senex, vide quid acturus sis. Primus conflictus est vehemens valde: si hunc patiaris, post illa reliquum ludicra tantum erit exercitio.*

---

quod Bent. *Dum fit tibi quod* Perl. *Tibi dum fit, quod* Both.—28 *Discumbas* Eug. et id verbum esse frequentius notant R. D. Vult Bent. *bibas tu.*—29 *Adduc.* Hanc lect. quodcumque voluerit, affert Perl. e Guelf. 2. *Ubi, quid sumas, dubites tu potissimum* Both.—30 Codd. quidam, *ratione ineas.* G. *cum ratione si incas.* West. *Hæc cum ratione ineas*] Bem. et V. et Bas. *rationem ineas.* Ita habuit et Victorianus: ut ex rasura notæ literæ *m* apparet. *Faërn.* Duo nostri veterrimi *rationem;* sed ex altero *m* erasum, ut in Vi. Faërni. *Bent.* Lect. antiq. *ratione.* Haud dubie lit. *m* abrasa. *Perl. Ratione* Guelf. 2. lit. *m* deleta. *Id. Rutione* Br.—31 Mss. Lips. et Wit. *præbeat.* Ita quidam legunt Eun. v. 9. 57. *West. Præbeat* Br.—32 *Est coitio* Both.—33 Sunt Codices Mss. et veteres impressi, in quibus est, *post illam;* sunt, in quibus est, *post illum.* G. *post illam jam, ut jubet, ludas.* West. *Illam* pro *illa* Guelf. 2. *Eam,* non *illa* 3. *Perl.*

NOTÆ

31 *Præsentem Deum*] Quia Deus omnium bonorum auctor est. Præsens est propitius, favens, beneficus, quia qui præsens est cum invocatur nobis citius auxiliatur quam qui absens est. Virgilius Ecloga 1. 'Quid facerem? neque servitio me exire licebat, Nec tam præsentes alibi cognoscere Divos.'

32 *Prima coitio est acerrima*] Translatio est a prælio. Nam et congredi et coire dicuntur. Prima coitio; *le premier choc:* cum prælium committitur.

ACTUS II. SCENA III.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

DE. En unquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam injuriam, quam hæc est mihi?
Adeste, quæso. GE. Iratus est. PHOR. Quin tu hoc age, st!

DE. *En unquam vidistis ullum hominem majori injuria affectum fuisse, quam ego nunc sum? juvate quæso.* GE. *Ira impulsus est.* PH. *Quin taces, st. Jam*

1 *Nunq. cuiq.* absque interrog. Guelf. 1.—2 *Vidistis* id.—3 *Quin tu hoc age*] Super his verbis, ita dicit Donatus: 'Annuit ut taceat, et significat silentium.' Sed unde hoc Donato venit in mentem, quod per hæc verba quis annuat alteri ut taceat? non quidem ex eorum significatione: nullam enim talem vim habent, sed nimirum aliquid esse debuit in hujus Poëtæ libris, quos habuit ipse castigatiores, quod eum ad ita intelligendum hunc locum induxerit. Sane omnes antiqui libri, pro *age*, habent *ages:* quod nobis viam aperuit ad hanc lectionem restituendam. Nam litera *s* ex *ages* detracta, seorsumque constituta, eique addito *t*, fit nota silentii *st;* ita erit, *quin tu hoc age st:* et clarissime intelligetur, Phormionem Getæ silentium indicere. Superest, ut verba Donati, quæ et ipsa corrupta sunt, emendemus. Quis enim non videt, quam otiosa sit illa repetitio post, *annuit ut taceat*, quod per se sensui sufficit, subdendo, *et significat silentium?* Quam vero absurde dicitur, eum, qui annuit alteri ut taceat, significare silentium, cum significandi facultas non personis, sed vocabulis attributa sit? quare pro *et*, mutatione unius literæ, *st* legendum arbitramur; ut sit hæc lectio Donati, *Quin tu hoc age, st*] *Annuit ut taceat, st significat silentium.* Cum hæc scripsissemus, diligentius inspicere voluimus antiquissimos Terentii libros, et in Vi. invenimus, post *ages*, rasuram unius litteræ, instar *t:* ut facile conjici possit, scriptum prius fuisse *ag st;* id vero omnem nobis dubitationem, si qua de hac nostra emendatione restabat, exemit. *Fa. Quin tu hoc age*] Ita pleræque editiones veteres; Juntina tamen, Aldina, aliæ, *Quin tu hæc ages.* Atque ita Leidd. quatuor, quorum uni suprascriptum, fugies; G. Wit. et Bœnd. Ex qua lect. conjiciebat Faërnus, scriptum a Terentio fuisse: *Quin tu hoc age: st.* Firmat porro suam sententiam ex Donato, putatque, scripsisse Donatum: *Annuit ut taceat. St significat silentium.* Sed præterquam quod nemo Commentatorum ita se reperisse in ullo Ms. testatur, vix junctim reperias, *Quin tu hoc age: st.* Quod vero existimat idem Faërnus, absurde dici, eum qui annuit alteri, ut taceat, significare silentium, cum significandi facultas non personis, sed vocabulis attributa sit, in eo ipse fallitur. 'Significare' enim vel maxime est nutu vel gestibus indicare. *West. Quin tu hoc age, st*] Sic dedit Faërnus; et multis verbis vir optimus nihil profecit. Donati verba sat bene explicari possunt, sine isto *St. Quin tu age*, vel *agis* (nam plerique codices *ages*) silentium hic significant; et Phormio hic vel innuit Getæ, vel cubito eum fodit. Docui ad And. IV. 1. 59. *st* per se syllabam facere; non potest itaque cum *age* in Iambum coalescere. Idque ipse experiendo scies. Nam in *st* pronuntiando, non attrahitur spiritus, sed propellitur. Est tamen, qui affirmet *st* fere semper apud Plautum cum priore syllaba coalescere. Sane ita, ubi *st* pro, est, venit, ut, Mirum'st, Miserum'st; sed ne semel quidem, ubi silentii nota est. *Bent. Age*] GM. *ages.* Perl. *'St*] Abest nota hæc silentii a GM. et Br. *Id. Agis* Bent. recte. C. et Hel. *ages*, ut antiquiores omnes. Vulgo

Jam ego hunc agitabo. Pro Deum immortalium!
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho? 5
Hanc Demipho negat esse cognatam? GE. Negat.
PHOR. Neque ejus patrem se scire, qui fuerit? GE. Negat.
DE. Ipsum esse opinor, de quo agebam: sequimini.
PHOR. Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? GE. Negat.

ego hunc acerrime commovebo. Proh Deum immortalium fidem! negat Phanium esse hunc sibi cognatam Demipho? hanc Demipho negat esse cognatam? GE. *Negat.* PH. *Seque nescire ait qui fuerit ejus pater?* GE. *Negat se scire.* DE. *Hunc hominem esse arbitror, de quo sermo mihi erat: sequimini.* PH. *Negat quoque se Stilphonem ipsum cognovisse?* GE. *Negat.* PH. *Quia virgo misera,*

mendose *age: st.* Sensit Bent. *Both. Ages* sine *st* Br.—4 *Jam ego*] EA. *Jam enim.* Bodl. G. Wit. et EP. *Pro Deum immortalium fidem.* Bœnd. *Pro Deum immortalium atque hominum fidem.* EA. *Pro Deum immortalium atque hominum.* In aliis Codicibus aliter. Rivius τὸ *fidem* auctoritate Donati recidit: nec requirit metrum. *West. D. imm.*] GM. *fidem.* Sup. scr. 'testor.' Plusculi Mss. add. *atque hominum. Pro D. atque hominum fidem* Guelf. 2. *Fidem* 3. *Perl. Fidem* addit et Br.—5 Abest *Demipho* a Guelf. 2. *Perl.* A Gu. 1. abest versus 6. Horum vss. pinguis oratio fraudem prodit. Scilicet, nominibus Phanium et Stilphonem accrevisse paulatim versus 6. et 9. Et hic quidem Bentleio quoque suspectus fuit. Recte autem versu 5. A addit GE. *Negat.* In Hel. hi versus ita ordinantur: *Neque ejus patrem, &c. Nec Stilph. &c. Ipsum esse, &c.* Both. Qui *Phanium* delet, et versus 6. 9.—6 *Hanc Demipho negat esse cognatam*] Hæc absunt a Wit. [et Guelf. 2.] et EA. Sequitur vero post versum 5. continuo octavus, tum septimus. Guyetus, hunc versum agnoscens, superiorem delet. *West.*—7 Hunc et sequentem vs. invicem trajiciunt Bent. Bip. et Perl. cum codd. vetustioribus. *Neque patrem se ejus* Both.—8 *Aiebam* EP. EA. *West.*—9 *Nec Stilphonem*] Omnes fere codices paulo vetustiores hoc ordine versus exhibent: *Hanc Demipho negat esse cognatam? Negat. Ipsum esse opinor de quo agebam: sequimini. Neque ejus patrem se scire qui fuerit? Negat. Neque Stilphonem ipsum scire qui fuerit? Negat.* Ex his versibus tertium codex 900. annorum non agnoscit; codex item Petrensis in margine tantum. At quartum hic omittit codex ex Regiis; et ponit demum post vs. 25. Scio, facile ex his alterum a Librariis omitti potuisse; quia uterque eodem verbo 'Negat' terminatur. Scio item, sat congrue bis idem repeti in persona audacis sycophantæ; quasi clamando et vociferando strepitu ipso se rem gesturum speraret. Sed vide an Parasito minime stulto aut somnolento id conveniat, ut vs. mox 40. tam cito immemor sit nominis, quod hic, id est, modo jam nunc ante memoraverat, Stilphonis. Me itaque lubente, versum ex his nonum expunxeris. *Bent.* Bentleio videtur hic versus esse spurius propterea, quod Phormio hic nomen Stilphonis teneat, quod infra vs. 40. repente oblitus sit. Male. Nam mendax perturbatusque non semper memor est dictorum. Fere etiam, ubi quis de rebus laborat, solent nomina fugere. *Zeun.* Hunc vs. nonnullæ Edd. haud sine injuria eliminarunt. Facile autem τὰ ὁμοιοτέλευτα, *Negat, Negat,* in causa poterant esse, cur a librariis omitteretur. *Perl.* Vulgo huic vs. [nobis 10.] subjungitur alius ad imitationem prioris flagitationis et explendum nomen inepte ingestus. Sed eum hoc certius spurium habemus et expungimus, quod et Dem. infra enixe nomen id rogat, velut non-

PHOR. Quia egens relicta est misera, ignoratur parens;
Negligitur ipsa: vide, avaritia quid facit!
GE. Si herum insimulabis avaritiæ, male audies.
DE. O audaciam! etiam me ultro accusatum advenit?
PHOR. Nam jam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat: quippe homo jam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat. Sæpe interea mihi senex

inops relicta est, pater ejus ignorari fingitur, contemnitur ipsa: vide, quid non cogit homines avaritia facere! GE. *Si herum falso incusabis avaritiæ, calumniator et falsiloquus æstimaberis.* DE. *O confidentiam ingentem! etiam consulto me accusaturus huc venit?* PH. *Nam jam nullam causam habeo cur irascar adolescenti Antiphoni, si Stilphonem Phanii patrem parum cognoverit, quoniam jam ille ætate grandior erat, quam ut Antiphoni sat notus esse posset; pauper, qui labore rustico atque opera victum quærebat, ruri pæne semper habitabat, ibi agrum a nostro patre conductum arabat: sæpe interea mihi senex ille referebat, hunc Demipho-*

dum sibi auditum, nec credibile est parasito mendaci tam cito excidisse infra vs. 38. [nobis 39.] quod 'olim,' cum res ad judices delata esset, dictum erat nomen patris. Quis tandem repetitam illam negationem ejusdem rei ferat? In priori certe flagitatione semel tantum Geta respondet. *Bip.*—11 *Negl. ipsa* absunt a Guelf. 3.—12 Variant Mss. et impressi, vel *avaritiæ* legentes, vel *malitiæ*. Riv. et G. F. *avaritiæ* defendunt, quasi acutius dictum. *West.* O. l. s. quotquot vidi, et Do. *malitiæ*. Fa. Ex tot nostris unus tantum *avaritiæ*. Bent. *Avaritiæ* Vet. Cod. *Lind. Malitiæ* Br. Bent. Bip. Both. Perl. —13 *Etiam me*] Codices quidam non male, *etiamne*. West. *Advenit*] Mss. et editi quidam, *venit*. Id. Lege cum cod. Regio *O audaciam? etiamne ultro accusatum advenit?* Bent. Abest *ultro* a Guelf. 2. *Perl. Etiamne* Bip. Delph. Both.—15 Tr. M. et EA. *jam natu grandior*. Utrumque Terentianum est. *West. Novit* Guelf. 2. et *natu* in loco *τοῦ jam* 1. 2. *Illunc* Both.—16 Sic dedit Faërnus, ex Donato, ut arbitror; codices enim nostri universi, *cui in opere*. *Opera* sexto casu, seu ablativo, accipit Donatus; recentiores interpretes casu recto. Utrique frustra, cum lectio mendosa sit, et a versu ipso repudietur; 'cui' enim, cum in ictu non sit, necessario elidetur, et metrum claudicabit. Repone ex libris omnibus, *Pauper, cui in opere vita erat:* hoc est, qui opere rustico faciendo victum sibi quærebat. 'Opus' absolute pro opere rustico sæpe. Pr. tamen p. 1006. *cui opera;* ut et ibi Msti. *Bent. Cui opera vita*] Ita meliores libb. ne aliter Pr. lib. xv. Estque Atticum loquendi genus, ut illud veteris poëtæ apud Athenæum, Dipnos. lib. I. cap. 7. *Οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει, Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων τέχνη.* Simili enim modo dictum *ὁ νοῦς, τέχνη*, ut a Terentio *vita, opera*. Aliud ergo Donatus egisse videtur, cum hæc aliter explicat. *Lind.* Donati explicatio a Bent. et Cupero Obs. I. 17. recte repudiatur. Sed Bent. legi vult *cui in opere*. Cuperus vero tuetur *opera* in casu recto, et explicat: Cui opera victus erat, qui ex opera se alebat. Bentleii rationem, ut Latiniorem, præferendam esse censeo. *Zeun. Cui opera vita erat*] H. e. qui ex opera quotidiana sibi victum comparabat. *R. D.* Bent. temere facit *in opere*. Bip. Sic dant Br. Both. Perl.—17 *Se* omittit Br. *Ubi* pro *ibi* dat Guelf. 2.—21 *Abi in*] Si legas *I* pro *Abi*,

Narrabat, se hunc negligere cognatum suum:
At quem virum! quem ego viderim in vita optimum.
Ge. Videas te, atque illum, ut narras. Phor. In malam crucem!

nem cognatum suum ipsum despicere ac spernere: at quem virum! omnium quos viderim, vita et moribus optimum. Ge. *Hæc quæ de te et illo narras, tibi sint curæ; quid ad nos?* Ph. *Abi in malam crucem: nam nisi talem eum sensissem*

---

constat versus. *Er.* Si per Codd. liceret, legerim, *ut narrat!* ut ad spectatores conversus Geta cum irrisione hoc dixerit: q. d. ut lepide nugatur! Mss. Lips. Bodl. Wit. G. Leidd. duo, cum edd. quibusdam post EP. *Abi hinc in malam crucem.* Neque aliter Bœnd. nisi quod τὸ *hinc* suprascriptum. EA. *Abi in malam crucem.* Riv. mallet, *Abi hinc malam crucem.* Sed G. F. τὸ *Abi* recidit, ob metrum. Si tamen quarto loco statuatur creticus, *Abi* illud non offendit. *West. Abi in malam crucem*] In Bem. legitur, *I in malam crucem.* Do. dicit, dictum hoc esse adverbialiter; quod erit, si, demto verbo *I*, legas, ut Donatus, *In malam crucem: In* autem pro *Isne:* ut sæpe antea. *Fa. Videas te atque illum, ut narras. In malam crucem*] Nostri *Abi hinc in m. c.* Unus, *Abi in m. c.* Sed quid sodes illud est, *Videas te atque illum, ut narras?* Donatus, ut solet implicatus falsæ lectioni, quo se vertat nescit: quatuor diversas interpretationes affert, omnes exsibilandas. Nec recentiores se expediunt: Palmerius emendationem tentat, sed infeliciter; *Videas ted, illum ut narras:* Videas te; cogita, vide quid dicas. Si de Stilphone male locutus esset, non incommode hic diceret, *Videas te:* ut Plautus Pseud. II. 2. 18. 'Non soles respicere te, cum dicas injuste alteri?' Nunc autem, cum laudaverit Stilphonem, nescio quo id pertineat. Liceat mihi in re deplorata novam medicinam experiri. Ac primo id animadverto, Ut narras, Ut prædicas, Ut videO, Quantum audio, Quantum intelligo, omnia sensu eodem, verbum modi Indicativi secum trahere. Exemplis quid velim intelliges. Eun. IV. 1. 1. 'Quantum ego illum vidi, nonnihil timeo.' Heaut. II. 4. 22. 'Ut patrem tuum vidi esse, diu etiam dabit.' IV. 3. 4. 'Cognita est, quantum audio ejus verba.' And. I. 3. 2. 'Nihil loci est segnitiæ, quantum intellexi.' Vides in hujusmodi sententiis Indicativos semper adhiberi; et, si rationem tecum ineas, non posse aliter esse intelliges. Ergo ad hanc faciem, *ut narras,* Indicativum hic secum postulat, non Subjunctivum *Videas.* Hoc posito fundamento, divinationem occepi; et vide quid in mentem venerit. Dixerat Phormio: 'At quem virum? quem ego viderim in vita optimum:' ubi 'in vita' idem est quod, unquam, in vita mea: non, ut Donatus, in actu, in moribus, ut ad Stilphonem spectet. Quid ergo ad hoc, 'Stilphonem virum optimum fuisse, quem unquam viderit,' respondet Geta? Hoc, opinor; *Vidisti nullum, ut narras. I in malam crucem.* Si is vir optimus, quem unquam videris; pro verbis tuis, videris nullum omnino vidisse. Simile est Gnathonis responsum, Eunuch. act. III. scen. 1. vs. 19. Et Gripi apud Plautum Rudent. act. IV. scen. 4. vs. 70. Ceterum *I in* scribendum, ex libro Bembino: Nostri *Abi in.* Interrogatio *Isne* non convenit cum sequente 'Nam.' *Bentleius. In malam crucem*] Vet. lib. et R. *Hinc in malam crucem.* Lind. Corrigit Bent. *Vidisti nullum, ut narras. I in malam crucem:* sed temere et contra fidem omnium codd. Nam recepta lectio commodum efficit sensum, dummodo 'narrare' interpreteris, mentiri, fingere, falsa dicere, ea de aliqua re dicere, quæ facile falsitatis argui possunt. Sensus est: Vide, cogita, quam falsa et repugnantia fabuleris de te, qui istum virum optimum non vidisti, et de illo, qui vir optimus non fuit. Sequentia nostram interpretationem comprobare videntur. Ceterum illud *I in m. c.* quod Bent. præfert, facile ferre possumus, quia in Bem. extat. *Zeun. Videas te atque illum*] Locus fœdissime

Nam ni ita eum existumassem, nunquam tam graves
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.
GE. Pergin' hero absenti male loqui, impurissime? 25
PHOR. Dignum autem hoc illo est. GE. Ain' tandem?
Carcer! DE. Geta.
GE. Bonorum extortor, legum contortor. DE. Geta.
PHOR. Responde. GE. Quis homo est? ehem! DE. Tace.
GE. Absenti tibi
Te indignas, seque dignas, contumelias

esse, nunquam tam molestas inimicitias contra familiam vestram, quam is Demipho nunc tam vili facit, suscepissem. GE. *Perseverasne hero Demiphoni absenti male dicere, scelestissime?* PH. *His maledictis ille dignus est.* DE. *Aisne illum his dignum esse maledictis, o homo, carcere perpetuo dignissime? bonorum raptor, legum perturbator, et corruptor.* DE. *Geta.* PH. *Responde.* GE. *Qui me vocat? ehem.* DE. *Sile.* GE. *Hic homo non desivit hodie absenti tibi convitia te indigna,*

corruptus, de quo vid. Bent. conjecturas. *R. D. Videas te, &c.*] Hunc l. non ita corruptum Bent. et al. intactum, opinor, melius reliquisset. *Perl. Videas, te &c.*] H. e. vide, ut de te atque illo mentiris. Vulgo inde a Do. corrupte conjunguntur *Videas te atque illum*, divisa a verbis, *ut narras*. Hinc a Donato, mentis incerto, mire variant intpp. in sensu eruendo, nugarumque, ut ait Bœcl. plena sunt omnia. *Bip. I in m. c.*] Ita Bem. quem cum Er. et Bent. sequimur potius quam Do. qui, omisso *I*, adverbialiter dictum putat *in mal. cr.* Alii legendo *Abi in, &c.* versum contaminant. *Eadem Ed. Abi in* Delph. *I in* Perl. *Abi hinc in* Br. *In malam crucem* delet Both. et dat *ut narras! abi!* PH. *Nam ni ita eum | Existumassem, n. t. g. ob hanc | Ego inim. &c.*—22 Bem. in contextu habet, *Nam ni eum esse existimassem;* exponemus autem 'eum,' pro, ejusmodi; eaque dictio, in unam syllabam contracta, in scansione tota elidetur. Sane Donatus legit, *existimarem*, quod magis videtur convenire cum *caperem*. Fa.—23 Grassatur hic Guy. legens, *Ob hunc*, et mox, *Quem is aspernatur*, intelligens Stilphonem; sed præter Codd. fidem. Præterea non Stilphonem aspernabatur Demipho, sed Phanium, nolens eam cum filio nuptam unum diem. Porro delet Guy. versum 22. quo ipso omnis vis indignantis Phormionis perit. Sed et versu 50. legit, *Cognatus is esset*, pro, *Cognata ea esset*. Codices quidam præferunt, *in vostram familiam*. West. Aut ex 'gravis,' elidendo *s*, 'Ob,' quæ prima hujus versus est syllaba, præcedenti versui adjungitur: aut scandat hunc versum, qui melius sciat: ego me nescire confiteor. Aliqui libri sunt, qui habent *in vestram*. Ita et Bembinus, licet per *o*. Quod vero sequitur, *Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter, τὸ Quam* ad puellam referri Donatus affirmat. Erit ergo ordo: Ob hanc quam is aspernatur. *Fa.* Nostri plerique *nostram*, non *vostram*. 'Hanc' autem corripitur, concessa in pede primo licentia: et sic Faërno satis fiet. *Bent. Vostram* defendit Bip. et dat cum Bent. et Both.—24 *Is Demipho aspernatur* Wit. *West. Quam:* subaud. Do. puellam: recte. At Guy. *Quem*, falso. *Perl. Tam* nescit Br.—25 *Absente* Bœnd. EP. EA. *West.* Sic GM.—26 *Carcere* Bodl. G. Wit. EP. *West. Tandem* et versui officit, et sententiæ. Repone, *Ain tamen, carcer?* Bent. Sic dat Bip. *Hoc* delet Br. et dat *carcere*.—27 Pr. Inst. Gram. lib. IX. *Bonorum contortor, legum distortor*. West.—28 *Ehem* Bip. Both.—29 *Indignas* pro *dignas* Br.—30

Nunquam cessavit dicere hodie. De. Ohe! desine.
Adolescens, primum abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis est, mihi ut respondeas:
Quem amicum tuum ais fuisse istum? explana mihi:
Et qui cognatum me sibi esse diceret.
Phor. Proinde expiscare, quasi non nosses. De. Nossem? Phor. Ita.
De. Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam.
Phor. Eho! tu sobrinum tuum non noras? De. Enicas:
Dic nomen. Phor. Nomen? maxume. De. Quid nunc taces?
Phor. Perii hercle! nomen perdidi. De. Hem! quid ais? Phor. Geta,
Si meministi id quod olim dictum est, subjice: hem!

ipso vero nebulone digna contumeliose facere. De. *Ohe, jam satis est, loqui desine, Geta. Adolescens, primum hoc abs te, pace tua postulo, si tibi gratum esse potest, mihi ut respondeas: indica mihi, quis fuit homo ille, quem ais amicum tibi fuisse: manifesta hoc mihi, et qui me sibi cognatione junctum esse diceret.* Ph. *Perinde percontaris de cognato illo tuo, quasi eum non novisses.* De. *Ego novissem?* Ph. *Etiam.* De. *Ego me nego illum cognorisse: tu qui dicis, et asseris, in memoriam revoca.* Ph. *Eho, sobrinum tuum non cognoscebas?* De. *Quam gravis et molestus es! dic nomen.* Ph. *Nomen? ita.* De. *Quid nunc taces?* Ph. *Occidi: nomen excidit e memoria.* De. *Hem! quid dicis?* Ph. *Geta, si nomen quod modo referebam memoria tenes, suggere. Hem! non dicam nomen quod quæris.*

Hodie. Ohe] Hæc absunt a Bodl. G. et EA. *West. Ohe* agnoscit Donatus: *hodie* nullus ex nostris habet, uno excepto. Vel lege, *Nunquam cessavit dicere: ohe desine;* vel, cum tribus nostris, *Nunquam cessavit dicere: ohe jam desine.* Bent. Abest *hodie* a Guelf. 3. et *Ohe.* Perl. Hæc verba absunt et a Br. *Hodie* a Bip. et Both. qui dat *jam* ante ' desine.'—31 Ms. Lips. *expeto.* Bodl. G. Wit. *expecto.* West. *Expeto*] Liber Bem. et Vi. et multi alii, *peto.* Fa. Nostri omnes *expeto;* recte. Et amat Noster liquefacere postremas syllabas; et aversatur homœoteleuta. *Bent. Expeto* Br. et Perl. qui monet *peto* esse in Guelf. 1.—33 Abest *tuum* a Guelf. 2. *Ais fuisse tuum istunc* dat Both.—35 *Noris* Guelf. 2.—36 *Ego? men? ego? tu, &c.* Br. *Redige ad memoriam* GC. Mur. et Delph.—37 *Consobrinum* Guelf. 2. *Enecas* GM. Delph.—38 Sic divide personas: *Dic nomen.* Ph. *Nomen?* De. *Maxume, quid nunc taces?* Bent. ' Maxume ' Demiphoni aptius quam Phormioni. *Perl.* ' Maxume ' est annuentis, ut statim dicturi. Plenius Hec. III. 5. 36. ' Maxume volo.' Sed hæret ille, qui nimium sui securus fuerat; qua difficultate quomodo expediatur anxius ipse suspensos reddit spectatores. *Bip.* —40 Ad Cic. Verr. I. 39. Asconius Pedianus citat hunc Terentii locum, *En, Non dico:* quod forte natum ex *Em* pro *Hem.* West. *Em* dat Br. *Su-*

NOTÆ

37 *Sobrinum tuum*] Sobrini sunt consobrinorum filii, *les fils des cousins.*

Non dico: quasi non noris, tentatum advenis.
De. Egone autem tento? Ge. Stilpho. Phor. Atque adeo quid mea?
Stilpho est. De. Quem dixti? Phor. Stilphonem, inquam, noveras?
De. Neque ego illum noram; neque mihi cognatus fuit
Quisquam istoc nomine. Phor. Itane? non te horum pudet? 45
At si talentum rem reliquisset decem.
De. Di tibi male faciant! Phor. Primus esses, memoriter
Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.
De. Ita ut dicis: ego tum si advenissem, qui mihi
Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face. 50
Cedo, qui est cognata? Ge. Eu, noster! recte. Heus tu! cave.

Huc venisti me circumventum, simulans te ignorare. De. *Egone autem te circumvenio?* Ge. *Stilpho nomen est, quod quæritur.* Ph. *At quid mea interest? Stilpho est.* De. *Quomodo dixisti?* Ph. *Stilpho, inquam, nonne eum cognoscebas?* De. *Neque mihi notus erat, neque ullus fuit ex meis cognatis sic nominatus.* Ph. *Itane? non te hæc negare pudet? at si moriens reliquisset bona, decem talentis æstimata?* De. *Dii te perdant.* Ph. *Primus omnium memoriter omne genus vestrum, omnem familiam vestram, usque ab avo, atque atavo recitares.* De. *Verum dicis. Ego tum si venissem, quomodo mihi cognatione juncta esset puella illa exponerem; tu nunc similiter facito; dic quo gradu sit cognata.* Ge. *Euge, here noster, recte dixisti. Heus tu cave tibi, Phormio.* Ph. *Clare explicavi ju-*

---

bice GM. Br.—42 *Meæ* Br.—43 *Dixti*] Ms. Par. *disti*. Guelf. 2. *dixit*. *Non noveras* Guelf. 1. 2. *Perl. Noveras*] Edit. interrogat, uti olim Ms. *Bruns.* At nec Bent. interrogat post ' noveras.'—45 *Hoc*, non *istoc* Guelf. 2. *Isto* GM. *Perl.*—46 Abest *rem* a Guelf. 3.—48 *Abavo* pro *avo* Br. *Referens* Guelf. 3.—49 *Ita ut dicis*] Constans quidem lectio, sed non eodem modo explicita a Viris doctis. Guy. *Ut dicis* legit. An scripsit Terentius, *Ita tu dicis?* quæ responsio æquipollet affirmanti. *West. Ego tum si advenissem*] Idem liber *cum advenissem;* ita et Donatus in expositione hujus loci, quamvis recitando verba Terentii aliter dicat. Sane in Vi. est *si*, sed in litura, ut appareat, aliud ibi prius fuisse. *Fa.* Nostri omnes *si*. Bent. Aberrant omnes edd. legendo *Ego tum si, &c.* s. *tum cum:* in quo et versus laborat. Sed Bem. congruit cum Do. et aperte illud *si* est a glossa, unde *cum si* dein corruptum in *tum si*, tandem contaminate *tum cum*. Bip. *Enim* pro *Ego* Both. *Cum* pro *si* Bent. Perl. *Cum* pro *tum si* Bip.—50 *Itidem tu face: cedo*] Bem. et aliquot alii, τὸ *cedo*, sequenti versui attribuunt: qua ratione uterque versus sanatur. *Fa.* Dat Both. *diceres: id jam face.*—51 *Cedo, qui est cognata*] Versum hunc ab interpolatore esse additum ait Guy. *West. Heus noster, recte*] Alii libri sunt, qui *Euge* habent, quod stare non potest: alii qui *Heu*, ut Bas. habebat, et Victorianus; Bem. et V. *Eu*, sine aspiratione: quod et tenendum est; ut et infra, *Eu Phormio*, ex Bem. et Vi. *Fa.* Nostri quoque meliores *Eu*. Bent. *Quid* pro *qui* Guelf. 1. *Heus* pro *Eu* 2. *Perl. Est* omittit

PHOR. Dilucide expedivi, quibus me oportuit
Judicibus: tum, si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? DE. Filium narras mihi,
Cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest?
PHOR. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,
Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi;
Quandoquidem solus regnas, et soli licet
Hic de eadem causa bis judicium adipiscier.
DE. Etsi mihi facta injuria 'st, verumtamen
Potius, quam lites secter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit, id quod lex jubet
Dotem dare, abduce hanc; minas quinque accipe.
PHOR. Ha, ha, he! homo suavis. DE. Quid est? num
iniquum postulo? . . . . . .
Anne hoc quidem adipiscar ego, quod jus publicum est?

dicibus, qui de hac causa cognoscebant: tum si falsa dixi, cur filius tuus non refutavit? DE. *Filium meum commemoras, qui stultior est, quam dici possit.* PH. *At tu, qui tibi plus aliis sapere videris, magistratus conveni, ut iterum de eadem causa agas, quandoquidem hic Athenis regnum solus vis possidere, et soli concessum est, lite semel terminata, bis jure experiri.* DE. *Quamvis ab iniqua judicum sententia injuriam acceperim, tamen potius quam litibus vacem, aut tecum contendam, cum lege constitutum sit cognata orba proximo ut nubat, vel si ille noluerit eam ducere uxorem, dotem præbeat, hanc abduce, et quinque minas accipe.* PH. *Ha, ha, he, homo jucundus es, et festivus.* DE. *Quid tibi est? anne hoc quidem obtinebo, ut jure, quod publicum est, mihi uti liceat?* PH. *Quid? cedo, lexne imperat, ubi*

Both. *Heu* pro *Eu* dat Br. *Heus* Delph.—53 *Tum si id*] *Tum id si* ex Bem. Bas. Vi. *Fa.* Et nostri plerique, *id si.* Bent. *Id si* Bent. Bip. Perl. *Fuerit* Guelf. 2.—55 Ms. Par. *ut justum 'st.* Perl.—57 Versu abhinc altero redeunt fere eadem verba: crediderim hunc nothum esse; vel si retineatur, legerim *Judicium de eadem re iterum ut reddatur tibi.* Tres nostri *reddatur.* *Re* pro *ea*, hoc est *causa.* In recepta lectione '*iterum*,' cujus emphasis præcipua est, in Thesi obmutescit. *Bent.* Versus excidit Both.—58 *Soli tibi* Guelf. 2.—59 Repone, versu obsecrante et implorante, *apiscier.* Bent. Sed est 'apisci' verbum Plautinum. *Perl.* *Apiscier* dat Both.—60 *Facta mihi* Delph.—62 *Id quod*] Vide num legendum *ei quod.* Gov. Delendum est *κόμματος* signum post 'lex jubet.' *West.* Id exhibent Both. et Bip. quamvis notet Bip. conjungenda esse 'jubet dotem dare.'—63 Guelf. 2. omittit *Dotem*, et dat *abduc.* —64 Lege, versus gratia, *Quid? num.* Bent. *Hæ* pro *he* Bent. Delph. Bip. *Est* delet et Both.—65 *Ego adipiscar* Bent. Delph. Bip. Both. Perl. *Quidem*

NOTÆ

58 *Solus regnas*] Id est, regnare vis, stare judicum sententiis recusas.

PHOR. Itane tandem, quæso? item, ut meretricem, ubi abusus sis.
Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere? an,
Ut ne quid turpe civis in se admitteret,
Propter egestatem, proximo jussa 'st dari,
Ut cum uno ætatem degeret? quod tu vetas.
DE. Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quamobrem? PHOR. Ohe!
Actum, aiunt, ne agas. DE. Non agam? immo haud desinam,
Donec perfecero hoc. PHOR. Ineptis. DE. Sine modo.
PHOR. Postremo tecum nihil rei nobis, Demipho, est.
Tuus est damnatus gnatus, non tu; nam tua

virginem ingenuam violaveris, et cum ea consuetudinem habueris quasi cum meretrice, ei pecuniam pro meritorio quæstu dare, atque eam sic dimittere? an non potius jubet, proximo eam in uxorem dari, ut ne civis Attica probrum aliquod in se committeret inopia coacta, utque cum unico viro vitam transigeret? quod tu prohibes. DE. *Ita lex jubet quidem, eam proximo dari in uxorem: at nos unde proximi ei sumus, aut qua ratione?* PH. *Ohe, ne quod semel actum est, ut vulgo dici solet, iterum agas.* DE. *Non agam? immo, non desistam, donec felicem finem huic rei imposuero.* PH. *Deliras.* DE. *Sine modo me facere.* PH. *Postremo nihil rei nobis est tecum, Demipho: tuus filius, non tu, condemnatus est: nam senior jam*

---

omittit Br.—66 Duo illa verba *ut meretricem* esse Interpretis indicat aperte senarius. *Gor.* Mire variant Codd. Mss. et impressi. In aliis est: *itidem, ut meretricem;* in aliis, *civem item ut meretricem;* rursus in aliis, *civem itidem ut meretricem.* In G. inter *quæso* et *meretricem* lacuna est. Bœnd. *itidem ubi meretricem abusus sis.* Er. et Riv. *itidem ut meretricem, ubi abusus sis,* defendunt. Sed, si τὸ *civem* tollas, nescio quid elegantiæ perit. *West.* In antiquis libris non est τὸ *civem;* nec a Donato ponitur: qua dictione sublata, adhuc tamen in dimetiendo senario remanet aliqua difficultas. Existimem ego, vel τὸ *Ita* hic monosyllabum esse, vel, ex *ut, t* abjiciendum. *Fa.* Lege *Itan tandem;* et nulla restat difficultas. *Civem* a nostris quoque abest. *Bent.* Mur. omitt. *item ut mer.* pro quibus verbis ingerit *civem. Itidem* dat Guelf. 2. *Perl. It. ut mer.* non habet Delph. Legit Both. *Itan' tandem, quasi meretricem, ubi abusus sies.*—67 *Atque amittere? an*] Τὸ *an* in o. l. s. principium est insequentis versus: quæ tamen particula in scansione ad hunc ipsum pertinet. *Fa.* Immo ad sequentem pertinet *an;* et *ut* corripitur. *Bent.* Bothius legit *M. lex dare jubet atque amittere, an.* ' Particulam *an*, cum Lind. ac Mur. huic appono versui. Vulgo infit ab illa sequens.' *Perl.*—68 *Civis.* Abest hæc vox a quibusdam codd. *West.* Nostri, uno excepto, omnes, *civis turpe.* Lege igitur et numero et ordine meliore, *An ut nequid civis turpe in sese admitteret.* Bent. *Civis turpe* Br. ' Comma post *admitt.* Pareum secutus ego delevi, quo arctius jungerem quod sensus desideraret, ' admitt. Propt. egestat.'' *Perl.* Comma quoque non habent Br. Bent. Both. Bip. Z. Delph. *Ejus* pro *civis* Guelf. 1. *ei* post *admitt.* 2.—71 Cum *Ohe* Br. vs. sequentem incipit. *Hoc* pro *Ohe* GM. in textu, et pro var. *Ohe.*—74 A Br. *nobis* abest.—75 GM. *natus.*—76 Mur. ex Mss. *ducendi ætas:* quomodo et Bœ-

Præterierat jam ad ducendum ætas. De. Omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere ;
Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo.
Ge. Iratus est. Phor. Tute idem melius feceris.
De. Itane es paratus facere me advorsum omnia,
Infelix? Phor. Metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. Ge. Bene habent tibi principia. Phor. Quin, quod est
Ferendum, feras: tuis dignum factis feceris,
Ut amici inter nos simus. De. Egon' tuam expetam
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?

eras, quam ut uxorem duceres. De. *Omnia hæc quæ dico, puta tibi ab Antiphone filio dici, aut si dissentiet, hac quidem cum uxore ipsum ædibus meis submovebo.* Ge. *Ira commotus hæc dixit.* Ph. *Tu ipse meliora facies quam quæ minaris.* De. *Itane ex industria te comparasti, ut mihi molestias omnes exhiberes, improbe?* Ph. *Hic Demipho timet nos, licet aliud præ se ferat.* Ge. *Hæc initia feliciter succedunt tibi.* Ph. *Quin potius istud æquo animo feras, quod necessario tibi ferendum est: sic rem prudentia tua dignam feceris, ut ab hac lite amici discedamus.* De. *Egone tuam amicitiam affectem, aut te aspicere, aut audire dignet?*

---

clerus in Ms. uno legit. *West.* Ita et Both.—78 *Ipsum prohibeo domo.* Numerosius est, quod in duobus antiquissimis libris, et Bas. legitur, *prohibebo*: hoc et Ubaldino Bandinello placebat; ita emendatum est et in Vi. *Fa.* Complures nostri, *prohibebo.* Bent.—79 *Tantundem....Melius feceris!* Both.—80 *Paratus.* Palmerius e Mss. *pactus* tuetur. *West.*—81 Bodl. et G. *Metuit hic me.* Br. *tamen etsi.* 'Palmerius pro *Infelix, Julix* Plautina vox.' *Perl.*—82 *Quin, quod est Ferendum, feras.* Sustuli interrogandi notam: neque enim interrogatio est, nisi legas, *Quin, quod est Ferendum, fers?* Quod est in quibusdam Codd. Aliter tamen Donatus. Horat. Carm. 1. 24. 19. 'Durum; sed levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas.' Vide And. v. 4. 18. *West. Quin quod est ferundum, feras: tuis factis dignum feceris.* Bembinus habet *feres*: Ubaldinus Bandinellius legebat *fer*; nos *fers*: ut sit, quin fers quod est ferundum? nam et Donatus hæc per præsens tempus exponit, sic dicens, 'Cur non, inquit, accommodas necessitati voluntatem?' hæc ille. Ita procedit versus, aliter impeditus: quæ vero sequuntur, et ille ipse antiquissimus liber, et Vaticanus, et Basilicanus, et aliqui alii, ita collocant, *tuis dignum factis feceris.* Fa. Recte *fers:* nostri *dignum factis:* sed perperam *feras.* Bent. *Bene principia tibi habent* Both. *Dissimulet* Guelf. 2. *Hoc* post 'bene,' et *ut* post 'habent' ibid.—83 *Fers* Z. Both. Perl. Delph. Interrogative legit Bip. quæ etiam notat, 'hæret versus in *tuis*;' hinc mallemus *his factis*, quod si feceris, *dignum feceris*, sive dignus eris, ut,' &c.—84 Al. *Egone.* A Guelf. 2. absunt *inter nos.*—85 *Atque auditum* Both. 'GM. sup. scr. *videre, audire*, imperite: nam glossatorem fugit Latine dict. esse in textu utrobique *velim* cum parti-

NOTÆ

81 *Metuit hic nos*] Tacite hæc Phormio Getæ dicit.

PHOR. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet; respice ætatem tuam.
DE. Te oblectet; tibi habe. PHOR. Minue vero iram. DE.
Hoc age:
Satis jam verborum est: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam ejiciam. Dixi, Phormio.
PHOR. Si tu illam attigeris secus, quam dignum est, libe-
ram,
Dicam tibi impingam grandem: dixi, Demipho.
Si quid opus fuerit, heus! domo me. GE. Intelligo.

PH. *Si cum ea concorditer agas, multa delectamenta senili tuæ ætati afferet. Considera, quæso, annos tuos.* DE. *Te ipsam potius delectet: tibi eam posside.* PH. *Moderare, quæso, iracundiam.* DE. *Tandem nihil opus est pluribus verbis. Nisi illico hanc Phanium abducas, ego illam expellam: dixi, Phormio.* PH. *Si tu illam aliter, quam ingenuam, et civem attigeris tantummodo, actionem contra te gravem intendam: dixi, Demipho. Si quod opus me habueris, domo me continebo.* GE. *Intelligo.*

cipio præteriti.' *Perl.*—86 Hos tres versus supposititios vocat Guy. *West.*—87 *Senectam oblectet* Both.—88 HEG. *Hoc age* Br. et notat Bruns, 'edit. et Bent. tribuunt Demiphoni, cui certe minus conveniunt.' J. *minime* pro *minue*, depravate. *Perl.* Guelf. 3. *iracundiam.*—89 Mss. Bodl. et Bœnd. cum EP. et EA. *properes.* West. Bem. et Vi. *properas.* Codd. Bent. *properes.* Ita et Br. qui Demiphoni tribuit *Nisi tu...Phormio.*—92 Al. *impingam tibi.* Both. *tibi grandem impingam.*—93 *Si opus quid fuerit* Idem.

NOTÆ

90 *Dixi*] Hoc verbo utebantur perorata causa; sed hic minantis est: hanc comminationem et ferocitatem Demiphonis imitatus est eodem verbo Phormio.

ACTUS II. SCENA IV.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.

DE. QUANTA me cura et solicitudine afficit
Gnatus, qui me et se hisce impedivit nuptiis!

DE. *Quanta me inquietudine animi, et anxietate filius meus me agitat, qui me et*

In Bip. Act. III. Sc. 3. In Both. Scena præced. continuatur.—1 G. et Wit. cum EP. *adfecit.* West. Ita et GM.—2 *Qui me suis i. n.* Both.—3 *Neque mi*

Neque mihi in conspectum prodit; ut saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quidve sit sententiæ.
Abi tu; vise, redieritne jam, an nondum, domum.
Ge. Eo. De. Videtis, quo in loco res hæc siet.
Quid ago? dic, Hegio. He. Ego Cratinum censeo,
Si tibi videtur. De. Dic, Cratine. Cra. Mene vis?
De. Te. Cra. Ego, quæ in rem tuam sint, ea velim facias: mihi
Sic hoc videtur: quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum, æquom est, et bonum,

se his implicuit nuptiis, neque in conspectum meum venit, ut saltem ab eo discam, quid de hac re dicat, quidve sentiat. Abi tu, Geta: vise redieritne, an nondum, domum. Ge. *Eo visum.* De. *Videtis, in quo statu hæc res sita sit. Quid mihi agendum est? Hegio, quid censes?* He. *Ego censeo Cratinum prius sententiam dicere debere, si tibi videtur.* De. *Dic, Cratine.* Cra. *Mene vis loqui?* De. *Te volo.* Cra. *Ego quæ tuis rationibus conducant, ea cupio, ut agas. Sic ego censeo, ea quæ absentiæ tuæ tempore filius tuus fecit, in integrum restitui posse et*

Bent. Bip. Both. *Saltim* Bip.—4 Guy. in Scholiis ineditis legit, *cujusve sit sententiæ.* West.—5 Lege ex cod. Pet. *Abi vise. Tu* versum strangulat. *Bent. Abi vise* Both. Perl. *Tu Geta* GM.—7 *Ego Cratinum censeo.* Ita distinguo. Subauditur autem, 'consulendum prius.' Sunt, qui Donatum secuti distinguant post τὸ *Ego*, quasi Hegio interrogans dixerit, *Ego? Cratinum censeo.* Sed nescio quomodo Terentianum non videtur, post *dic*, *Hegio*, inferre, *Ego?* Tum gravior est sententia, si unica sit. Porro, qui minus Critonis sententia ita distinguatur, versu 17. 'Ego? amplius deliberandum censeo:' quod tamen nemo facile probet. Denique singulorum sententiæ ut satis graves videantur, τὸ *Ego* initiale habent. Vide Donatum ad Eunuch. v. 9. 42. *West. Ego? Cratinum censeo.* Repone *Quid ago, dic Hegio. Ego? Cratinus, censeo:* id est, Cratinus dicat. *Bent. Ego? Cratinum censeo* Both. Z. Bip. Delph. Perl. qui ad 'Cratinum' notat 'GM. sup. scr. *judicare.* Ibid. in marg. *advocatos alloquitur.*' 'In Guelf. 3. pronomini *Ego* non præfix. est persona H. sed oratio hæc Getæ ascripta sequitur ita: Ge. *Ego Cratin. si tibi videtur, censeo.* Incommode satis.' *Idem.*—8. 9 *Te*, quod responsum hic facit, exaudiri saltem debet, non liquefieri et absorberi. Repone igitur, *Mene vis? Ego quæ.* Moraliter. Non expectat responsum in re levi. Sic Heaut. IV. 1. 11. 'Vin me istuc tibi credere? credo.' Est tamen, qui non *Te* sed *Vis* hinc abjicit, et sic versum constituit: *Dic, Cratine. Mene? Te.* Pudeat incuriæ, qui non viderit, si *vis* auferatur, dicendum esse non *Mene? Te:* sed *Egone? Tu.* Bent. *Mene? Te* Both. 'Bent. male extrudit D. *Te* contra morem Poëtæ; cf. Hec. IV. 4. 70.' *Perl. Ita* pro *Te* Guelf. 2.—11 *Æquom est, et bonum.* Hæc varie leguntur: *Æquom ac bonum est. Æquom ac bonum esse. Æquom esse et bonum.* Posterius tuetur Guyetus. *West.* Nostri *æquum ac bonum est.* Repone *restitui in integrum æquom esse ac bonum.* Bent. *Æquum ac bonum est* Br. Perl. Æ-

NOTÆ

11 *Restitui in integrum*] Prætor hominibus lapsis, vel circumscriptis subveniebat; si quis metu, vel fraude sive ætate, sive absentia, in captionem et damnum incideret: nam quæ facta erant, rescindebantur. Resti-

Et id impetrabis: dixi. De. Dic nunc, Hegio.
He. Ego sedulo hunc dixisse credo: verum ita est,
Quot homines, tot sententiæ; suus cuique mos.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse; et turpe inceptu est. De. Dic, Crito.
Cri. Ego amplius deliberandum censeo:
Res magna est. He. Numquid nos vis? De. Fecistis probe:
Incertior sum multo, quam dudum. Ge. Negant
Redisse. De. Frater est expectandus mihi:
Is quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.

deberc, et id a magistratu obtinebis. Dixi. De. *Dic nunc, Hegio.* He. *Ego Cratinum ex animi sententia dixisse puto: verum ita est, quod vulgo aiunt, Quot homines, tot sententiæ. Sua cuique opinio singularis est. Ego non opinor quæ legibus decreta sunt, tolli posse, nec honestum esse id tentare.* De. *Dic, Crito.* Cri. *Mihi videtur de ea re diutius consultandum esse. Res magna est. Numquid est aliud, quod nos velis, priusquam abimus?* De. *Fecistis probe officium: multo magis in incerto sum positus, quam paulo ante fui.* Ge. *Domestici negant Antiphonem rediisse.* De. *Fratrem Chremetem opperiri me oportet: quod mihi consilium ab*

---

quom esse ac bonum Both.—14 Codices quidam: *suus cuique mos est:* citra necessitatem sententiæ et metri: et omisit Pr. Instit. Gramm. lib. XVII. *West.* Br. *mons* pro *mos.* 'Guelf. 3. *mors* vitiose script. *r* lit. superante; id quod puncto etiam indicatur subscripto.' *Perl.*—16 *Inceptu.* Mss. M. Tr. Wit. Leidd. tres cum EA. et EP. *inceptum.* q. d. Gall. *un attentat.* Idem ex Codd. Bemb. et Vi. laudat Faërnus, et ex Ms. Lovaniensi Pulmannus; placetque Guyeto in Scholiis ineditis. *West.* Plures ex nostris *inceptum.* Utrumvis probe. Sed placet *inceptu.* Vide ad And. I. 5. 1. *Bent.* *Inceptu.* Sic l. antiq. Nam elidi lit. *m* facile poterat; ut ap. Ennium 'fortis equus...Vicit Olympia nunc senio confectu' quiescit;' ubi metri causa in voce 'confectus' lit. *s* eliditur. *Perl.* *Inceptum* Bip. Delph.—20 *Rediisse* edd. eædem.—21 Τὸ *Is* vs. priori adjungit Delph. et Bip. Ms. Bodl. *Si quod mihi dederit de hac re consilium, id exsequar.* Et τὸ *Exsequar* est in Mss. G. Lips. Wit. cum EP. et EA. atque ita legit Gambarellus. Exhibeo lectionem Faërni, Guyeto probatam. *West.* *Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.* Juxta librum Bembinum dictionem *is,* quæ præcedentem versum finit, hujus principio attribuo,

NOTÆ

tuere in integrum, Gallice *relever.*

17 *Amplius deliberandum censeo*] Ampliare, est protrahere, differre, hæc vox etiam ad judicia pertinebat: ut cum reus ampliari dicitur; quod tum fiebat, cum causa judicibus non satis erat probata: nam apud Romanos, si causa obscurior esset, amplius pronuntiabatur a judicibus, qui duabus his literis N. L. (id est, Non liquet) significabant sibi non liquere, quid statuendum esset, causamque denuo esse dicendam. Ad ampliationem hæc verba textus alludunt.

18 *Numquid nos vis*] Abiturientium est formula quasi dicat, Numquid aliud est, quod nos velis, priusquam abimus?

Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.

GE. At ego Antiphonem quæram, ut, quæ acta hic sint, sciat.

Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

eo dabitur, id sequar. Perquisitum eo apud portum, quo tempore rediturus sit. GE. *At ego Antiphonem investigabo, ut quæ acta sint a me audiat. Sed ecce, eum ipsum video opportune huc se conferre.*

et pro *exequar*, lego *sequar*. Fa. Unus ex nostris *sequar;* atque idem hoc ordine verba ponit, *Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar:* ut exstat Adel. III. 5. 54. *Bent. Is quod dederit de hac re consilium id exequar* Br.—22 *Percontatum.* Certatim de vera lectione contendunt hic Guy. et Dac. Ille hunc versum expungit, quasi effictum ex ultimo hujus Scenæ; hæc ultimum recidit, quasi ex hoc formatum. Legitur autem uterque in Codd. quos vidi, omnibus. *West.*—23 Bona codd. pars legit *sunt.* Idem.—24 Dac. male hunc vs. quo Scena seq. priori conjungitur, contra codd. expungit, rem scil. existimans ex vulgata, quæ a Sc. seq. Act. III. orditur. Nos supra cum Do. Act. III. a II. rectius divisimus, ac per tres Scenas continuamus cum ed. nostra vet. *Bip.*

NOTÆ

22 *Quoad se recipiat*] Id est, quando rediturus sit. Sic supra: 'Finem quoad expectatis vestrum?'

ACTUS III. SCENA I.

ANTIPHO. GETA.

AN. ENIMVERO, Antipho, multimodis cum istoc animo es vituperandus.

Itane hinc abisse et vitam tuam tutandam aliis dedisse?

Alios tuam rem credidisti magis, quam tete, animadversuros?

AN. *Certe Antipho multis rationibus cum isto animo timido culpandus es. Itane hinc discessisti, et salutem tuam aliis defendendam tradidisti? aliosne tuam rem de qua nunc agitur, putavisti melius perspecturos? nam cetera qualiacumque essent, Phanio,*

In Bip. est Act. III. Sc. 4. In Both. III. 3.—1 Codd. Bent. *multis modis.* Ita et Br. Delph. *Tum* pro *cum* Guelf. 2.—2 Fa. *Itane te hinc abisse* laudat. Atque ita Mss. et editi quidam exhibent. Codd. quidam *vitam tutandam:* omisso *tuam.* West. In Vi. scriptum erat, *Itane te hinc abisse:* quemadmodum et Ubaldinus Bandinellus legebat, quod et orationi et versui commodissimum videtur. *Fa.* A nostris *te* abest. *Bent. Te* dant Both. Bip. Delph.—3 *Adversuros* laudat Riv. Bona pars Mss. et editorum quidam, *quam te.* Guy.

Nam, ut ut erant alia, illi certe, quæ nunc tibi domi est, consuleres,
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali;
Cujus nunc miseræ spes opesque sunt in te uno omnes sitæ.
GE. Equidem, here, nos jamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris.
AN. Te ipsum quærebam. GE. Sed ea causa nihilo magis defecimus.
AN. Loquere, obsecro; quonam in loco sunt res et fortunæ meæ?
Numquid patri subolet? GE. Nihil etiam. AN. Et quid spei porro 'st? GE. Nescio. AN. Ah!
GE. Nisi Phædria haud cessavit pro te eniti. AN. Nihil fecit novi.

ei quæ nunc in tuis est ædibus, prospicere sane debuisti, ne quid, ideo quod fidei tuæ se credidit, mali acciperet, cujus nunc infelicis bona spesque a te uno pendent. GE. *Profecto, here, nos jampridem te, quod hinc aberas vituperavimus.* AN. *Te ipsum quærebam.* GE. *Sed propter absentiam tuam nihilo magis animum remisimus.* AN. *Dic mihi, quæso, in quem locum devencrunt res, et sortes meæ? Numquid pater suspicatur me collusisse cum Phormione, et ex compacto ei cessisse victoriam causæ?* GE. *Nihil etiam.* AN. *Ecquid spei ulterius est?* GE. *Nescio: nisi quod Phædria non desiit enixe res tuas curare.* AN. *Nihil fecit, nisi quod solet.* GE. *Tum*

---

ob metrum legit: *mage, quam ted animadversuros.* West. Nostri *te.* Bent. Ita et Br. *Mage* Both. *Animadversuros magis?* Delph. *Credidisse* Guelf. 2.—4 *Quæ nunc tibi domi est.* Elegantior lectio, quam quorundam Mss. et impressorum, *quæ nunc tuæ domi est.* West. *Nam ut ut erant alia, illi certe quæ nunc domi tuæ est consuleres.* Liber Bembinus, *quæ nunc tibi domi'st:* quomodo et infra dicitur, 'Cui quod amas domi'st:' item, 'mihin domi'st.' (III. 2. 19.) ita versus quoque expeditissimus est. *Fa.* Nostri *tuæ domi.* Bent. Ita et GM. Br. In Delph. est *illi certe consuleres, quæ nunc tibi domi est.*—5 *Pateretur.* Ita Mss. plerique omnes, cum editis vetustis. Gulielmius alteram Donati lectionem secutus, *potiretur mali* legit. Guy. *Ne qui...potiretur mali.* West. *Potiretur* Bent. Both. Vulgatam lect. probat Bip.—7 *Equidem ere nos jamdudum.* Aliqui libri, inter quos tres antiquissimi, et Bas. *Et quidem:* quod inceptivum est, ut et in Hecyra, 'et quidem te expecto.' *Fa.* Nostri quoque *Et quidem. Equidem* ea ætate, non nisi cum persona prima singulari, jungebatur. *Bent. Et quidem* Br. GM. Bip. Both. *Nos jamdudum abs re te hinc incusamus qui abieris* Both. *Hinc* Hel. Guelf. 1.—8 GM. *nihilo minus.*—9 Mss. Leidd. tres, Bodl. G. Wit. Bœnd. *sint:* atque ita editi quidam veteres. *West.* Ita et Br.—10 G. et EP. *subdolet*, h. e. aliquantum dolet. Idem in plusculis Donati codd. impressis legitur. In Arg. additum: 'I. e. Dolet patri meo, quod abierim, neque subierim ejus conspectum.' *West.* Ne *patri* in Thesi totum delitescat, lege *Num patri quid subolet;* et *speii* διασυλλάβως pro *spei.* Bent. *Subdolet* Br. *Num patri subolet quid? Nil etium. Spe quid porro est?*

NOTÆ

11 *Nisi Phædria*] Linacer Græcismum esse ait, *nisi* pro *sed.*

GE. Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit.

AN. Quid is fecit? GE. Confutavit verbis admodum iratum patrem.

AN. Eu! Phormio. GE. Ego quod potui, porro. AN. Mi Geta, omnes vos amo.

GE. Sic habent principia sese, ut dico: adhuc tranquilla res est;

Mansurusque patruum pater est, dum huc adveniat. AN. Quid eum? GE. Ut aiebat,

De ejus consilio sese velle facere, quod ad hanc rem attinet.

AN. Quantus metus est mihi, venire huc salvom nunc patruum, Geta!

etiam Phormio pariter in hac re ad nuptias pertinente, fortem virum, et diligentem, ut in aliis rebus, se gessit. AN. *Quid is fecit?* GE. *Convicit verbis Demiphonem tuum patrem vehementer ira impulsum.* AN. *Euge, Phormio, perge facere ut cœpisti.* GE. *Ego porro autem, feci quod potui.* AN. *Mi Geta, omnes vos amo de tot officiis.* GE. *Hoc modo principium rei successit: res adhuc integra est, et tuta. Pater expectaturus est patruum tuum, dum huc veniat.* AN. *Quare pater Chremetem patruum expectaturus est?* GE. *Quia, ut aiebat, vult se gerere in re ad matrimonium tuum pertinente, prout ille suadebit.* AN. *Quantopere metuo re-*

Both. *Ecquid* Br. Bent. Bip. Z. Perl. Delph.—12 *Tum Phormio itidem.* Guy. in *ἀνεκδότοις, Tum Phormio se itidem.* In impressis autem *τὸ se* subaudit. Et videtur vix dici absolute, 'præbere virum.' Dubius Ciceronis locus est, Fam. v. 18. 'Rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas.' *West. Ut in aliis.* Quod Faërnus *τὸ in* abesse ait a libro Bembino, in eo a Guyeto reprehenditur. Utri credas? Abest tamen Adelph. v. 8. 2. 'Ego vero jubeo, et in hac re, et aliis omnibus.' Mss. Bodl. G. M. et Bœcleri duo, cum EP. *Itidem hac re, uti in aliis.* Idem. *Itidem in hac re, ut in aliis.* Liber Bembinus secundo loco *in* præpositionem non habet, quam et respuit versus; tamen subaudienda est. *Fa. Ut aliis* Bip. Both. Perl. *Itidem hac re ut in aliis* Br. —13 *Iratum senem* habet Bem. quod consuetudini sermonis videtur accommodatius. *Fa.* Nostri omnes *patrem*, et sic Nonius v. 'confutare,' et Eutyches p. 2185. *Bent.* Senem dant Both. Bip. Perl. Delph.—14 G. *Heu, Phormio:* sed notat Agrætius, '*Heu* interjectio dolentis est, *Eu* laudantis. Terentius, 'Eu, Phormio.'' *West. Heu* Br. GM. *O mi Geta.*—16 *Ut aiebat.* Guy. Antiphoni etiam tribuit, legens, *Quid eum? quid ait?* West. *Ut aiebat, De ejus consilio velle sese facere.* 'Ανακόλουθον hoc est, et solœcissat. Repone, *Id aibat De ejus consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet.* 'Id quod;' ut singulis fere paginis. *Bent. Ita aibat* Perl. Notat tamen: 'Sic a Bent. recepi. In l. antiq. *Ut aiebat.*' Sine dubio igitur errore typographi *Ita* pro *Id.* Τὸ *Ut* omittit Delph. *At aibat* Both. *Veniat* pro *adveniat* Guelf. 3.—17 Wit. *quod hanc rem attinet.* Lege ex uno Regio et edd. vett. *De ejus c. velle sese:* numeris melioribus. *Bent. Quod ad rem attinet* Br. *Velle sese* Perl.—18 Fa. et Guy. *Quantum metus:* ut τὸ 'metus' sit gignendi casus. *West. Quantum*

Nam per ejus unam, ut audio, aut vivam, aut moriar, sententiam.

GE. Phædria tibi adest. AN. Ubinam? GE. Eccum! ab sua palæstra exit foras. 20

ditum patrui, ne salvus ad suos redeat: nam ex ejus sententia, ut audio, mihi mors aut vita veniet. GE. *Phædria ad te accedit.* AN. *Ubinam est?* GE. *Ecce eum, a sua palæstra prodit.*

---

metus est. Sic e Bembino dedit Fa. sed correctorem hoc sapit, qui Iambicum hunc reddere voluit, ut cum sequente congrueret. *Quantus metus,* nostri universi, ut supra I. 2. 7. 'Nescis quo in metu et Quanto in periclo simus.' *Quantum metus,* quasi divideretur metus, et in trutina poneretur, meo judicio putidum est. *Bent. Huc nunc salvum* Br. *Quantum metus* Perl.—19 Guy. τὸ *ejus* expungit. *West. Nam per ejus unam, ut audio, aut vivam aut moriar, sententiam.* Sic libri, et Iambicus est; cum ex serie Trochaicus esse debeat. Lego, *Nam de ejus una, ut audio, aut vivam aut moriar sententia.* Bent. Bothius legit *Nam pro ejus una aut v. aut m. ut audio, sententia.* Delph. *Nam, ut audio, per unam ejus aut v. a. m. sententiam.* Guelf. 2. ordinat *ut audio per ejus unam.* In 3. est *Nam ut.*—20 Reponendum ex duobus Regiis monet Bent. *Ubinam'st?* Ita et Perl. Al. *a sua palæstra.*

NOTÆ

20 *Eccum ab sua palæstra*] Quod Phædria in domo amicæ assidue versetur, quemadmodum pugil, aut athleta in palæstra, quæ est locus ubi luctatores nudi, et oleo quondam perfusi, luctabantur.

ACTUS III. SCENA II.

PHÆDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

PHÆ. DORIO, audi, obsecro. Do. Non audio. PHÆ. Parumper. Do. Quin omitte me.

PHÆ. Audi, quod dicam. Do. At enim tædet jam audire eadem millies.

PH. *Dorio, audi, obtestor te.* Do. *Non audio.* PH. *Audi paulisper.* Do. *Quin, sine me ire.* PH. *Audi quod dicam.* Do. *At piget me eadem millies repe-*

In Bip. act. III. sc. 5. In Both. III. 4.—1 *Quin omitte me.* Videtur legendum *mitte,* ex ratione versus, ut sit trochaicus tetrameter catalecticus, ut sequentes, in quo sit anapæstus in tertia. *Fa.* Both. legit, *Dorio, obsecro, audi. Non. Parumper! Quin omitte me!* Abest *me* Guelf. 2. Nostri pleri-

PHÆ. At nunc dicam, quod lubenter audias. DO. Loquere, audio.

PHÆ. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?

DO. Mirabar, si tu mihi quicquam afferres novi.

AN. Hei! metuo lenonem, ne quid suo suat capiti! GE. Idem ego metuo.

PHÆ. Non mihi credis? DO. Hariolare. PHÆ. Sin fidem do. DO. Fabulæ!

PHÆ. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. DO. Logi!

PHÆ. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est. DO. Somnia!

tita audire. PH. *At nunc dicam, quod tibi audienti jucundum sit.* DO. *Loquere, audio.* PH. *An non possum precibus a te impetrare, ut expectes hos tres dies?* DE. *Mirum erat, si tu mihi quicquam novi sermonis proponeres.* AN. *Hei, vereor ne leno aliquid mali in caput suum arcessat.* GE. *Idem ego timeo.* PH. *Dorio, an non mihi fidem habes?* DO. *Recte conjectas me scilicet tibi eadem centies promittenti nequicquam credere.* PH. *Sin fidem obligo?* DO. *Mendacia.* PH. *Duplo fœnore compensatum istud tibi beneficium tute fateberis.* DO. *Mera verba sine re.* PH. *Crede mihi, lætaberis te fecisse: per herculem, verum tibi dico.*

---

que cum edd. vett. *Audi quid dicam.* Bent. Ita et Perl.—6 *Metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.* Constans fere Librorum lectio, sed unde vix quicquam boni sensus eruas. Mss. Bodl. G. Wit. *ne aliquid suo suat capiti.* M. et EA. *ne quid suo assuat capiti.* Guyetus, quia nihil expediebat, versum hunc non versum, sed monstrum vocat, ab indocto et impudente interpolatore intrusum. Est autem elegantissima lectio, quam e suo Ms. exhibet Mur. *metuo lenonem, ne quid suat: suo capiti!* Quod autem Mur. in suo Ms. legit, *ne quid suat: suo capiti!* idem ita edidit Gryphius, Venet. 1580. *West. Idem ego metuo.* Wit. *Inde metuo ego.* Fa. e cod. Bem. *Idem ego vereor* laudat. Unde ita in plusculis editis. *Idem. Ei, metuo lenonem, nequid suo suat capiti.* GE. *Idem ego vereor.* Sic a Faërno est: sed pæne recte Guyetus, 'Hoc non versum esse, sed monstrum.' Mureti codex variabat ordinem, *nequid suat suo capiti.* Hoc arripuit vir disertissimus; et subdistinguit, *nequid suat:* deinde infert, *suo capiti,* hoc est, quod in lenonis ipsius caput vertat. Atque hæc interpretatio regnavit hactenus, multis tamen exceptionibus obnoxia. Aliud itaque tentandum est. A codice nostro 900. annorum absunt ista *ego vereor,* vel, ut ceteri habent, *ego metuo.* Repone, *Mirabar, si tu mihi quicquam adferres novi.* AN. *Ei Metuo lenonem, nequid.* GE. *Suo capiti suat.* 'hei,' 'hui,' 'hem' frequentius in fine versus ponuntur. *Bent. Ei, metuo lenonem ne aliquid suo suat c.* Br. *Suat suo capiti* Perl. *Fuat* Palmerius. *Hei, lenonem vereor, ne quid ....* GE. *Suo capiti fuat! Idem ego vereor* Both. *Ne aliquid* Guelf. 1. 3. —7 M. *Si fidem do.* 'GM. sine aspirationis nota, *ariolare,* et subscript. syllab. *ris,* ut sit *hariolaris.*' Perl.—8 Bona Mss. pars, *pulchre tibi.* West. Sic et omnes codd. Bent. cum Br. Bip. Both. Perl.—9 Do. *Somnium.* Magis ex more sermonis est *Somnia;* quod in libro Bembino est: præsertim cum et alia in plurali præcesserint, 'fabulæ,' 'logi:' idem et in Vi. fuisse conjicio

PHÆ. Experire; non est longum. DO. Cantilenam candem canis.
PHÆ. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu — DO. Garri modo.
PHÆ. Adeon' ingenio esse duro te atque inexorabili,
Ut neque misericordia neque precibus molliri queas?
DO. Adeon' te esse incogitantem, atque impudentem, Phædria,
Ut phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis?
AN. Miseritum 'st. PHÆ. Hei! veris vincor. GE. Quam uterque est similis sui!

DO. *Inania et falsa.* PH. *Fac experimentum: id brevis est temporis.* DO. *Idem semper mihi repetis.* PH. *Tu mihi cognatus, tu pater, tu amicus.* DO. *Perge inepta garriendo nos enecare.* PH. *Adeone tu ingenio aspero et implacabili sis, ut neque misericordia, neque precibus leniri, et flecti possis?* DO. *Adeone, Phædria, sis inconsideratus, et inverecundus, ut ornatis et comtis verbis me decipere, et virginem, quæ mea est, mihi capere gratis coneris.* AN. *Phædriæ miseret me.* PH. *Hei, vera sunt, quæ dicit, et his cedere cogor.* GE. *Quam uterque, Phædria, et*

---

ex rasura postremæ literæ hujus dictionis. *Fa.* Nostri omnes *Somnium.* Bent. Ita et Br. Z. *Quod dico* post *verum hercle* Guelf. 2.—11 Guyetus ultimum *tu* expungens expedire se versum dicit, legendo, *Tu mihi cognatus, parens tu, amicus tu.* Sed vel ideo melior lectio vulgata, quod leno plura etiam dicere parantem Phædriam obturbat. Sic Adelph. III. 4. 55. A Mss. M. et Wit. abest tamen postremum *tu.* EP. legit, *Tu mihi parens.* Mss. Leidd. unus, *Tu amicus, tu loco fratris eris.* Bodl. *Tu amicus mihi, tu loco fratris eris.* Laudat Par. ex Ms. Pal. *Tu mihi parens, tu mihi loco fratris.* E Ms. Lovaniensi citat Pulmannus: *Tu mihi amicus, tu mihi.* In duobus Mss. Bœcleri erat: *Tu mihi cognatus, tu mihi parens, tu amicus.* West. Codd. quidam, *Garris modo.* Idem. *Garris modo.* Quanto venustius, quod est in o. l. s. *Garri modo.* Fa. *Garri*, ex nostris et plures et meliores. Sed aliud restat; jam enim ex Trochaicis nulla rerum mutatione Iambicus hic fit, *tu mihi cognatus.* Tolle, *mihi*, et rescribe, *Tu cognatus, tu parens, tu amicus, tu. Garri modo.* Bent. GM. *tu amicus, tu loco fratris eris.* Perl. *Tu mihi parens* Br. Lectionem Bent. dat Both. Abest *tu* ultim. a Guelf. 2.—12 Bodl. et G. *te esse duro.* West. *Adeon ingenio te esse duro atque inexorabili.* Hunc trochaicum claudicantem sic corrigo, ex libris Bem. et Vi. *Adeon ingenio esse duro te a. i.* Fa. Recte. Nostri, *te esse duro*, uno Regio excepto. *Bent. Te esse duro* Br. Z. *Adeone esse duro ingenio te a. i.* Both.—14 Legendum monet Bent. ex Pet. et Meadiano, *atque imprudentem.* Ita et Perl. Both. et vet. ed. penes edit. Bip. —15 Mss. G. Lips. Wit. et EP. *gratis.* Cod. Bem. *ducis gratis:* sed *gratiis* trochaici carminis ratio exigit. *West.* Recte *gratiis;* quanquam nostri omnes *gratis.* Vide nos ad Adelph. IV. 7. 26. Porro vetustissimi quique nostri, Latino more *faleratis*, non *phaleratis.* Bent. *Duces gratis* Br. *Seducas* Guelf. 1.—16 Tres hosce vss. expungit Guy. in quibus explicandis mire sudant interpretes. *West. Veris vincor.* Minus proba est quorundam codd. lectio, *verbis vincor.* Idem. *Miseritum est. Hei veris vincor. Quam est uterque simili' sui?* In hac Scena versus non est alius difficilior intellectu. ' Miseritum est,' dicere per ironiam Antiphonem vult Interpres: quod ego illi assentior. At

PHÆ. Neque, Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,
Tum hoc esse mihi objectum malum! AN. Ah! quid istuc autem est, Phædria?
PHÆ. O fortunatissime Antipho! AN. Egone? PHÆ. Cui, quod amas, domi 'st;
Nec cum hujusmodi unquam usus venit, ut conflictares malo.
AN. Mihin' domi 'st? immo, id quod aiunt, auribus teneo lupum.
Nam neque quomodo a me amittam, invenio; neque, uti retineam, scio.
DO. Ipsum istuc mihi in hoc est. AN. Eia! ne parum leno sies.

Dorio, sunt similes sui! nam ut ille amator perditus est, ita hic avarus sordidus! PH. *Atque illud quoque mihi gravissimum est, hoc malum mihi tum potissimum advenisse, cum Antipho, non dissimili cura, et molestia premeretur.* AN. *At quid istud autem est, Phædria?* PH. *O fortunatissime Antipho!* AN. *Egone?* PH. *Qui amicam duxisti, et uxorem domi possides; nec opus unquam fuit cum hujusmodi malo pugnare.* AN. *Mihi domi amicam possideo? quin immo, quod vulgo dicitur, auribus teneo lupum: nam neque quomodo eam a me dimittam reperio, neque ut mihi servare possim scio.* DO. *Similis res mihi contigit cum Phædria.* AN. *Cave*

---

quid sit 'veris vincor:' quid 'Quam est uterque similis sui,' neque ille dicit, neque ego assequor. Scriptum fuisse credo *Hei verbis vincor*. Gov.—18 Malim si per codices liceret, *τὸ Ah*, tribuere Phædriæ, ita: *Tum hoc esse mihi objectum malum? ah!* AN. *Quid i. a. e.* P. West. *Sciunt* inter *objectum* et *malum* Guelf. 3. Libri antiqui, *est autem*.—20 Mss. Lips. Bodl. Bænd. et EP. *unquam tibi usus*. West. Ita et Br. Guelf. 3. Bothius omittit *τὸ unquam*.—21 Bodl. *quod aiunt*, omisso *id*. West. *Mihine domi est? immo, quod aiunt*. Legendum est ex o. fere l. s. *Mihin domi'st? immo id quod aiunt:* in dimetiendo autem versu *Mihin*, monosyllabum faciendum, ut sit trochaicus; ut proxime præcedentes, et sequentes. *Fa*. Sic et nostri, *Mihin*. Bent. *Immo quod aiunt* Br. Z. *Min' domi est* Bip.—22 Codices quidam, *quo amittam a me:* quam lectionem tuentur Riv. Gov. et G. F. Alii, *quo pacto*. West. *Nam neque quomodo amittam a me invenio, neque uti retineam, scio*. Versus hic est trochaicus hypercatalecticus, qui mihi non placet; in Bembino est catalecticus, ut ceteri, magis pressa locutione, magisque Terentiana: *Nam neque quo pacto a me amittam, neque uti retineam scio:* idem est et in Vi. nisi quod pro *pacto*, habet *quomodo*. Fa. *Nam neque quo pacto a me amittam, neque uti retineam scio*. Sic a Faërno est: sed nostri omnes, *Nam neque quomodo a me amittam invenio; neque uti retineam scio*. Nimirum huc traductum est a I. 3. 14. 'Ut neque mi jus sit amittendi, nec retinendi copia:' et cum in margine libri a quodam annotatum sit, postea in versus formam redegit corrector ille Bembinus. Parum credibile est, eandem sententiam in eadem fabula ab eadem persona ad eandem bis dici, neque pro cetera Terentii cura et elegantia est. 'Auribus teneo lupum,' tam notæ significationis, et vulgo tritum proverbium erat, ut explicatione ista non indigeret. *Bent. Nam neque, qui amittam a me* Both. *Quo amittam a me* Bip. Delph.—23 Guy. versum hunc ineptum et insititium

Numquid hic confecit? PHÆ. Hiccine? quod homo inhumanissimus:
Pamphilam meam vendidit. GE. Quid? vendidit? AN. Ain'? vendidit?
PHÆ. Vendidit. DO. Quam indignum facinus! ancillam ære emtam suo.
PHÆ. Nequeo exorare, ut me maneat, et cum illo ut mutet fidem,
Triduum hoc, dum id, quod est promissum, ab amicis argentum aufero.
Si tum non dedero, unam præterea horam ne oppertus sies.
DO. Obtundis. AN. Haud longum est id, quod orat, Dorio: exoret, sine:

ne parum te lenonem præstes. Quod vero negotium hic Dorio perfecit? PH. *Hiccine quid gesserit, quæris? quod homo crudelissimus possit facere: amicam meam Pamphilam vendidit.* GE. *Quid? vendidit?* AN. *Itane? vendidit?* PH. *Vendidit.* DO. *Quam istud grande scelus est scilicet, Dorionem vendidisse servam, quam pecunia sua acquisierit?* PH. *Non possum ab eo impetrare, ut hos tres dies expectet me, et fidem fallat discedens a venditione, dum pecunia mihi ab amicis numeretur. Si tum non dedero ne unius quidem horæ spatium opperiatur præterea.* DO. *Dicendo toties eadem cerebrum excutis mihi.* AN. *Modicum tempus*

vocat. *West.*—24 *Numquid hic confecit?* Libri quidam verba hæc Getæ tribuunt. Malim autem: *Nam quid hic confecit?* uti ediderunt Aldus, Mur. Heinsius. *Idem.*—25 EP. *Quid, Phædria? vendidit?*—26 M. *emtam meo.* Bœnd. et EA. *ancillam meam emtam ære meo.* West. *Meo* Guelf. 1. 2.—27 *Ut me maneat.* Mss. Bodl. G. Bœnd. et EP. *ut maneat.* West. *Cum illo ut mutet fidem.* Hæc Guyeto nec Œdipus intelligit, legenti: *Nequeo exorare ut me maneat; eo cum ut ne mutet fidem Triduum hoc.* Quando 'eo cum, ut ne mutet fidem' notant, 'ea conditione, ut stet promissis.' Addit autem in glossis ineditis: 'Primum τὸ *eo* in *illo* mutatum, metri sustentandi causa. Τὸ M enim in *cum* elidi putarunt, quod hic, ut et alibi servatum est. Postea τὸ *et* additum, et τὸ *ne* exemtum. Ex vulgata lectione nulla sententia bona erui potest; immo sententia auctoris sententiæ contraria. Phrasis autem illa, *cum eo*, quæ significat, ea conditione, vulgo ignota, mutationis causa fuit.' *Idem.* F. F. *illo cum ut mutet fidem:* ut sit ἀναστροφὴ, ne versus claudicet. *Idem. Nequeo exorare ut maneat.* In Bem. est, *ut me maneat:* ita etiam trochaico postulante: conjicio et in Vi. fuisse *me*, sed post *maneat:* tantum enim loci in rasura vacat. *Fa.* A nostris abest *me;* nisi quod unus *maneat me*, pro *me maneat.* Bent. A GM. et Br. τὸ *me* abest. *Cum illo mutet fidem* Both. Bip. *Illo cum ut m. f.* Delph.—28 Ms. Lips. Wit. Bœnd. *affero.* West. Ita et Guelf. 1. 2.—29 Reponendum monet Bent. *oppertus siet;* ut ante 'maneat,' 'mutet.'—30 EP. et quædam aliæ vetustæ, *Obtunde.* Idem ex codd. Vi. et Bas. laudat Faërnus. *West. Obtunde.* AN. *Haut longumst id quod orat, Dorio, exoret sine.* Sic a Faërno: sed fallitur vir optimus, cum existimat hoc pacto Trochaicum fieri. 'Quod' elidi nequit, et 'Obtunde' si primam acuat, ingrato modulo aurem vulnerat. Repono, *Optume.* AN. *Haut longumst quod*

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, condupli-
caverit.
Do. Verba istæc sunt. An. Pamphilamne hac urbe pri-
vari sines?
Tum præterea horunc' amorem distrahi poterin' pati?
Do. Neque ego, neque tu. Ge. Di tibi omnes id, quod es
dignus, duint!
Do. Ego te complures advorsum ingenium meum menses
tuli,
Pollicitantem, nihil ferentem, flentem: nunc contra omnia
hæc,

postulat, exaudi eum, Dorio. Ipse hujus gratiæ te duplo remunerabit. Do. *Hæc inania sunt promissa.* An. *Num Pamphilam hac urbe exportari tam dure consenties? tum quoque horum amorem mutuum divelli pati poteris?* Do. *Neque ego, neque tu patiemur.* Ge. *Dii te perdant, ut meritus es.* Do. *Phædria, ego te jam plurimos menses tolero, et expecto promittentem solum, et nihil pecuniæ afferentem, sed solas lacrymas effundentem: nunc alium contra inveni multo dissimilem*

---

orat. Bent. Idem conjicit, An. *Triduum? haud longumst. Obtunde* Br. *Est* omittit Z. Both. Perl. Delph. omittunt *id. Exoratus* pro *exoret* Guelf. 2.—31 Hic vs. Guyeto spurius et insititius vocatur. Mss. et editi quidam *hic.* West. In Vi. et Bas. non *hoc*, sed *hic* legitur: quod placet: ut tamen sit adverbium, id est, in hoc negotio. *Fa.* Nostri *hoc.* Recte *hic*, sed pronomen est. *Bent. Idem hic t.* Bip. Delph. *I. tibi hic* Both.—32 Bœnd. *ab hac urbe.* Mallet Guy. *Pamphilane hanc urbem privari sines?* West. *Ab hac urbe* Guelf. 2.—33 *Horunc amorem.* Si ita legas, pro *horum*, stat versus; qui et sustentatur lectione quorundam codicum, *Tum tu p. horum a.* West. M. *potero* pro *poterin.* Idem. *Tum p. horum a.* Convenientius versui erit, si legas *horunc*, ut in libro Bas. *Fa.* Nostri *horum.* Bent. Ita et Br. *Tum tu p. horunc* Delph.—34 *Di tibi.* M. Ph. *Di tibi.* Tr. Ge. *Di tibi omnes, quod est dignum, duint.* Wit. *Di tibi omnes id, quod est dignum, duint.* Ita et Ms. G. sed *quod es dignus* magis figuratum vocat Faërnus. *West.* Ex nostris tres primarii, *es dignus* Bent. *Neque ego necto* Bothius. GM. *te* pro *tibi. Est dignum* Perl. Bip.—36 *Nunc contra omnia hæc, Repperi, qui det.* Cl. Wielingius distinguit, *nunc, contra, omnia hæc Repperi.* Mss. varie, *nunc omnia contra Repperi. Nunc contra omnia Repperi. Nunc contra, omnia Repperi.* EP. *Nunc contra omnia Repperi.* Videtur autem præstare lectio vulgata; nam et ita Adelph. I. 1. 19. itidem absolute: 'ille contra, hæc omnia.' Valet igitur, 'Αντὶ τούτων πάντων. West. *Nunc contra omnia.* Bembinus addit in fine, pronomen *hæc;* aliqui alii quoque *id* habent, sed alia collocatione versui repugnante. *Fa.* Recte *hæc:* unus ex nostris *hæc omnia:* a ceteris *hæc* abest. Sed distingue, *Nunc, contra omnia hæc, Repperi, qui det.* Bent. *Omnia hæc Repperi* Both. *Nunc contra omnia Repperi* Br. *Pollicitantem, flentem, et nihil ferentem: nunc,*

NOTÆ

34 *Neque ego, neque tu*] Irridens id ait Dorio. Hoc autem sibi vult: magnopere scilicet ego et tu afficiemur hac amoris distractione, neque eam poterimus pati.

Reperi qui det, neque lacrymet: da locum melioribus.
AN. Certe hercle, ego si satis commemini, tibi quidem est olim dies,
Quam ad dares huic, præstituta. PHÆ. Factum. DO. Num ego istuc nego?
AN. Jam ea præteriit? DO. Non; verum hæc ei antecessit. AN. Non pudet
Vanitatis? DO. Minime, dum ob rem. GE. Sterquilinium. PHÆ. Dorio,
Itane tandem facere oportet? DO. Sic sum: si placeo, utere.
AM. Siccine hunc decipis? DO. Immo enimvero, Antipho, hic me decip :

tui, qui scit dare, non vero promittere frustra, et flere. Cede illis qui plus possunt, quam tu. AN. *Equidem, si ego satis recordor, diem certe definivisti antehac, ad quam Pamphilam Phædriæ traderes.* PH. *Ita est.* DO. *Num ego infitior?* AN. *Præterlapsa est?* DO. *Non, sed hæc dies, qua emtorem inveni, eam, quæ præfixa fuit, anticipavit repræsentatione pecuniæ.* AN. *Non pudore suffunderis de vanitate fidei et perfidia.* DO. *Minime: dummodo lucrum faciam.* GE. *Stercorum receptaculum.* PH. *Itane tandem agi decet?* DO. *Sic a natura comparatus sum, si gratus sum, me utere.* AN. *Siccine hunc fallis?* DO. *Quin potius certe hic,*

---

contra omnia hæc, Repperi Z. *Nunc contra, omnia hæc Repperi* Bip. ‘ Abest *hæc* a GM. Necesse est hæc verba serie una continuari. Falso igitur Par. *nunc contra, omnia hæc* virgula interposita distinxit.’ *Perl. Et nihil* Br. Guelf. 2. Ibid. *et* ante *nunc. Et nil f.* Bent.—38 *Certe hercle si satis commemini, tibi quidem olim est dies.* Aliqui libri post *certe* habent pronomen *ego.* Bem. et Bas. et Vi. post *hercle;* quos et sequimur: quæ vero sequuntur verba, omnes quotquot sunt, et Donatus, ita ordinant, *tibi quidem est olim dies.* Hæc laborantem trochaicum sanant. *Fa.* Utrumque confirmant libri nostri. *Bent. Olim est dies* Br.—39 Guy. *Quoad dares.* Bœnd. *præconstituta.* Codd. quidam *Non ego istuc nego.* West. Lege ex Petrensi nostro: *Quoad dares.* Bent. Et ita exhibent Both. Bip. Perl. ‘ Nostra vet. cum figg. habet *Qua dares, hinc præconstituta.*’ Bip. *Quam adderes* Br. Guelf. 2. Idem Guelf. *Non* pro *Num.*—40 M. *Jamne ea:* quomodo et impressi quidam veteres. Sed aliter legisse Donatum apparet. *West.* Al. *verum ei hæc.*—41 *Stercilinium, Dorio.* Sic dedit Fa. versu ipso melius admonente. Noster quoque 900. annorum, *Stercilinium;* sed veterrimus *Sterculinum.* Vel hoc retine vel *Stercilinum:* semper enim, quantum ex metro scimus, quadrisyllabum est. Plaut. Pers. III. 3. 3. ‘ Commictum cœnum, stercilinum publicum.’ Sic habet et veterrimus Varronis codex, teste Victorio. Casin. I. 1. 26. ‘ Ex sterculino effosse, tua illæc præda sit?’ Sic Pandectæ Florentinæ: sic in veterrimo Palladii codice repperi. Glossarium vetus, *Sterculinum, κοπροδοχεῖον, κοπρία.* Phædrus III. 12. ‘ In sterculino pullus gallinaceus, Dum quærit escam, margaritam repperit.’ *Bent. Stercilinium* Br. ‘ Scribendum *Sterculinum* vel *stercilinum* ut sit quadrisyllabum.’ *R. D. Sterculinum* Both. *Stercilinium* GM.—43 Bodl. et G. *decepit.* West. *Immo enimvero, Antipho, hic me decipit.* Lege versus gratia, *Immo enimvero hic, Antipho, me*

Nam hic me hujusmodi esse sciebat; ego hunc e se aliter credidi.
Iste me fefellit; ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed utut hæc sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
Miles dare se dixit: si mihi prior tu attuleris, Phædria,
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum 'st. Vale.

Antipho, Phædria me fallit: nam ille hujusmodi ingenii me esse non ignorabat, hunc ego aliter factum esse putavi: itaque, iste me fefellit: ego vero eodem modo, ac antea erga eum me gero; sed utcumque hæc se habeant, hoc facere constitui: miles, cui Pamphilam vendidi, argentum se mihi cras daturum promisit: si tu, Phædria, priusquam ille, mihi dederis, jure meo utar; scilicet, potior ille mihi solet esse, qui prior ad dandum venit. Vale.

decepit. Bent. *Decepit* Br. *Hic, Antipho, me decipit* Perl. Abest *Antipho* a Guelf. 2.—44 *Scibat esse* Bent. Both. *Sciebat esse* Z.—45 Bodl. et Wit. cum EP. *Is me fefellit.* Guy. versum hunc spurium vocat. *West. Is me fefellit.* Bem. et multi alii *Iste me fefellit*, ut et exigit versus. *Fa.* Unus tantum ex Regiis *Iste*, ceteri *Is.* Bent. *Is* Br.—47 Al. *se dare.* Both. *tu si prior attuleris P.*—48 Wit. *ad dandum qui prior est*, omisso τῷ *Vale.* West. Unus Regius cum edd. vett. *sit potior.* Repone, *ut sit potior, prior ad dandum qui est. Vale.* Bent. Ita et Perl. *Potior ut sit, prior ad d. qui est. V.* Both.

ACTUS III. SCENA III.

PHÆDRIA. ANTIPHO. GETA.

PHÆ. QUID faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,
Cui minus nihilo est? quod, si hic potuisset nunc exorarier

PH. *Quid faciam? unde ego tam cito huic Dorioni summam triginta minarum sumam infelix, qui nihil habeo, et minus quam nihil? quod si hic potuisset nunc oratione*

In Bip. act. III. sc. 6. In Both. Scena præcedens continuatur.—1 Mss. quidam *nunc ego. Huic argentum inveniam.* Sane, quod conjiciebat Guyetus, elegantius erat, *hoc argentum.* Neque sane adeo difficile erat 'invenire argentum,' quam quidem *hoc argentum*, triginta nimirum minas. Tum oppositio major est, si illa tanta summa memorata, mox addit, 'Cui minus nihilo est.' Porro nescio, quomodo offendit *huic* et mox 'hic.' Est vero Comicum, 'invenire argentum,' pro conficere, Terentio et Plauto familiare. *West.* Interrogat Perl. post *inveniam. Hoc* post *unde* Guelf. 3.—2 Mss. Leidenses

Triduum hoc, promissum fuerat. AN. Itane hunc patiemur, Geta,
Fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adjuverit comiter?
Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experimur reddere? 5
GE. Scio quidem hoc esse æquom. AN. Age ergo, solus servare hunc potes.
GE. Quid faciam? AN. Invenias argentum. GE. Cupio; sed, id unde, edoce.

flecti, et suaderi, triduum hoc, quod postulabam, ut expectaret; hæc pecunia mihi promissa erat ab amicis. AN. *Siccine, Geta, hunc sinemus eo miseriæ redigi, qui me pridem, ut dixisti, tam humane, et benigne juverit, præsto mihi fuerit? Quin, cum opus is habet, potius ipsi gratiam acceptam referimus?* GE. *Sat scio æquitati id esse consentaneum.* AN. *Eja age ergo istud aggredere: salus ejus in te solo posita est.* GE. *Quid agam?* AN. *Argentum inveni.* GE. *Istud velim facere: sed id, a quo*

---

quatuor, Lips. Wit. G. quod *hic si potuisset.* Quando τὸ *quod* fuerit relativum, hoc sensu et ordine, ' quod (argentum) promissum fuerat, si hic potuisset nunc exorarier triduum hoc.' Eundem sensum dat lectio Faërni *quod, hic si pote fuisset exorarier.* A Ms. Bodl. abest τὸ *hic:* præstat autem legere, ut edidi. Parum enim Latine dicitur: ' unde argentum inveniam miser, cui (misero) minus nihilo est, quod (argentum) promissum fuerat.' Est porro antecedens pro consequente, valetque, ' dinumerari potuerat,' quia nimirum fuerat promissum. *West. Quod si hic potuisset nunc exorarier.* Aliqui libri, et in iis tres antiquissimi et Bas. ita hæc verba ordinant, *quod hic si;* quod vero sequitur, ita est in Bembino, *pote fuisset exorarier;* ita etiam fuisse in Vi. apparet ex litura, rasuraque literarum, in qua emendatum est *potuisset.* Ceterum τὸ *nunc* extra contextum additum est: sane exponendum, *pote fuisset,* pro *potuisset:* sicut et absolute dixit in Andria: ' Si tibi placere potis est,' pro *potest.* Fa. Tres ex nostris *quod si hic:* et Meadianus *quod si hoc pote fuisset.* Repone, *Cui minus nihilo est? quod si hinc pote fuisset exorarier, Triduum hoc, promissum fuerat.* Bent. Ita et dant Both. Perl. præterquam quod Perl. commate distinguit inter *quod* et *si. Quod hic si potuisset nunc exorarier, Triduum hoc p. f.* Br. *Quod, hic si pote fuisset exorarier Triduum hoc, p. f.* Bip. *Quod si hic pote fuisset n. exorarier, Triduum hoc p. f.* Delph. *Nunc* ante *exor.* Guelf. 3.—4 *Adjuverit comiter?* Nos *adjuerit* scribimus per subtractionem unius *u*, antepenultima hujus verbi correpta; ita et exigente versu, et legente Donato, qui super hoc verbo ita dicit, ' secundum *u* pronuntiari debet:' ex iis Donati verbis liquet, secundum *u* scriptum non fuisse, alioqui supervacuum fuisset de ejus pronuntiatione præcipere. *Fa.* Immo scribendum *adjurit;* ut Ennius apud Cic. de Senectute; ' O Tite, siquid ego adjuro curamve levasso:' ut et Muretus vidit. *Bent. Comitem* Br. *Miserum fieri ... adjurit* Both. *Adjurit* Perl. *Adjuerit* Guelf. 2.—5 Mss. Bodl. G. M. et EP. *experiamur.* West. *Experiamur reddere.* Bem. *experiemur:* nos *experimur* legendum esse conjicimus. *Fa.* Nostri omnes *experiamur.* Bent. *Rursus ei experiamur* Br. *Q. cum opus, h. e. rursus experimur r.* Both. *Experiamur* Z.—6 *Æquom.* Codices quidam, *verum.* West. *Equidem* omnes edd. penes nos. *Rectum* pro *æquom* Guelf. 3. ibid. *ego* pro *vero.* 2. *ergo.*—7 Wit. Mur. *Inveniamus.* Guelf. 3. *Ut invenias.*

AN. Pater adest hic. GE. Scio; sed quid tum? AN. Ah! dictum sapienti sat est.
GE. Itane? AN. Ita. GE. Sane hercle pulchre suades: etiam tu hinc abis?
Non triumpho, ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali;
Ni etiam nunc me hujus causa quærere in malo jubeas crucem?
AN. Verum hic dicit. PHÆ. Quid? ego vobis, Geta, alienus sum? GE. Haud puto.
Sed parumne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex,
Ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?
PHÆ. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem!
Tum igitur dum licet, dumque adsum, loquimini mecum, Antipho;

accipiam, indica. AN. *Pater jam hic adest.* GE. *Scio, sed quid hoc juvat?* AN. *Ah, ex uno verbo vir sapiens facile rem totam intelligit.* GE. *Itane?* AN. *Ita.* GE. *Certe per Herculem egregie mones scilicet, annon etiam tu hinc a me abscedes? an sufficiens mihi materia triumphi non est, quod propter matrimonium tuum nullum patior malum, nisi etiam nunc, operam dando Phædriæ, in magno periculo certam crucem invenire me jubeas?* AN. *Verum est, quod ait Geta.* PH. *Quid, Geta? an alienum vos esse me censetis? et sic me negligitis?* GE. *Non sic æstimo; sed an minimi faciendum istud est, quod in nos omnes ira commotus est, et stomachatus senex, nisi eum acrius stimulemus, adeo ut nulla prece postea flecti, et exorari possit?* PH. *An alius a conspectu meo illam exportabit hinc in remotam, et longinquam terram! Dum igitur fieri potest, dumque nondum discessi, loquimini mecum tanquam nunc*

—8 Abest *hic* a 2.—9 *Itane. Ita. Itane* non potest pedem hic sustentare. Codex Regius: *Itane dicis? Ita.* Lege: *Itan ais? Ita.* Bent.—10 Al. *ex tuis nuptiis.* Both. *ex nuptiis si nil tuis.* Guelf. 3. *si de nuptiis.*—11 Do. ad locum: ‘in malo aliud malum.’ Legebat certe, *quærere in malo jubeas malum.* Bent. *Ne hujus me ctiam causa* Both. *Ni etiam hunc me hujus* Br. qui etiam non interrogat post *crucem. Jubeas malum* Perl. *Tu* pro *Ni* Guelf. 3. —12 *A vobis* 2.—13 *Sed parum est* Both.—14 Bodl. et EP. *Ne instigemus.* Ita et GM. Br.—15 Τὸ *hinc* non est in Bem. nec Vi. qua demta dictione, stat trochaicus, aliter impeditus. *Fa.* Abest a duobus nostris. *Bent.* Bothius legit, *Alius meis ab oculis illam hinc ignotum a. l. h.* ‘Alii haud bene omittunt *hem.*’ Bip. quæ etiam τὸ *hinc* non habet. A Guelf. 2. abest *in. Abducit* dat 1.—16 Servius ad Virg. Æn. IX. 484. ita citat integrum versum: *Quin igitur, dum licet, loquimini mecum, Antipho.* EP. *Dum igitur licet.* West. *Dum igitur diem licet, dumque adsum.* Hanc lectionem in nullo repperi libro scripto; omnes enim ita habent, *Dum igitur licet dumque adsum*, exceptis Bembino, Victoriano, qui ita, *Tum igitur dum licet*, quam nos lectionem, ut et antiquissimam, et versui commodam, ita recipimus, ut tamen *dumque adsum* legamus ex Victoriano, et ceteris, præter Bembinum, qui copulam non

Contemplamini me. AN. Quamobrem? aut quidnam facturus, cedo?

PHÆ. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,

Aut perire. GE. Di bene vortant, quod agas! pedetentim tamen.

AN. Vide, si quid opis potes afferre huic. GE. Si quid! quid? AN. Quære, obsecro,

Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta.

GE. Quæro. Salvos est, ut opinor; verum enim metuo malum.

AN. Noli metuere: una tecum bona, mala, tolerabimus.

GE. Quantum tibi opus est argenti? loquere. PHÆ. Solæ triginta minæ.

ultimum, Antipho, et me spectate. AN. *Quare? aut quidnam facturus es, dicas mihi velim.* PH. *Quocumque terrarum adducetur, constitutum est mihi eo usque ipsam sectari, aut mori.* GE. *Dii velint, ut quod acturus sis prospere succedat: sed sensim, et considerate agas, nec præcipitanter.* AN. *Vide Geta, si quid eum juvare potes.* GE. *Si quid! quid?* AN. *Excogita, precor, ne quid male faciat, quod postea nobis ægre sit, et dolorem afferat.* GE. *Excogito: salvus est, ut puto: verum sane ne malum inde veniat valde timeo.* AN. *Mitte timorem: omnia bona, mala tecum participabimus.* GE. *Quanta pecunia opus habes? dic, Phædria.* PH.

habet. *Fa.* Unus noster 900. annorum *Tum igitur*, ceteri *Dum igitur licet*. Veram lectionem servavit Servius ad Æn. IX. 484. *Quin igitur dum licet dumque adsum.* In principio versus, ut in Membranis solet, initiali litera omissa, ut minio postea scribatur, restat *um;* quod nescias, utrum ad *Dum, Tum, Cum*, an ad *Quin* pertineat. Inde errato initium. *Bent. Dum igitur licet* Br. Both. *Quin igitur, dum licet* Bip. Abest *Tum* a Guelf. 2. 3. GM. et Br. scribunt *assum* pro *adsum.*—17 Bodl. Br. et GM. *quidnam es facturus.* Both. *facturus? cedo!* Br. Bent. post *cedo* non interrogant. Bip. et Perl. interrogant post *facturus.*—18 M. *Prosequi.* τὸ *hinc* abest a Br. *Eam* post *persequi* Guelf. 3.—19 ANT. *Dii bene.* Pro ANT. edit. GE. usque ad 'tamen.' Sed præferenda videtur lectio MS. qui sermonem a 'Dii' usque ad 'huic' Antiphoni tribuit. *Bruns.* Quo minus hæc Antiphoni tribuantur, et Getæ dicta, quod Donati ætate quidam putabant, et Mss. nonnulli exhibent, facit, quod Geta nondum receperat, se operam daturum Phædriæ. *West. Pedetemptim.* Sic codices Faërni veteres et nostri. Apud Nonium scribitur *pedetemtim.* Hoc in omne genus Mss. animadverti, tam veterrimis mille et ducentorum annorum, quam recentioribus, vel 'temptare' scribi, vel rarius 'temtare;' nunquam, quod hodie obtinet, 'tentare.' *Bent. Pedetemptim* Br. *Quod agis* Guelf. 1.—20 Reponit Bent. *Vide opis siquid p. a. h.* Both. *Vide, si quid pote opis afferri huic. Vides* Guelf. 1.—22 EP. *verum enimvero metuo.*—23 Alii *malaque.* Guelf. 3. *bona malaque tecum una tolerabimus.*—24 *Quantum opus est tibi argenti.* Ratio trochaici exigit, ut *tibi* monosyllabum sit. *Fa. Quantum opus est tibi argenti, loquere. Tibi* in unam syllabam redigi negat. A codice Petrensi abest *tibi.* Pro *loquere* CCC. *eloquere.*

GE. Triginta! hui, percara est, Phædria. PHÆ. Isthæc vero vilis est.
GE. Age, age; inventas reddam. PHÆ. O lepidum caput!
GE. Aufer te hinc. PHÆ. Jam opus est. GE. Jam feres.
Sed opus est, mihi Phormionem ad hanc rem adjutorem dari.
AN. Præsto est: audacissime oneris quidvis impone, et feret.
Solus est homo amico amicus. GE. Eamus ergo ad eum ocyus.

Tantummodo triginta minis. GE. *Triginta? hui! percara est hæc virgo, Phædria.* PH. *Immo viliori pretio æstimatur.* GE. *Bono sis animo: hanc summam tibi conficiam.* PH. *O virum egregium!* GE. *Recede hinc.* PH. *Verum, hoc argento præsente opus est.* GE. *Jam accipies, sed opus est, ut mihi Phormio ad hanc rem auxiliator adjungatur.* AN. *Paratus tibi est: confidenter quidvis difficile, et grave ei manda, et suscipiet faciendum; solus est homo amico amicus; nullus est inter homines qui libentius amicis inserviat, qui amicus amico plus cupiat.* GE.

****

Ex Meadianis alter, *Quantum est opus tibi argenti, eloquere.* Repone, ut ‘ opus ’ in ictu sit, *Quantum est opus argenti, eloquere. Solæ triginta minæ.* Bent. *Quantum opus est tibi* Br. Z. *Quantum est opus argenti? eloquere* Both. *Q. opus est tibi argenti? eloquere* Perl. Bip. *Quantum est arg.* omissis *opus tibi* Guelf. 3.—25 Bodl. et EP. *Ista.* Malim *Istoc*, subaudi, pretio. *West.* Nostri plerique, *Ista vero.* Bent. Ita et Br.—26 G. *Age, age inventas reddam.* PH. *O lepidum caput.* In libro Bembino non est ea dictio, *caput*, quam nos proinde delentes, ita versum ordinamus, ut sit trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri hoc modo : G. *Age, age, inventas reddam.* PH. *O lepidum.* G. *Aufer te hinc.* PH. *Jam opus est.* G. *Jam feres.* Fa. *O lepidum. Aufer te hinc. Jam opus est. Jam feres.* Nostri omnes *caput.* Tres bonæ notæ *Auferte.* A veterrimo abest *hinc.* Repone, *Age age, inventas reddam. O lepidum. Auferte. Jam opust: jam feres.* Bent. *Τὸ hinc* abest a Br. Bothius legit *O lepidum! Auferte! At jam opus. Jam feres.* Abest *caput* a Perl. idem dat *opu'st.* Ita ordinat Bip. *Age, Age, inventas reddam. O lepidum caput. Aufer te hinc. Jam opus est.* | *Jam feres: sed, &c.* notatque eadem, ‘ Bent. nil videt, dum edit *Auferte.*’ ‘ *Auferte:* sic conjunctim Guelf. 3. Sed altera manus divisit, linea facta per medium, *Aufer te.*’ Perl.—28 Ad hunc vs. sic notat Bruns, ‘ Qui hunc sequitur versus in edit. ‘ PHE. Abi, dic præsto ut sit domi,’ in Ms. nostro transpositus est.’ Sequitur in Z. et intra parenthesin includitur. Bothius legit *adjutorem dari. Ac* | *Præsto est. AN. Audacissime o. q. impone ei: feret.* et notat,‘ Vulg. vel post hunc vs. vel post 30. in vett. edd. et Mss. præter Bem. Vi. et nostrum B, hæc leguntur: ‘ Abi, dic, præsto ut sit domi,’ quod merum glossema est monentis nescio cujus, Phormionem supra II. 3. 93. dixisse, ‘ domi se fore,’ indeque esse, quod Geta sic pro certo affirmet.’—29 EP. *quid vis oneres, impone, ferat.* West. Br. *τὰ et feret* versui seq. adjungit, legitque *quidvis oneris impone,* | *Et feret.*—30 GE. *Eamus ergo ad eum ocius.* Mss. M. Lips. Wit. Bœnd. cum. EP. addunt: PH. *Abi, dic, præsto ut sit domi.* Atque ita, sed diverso charactere, edidit Par. Sed in G. est, GE. *Abi, dic, præsto ut sit domi:* omissis illis, *Eamus ergo ad eum ocius.* West. PH. *abi, dic præsto ut sit domi.* Hæc verba neque in libro Bembino sunt, neque in contextu Victoriani : proinde subditicia suspicamur.

AN. Numquid est, quod opera mea vobis opus sit? GE. Nihil: verum abi domum;
Et illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,
Consolare: cessas? AN. Nihil est, æque quod faciam lubens.
PHÆ. Qua via istuc facies? GE. Dicam in itinere: modo te hinc amove.

Properemus igitur ad eum ire. AN. *Numquid est, in quo vobis opera mea usui esse possit?* GE. *Nihil: verum abi domum, et infelicem Phanium, quam ego, nunc domi perturbatam, metu atque exanimatam esse certo scio, verbis amicis consolare. Quid cunctaris?* AN. *Nihil est, quod jucundius mihi sit, quam hoc facere.* PH. *Quo pacto argentum hoc invenies?* GE. *Dicam tibi inter eundum: modo hinc proficiscere.*

Fa. Duplex clausula jam olim huic versui apposita est: GE. *Eamus ergo ad eum ocius.* AN. *Solus est homo amico amicus:* PH. *Abi dic, præsto ut sit domi.* Et fieri quidem potest, ut utraque vera sit: scilicet ut eodem tempore uterque, Geta et Phædria, loqueretur: ut Hec. v. 2. 24. et 25. videntur eodem tempore Laches et Phidippus suos versus pronuntiasse. Libri nostri utramque habent, nisi quod veterrimus priorem omittit: Bem. contra et Vi. posteriorem. Si ex eventu judicare licet, (etsi Phædria, tum ignarus quid Geta moliretur, 'abire' eum fortasse jusserit, ipse secuturus,) posterior repudianda erit; Geta enim non præcurrit ad Phormionem, sed una cum Phædria ad eum visit. *Bent.* Addunt al. Mss. PH. *Abi, dic, præsto ut sit domi.* Quæ vero Fa. ut subdititia delevit. Adsunt quidem in GM. et GC. ubi integrum constituunt versum. Par. huic versui apponit. Inserit additamentum Lind. post vs. nostrum. 27. [ap. nos. 28.] GM. cum Br. [Delph.] post *ocius.* Perl. Alii subjungunt huic versui versum prorsus inutilem, al. præponunt versui 28. PH. *Abi, &c.* Bip.—31 Ms. Wit. *Nihil vero. abi domum.* West. Post *domum* Both. addit *et* ex vs. sequenti.—32 Abest *metu* a Guelf. 2. *Exanimam* dat Both.—34 Legendum monet Bent. *Dicam in itere.* Ita et dat Both.

ACTUS IV. SCENA I.

DEMIPHO. CHREMES.

DE. QUID? qua profectus causa hinc es Lemnum, Chremes?

DE. *Quid? cujus rei causa Lemnum navigasti, Chremes? Adduxistine tecum*

1 *Chreme, Adduxtin* Bent. Both. Z. Bip. *Es Lemnum? Chreme, Add.* Perl.

Adduxtin' tecum filiam? CHRE. Non. DE. Quid ita non?
CHRE. Postquam videt me ejus mater esse hic diutius,
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam, ipsam cum omni familia
Ad me profectam esse aiebant. DE. Quid illic tam diu,
Quæso, igitur commorabare, ubi id audiveras?
CHRE. Pol me detinuit morbus. DE. Unde? aut qui?
CHRE. Rogas?
Senectus ipsa est morbus; sed venisse eas
Salvas, audivi ex nauta, qui illas vexerat.
DE. Quid gnato obtigerit, me absente, audistin', Chreme?
CHRE. Quod quidem me factum consilii incertum facit;
Nam hanc conditionem si cui tulero extrario,
Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum ordine est.

filiam Phanium? CH. *Non.* DE. *Quid ita non?* CH. *Quia cum mater ejus videret me hic diutius morari, quam solerem, nec adventum meum expectare posset, tum etiam ætas jam nubilis virginis moram longiorem non concederet; mater illa navi conscensa (ut aiebant Lemni) in hanc urbem Athenas cum omni familia ad me profecta est.* DE. *Quid igitur Lemni quæso, tantum tempus desidebas, ubi acceperas ad te ita illas itineri se dedisse?* CH. *Per Deos morbus me tardavit.* DE. *Unde ille morbus ortus est, et qui fuit?* CH. *Rogas? senectus ipsa fuit, quæ gravis morbus est: sed advenisse illas salvas Athenas, nauta qui illas vexerat mihi nuntiavit.* DE. *Quid filio meo acciderit, dum abessem, rescivistine, Chreme?* CH. *Rescivi, et hoc facinus adeo me perturbat, ut dubius sim animi, et anceps, quid consilii capiam. Nam conditionem filiæ meæ si cui obtulero, id est, si filiam meam alicui extraneo nuptui collocavero, me oportebit illi declarare, quæ sit mater, ex qua eam suscepero, quomodo, et ex qua muliere illa sit mihi filia: te quidem non minus*

Chremes, Adduxtin Br.—2 Codd. quidam, *Abduxtin'*. West. *Addustin'* Guelf. 2. *Est* in fine 3.—5 J. *Meam ob negligentiam.*—6 Rivius τὸ *esse* recidit. G. *aiebat*. West. *Ad me profectam esse aiebant. Aiebant* dissyllabum est, ut stet versus: sunt tamen complures libri, qui versum hunc ea verborum collocatione habent, ut in dimetiendo nihil sit difficultatis, *Ad me esse profectam aiebant:* nos tamen vulgatam sequimur, ut antiquissimam. *Fa.* Nostri omnes *profectum esse.* Recte. *Aibant* disyllabon semper apud Nostrum. *Bent. Aibant* Bip. Perl. Both. *Esse profectam* Delph.—7 Guelf. 3. *commoraberis.* 'Multi libb. *audieras.* Ita etiam GM. cum sup. scripta syllaba, *ve*, ut sit *audiveras.*' Perl. *Id ubi* Both. 'Antiquissimi libri, et multi alii *audieras:* sed et hoc modo penultima producenda.' *Fa.* Quatuor nostri primarii, præter alios, *audiveras:* sic pronuntiandum, sic et scribendum. *Bent.*—9 *Ipsast* Bent. Z. *Ipsa morbus est* Br. qui ordo, inquit Perl. Terentii esse videtur, vocula 'est' plerumque finientis. *Illas* pro *eas* Guelf. 3.—10 Mss. et editi quidam post EP. *advexerat.* West.—11 Ratio nulla est, quare citra interrogationem hic versus legatur: quod vult Guy. *Idem.*—12 *Consili* Bip. Perl. Bent. Bothius ex Hel. legit *Audî: quod quidem me consili incertum facit.*—13 Pauci Mss. *extraneo.* Atque ita Mur. ET. cum Venetis, EA. et Gambarello. *West.* Omnes nostri præter Hel. qui omisit vocem, *extraneo.* Both.—14 Al. *dicundum.*—15 Τὸ *æque* abest

Te mihi fidelem esse æque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille, si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas;
Sin spreverit me, plus, quam opus est scito, sciet:
Vereorque, ne uxor aliqua hoc resciscat mea:
Quod si fit, ut me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat; nam ego meorum solus sum meus.
DE. Scio ita esse; et isthæc mihi res solicitudini est:
Neque adeo defetiscar unquam experirier,

fidem mihi servaturum esse, quam egomet mihi, noveram. Ille vero extraneus, si meam affinitatem acceptam habuerit, silentium observabit de nuptiis meis cum Lemnia uxore, de qua nata est filia Phanium, dum perseverabit stare benevolentia: sin me despexerit, et filiam meam repudians affinitati renuntiaverit, hoc scito, plus sciet de rebus, quam expediet mihi cum scire, ac metuo ne tandem uxor mea certior fiat, de consuetudine quam habui cum alia uxore. Quod si accidit, nihil aliud superest, quam ut ipsemet me extrudam foras, et domo excam: nam ut verum dicam ex meis domesticis solus fidelis mihi sum, a quo consilium petam. DE. *Id sat scio hæc se ita habere ut dicis; et istud mihi non levem curam et molestiam affert, neque ullo*

---

a cod. Br.—16 Nostri *Sciebam;* et ex Bembino hic colligas, recte nos fecisse, qui in ceteris locis, ubi ipse Bembinus fallit, ex metri lege syllabas contraximus. *Bent. Sciebam* Br.' GM. GC. *Alius* pro *alienus* Guelf. 2.—18 Both. non habet τὸ *est. Plus, quam me* Guelf. 2.—20 Mss. et editi quidam post EP. *Quod si scit.* West. *Uti me excutiam.* O. l. s. *ut.* Fa. Et nostri omnes *ut.* Bent. *Quod si siet* Br. 'Ms. Par. tert. *sciet* perperam. At ego mallem si per codd. liceret, *siet* vel *sit;* quippe quæ periphrasis esset Nostro valde familiaris. Do. notat, 'legitur et *excutiat:*' quam variam lect. Donati Schmiederus fovet. Ego non. Nam conjunctio 'atque' constructionem continuat. Et inde sequitur, ut, si *excutiat* vera esset lectio, Terentius sane scripsisset, pronomine addito, *ego egrediar.* Par. pro var. *excrucias* depravate.' *Perl. Scit* Guelf. 3.—21 *Namque* Idem.—22 EP. *et ideo istæc res mihi sollicitudinem.* West. *Scito ita esse, et ideo istæc* Br.—23 *Neque adeo defetiscar unquam experirier.* Hæc Libri Bembini lectio est; quæ varie exhibetur in Mss. aliis. Leidenses quinque, Tr. G. *Neque defetiscar unquam ego experirier.* Eandem lectionem laudat Guy. ex Cod. Regio, et Quadrato. estque in edd. Junt. Ald. Antverpiensi, anni 1546. Pictaviensi, et St. nisi quod priores binæ *defeciscar* legunt. Ms. Bœnd. *Neque defetiscar ego unquam adeo experirier.* Atque ita EA. sed legens, *deficiscar:* neque aliter Venetæ, cum Arg. et aliis. Bodl. *Neque defetiscar ideo inquam ego experirier.* Wit. *Nec defetiscar nunquam adeo experirier.* Eug. et Gambarellus: *Neque defetiscar unquam adeo experirier.* Rivius, *Neque defetiscar usque adeo experirier.* Quomodo citat Priscianus lib. X. et XVIII. exponens, *οὔτε ἐξατονήσοιμι ἄν.* Lectio autem Mss. Leidensium genuina videtur, in qua τὸ *ego* post *unquam* collocatur. τὸ *adeo* autem vel ob inconstantem sedem suspectum videtur. In quibusdam Codd. *defatiscar* legitur. *West. Neque defetiscar usque ego experirier.* Maxima quidem pars librorum ita habet, ut in lectione vulgata; sed Bembinus ita, *Neque adeo defitiscar unquam experirier,* quod stare non potest, nisi τὸ *adeo* penultima sit dictio hujus versus: quemadmodum et in libro Terentii scripto inveni eam collocatam, et apud Priscianum libro decimo hunc locum citantem: ita etiam Paulus Manutius impressit: nos tamen lectionem libri Bembini, ut antiquis-

Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

labore defatigabor omnia usque tentando, donec id quod tibi promisi perfecero; scilicet nuptias filii mei cum tua filia.

simam malumus, sustentantes versum, vel elisione *r*, ex *defetiscar*, vel *e*, ex *experirier*. Fa. *Neque adeo defetiscar umquam experirier*. Sic dedit Fa. sed elisiones istæ, quas suggerit, indignæ sunt Terentio. Nostri, ad versum saltem, commodius, *Neque defetiscar unquam ego experirier*. Sed bis hunc citat locum Priscianus p. 889. et 1147. atque ibi, tam in editis quam scriptis, sic exhibetur, *Neque defetiscar usque adeo experirier*. Recte. *Usque adeo donec:* ut And. IV. 1. 38. 'Suadere, orare; usque adeo donec perpulit.' *Bent. Neque defeciscar unquam ego experirier* Br. *Neque defetiscar usque adeo ex.* Both. Delph. Perl. et Bip. Vet. cod. ap. Lind. *experier*. GM. *defeciscar*. Idem *ego* pro *adeo*. Abest *adeo* a Guelf. 3.—24 *Pollicitus quod sum* Both. Abest *tibi* a Guelf. 3.

ACTUS IV. SCENA II.

GETA.

Ego hominem callidiorem vidi neminem
Quam Phormionem: venio ad hominem, ut dicerem,
Argento opus esse, et id quo pacto fieret:
Vixdum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat; me laudabat; quærebat senem;
Dis gratias agebat, tempus sibi dari,
Ubi Phædriæ se ostenderet nihilominus
Amicum esse, quam Antiphoni: hominem ad forum

Ego neminem omnium novi, ad inveniendum consilia callidiorem, et ad expediendum difficilia peritiorem, quam Phormio est. Adivi hominem, ut ei dicerem argento nobis opus esse, et qua ratione id inveniri posset: vixdum dimidium declaraveram, cum rem totam jam perspexerat. Lætabatur meis verbis, me laudabat, quærebat, ubinam esset Demipho: Diis gratias agebat eo quod occasionem sibi offerrent, ubi ostenderet se non minus Phædriæ causa velle, quam Antiphonis. Hominem

2 Br. Schmied. et Both. *veni*. Guelf. 3. *ut dicam*.—3 Codices quidam Mss. et impressi, *Argentum*. West. In Bem. legitur *Argentum*, quod non displicet: antiqui enim 'opus esse' etiam cum accusativo jungebant. *Fa.* Nostri *Argento*. Bent. Ad vocem *fieret* Br. gloss. 'dicerem,' et notat Bruns, 'edit. distinguunt post *fieret* ad quam distinctionem, quanquam codici abest, refertur glossa præcedens.' *Argentum esse opus* Both. *Argentum* Bip. Perl. Delph. Z.—4 Bœnd. et EA. *Vix dimidium dixeram dum, intellexerat*. West.—6 *Sibi tempus* Both. *Diis* Br. Delph. *Gratias habebat* Guelf. 3.—7. 8 *Ubi Phædriæ se ostenderet nihilo minus Amicum esse, quam Antiphoni: hominem ad*

Jussi opperiri; eo me esse adducturum senem.
Sed eccum ipsum: quis est ulterior? atat! Phædriæ
Pater venit: sed quid pertimui autem, bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc, unde a primo institui: is si dat, sat est:
Si ab eo nihil fiet, tum hunc adoriar hospitem.

in foro expectare jussi Demiphonem, dicens me illuc eum esse adducturum: sed ecce ipsum. Quis est ulterior qui pone eum sequitur? At at at Phædriæ pater Chremes venit: verum demens quid formidavi? an propterea quod duo sunt mihi traditi quibus dem verba, atque imponam? utilius esse arbitror duplici spe potiri. Experiar obtinere primum ab eo pecuniam a quo constitui. Id si obveniat nihil ulterius quæro. Si ab hoc nihil impetrem, tum hunc aggrediar hospitem.

forum. Alter ex his versus vitio quodam laborat, quod per te ipse deprehendes. Codex Regius habet, *Amicum se esse;* etsi in priore colo *se* habuerit. Repone, *Ubi Phædriai ostenderet nihilo minus Amicum se esse, quam Antiphoni: hominem ad forum.* 'Phædriai,' ut supra 'Cliniai,' 'Hospitai.' *Bent. Amicum se esse* Br. Bothius hosce versus sic legit: *Ubi esse amicum Phædriæ nihilo minus | Ostenderet se quam Antiphoni: hominem ad forum.* Bip. Perl. *se* collocant ut Bent. Pro *se esse* Guelf. 2. *sese est.*—9 *Senem esse add.* Br. *Jussi opperirier: eo me add. senem* Both. ex Hel. *Jussu* J. *Ego me esse* Perl. —10 *Quis est ulterior?* Nimis argutatur Guyetus, legens, *quis est interior?* h. e. dignior; et inde conficiens, Chremetem Demiphone majorem natu fuisse. Quasi vero hic de honore agatur, et non de numero advenientium. *West.* Corrige *qui est ulterior?* vel fortasse, *qui iste ulterior?* Bent. Bip. *at, at, Phæd.* Delph. *at at at P.* Bent. *attat.*—11 GM. GC. Br. Bent. Both. Fa. Par. *belua* per unum *l.* 'Nos cum Heinsio metri causa spernimus *sed,* quod redundat. Sic Eun. v. 8. 5. 'Perii quid hoc autem est mali?'' *Bip. Sed* quoque abest Delph.—12 *Duo mihi sunt pro uno dati?* Both. Abest *mihi* a Guelf. 3.—13 Hunc vs. expungit Guy. Est vero appositissimus et Latinissimus. Unde et Priscianus Instit. Grammat. lib. VII. eum laudat. G. *Commodius est.* West. *Spe uti* Bip.—14 G. *si is dat.* EP. *si dat.* Wit. et Bœnd. *si is dat, satis est.* West. *Si is dat* Br.—15 M. et EP. *ab hoc.* Neque aliter Mss. Bœcleri. EA. *tamen* pro *tum.* West. *Si ab hoc nihil fiat.* Bem. *Si abeo:* et præterea, et hic liber et omnes alii, *nihil fiet* habent. *Fa. Fiet* nostri omnes; iidem tamen *hoc.* Bent. *Ab hoc* Br. Guelf. 2. 3. Z. Delph.

ACTUS IV. SCENA III.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

AN. EXPECTO, quam mox recipiat huc sese Geta:

AN. *Expecto, quam mox domum sese recipiat Geta. Sed patruum Chremetem*

1 Mss. Bodl. G. Wit. cum EP. *recipiat sese,* omisso *huc:* quod nec Dona-

Sed patruum video cum patre astantem: hei mihi!
Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem!
GE. Adibo hosce: o noster Chremes! CHRE. Salve, Geta.
GE. Venire salvom volup' est. CHRE. Credo. GE. Quid
agitur? 5
CHRE. Multa advenienti, ut fit, nova hic compluria.
GE. Ita: de Antiphone audistin' quæ facta? CHRE. Omnia.
GE. Tun' dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri! DE. Id hoc cum agebam commodum.

video cum patre stantem: hei mihi, quam metuo quo ille peregre reversus patrem incitet. GE. *Ad hos ibo. O noster Chremes!* CH. *Salve, Geta.* GE. *Te rediisse salvum et bene valentem mihi sane jucundissimum est.* CH. *Credo.* GE. *Quomodo agitur tecum?* CH. *Multæ, ut in hac vita usu venire solet, redeunti novæ res hic occurrunt.* GE. *Ita, audivistine quæ de Antiphone facta sunt?* CH. *Omnia.* GE. *An tu, Demipho, rem uti gesta est, jam narrasti? facinus crudele, et miserabile sic circumveniri.* DE. *Hoc temporis momento de hac re cum fratre Demiphone*

****

tum agnoscere scribit Fa. *West.* Tres antiquissimi libri et Bas. non habent *τὸ huc*, nec Do. *Fa.* Etiam nostri nesciunt illud *huc*. Bent. Abest quoque Br. Both. Bip. Z. *Se* pro *sese* GM.—2 Al. collocatio est, *cum patre video*. Bothius ordinat, *video astantem cum patre*.—3 *Τὸ hujus* abest a Ms. Wit. *Impellat meum* Hel. Both.—4 Codd. quidam *O salve, noster Chreme*. West. *Adibo hosce: o noster Chremes.* CH. *Salve Geta*] Liber Bembinus ita habet, *O salve noster Chreme:* quod si recipimus, oportebit primam hujus versus syllabam præcedenti applicare, et vel ex 'noster' *r* elidere, vel in 'Chreme' posteriorem corripere; ita etiam numerus erit melior: nam in vulgata lectione duo medii pedes singuli ex integris constant partibus orationis; quod in senariis et heroicis versibus vitiosum esse, auctor est Gellius lib. XVIII. cap. ultimo. *Fa. Adibo hosce. o salve noster Chreme. Salve Geta.* Sic a Faërno est ex Bembino. Sed tolle illud *hosce*, et repone, *Adibo: o salve noster Chreme: salve Geta.* 'Adibo' absolute, ut Eun. III. 2. 8. 'Adibo: atque adsimulabo, quasi nunc exeam.' Adelph. III. 4. 14. 'Adibo, salvere Hegionem plurimum Jubeo:' et ita sæpe alibi. Nostri omnes sic habent, *Adibo hosce: o noster Chremes. Salve Geta:* in quo hoc primum peccatur, quod Geta Chremetem salvere non jubet; deinde, id quod ex Gellio notat Faërnus, medios duos pedes 'Noster Chremes' ex integris verbis constare, id vitiose fieri metrici olim animadverterunt; nempe quia tum necesse est, ut syllabæ ultimæ acuantur, contra Latinæ linguæ indolem. *Bent. O noster Chreme* Perl. *O salve noster Chreme* Bip. 'Vulg. *noster Chreme*. CH. *Salve Geta*, non recte collocato verbo 'Chreme,' si genuinum esset; sed sane est glossema.' *Both.* qui inde dat, *Adibo: o salve, noster* .... CH. *Salveto, Geta.*—5 Wit. *Venire salvom te.* Bodl. et G. cum EP. *voluptas est.* West. CH. *Credo.* Ita Mss. Leidenses omnes, Tr. G. Bœnd. et Wit. cum plerisque omnibus impressis veteribus. Adveniens enim Chremes Getæ adventum gratulanti respondet. Demipho vero jam dudum advenerat. Quod Dacieria notat, *Credo et creditur sont des termes de civilité, dont on se servoit pour remercier ceux, qui faisoient quelques honnêtetez*, hic locum non habet. *Idem.* DE. *Credo* Bent. Bip. *Volupe est* Br. Bip. Both. Delph. *Volupe 'st* Perl. Z. *Voluptas* GM. *Venisse* Both.—6 *Nova hic, compluria.* Ita distinguendum monet West. *Nova hic compluria* Br. Bent. Perl. Z. Delph. *Nova, hic compluria.* Bip. Bothius legit *Multa advenienti hic nova, uti fit compluries.* GM. Guelf. 2. *complura.*—7 *Ita est* Idem.—9 *Id*

GE. Nam hercle ego quoque, id quidem agitans mecum sedulo,
Inveni, opinor, remedium huic rei. DE. Quid, Geta?
Quod remedium? GE. Ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. CHRE. Qui Phormio? GE. Is, qui istam.
CHRE. Scio.
GE. Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam.
Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Ut componantur gratia, quam cum mala?
Herus liberalis est, et fugitans litium:

agebam. GE. *Equidem per Herculem ego quoque id animo apud me sæpe versavi, adeo, ni fallor opinione, ut huic rei medicinam invenerim.* DE. *Quid Geta? quæ medicina?* GE. *Ut a te discessi, forte mihi Phormio obvius factus est.* CH. *Qui, Phormio?* GE. *Is, qui istam virginem defendit.* CH. *Novi hominem.* GE. *In mentem mihi venit, ejus voluntatem indagare. Seduco seorsum hominem solum; cur non, inquam, Phormio, curas, ut hæc res inter vos transigatur potius cum benevolentia, quam cum male volentia diutius agitetur? herus Demipho liberalis est ingenii, ingenuus est, et*

---

hoc cum agebam commodum. Hæc Chremeti tribuit Guy. *West.* Alii ordinant *Cum hoc id.* Br. legit *Id cum hoc agebam incommodum.* Bent. Perl. Both. Bip. Z. Delph. *Id cum hoc.* Notat etiam Bip. 'Ms. Reg. teste Dac. Chremeti aptius tribuit, quæ vulgo Demiphonis faciunt verba. Scil. Chremes, qui filiæ causa id magis curæ habet, etiam promtior est ad loquendum.'—10 *Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulo.* Soli libri V. et Vi. et Bas. ita habent, ut in lectione vulgata: at vero omnes alii, et in iis Bembinus, sine *τὸ quidem*, hoc modo, *Nam hercle ego quoque id agitans mecum sedulo;* qua lectione admissa, non fiet collisio in 'nam hercle.' *Fa. Nam hercle ego quoque id agitans mecum sedulo.* Sic dedit Faërnus; sed in 'nam hercle' necessario fit collisio; ergo recte, quod et nostri omnes, recentiore uno excepto, *Nam hercle ego quoque id quidem agitans mecum sedulo.* Bent. *Τὸ quidem* abest Z. Delph. 'Metri causa *quidem* post *id* ex codd. V. Bas. et Vi. restituimus cum Bent. Bem. non habet; hinc Fa. et asseclæ omisere.' *Bip.*—11 Mss. Bodl. G. Wit. Bœnd. et EP. *Inveni, ut opinor.* West. DE. *Quid, Geta?* Hæc Chremeti tribuuntur in quibusdam codd. illa vero *Quod remedium?* Demiphoni. *Idem.* Recte hoc Bembinus; et idcirco, quod omisit Faërnus, in textum recepimus. *Bent.* Ita et Both. Perl. Bip. *Quid est* Guelf. 3.—13 *Istanc* Hel. Bip. Delph. Both. *Istum* Guelf. 3.—14 Codex noster veterrimus pro *ejus* habet *prius;* alter 900 annorum *prius ejus:* tertius *ejus pertentarem.* Certe illud *tentarem*, pes molossus cum duplice accentu, dehonestat hunc versum. Repono *Visum est mi, ut ejus tentarem prius sententiam.* Bent. Ita et Both. Perl. *Pertentarem* EP.—15 *Quærendo hominem* Br. sed notat Bruns, 'edit. et Bent. *Prendo*, et sic mutat. in cod.'—16 Bona Mss. pars, *inter nos*, quomodo et Eug. legit. *Sic* abest a Mss. Bodl. et Wit. sed G. et Bœnd. *si.* West. Non placet illud *sic:* ab aliquot libris abest; in aliis *si.* Præterea in multis est *nos*, non *vos.* Repono, *Videmus, inter nos hæc potius cum bona.* Certe cum *inter nos*, vel *inter vos* dicit, utriusque partis officium notat, non unius tantum. Quare aut *Videmus inter nos* lege, aut *Videtis inter vos.* Apud Pr. tamen p. 1103. *Vides inter vos.* Bent. *Si* pro *sic*, omisso *Ut*, Guelf. 3. Ibid. *in bona.* '*Sit hæc p. c. b.*

Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.
An. Quid hic cœptat? aut quo evadet hodie? Ge. An legibus
Daturum pœnas dices, si illam ejecerit?
Jam id exploratum est: heja! sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine; ea eloquentia est.
Verum, pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis ejus res agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus nunc hic, inquam; eho! dic, quid velis dari
Tibi in manum, ut herus his desistat litibus:
Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies.

contentionum forensium osor: nam ceteri profecto ejus amici omnes uno consensu modo ei consilium dederunt, ut hanc fœminam domo expelleret. An. *Quid conatur? aut quo perveniet hodie?* Ge. *Dicesne legibus illum punitum iri, si illam foras extruserit? jam id certum est, te gravi labore nimio plus defatigatum iri, si cum illo viro legibus disceptas, adeo est eloquens. Verum ita sit, do ita esse ut causa cadat, et condemnetur aliqua pœna: attamen non capite, sed pecunia tantum mulctabitur. Postquam hominem animadverti hoc sermone leniri, adjeci hæc verba; soli sumus hic, inquam; eho, dic, quid velis tibi dari in manum, ut herus his evadat litibus, hæc fœmina hinc abeat, tu importunus, et gravis non ei sis posthac amplius.*

Herus lib. est, &c. Guelf. 1. Absunt intermedia verba, *Ut comp. g. q. mala.*' Perl.—18 Τὸ *et* abest Br.—20 *In uno* Guelf. 3.—21 *Incœptat* Br. Guelf. 3.—22 *Laturum* M. Guelf. 1. 2. *Pœnas daturum* Both.—25 Bem. *pono*; quasi diceret, concedo. *Fa.* Nostri omnes *pone*. Bent. *Pono* Both. Perl. *Tandem tandem* Br.—26 *Non capitis ejus res agitur, sed pecuniæ.* In scandendo versu, *ejus* monosyllabum est; quæ licentia vitaretur, si legeretur, ut in contextu libri Victoriani, *Non capitis ejus agitur, sed pecuniæ.* aut ut in Bembino, *Non capis*: quod forte procedit pro *capitis*, sicut antiqui 'lapis' dixerunt in genitivo. *Fa.* Nihil opus est istis: *ejus* monosyllabon est, sæpius fere quam disyllabon. Potius tamen legendum est, ut in veteri codice apud Guyetum, *Non capitis ei res agitur, sed pecuniæ.* Bent. *Ei res* Both. Perl. Τὸ *res* abest Delph.—27 Wit. *emollirier.*—28 Bodl. G. Wit. *inquam, hic.* West. *Soli sumus nunc inquam: eho dic quid velis dari.* In o. l. s. *nunc hic inquam* legitur; in aliquibus non est verbum *dic*, inter quos est Bembinus, qui etiam pro *velis*, *vis* habet, ut versus exposcit: ita legendum, *Soli sumus nunc hic, inquam; eho, quid vis dari.* Fa. *Soli sumus nunc hic, inquam: eho quid vis dari.* Miror in omnibus Faërni libris *hic inquam* fuisse, cum in nostris sit universis *inquam hic*: atque id recte, ut 'inquam' sit in ictu. Nostri tamen mox mendose, *Dic quid velis dari tibi in manum.* Bent. *Inquam hic: eo dic quid velis | Dari* Br. *S. s. hic nunc, inquam; eho dic, quid vis dari* Both. *Quid vis dari* Eug. Delph. Lectionem Bent. dat Perl. *Eho, quid vis dari* Bip.—29 Ne *erus* extra ictum penitus abscondatur, repone, *Tibi in manum, erus ut h. d. l.* Bent. *Herus ut* Both. Perl.—30 *Discedat* pro *facessat* Guelf. 3.—32 *Boni æquive* Idem.—33

AN. Satin' illi Di sunt propitii? GE. Nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris,
Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. DE. Quis te istæc jussit loqui?
CHRE. Immo non potuit melius pervenirier
Eo, quo nos volumus. AN. Occidi! CHRE. Perge eloqui.
GE. A primo homo insanibat. CHRE. Cedo, quid postulat?

AN. *Satisne illi Phormioni Dii sunt faventes?* GE. *Nam probe scio, si æquitati consentanea, si æqua tantula ex parte poposceris, ne minima quidem, ut homo est æquitatis amans, intercedet altercatio inter vos hodie.* DE. *Quis tibi hoc negotium dedit, ut talia diceres?* CH. *Geta recte fecit; non potuit commodius loqui, ad consequendum id quod cupimus.* AN. *Perii.* CH. *Perge, continua sermonem.* GE. *At primo homo stulte mihi loquebatur.* CH. *Die mihi, quid petit?* GE. *Quid?*

Ms. Lips. et Bœnd. *vir bonus.* West. *Ut ille est bonus vir.* O. l. s. habent, *Ut est ille.* Fa. CCC. et alter e Meadianis, *Ut ille est.* Bent. Bothius legit *Ut bonus ille est vir.*—35 Abest *Immo* a Guelf. 3.—36 CH. *Perge eloqui.* Hæc in codd. quibusdam Demiphoni tribuuntur, ut et illa, 'Cedo, quid postulat,' et 'Dic,' et 'Immo malum hercle: ut nihil pudet!' *West. Perge eloqui* Demiphoni tribuit Br. *Loqui*, pro *eloqui* Guelf. 2.—37 *A primo.* Proba lectio. Mss. M. Tr. G. Wit. Bœnd. *At primo.* Atque ita fuerat in nuo Mss. Leidensium, sed litera *t* in *at* postea est erasa. Sed et ita ediderunt Pulmannus, Fabrinus, alii, post EA. Venetas, et Argent. Ita et Gambarellus legebat. *West.* Bœnd. et EP. *insaniebat.* Wit. *Credo.* Idem. *Cedo, quid postulat?* Hæc Demiphoni tribuunt Bent. Both. Perl. et Bip. quæ etiam cum Delph. *At primo.* —38 *Quid? nimium: quantum libuit.* Ita distinguo, ut ἐμφατικώτερον. Etiam aliter olim lectum videas e Donato, qui tamen ipse nostram lectionem tuetur. Ludovicus Carrio, quod 'quosdam' fecisse Donatus dicit, ipsi Donato tribuens, legit: C. *Quid?* G. *Nimium quantum.* C. *Quantum? dic.* G. *Si quis daret.* Vide ejus Antiq. Lect. Commentar. II. cap. 13. quomodo et Lipsio placuisse dicit. Ms. Wit. GE. *Quid? nimium.* DE. *Quantum libuit:* quomodo e Charisio citat Muretus. Si junctim, *nimium quantum* legas, valebit simpliciter, *nimium*, vel, *pernimium.* West. Codex 900 annorum *quantum voluit;* et *libuit* pro varia lectione inter lineas. Hinc colliges utrumque additituum esse: Lege, quod jam ab aliis occupatum est, G. *Quid? nimium quantum.* C. *Quantum? dic.* G. *Siquis daret.* Sic olim legebat Celsus Grammaticus apud Charisium p. 185. '*Nimium quantum:* Terentius in Phormione. Ubi Celsus pronuntiat; uti Immane quantum, Incredibile quantum. Licet quidam sic legant, inquit, ut 'nimium' servus dicat, 'quantum' vero senes: sed sententiam non intelligunt.' *Bent. Quid? nimium quantum?* DE. *Quantum? dic.* Both. *Nimium quantum libuit* Z. Perl. qui notat. 'Far. ed. more suo junctim *nimium-quantum*, hoc est, immane quantum. Probe. Varie tamen dividuntur

NOTÆ

31 *Satin' illi Dii sunt propitii?*] Hoc est, Satisne mente sanus est: nam quibus veteres bonam mentem optabant, his Deos propitios esse precabantur: contra quibus malam mentem, Deos iratos.

33 *Tria non commutabitis Verba*] Verba commutare est colloqui et inter se disserere. Noster Terentius in Andria: 'Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse verbum.'

GE. Quid? nimium; quantum libuit. CH. Dic. GE. Si quis daret
Talentum magnum. CHRE. Immo malum, hercle: ut nihil pudet!
GE. Quod dixi adeo ei: quæso, quid si filiam
Suam unicam locaret? parvi retulit
Non suscepisse: inventa est, quæ dotem petat.
Ad pauca ut redeam, ac mittam illius ineptias,
Hæc denique ejus fuit postrema oratio:
Ego, inquit, jam a principio amici filiam,
Ita ut æquom fuerat, volui uxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,

nimium: quantum ex libidine sua voluit. CH. *Dic.* GE. *Velim (aiebat) talentum magnum mihi detur.* CH. *Quin potius magnum malum detur ei. Quam impudens homo ille!* GE. *Hæc quoque ei respondi; rogo, si unicam suam filiam alicui in matrimonium collocaret, an plus ei daret, quam petis? non multi interfuit sua, nullam genuisse, ut video; siquidem inventa nunc est aliqua ipsi, quæ æque ac propria non minorem dotem petat. Ut ad pauca verba redigatur oratio mea, et silentio præteream ejus ineptas nugas; hunc habuit ultimum sermonem; ego, inquit, hanc puellam primo in uxorem volui accipere, quod esset amici mei filia, et hoc æquitatem velle arbitrabar; nam animo meo occurrebat, quanta infelici incommo-*

---

hæc verba inter personas. Mihi rectius videtur tribui *quant. lib.* Chremeti, quippe qui nullum abhorret pretium, modo ne rescindantur nuptiæ. Quod ita esse ex infer. vss. 59. 65. et 72. probabitur.' Bip. lectionem Bent. omnino dat. DE. *Quantum.* GE. *Libuit* Guelf. 2. *Quid* pro *quis* 3.—39 *Immo malum, hercle*] Demiphoni hæc tribuenda; Chremes enim hac ipsa Scena facilem se præbet, et ut absolvatur Phormio, de suo daturus est Demiphoni. EP. et Mss. G. Bœnd. Wit. et M. recte Demiphoni tribuunt. *West. Immo malum hercle.* Hoc cum libris nostris Demiphoni tribue, ut et illud superius, 'Cedo quid postulat?' Convenit illum exclamare, quippe qui de suo solvendum fore credebat. *Bent.* Demiphoni tribuunt Br. Both. Perl. Bip.—40 *Ei quæso, quid* Br. *Ei adeo: quæso* Both.—41 A Guelf. 2. abest *Suam*, cujus in loco est *Quam.* Tunc mutatur periodus. *Perl.*—42 Wit. *quia inventa est.* 'Illud *quia* ante *inventa*, quod in quibusdam libris reperitur, est glossema, quod a versu damnatur, nec a sensu magnopere requiritur. Nam ellipsis personæ narrantis magis convenit. *Zeun. Inventa est, quæ dotem petat.* Hæc Bip. cum Eug. Demiphoni tribuit.—43 Wit. *Ut ad pauca redeam.* EP. *omittam.* West. *Ut ad p. r.*] Si legas *Ad p. ut r.* constat versus. Forte in 'ad' elidítur *d.* Er. *Ut ad pauca r.* Br. Bent. Z. Bip. Delph. *Ejus* pro *illius* Guelf. 3.—44 Τὸ *ejus* abest Br. *Nec denique*, omisso *Hæc*, Guelf. 2.—47 Reponendum

NOTÆ

39 *Talentum magnum*] Talentum Atticum minus erat sexaginta minarum, valebatque sexcentis Coronatis Gallicis, sive 1800. libris Turonensibus, decies octies centum libris Turonum: majus vero talentum erat octoginta minarum, id est, 2400. libris Turon.

In servitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissolverem
Quæ debeo; et etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa 'st mihi,
Nullam mihi malim, quam istanc, uxorem dari.
An. Utrum stultitia facere ego hunc, an malitia,
Dicam, scientem an imprudentem, incertus sum.
De. Quid, si animam debet? Ge. Ager oppositus est pignori,
Ob decem minas, inquit. De. Age, age; jam ducat: dabo.
Ge. Ædiculæ item sunt ob decem alias. De. Oi! hui!
Nimium est. Chre. Ne clama: petito hasce a me decem.

da ferenda essent, si inops diviti, in servitutem potius, quam in matrimonium illa daretur; sed, ut nihil te celem, opus mihi erat uxore, quæ mihi argentum afferret, quo me ære alieno liberare et quodcumque debeo, creditoribus meis solvere possem: et adhuc quoque, si Demipho id gratum habet, et tantam mihi vult dare pecuniam, quantam dat illa, quæ mihi uxor promissa est; illam amici filiam præ aliis uxorem eligam mihi. An. *Dubius animi sum, utrum hic homo stultitia adductus, an malitia; scienterne et data opera, an inconsiderate nec cogitato hæc agat.* De. *Quid si animam suam debet, si seipsum debet?* Ge. *Dicit ille agrum suum pignori obligatum esse pro decem minis.* De. *Age, age, jam mulierem illam uxorem accipiat, hanc pecuniam dabo.* Ge. *Etiam dicit se domunculam habere item obligatam creditoribus suis, propter talem summam pecuniæ.* De. *Oi, hui! non dabo.* Ch.

monet Bent. *Nam mihi venibat in mentem ejus incommodi.* Bothius legit, *Nam in mentem mihi venibat ejus incommodi. Venibat in m. eju' incommodi* Bip.—48 A Ms. G. illa *ad ditem* absunt. Bœnd. *ad divitem.* West.—49 A Guelf. 3. abest *tibi.*—50 Guelf. 2. *affert.* Ibid. *dissoverem,* neglecto *l* medio.—51 Bodl. et Wit. *etiam,* omisso *et.* West. Abest quoque a Br. GM. *Et nunc etiam* Both.—54 *Utrum facere ego stultitia* Both.—56 *Oppositu'st* Bent. Z. Perl. Bip. *Oppositus* Both. sine *τῷ est.*—57 Repone *Ob decem mnas, inquit;* ut Græci *μνᾶς.* Ita sæpe apud Plautum pronuntiatur. *Bent.* Τὸ *Ob* versui priori adjungunt Both. Bip. *Decem mnas* Both. Abest *inquit* a Guelf. 2.—58 *Oi* abest a Mss. Bodl. Bœnd. G. Wit. aliis. *West. Hoi, hui.* Bem. *Ei, oi:* quam lectionem sequimur. *Fa.* Nostri perperam *hui.* Bent. *Oiei* Both. *Hui* Br. GM. *Hoi hui* Z. Delph. *Oi, ei* Perl. *Hoi, hei* Bip.—59 EP. *a me hasce.* Reponendum monet Bent. versus gratia, *p. illusce a me decem.* Ita et dat Both. *Peti* Guelf.

NOTÆ

56 *Quid si animam debet*] Lege xii. Tabularum constitutum fuit Romæ ut qui solvendo non esset, is nexus et vinctus addiceretur creditori, sententia judicis, ut in compedibus vincti essent, quousque apud creditores serviendo nomina, id est, debita liberassent. Hoc est, quasi seipsum debere.

GE. Uxori emunda ancillula 'st: tum pluscula
Supellectile opus est: opus est sumtu ad nuptias:
His rebus sane pone, inquit, decem minas.
DE. Sexcentas proinde scribito jam mihi dicas.
Nihil do: impuratus me ille ut etiam irrideat?
CH. Quæso, ego dabo, quiesce: tu modo, filius
Fac ut illam ducat, nos quam volumus. AN. Hei mihi!
Geta, occidisti me tuis fallaciis.
CHRE. Mea causa ejicitur: me hoc est æquom amittere.
GE. Quantum potes, me certiorem, inquit, face;

Ne clama: si a me petantur, dabo. GE. *Uxori servulam me comparare oportet; tum plusculum supellectilis: opus mihi præterea est aliqua pecunia, ad faciendas nuptias. His sumtibus nuptiarum impendantur sane decem minæ.* DE. *Propterea sexcentas intendat jam mihi lites: nihil contribuo. Itane sceleratus ille mihi illudet?* CH. *Amabo, ego do: tranquillus esto: tu tantum cura, ut filius uxorem eam habeat, quam cupimus.* AN. *Hei mihi! Geta, interemisti me tuis technis et inventis.* CH. *Mei gratia hæc mulier extra ædes eliminatur: me has minas justum est perdere.* GE. *Quam cito potes mihi nuntia an illum puellam daturi sunt,*

1. pro *petito* vitiose. *Perl.*—60 Mss. Lips. Bodl. G. Bœnd. et Wit. cum EP. *tum autem pluscula:* quomodo Faërnus in nullo esse libro scripto ait. *West. Tum autem pluscula Supellectile opus est.* Τὸ *autem* nullus habet liber scriptus, nec Priscianus hunc locum citans, sed nec versus admittit. *Fa. Uxori emenda ancillulast: tum pluscula.* Quid hoc est, quod nullus apud Faërnum liber *autem* habuerit, nostri habeant universi? Et quidem melius, si cum codice Pet. *ancilla* hic legatur, *Uxori emenda ancillast: tum autem pluscula.* And. I. 5. 34. 'Tum autem hoc timet, Ne deseras se.' Eun. II. 3. 11. 'Tum autem qui illum flocci fecerim.' Omittit tamen Pr. p. 611. *Bent. Ancilla est: tum autem p.* Both. *Tum autem* Br. Perl.—61 *Supellex opus est* Both. 'Vulgo repetitur *opus est.* Sic versus claudicat; neque Do. bis legit. Ad verba enim 'sumtu ad n.' ait 'opus est' subauditur. Itaque ut et cum Do. consentiamus, et versus non deficiat, repetimus *tum* ante *sumtu.*' Bip. Guelf. 2. non habet *opus est* posterius.—62 Bodl. *decem, inquit, minas.* EP. *pone sane decem, inquit, minas.* Et in plusculis Mss. est, *pone sane.* West. Hic versus enervis et elumbis incedit. Nostri omnes *pone sane.* A duobus abest *minas.* Repone, *His rebus alias pone sane, inquit, decem.* Bent. Ita et Both. *Pone sane decem inquit minas* Br. *Pone sane, inquit, decem,* omisso *minas,* Perl.—63 Bodl. Bœnd. et G. *perinde.* EP. *potius.* West. *Sexcentas proinde potius scribito jam mihi dicas.* Nec in libro Bembino, nec in Victoriano, nec etiam in quibusdam libris scriptis Donati est τὸ *potius,* quod et versui incommodum est: et præterea in omnibus antiquissimis scriptum est *sescentas* per *s.* Fa. Nostri *perinde,* vel *proinde potius;* nisi quod ab uno absit *potius.* Bent. *S. perinde potius scribito mihi: jam dicas* Br. *Proinde scribito mihi dicas* Eug.—64 *Impunitus* pro *impuratus* Guelf. 2.—67 Abest hic vs. a vett. codd. *Lind. Occidisti me tuis fallaciis.* Hæc verba in marg. Guelf. 3. sunt ascripta ab altera manu. *Perl.*—68 Al. *æquom est.*—69 Libri quidam scripti et impressi, *Quantum potest:* subaudi 'fieri.' *West.* Bem. *potest:* quæ duæ sunt partes orationis, *pote* et *est,* ut sit sensus, tam celeriter, quantum pote est, me certiorem fac. *Fa.* Nos-

Si illam dant, hanc ut mittam; ne incertus siem;
Nam illi mihi dotem jam constituerunt dare.
CHRE. Jam accipiat; illis repudium renuntiet;
Hanc ducat. DE. Quæ quidem illi res vortat male!
CHRE. Opportune adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia:
Id sumam: uxori, tibi opus esse, dixero.

hanc, quæ mihi sponsa est, ut a me dimittam, inquit, ne animi dubius pendeam. Nam hujus parentes jam deliberaverunt argentum in dotem mihi numerare. CH. *Jam dotem accipiat, illis repudium mittat, hanc uxorem ducat.* DE. *Quæ quidem res exitium ei afferat, et male succedat.* CH. *In tempore, et commode etiam pecuniam mecum attuli. Ex reditibus fructuum, quos præbent Lemni fundi meæ uxoris, quod opus est sumam: referam uxori te hoc argento indigere.*

tri *potes.* Sed recte *potest.* Bent. *Potest* Both.—70 Bodl. G. Wit. et EP. *amittam.* Bœnd. *omittam.* Sed ratio senarii τὸ *mittam* exigit. *West. Hanc ut omittam.* Bem. et aliqui alii libri *mittam.* Fa. Nostri omnes *mittam.* Bent. *Illanc* Both. *Amittam...siam* Br. *Dimittam* Guelf. 3.—71 *Constituerant* Guelf. 2.—72 Codd. quidam *accipiet.* West. *Jam accipiet.* Omnes fere libri *J. accipiat:* ita et Bem. Vi. et Bas. *Fa.* Meliores nostri *accipiat.* Bent. *Accipiet* Bip. *Illi* Guelf. 3.—73 *Illis* Br.—74 *Nunc argentum mecum attuli.* Numero meliore collocantur hæc verba in aliquot libris scriptis, et Donato: *nunc mecum argentum a.* At in Bembino, *argentum nunc mecum a.* licet deinde annotata sit inversio. *Fa. Opportune adeo nunc mecum argentum attuli.* Nostri fere omnes *argentum mecum:* quare placet qui in Bembino est ordo, *Opportune adeo argentum nunc mecum attuli.* Bent. *Argentum nunc mecum* Perl. *Nunc mecum argentum* Both. Bip. Delph.—75 Palmerius *Lemno.* Both. *uxoris Lemni.*—76 *Id sumam.* Sic et Donatus; sed liber Bembinus *Inde sumam:* prima autem hujus versus syllaba præcedentis fini applicabitur. *Fa.* Nostri omnes *Id,* sed perperam. Si *Id* legis, totum id quod a Lemno attulit triginta minæ

NOTÆ

72 *Illis repudium renuntiet*] Divortium est separatio, quæ fit inter maritatos, eo animo, ut nunquam reintegretur matrimonium. Divortium tantum fit inter conjuges: repudium fit inter maritos et sponsos. Formula divortii, hæc est, notata a Titinnio: Aliquis vestrum nuntiet Geminæ, ut res suas procuret, ædibus facessat. Repudiandæ uxoris impudicæ formula placet apud Petronium: Quia fidem scelere violasti, et communem amicitiam, res tuas ocyus tolle, et alium locum, quem polluas, quære. Repudii formula fuit: Conditione tua non utor. Cum uxorem autem quis repudiare vellet, vel præsens eam expellebat ædibus, vel per nuntium absenti libellum mittebat, quo legitimæ causæ continebantur. Juvenalis Satyra VI. 'Collige sarcinulas, dixit libertus, et exi.' Divertenti uxori claves adimebantur, ut intranti domum mariti ei tradebantur, tanquam dominii in familiam, et fidei erga maritum argumentum: quod exprimitur his verbis XII. Tabularum; Res suas sibi habeto, claves adimito, feras exigito. Dicitur, Repudium mittere, scribere, renuntiare, dicere.

erant: si *Inde*, e multo majore summa sumit minas triginta. Quin et Donatus, si animum attendas, legebat *Inde*. 'Id sumam: non fructum, sed argentum.' Sic hodie editum: sed, nisi *Inde* scripseris, putidissima annotatio est. Quis enim dubitaverit, non conjungi 'Id fructum?' Ceterum prima hic syllaba non priori versui applicanda est, sed primi pedis licentia 'Inde' corripitur. *Bent.* *Sumam inde* Both. *Inde sumam* Perl. *Id* Guelf. 2. 3.

ACTUS IV. SCENA IV.

ANTIPHO. GETA.

AN. GETA! GE. Hem! AN. Quid egisti? GE. Emunxi argento senes.
AN. Satin' id est? GE. Nescio hercle: tantum jussus sum.
AN. Eho! verbero, aliud mihi respondes, ac rogo.
GE. Quid ergo narras? AN. Quid ego narrem! opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planissume.
Ut te quidem omnes Di, Deæque, Superi, Inferi,

AN. *Geta.* GE. *Hem!* AN. *Quid fecisti?* GE. *Nempe, uti intenderam, Demiphonem et Chremetem delusos argento spoliavi.* AN. *Satisne id est?* GE. *Per Herculem non sat scio an satis pecuniæ Phædriæ elicui; sed solum hanc summam mihi mandatum est ut conficerem, quam lenoni daret.* AN. *Eho, flagrio! aliud mihi respondes, atque a te quæro?* GE. *De qua re ergo loqueris?* AN. *De qua re ego loquor? per te id factum est, ut ad laqueum spes mea jam omnis sine ulla dubitatione penitus redacta sit. Utinam equidem te Dii, Deæque omnes, Superi,*

In Both. prior Scena continuatur.—1 Nonius in v. 'emungi,' et rursus v. 'emungere,' *senem* habet. *Bent.*—2 Meliores nostri magno numero, *Satin est id?* Recte. *Idem.* Ita et Br. Both.—4 *Quid ego narrem opera tua?* Br.—5 Bip. τὸ *Ad* vs. priori adjungit. 'Lege *redit* pro *rediit*, et sic Pr. p. 757.' *Bent.* Sequitur Both.—6 Dele illud *que*, quod, cum versui tum elegantiæ inimicum est. Si ultima, certe et priora, per asyndeton dici debent. Et sic codex ve-

NOTÆ

1 *Emunxi argento senes*] Sic Plautus in Epidico, actu III. sc. 4. 'Homo es, Qui me emunxisti mucidum, minimi pretî.'

2 *Satin' id est? . . . . tantum jussus sum*] Ludit Terentius in ambiguitate orationis. Dixerat Antipho; satisne putas te fecisse, quod a senibus argentum hauseris; nullam vero mei curam habueris? respondet autem Geta, quasi Antipho quæreret, an tanto argento senes emunxisset, quantum Phædriæ satis esset: ideo dicit; an satis sit nescio; sed quantum jussus sum providere, tantum me providisse scio.

Malis exemplis perdant! hem! si quid velis,
Huic mandes, quod quidem recte curatum velis;
Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.

Inferi eradicent. Hem! huic da negotium, ut tibi procuret, quod recte tibi apparatum, et effectum velis: ut ex portu tranquillo et tuto ad scopulum abripiat, et alli-

tus apud Guyetum, qui tamen hunc cum sequentibus duobus pro spuriis ablegat. Quæ hæc vesania est? Apud Priscianum p. 1141. et Charisium p. 197. *Dii deæque.* Bent. *Τὸ que* delent quoque Both. Bip.—8 Repetitus versus ex Adelph. III. 3. 18. Bœnd. *Si quid huic mandes, quod recte curatum velis.* Guyetus hunc et duos superiores versus, ob lectionum varietatem, tanquam insitios et spurios ablegat. In G. tantum illa sunt, *Huic mandes.* West. Scriptum sic erat in Phormionis Act. IV. Scen. 4. *Ut te quidem...Huic mandes quod quidem recte curatum velit.* Quid versus postremus cum mensuram excederet, neque tamen posse detrahi quicquam viderem, neque absoluta etiam plane esse videretur, perfectaque sententia, incido in codicem, non illum quidem, qui sua auctoritate fidem facere debuerit, sed qui monere tamen dubitantem potuerit. In eo sic scriptum erat *Ut te quidem...Huic mandes, quod recte curatum quidem | Velis, ad scopulum qui te e tranquillo inferat.* Quem versum Terentianum esse negare nemo possit. *Gov. Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.* Hic versus nec est in Bem. nec in Vi. nec Bas. nec exponitur a Donato, nec sane multum momenti ad sensum affert; et præterea inusitati, aut certe admodum rari generis est, quippe trochaicus dimeter hypercatalecticus: quibus omnibus adducti sumus, ut eum ex libro nostro deleremus, ut et Robertus Stephanus ante nos fecit: eum tamen versum omnes alii habent libri scripti, sed ita ut verba præcedentia, id est, *quod quidem recte curatum velis,* aut non habeant, aut fere addita extra contextum habeant: in omnibus contextus hic fere sit, *Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo inferat:* hoc item modo versus esset senarius; sed nos antiquissimam lectionem sequimur. *Faërn.* Versus hic jam olim duplici colo claudebatur: [*qui te ad scopulum e tranquillo auferat | Huic mandes,...[quod quidem recte curatum velis.* In nostris plerisque utrumque est; sed in his hoc prius venit, in aliis illud: unus ex Regiis posterius hoc non habet: contra tres primarii apud Faërnum prius ignorant. Quæritur jam, utrum ab Auctore sit, utrum interpolatum. Faërnus, et post eum plerique alii, prius hinc exulatum mittunt, posterius adsciscunt: in quo judicium eorum et acumen desidero. Vix enim dubito, quin olim hoc traductus sit in marginem ex Adel. III. 3. duodevicesimus versus, 'Em, huic mandes, siquid recte curatum velis,' ut huic geminus et germanus, 'Em siquid velis, huic mandes.' Postea is, ut sæpe evenit, in textum se insinuavit. Atque in Adelphis quidem nihil illo melius aptiusve dici potest; hic nihil putidius aut inanius. Quid enim in se habet, quod non prius dictum sit; 'Si quid velis,' id ipsum est quod 'Siquid recte curatum velis.' Ergo hic habemus δὶς ταὐτόν. Contra in altero verba egregia, sententia illustris, 'Qui in scopulum e tranquillo auferat.' Dixerat Geta III. 1. 15. 'Sic se habent principia: adhuc tranquilla res est.' Jure ergo, hic Getæ irascitur, qui ex tranquillissima re in novas, ut putabat, turbas et in perniciem eum conjecerit. *Auferat,* ut plerique omnes libri habent, de tempestate et fluctu proprie dictum. Ovidius, Amor. II. 4. 'Auferor ut rapida concita puppis aqua.' Vel lege *ferat:* Plautus Merc. I. 2. 84. 'Equidem jam censebam me esse in terra atque in tuto loco; Verum video me ad saxa ferri sævis fluctibus.' Most. III. 1. 147. 'Iterum jam ad unum saxum me fluctus ferunt.' *Bent. Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo auferat* Both. Bipont. Perl. *Huic mandes, qui...inferat* Delph.—9 Codd. quidam, *auferat.* Hunc versum, qui in plusculis Mss. et impressis legitur, mirum est, suspectum haberi a vi-

Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? injecta est spes patri,
Posse illam extrudi. Cedo nunc porro, Phormio
Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum:
Quid fiet? GE. Non enim ducet. AN. Novi: ceterum,
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
In nervom potius ibit. GE. Nihil est, Antipho,
Quin male narrando possit depravarier.
Tu id, quod boni est, excerpis; dicis, quod mali est.
Audi nunc contra jam: si argentum acceperit,
Ducenda est uxor, ut ais: concedo tibi.
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi, sacruficandi, dabitur paululum.
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt:

dat. Nam, amabo, quid minus in rem meam, mihique minus commodum fuit, quam in hanc vomicam unguem immittere, ejus rei mentione facta, quæ nobis sit odiosa, et dolorem afferat; aut nomen solum uxoris coram patre pronuntiare? spem patri fecisti posse illam domo ejici: dic vero nunc, si pecuniam in dotem Phormio a patre, et a patruo accipiet, si in ejus domum deductio sponsæ facienda est, quid eveniet? quid me fiet? GE. *Phormio quidem non ducet.* AN. *Scio: verum cum senes nostri argentum repetere cupient, ille Phormio nostri causa in vincula se conjici et necti scilicet patietur potius, quam reddat quod abstulit.* GE. *Nulla res est, Antipho, quæ male verbis exprimendo, vitiari, et corrumpi, et in deteriorem partem verti non possit. Tu id quod boni est supprimis, et excipis seorsum: quod vero mali est, illud commemoras. Audi nunc contra jam: si Phormio pecuniam dotalem acceperit, eum, ut dicis, uxorem ducere oportebit; per me licet; sed sane spatium paululum tandem ei concedetur ad apparatum nuptiarum faciendum; ad invitandum propinquos, ad sacra facienda: dum hæc curabuntur, amici quod promi-*

---

ris eruditis. G. Fabricius 'sententiam bonam et eruditam' vocat, versum tamen improbat. Non videtur autem fieri potuisse, ut tam elegans sententia tam commodo loco ab interpolatore adderetur. Tum ex Donati silentio nihil contra hujus versus fidem conficitur; quod ille plura loca elegantissima non attingit; nec integer superest. In aliis legitur: *Huic mandes, qui tē ad scopulum e tranquillo inferat.* Quam lectionem tuentur Mur. et Gambarellus. *West.* Hic vs. abest a Br. Z. Al. *afferat.*—10 Mss. quidam et editi post EP. *utile.* Videtur autem *utibile* ut antiquius, ita magis genuinum; diciturque, uti vincibilis, conducibilis, vendibilis. *West.*—14 F. F. *Enim non ducet.* Idem. A Guelf. 3. abest *ceterum.*—19 *Jam si accep. Phormio* Guelf. 1.—21 G. F. *apparandi nuptias.* West. Improbat Bipont.—23 *Dubunt.* Mss. Lips. Bodl. G. Bœnd. Wit. cum EP. Junt. aliis quibusdam, *argentum dabunt.* Rivius tuetur *argentum,* expuncto *amici.* Contra faciunt Faërnus, Mur. G. et F. F. *West. Interea amici quod polliciti sunt argentum dabunt.* Ex auctoritate libri Bembini et Victoriani, versusque ratione delentes dictionem *argentum,* legimus, *quod polliciti sunt, dabunt.* Fa. Nostri plerique nesciunt illud *argentum.* Bent. *Ar-*

Id ille istis reddet. AN. Quamobrem? aut quid dicet?
GE. Rogas?
Quot res? postilla, monstra evenerunt mihi!
Introiit in ædes ater alienus canis;
Anguis per impluvium decidit de tegulis;
Gallina cecinit; interdixit hariolus;
Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi

serunt, dabunt argentum. Id argentum Phormio recusans conficere nuptias, reddet tuo patri, et patruo. AN. *Quamobrem reddet? aut quam causam, cur reddat, poterit dicere?* GE. *Quæris quid causæ poterit prætendere, cur rem nolit perficere? sic dicet; post conventionem nuptiarum, quot prodigia, quot portenta apparuerunt mihi! Niger canis alienus introiit in ædes nostras: vel serpens per impluvium delapsus est deorsum de tegulis: vel gallina cecinit: vel hariolus vetuit ne uxorem ducat; vel haruspex interdixit ne quid negotii aggrederer ante tempestatem brumæ,*

---

gentum dabunt Br. GM.—24 *Id ille istis reddet.* Ita edidi; quod alii, *Inde iste reddet. Id istis reddet. Inde istis reddet. Id de istis reddet.* West. *Id istis reddet.* Bem. *Inde iste.* V. Vi. et Bas. *Id ille istis:* nobis placet antiquior lect. *Fa.* Nostri fere omnes *Id ille istis.* Bent. *Dicit* Br. *Inde iste reddet* Both. Bip. Delph. *Id istis reddet* Z.—25 Distinguit Bent. *Quot res post illa monstra evenerunt mihi?* Ita et Br. Delph. Both. Perl. præterquam quod duo posteriores notam exclamationis dant. *Illam* Br.—26 Τὸ *in* non habet Perl.—27 Recte hic Guyetus rem gessit, reponens *in impluvium.* Bent. *In* Both. Perl. —29 *Aruspex* Bent. Perl. Z. *Haruspex* tamen defendunt Do. Gov. '*Aliquid.* Wit. *quid.* Bodl. *autem:* quod et in impressis quibusdam est; defenditque Fa. ex antiquissimis libris: quando τὸ 'incipere' erit nominis loco, pro, inceptio novi negotii.' *West. Aruspex vetuit ante brumam aliquid novi Negoti incipere.* Antiquissimi libri non habent τὸ *aliquid:* sed loco ejus *autem:* quod si admiserimus, 'incipere' nomen erit; ut, 'Scire tuum:' quasi diceret, aruspex vetuit inceptionem novi negotii. *Fa. Aruspex vetuit ante brumam autem novi Negoti incipere, quæ causast justissima.* Quicquid dicant illi antiquissimi, in hac constructione, illud *autem* extra locum et ordinem ponitur. Nostri tamen meliores summo consensu *autem:* ex recentioribus duo *aliquid*, unus *autem aliquid*, alter *autem quid.* Nempe huc adductum est *aliquid* vel *quid*, quia sententia alioqui manca et mutila esset. Aut valde fallor aut magnum hic Magistrorum flagitium latet. Donatus ad locum: '*Ante brumam autem*] Irrisit homines Terentius, quibus religio sit aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus.' Atqui non opus erat aruspice, ut sciret aliquis dies decrescere. Ante brumam nihil magni negotii incipere, non ex aruspicina fluxit, sed alterius prorsus fuit superstitionis. Hoc posito, videor mihi meo jure post *vetuit* distinguere, *Gallina cecinit: interdixit hariolus: Aruspex vetuit:* hæc certe concinna sunt, atque adeo non possunt non esse vera. Jam

NOTÆ

26 *Anguis per impluvium*] Impluvium, inquit Varro, est locus sub cœlo, in medio ædium relictus: unde lumen deorsum caperent: ita dictus, quod eo implueret. Festus vero causam notationis sic refert; impluvium quo aqua impluit collecta de tecto. Ex superstitione Veterum hæc dicit Phormio: nam his de causis nuptiæ, ne fieri possent, prohibebantur.

Negotî incipere; quæ causa est justissima. 30
Hæc fient. An. Ut modo fiant. Ge. Fient: me vide.
Pater exit: abi, dic, esse argentum, Phædriæ.

hyemis. Quæ causa, et excusatio justissima, et admodum speciosa. Hæc evenient impedimenta, me vide, hæc assevero tibi. An. *Dummodo ita sit.* Ge. *Ita erit. Sed pater exit. Abi, nuntia Phædriæ argentum, quod illi opus est, paratum esse.*

autem rite et suo ordine venit *autem*, si hinc nova sententia inchoetur, *Ante brumam autem:* modo ut ista quæ sequuntur huc coaptari possint. Quidni et ego hariolus hic fiam? non a vero, ut opinor, longe abero. Repone, *Aruspex vetuit: ante brumam autem novi Negoti nihil incipere, causa est sontica.* Bent. *Haruspex vetuit. Ante brumam autem novi* Br. *Autem* Perl. In GM. textu est *autem*, sed sup. script. *aliquid. Haruspex vetuit: ante brumam autem novi* Bip. quæ notat, 'Bent. bonus ille medicus medendo ipsum morbum intulit, quo palleat Ter. Cum enim hæc divisisset a prioribus, et reddidisset *autem*, seq. versum deturpat sic: *Negoti nihil incipere, causa est sontica.* Nil certe hariolatus est, sed deliravit. cf. Tibull. I. 9. 51. Nos lenissime emendamus ad mentem Donati, et ut quam minime absimus a libris, legendo *N. inciperem quid? causa est justissima.*' Vulg. *ante br. aliquid novi Negoti incipere.* codd. meliores, in his Berolinenses, vel *autem* præbent pro *aliquid*, vel certe illud addunt. Bent. *Negoti nihil incipere, c. est sontica:* quæ docte astruit; sed tam violenta medicina vix opus: 'Negoti' interpretamentum est. *Both.*—30 Wit. addit, *Tunc bonæ fient nuptiæ.* West. Nullam distinctionem ponit Br. neque post *incipere*, neque *justissima.* Bothius legit *Aliquid incipere*, omisso *Negoti.* —31 M. *Hæc fiet*, quasi respiciatur 'causa justissima.' *West.*—32 Bodl. et Wit. *abi et dic.* Idem. Ita et Br. Guelf. 3.

ACTUS IV. SCENA V.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

De. Quietus esto, inquam: ego curabo, ne quid verborum duint.
Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testes adhibeam:

De. *Tranquillo esto animo, inquam; ego cavebo sedulo, ne me ullo modo fallat. Hoc argentum nunquam dimittam alteri facile, aut inconsiderate, ut non testes ad-*

Codd. quidam *duit:* quasi de solo Phormione dictum. Quidni autem sermo sit de Geta et Phormione simul? EA. et EV. 1. *ne quid isti verborum duint:* h. e. ne quid fallant me, et argento accepto, Phanium apud Antiphonem maneat. *West. Duit* legit Fa. sic et plerique codd. Bent. Br. Both. Perl. Bip. Z. Delph.—2 Nullam distinctionem ponit Br. post *adhibeam.*

Cui dem, et quamobrem dem, commemorabo. GE. Ut cautus est, ubi nihil opus 'st!
CHRE. Atque ita opus facto est: at matura, dum libido eadem hæc manet;
Nam, si altera illa magis instabit, forsitan nos rejiciat.
GE. Rem ipsam putasti. DE. Duc me ad eum ergo. GE. Non moror. CHRE. Ubi hoc egeris,
Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc priusquam hinc abeat:
Dicat, nos dare eam Phormioni nuptum, ne succenseat;
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior;

vocem ad fidem faciendam: his cui dem, et quapropter dem, aperiam, et referam. GE. *Quam circumspectus est, ubi nulla circumspectione opus est!* CH. *Atqui, ita facere convenit. Verum properandum est, dum voluntas et cupiditas hominis eadem hæc adhuc fervet: nam si hæc Phormionis sponsa magis eum solicitet ad ipsam ducendam uxorem, forsitan nos dimittat, et conditionem nostram repudiet.* GE. *Rem vera conjectura assecutus es, recte considerasti, et perpendisti.* DE. *Duc me ergo ad eum.* GE. *Nulla in me mora est, paratus sum, camus.* CH. *Ubi hoc negotii peregeris, Demipho, transi ad uxorem meam, ut conveniat quamprimum hanc Antiphonis uxorem, Phormionis novam sponsam; priusquam domo vestra exeat: dicat eam nos dare uxorem Phormioni, ne illa id ægre ferat, et illum magis*

Guelf. 3. *dimittam* pro *amittam*.—3 Mss. G. Wit. Bœnd. cum EA. et quibusdam aliis vetustis, *Cum dem*. Alterum autem *dem* abest a M. Guyetus in impressis, ' *Quid dem* i. e. cujus causa, ad quem finem.' Sed in ἀνεκδότοις, expuncto in suo exemplari τῷ *Cum* scribit, ' Legendum videtur *Cui dem*. Vide codd. veteres, et edd. τὸ *Cui* habet Do. Lind. editio Bergii etiam.' *West.* Wit. *Ut cautus, ubi nihil est opus!* G. *Ut catus est*. Idem. *Quin mihi testes adhibeam, Cum dem*. Nimis hoc vapidum et senile est. ' Nunquam hoc a me amittam,' hoc est, ' Nunquam cuiquam hoc dabo; quin cum dem, testes adhibeam.' Duo ex nostris *Cur dem*. Lege et distingue, *Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testis adhibeam: Cui dem, quamobrem dem, commemorabo*. ' Cui dem,' ut tam de homine, quam de negotio jusjurandum dare possint. *Bent. Cum dem* Br. Notat Bruns, ' Edit. *Cui* prob. Bent. In nota Bentleii ad h. v. pro ' duo ex nostris : *Cur dem*,' lege *Cui dem*. Istud enim *Cur* est error typographicus, quem non olfecit Zeun.' *Cui dem, quamobrem .... ubi nil opus!* Both. *Cum dem* Bip.—4 Omnes fere, et in iis antiqui libri, *et matura*. Fa. Nostri plerique *at*, unus et alter *et*. Lego *et mature*. ' Matura ' et ' propera ' pro ' mature ' et ' propere,' sæpe hic se ingesserunt. *Bent.* Bothius legit *Atqui ita facto opus est, et matura, dum lubido eadem hæc manet*. Ita et Bip. præterquam quod ordinat, *opus facto. Et mature* Par. Perl. *Atqui* et *lubido* Delph. *Hic* pro *hæc* Guelf. 1.—5 *Illæc* Bent. Both. Z. Bip. *Reiciat* Br. Bent. Both. Perl. Bip.—6 G. et EP. *Num moror*. West. *Num moror?* Br.—7 Gov. et Guy. *abit*. West. *Transito ad uxorem*. Addo pronomen *meam*, ex o. l. s. ita etiam octonarii exigente ratione : in fine vero hujus versus lego, *abit*, ex eadem versus ratione, et tribus antiquissimis libris. *Fa.* Nostri omnes et *meam* et *abit*. Bent. *Abit* Br. Both. Bip. Delph.—8 *Dicat eam dare nos* Bent. Perl. Z. Bip. Delph. *Dicat eam nos dare* Br. *Dicat, dare eam nos* Both.—9 Optimum hunc versum, qui inservit

Nos nostro officio nihil digressos esse; quantum is voluerit,

Datum esse dotis. De. Quid tua, malum! id refert?

Chre. Magni, Demipho.

De. Non satis est, tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?

Chre. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se ejectam prædicet.

ei convenire, ut qui sit ei usu familiaritatis notior: nos a nostro officio ne tantulum quidem discessisse, et quantum argenti is petierit, dedisse in dotem. De. *Quid tua, malum! id interest?* Ch. *Magni, Demipho.* De. *Nonne satis tibi esse debet, te officio functum esse, quamvis id famæ hominum probatum non fuerit?* Ch. *Cupio etiam id fieri ea non invita, ne se a nobis expulsam possit commemorare, et*

---

persuadendæ Phanio, ut, Antiphone relicto, nubat Phormioni, expungit tamen Guyetus. *West.* Legendum monet Bent. ex cod. Acad. *ipsi qui sit.* Ita et dat Perl.—10 A Ms. Bodl. abest *τὸ esse.* G. Wit. Bœnd. cum EP. et EA. *egressos;* itidem omisso *esse.* West. *Nos nostro officio nihil egressos.* Aliqui libri pro *egressos* habent *digressos,* et in iis est Vi. et Bem. qui etiam pro *nihil* vel *nil,* quod in aliquibus est, habet *non:* ita legimus, *Nos nostro officio non digressos;* utroque tamen modo stat versus. *Fa. Nos nostro officio non digressos esse; quantum is voluerit, Datum esse dotis.* Nostri omnes *nihil egressos: quantum.* Nullus agnoscit illud *esse.* Repono, *Nos nostro officio nil degressos: quantum is voluerit dari, Datum esse dotis.* ‘ Degressos officio,’ ut passim, ‘ Decedere officio.’ Plaut. Cas. III. 5. 40. ‘ Sciens de via in semitam degredere.’ ‘ Dari ’ autem absorptum est a verbo sequenti. *Bent. Egressos* Br. omisso *esse. Nil degressos, quantum i. v. dari* Both. *Non digressos esse* Bip. *Nil degressos; quantum i. v.* Perl. *Nihil egressos esse* Delph. *τὸ esse* abest Z.—11 *Datum dotis* Br. *Quid tua autem id refert?* Both.—12 Melius erit, versum hunc tribuere Chremeti, observante Palmerio. Atque ita Guy. *West. Non sat tuum officium fecisse, si non id fama approbat?* In libro Bembino et Victoriano legitur hoc modo, *Non satis est tuum te officium fecisse:* sed hoc modo versus impeditus esset, nisi forte elidas ex *fecisse* unum *s,* aut collocationem hanc sequare, quæ in aliquibus libris scriptis est: *id si non fama approbat.* Fa. De. *Non satis est tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?* Si hæc recte habent, vel legendum hic *faxe* pro *fecisse;* ut ‘ faxem ’ pro ‘ fecissem :’ Plautus Pseud. I. 5. 84. ‘ Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi :’ vel, ut et duo ex nostris habent, *id si non.* Sed corrigendum est *facere;* præterea tollendæ sunt illæ notæ Personarum et Interrogationis. Omnia hæc Chremetis sunt, qui, ut par erat, rationem reddit, cur ‘ magni sua referret.’ Lege igitur et distingue, Ch. *Magni, Demipho. Non satis est tuum te officium facere, fama si id non approbat: Volo ipsius quoque voluntate hæc fieri, ne se ejectam prædicet.* ‘ Non satis est te facere :’ sententia generalis; et proinde præsente tempore *facere* proferenda; non *fecisse,* quo ad rem hanc solam coarctetur. *Bent. Τὸ te* abest Br. *Non sat, te officium tuum fecisse, f. s. i. n. a.* Both. qui etiam Chremeti tribuit, et cum Br. non interrogat. Chremeti quoque reddit Bip. notamque rogandi tollit, et legit *id si non.* Interrogat Perl. post *fecisse: fecisse? s. n. i. f. approbat. Non sat tuum te* Z. Delph. A Guelf. 3. absunt *est, te.*—13 G. Wit. Bœnd. cum edd. quibusdam post EP. *hæc fieri.* West. *Prædicet.* Non solicitanda hæc vox, nec mutanda in *putet,* quod faciunt Gov. et F. F. ob metrum sci-

DE. Idem ego istuc facere possum. CHRE. Mulier mulieri magis congruit.
DE. Rogabo. CHRE. Ubi illas ego nunc reperire possim, cogito. 15

queri. DE. *Ego idem istud officium vice uxoris tuæ facere possum.* CH. *Mulier mulieri magis convenit.* DE. *Rogabo uxorem tuam, ut id agat.* CH. *Valde solicitus sum, ubi illas, filiam nempe et uxorem meam Lemniam, invenire possim.*

licet. *Idem.* *Hæc* nostri universi, non *hoc.* Bent. *Hæc* Br. Perl. *Volo, ipsa quoque volente hæc f.* Both. *Putet* Delph. *Nolo* pro *Volo* Guelf. 1.—14 Wit. et EP. *congruet.* West. *Magis congruet.* In Bem. est *convenit,* in Bas. *congruet,* in ceteris omnibus *congruit.* Fa. Tres tantum ex nostris *congruit;* ceteri omnes *congruet:* quod placet. *Bent.* *Congruet* Br. Perl. CH. *Mulieri magis congruet* Delph. *Convenit* Bip. *Congrua est* Guelf. 3.—15 *Ubi nunc illas ergo.* In nullo libro invenias hanc lectionem, sed fere in omnibus, *Ubi ego illas nunc:* in Bem. tantum, *Ubi illas nunc ego:* ut et versus exposcit. *Fa.* Rogabo. *Ubi illas nunc ego reperire possim, cogito.* Nostri omnes *Ubi ego illas nunc.* Repone: *Ubi ego illas nunc jam reperire possim, cogito.* Bent. *Ubi ego illas nunc* Br. Perl. *Ubi illas nunc ego* Both. Bip. Z. *Experire* pro *reperire* Guelf. 1.

ACTUS V. SCENA I.

SOPHRONA. CHREMES.

SO. QUID agam? quem mihi amicum inveniam misera? aut quo consilia hæc referam?

SO. *Quid faciam? quem mihi infelix amicum fidelem in his difficultatibus reperiam? aut cum quo de nuptiis Antiphonis et Phanii consilia communicabo? aut unde*

Donatus hanc Scenam refert ad Actum IV. observante G. Fabricio.—1 *Inveniam misera*] Mss. quidam et impressi post EP. *Misera inveniam.* West. An *Quo* formatum ex *Quoi,* quod post mutatum in *Cui?* quomodo plerique omnes Mss. et editi veteres post EP. In Ms. Witt. tamen est *Quoi.* Faërnus *Quo* laudat. *West.* Bem. *aut quo consilia.* versus autem hos ita ordinamus, ut sint trochaici, primus quidem tetram. acatalect. quemadmodum et tertius et quartus hujus scenæ: secundus vero, demtis duabus dictionibus *nunc* et *mihi,* quæ non sunt in Bem. nec in multis aliis, dimeter catalecticus, hoc modo, *Quid agam? quem mihi amicum inveniam misera? aut quo consilia hæc referam? | Aut unde auxilium petam?* Bas. et Vict. *aut unde mihi auxilium petam?* Fa. Sic a Faërno. Sed nostri universi *misera inveniam:* et tres nostri primarii cum aliis duobus, *Unde mihi.* Repone, *Quid agam? quem mi amicum misera inveniam, quo consilia hæc referam, atque | Unde mi auxilium petam?* Dele prius *Aut,* et pro altero substitue *Atque.* Bent. non probante Perl. *cui* Delph.

Aut unde mihi auxilium petam ?
Nam vereor, hera ne ob meum suasum indigne injuria afficiatur :
Ita patrem adolescentis facta hæc tolerare audio violenter.
CHRE. Nam quæ hæc anus est exanimata, a fratre quæ egressa 'st meo ?
So. Quod ut facerem, egestas me impulit ; cum scirem infirmas nuptias
Hasce esse ; ut id consulerem ; interea vita ut in tuto foret.
CHRE. Certe ædepol, nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi,
Meæ nutricem gnatæ video. So. Neque ille investigatur.
CHRE. Quid agam ?
So. Qui est ejus pater. CHRE. Adeo, an maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco ?

nunc opem mihi comparabo ? Timeo enim ne Phanium hera contumeliose tractetur eo quod meis suasionibus crediderit : ideo graviter ferre patrem Demiphonem adolescentis Antiphonis facta intelligo. CH. *Quænam est hæc vetula exterrita, et exanimata metu, quæ exit a domo fratris Demiphonis ?* So. *Quod ut facerem, ut ei suaderem, obsequi scilicet Antiphoni, inopia me coëgit, quamvis satis prævideram nuptias hasce valde instabiles esse, et facili negotio dirimi posse : suasi ei, ut interea vita ab omni injuria tuta esset.* CH. *Sane nisi mens errat, aut visus caligat, filiæ meæ nutricem video Sophronam.* So. *Neque etiam sedulo inquirendo Stilphonem eum invenire possumus.* CH. *Quid agam ?* So. *Qui sit ejus pater deprehendere non valemus.* CH. *An eam conveniam, an hic consistam, dum sermonem ejus*

Z. Br. *misera inveniam cui — at* | *que* Both.—2 Versus hic varie legitur. Sunt Codices, in quibus τὸ *Mihi* non legitur ; sunt, in quibus, *Nunc mihi ;* sunt etiam, ubi *Hæc referam* faciunt initium versus. *West.*—3 *Heram* G. *meum ne ob* Both. Bem. et aliqui alii *indigna* habent, ut ad injuriam referatur. *Fa. Indigna.* Sic e suo Bem. Faërnus, semper ei libro addictior, quam par erat. nostri omnes *indigne ;* et recte. Sic Heaut. III. 3. 4. ' Facis adeo indigne injuriam illi, qui non abstineas manum.' *Bent.* Et Par. ed. *indignâ*, ut haberetur pro ablativo. Præstat autem nominativ. sc. hera. *Perl.*—1. 2. 3 Hoc tristichon ita disponitur in Delph. *Quid agam — consilia* | *Hæc referam — vereor* | *Hera — afficiatur.*—5 Aliqui libri, inter quos Bem. et Bas. item Do. *Nam quæ hæc anus est ?* Fa. Prava distinctio est, quam sic corrigas, *Nam quæ hæc anus est, exanimata a fratre quæ egressast meo.* Nostri quoque omnes *hæc anus est :* recte : ut *Anus* in ictu sit. Apud Servium ad Georg. IV. 445. *Nam quæ est hæc anus.* Bent. *Quænam* M. EA. *Namque* Br. mox *modo* M. *meo* abest a Witt. *Quænam* Guelf. 3.—6. 7 Ita legit Both. *Quod ut consulerem egestas impulit me, cum hasce nuptias* | *Infirmas esse scirem, &c.*—7 Dum versum hunc expungit Guyetus, simul sensum commodum præcedentis tollit. *West.* Clarius patebit, si distinguas, *ut id consulerem interea, vita ut — foret.* West. —8 O. l. s. *aut parum prospiciunt oculi.* quæ collocatio verborum versum efficit trochaicum acatalecticum, cujusmodi sunt tres sequentes. *Fa.* Ita et nostri universi. *Bent.*—9 *Neque is* Both. ' Legimus e Bem. *quid ago.*' Fa.

So. Quod si eum nunc reperire possim, nihil est quod verear. CHRE. Ea 'st ipsa:
Colloquar. So. Quis hic loquitur? CHRE. Sophrona.
So. Et meum nomen nominat?
CHRE. Respice ad me. So. Di, obsecro vos! estne hic Stilpho? CHRE. Non. So. Negas?
CHRE. Concede hinc a foribus paululum istorsum, sodes, Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellassis. So. Quid? non, obsecro, es,
Quem semper te esse dictitasti? CHRE. St! So. Quid has metuis fores?

magis intelligam? So. *Quod si eam nunc invenire possim, nihil erit causæ, cur quidquam posthac timeam.* CH. *Ea est ipsa nutrix Sophrona: conveniam illam.* So. *Quem hic loquentem audio?* CH. *Sophrona.* So. *Et me etiam meo nomine appellat?* CH. *Specta qui sim.* So. *Dii, vestram fidem! estne hic Stilpho?* CH. *Minime.* So. *Negasne te hunc esse?* CH. *Secede pauxillum hinc a foribus domus, ad istam partem, Sophrona, ne me isto nomine Stilphonis posthac voces.* So. *Quid? nonne adhuc is, quæso, es, quem semper te esse dictitasti?* CH. *St.* So.

'Nostri omnes *agam.* Placet *ago*, ut mox *Adeo, maneo.* Bent. *ago* Mss. Leidd.' Both.—10 *Qui est pater ejus* Br. 'Quid pro *Qui* Par. nescio unde.' *Perl.* 'Ex Bem. et ratione trochaici, *adeo, maneo, dum hæc quæ loquitur,* et est ordo, dum magis cognosco, quæ hæc loquitur.' *Fa.* '*Qui est ejus pater. Adeo? maneo? dum ea quæ loquitur, magis cognosco.* Sic in Faërni editione est: sed apparet eum voluisse, *hæc quæ loquitur,* ex Bembino; ut *hæc* sit casu recto singulari. Nostri omnes *ea;* sed alterum rectius, ut infra v. 6. 6. 'Num tu intellegis, hic quid narret?' Eun. v. 9. 7. 'Audin tu, hic quid ait?' Porro omnes nostri, *Adeon an maneo.* Lege, *Adeo an maneo;* neque hic Bembino ausculta. Plautus Aul. IV. 9. 20. 'Quid agam? abeam an maneam? adeam an fugiam?' Curcul. IV. 4. 33. 'Quid ego faciam? maneam an abeam?' Deinde pro *Qui est ejus pater,* nostri omnes *Qui est pater ejus:* neutrum placet; quia *Pater* extra ictum ponitur. Repone, *Qui ejus pater est. Adeo? an maneo, dum hæc quæ loquitur magis cognosco?*' Bent. et sic Both. '*Adeon* vel *adeone* edd. præstantissimæ cum G. et Witt.' *West. adeo maneo* Par. *adeam* Guelf. 3. mox *cognoscam* Bod. G. Witt. EP. Br. et 'Ms. R. et vett. edd.' *Lind.*—11 *Nihil sit quod* Br. G. Wit. *nihil quod* Bod.—12 *Hem meum* Hel. Both.—13 *In* pro *ad* Guelf. 3.—14 Plerique l. s. sed recentes habent *paulum,* ut et exigit versus, qui est trochaicus catalecticus, ut duo præcedentes. Donatus videtur legisse, *paululum istoc.* Fa. *Paululum istorsum.* Sic et nostri: sed *paulum* reponendum, versu ipso jubente. Ceterum quod Faërnus ait, Donatum legisse *paululum istoc;* ex his ejus verbis collegisse sibi visus est: *Nunc Istorsum adverbium est loci: alias nomen.* Quia *Istorsum* nusquam nomen est, corrigebat illic *Istoc.* Sed fefellit virum acutissimum prava lectio: quippe veteres ibi editiones, *Nunc Paululum adverbium est loci, alias nomen.* Atque hoc vere dicitur. *Bent. Concede a foribus paululum hinc* Both. *istrorsum,* cum gl. *in hanc partem,* GM. eandem gl. cum *istorsum* Br.—15 *Nec me* Bod. G. *appellaris* G. mox Lib. antiq. *non is obsecro es:* at *is* abest a Bem. aliisque, Faërno teste. 'A nostris quoque abest *is;* sed iidem habent, *non es, obsecro.* Per-

CHRE. Conclusam hic habeo uxorem sævam: verum, istoc de nomine,
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.
So. Hem! Istoc pol nos te hic invenire miseræ nunquam potuimus.
CHRE. Eho! dic mihi, quid rei tibi est cum familia hac, unde exis?
Ubi illæ sunt? So. Miseram me! CHRE. Hem! quid est? vivuntne? So. Vivit gnata:

Quid has metuis fores? CH. *Hic intus continetur mihi uxor fera, et immanis; ideo me olim hoc nomine ficto Stilphonis vocari volui, ne vos nescientes per incogitantiam temere diceretis quis essem, et quod a me factum est, ad aures uxoris meæ perveniret.* So. *Hem Pollucem, idcirco nos infortunatæ sub hoc nomine nunquam te invenire potuimus in hac urbe.* CH. *Eho, dic mihi, quid tibi rei est cum familia harum ædium, ex quibus egrederis? aut ubi illæ sunt?* So. *O me infelicem!* CH. *Hem, quid est? num bene valent?* So. *Valet et vivit filia tua. Matrem*

peram, nisi tollas *Quid:* tum bene habebit, *non is obsecro es;* ut et apud Velium Longum est, p. 2213.' *Bent.*—16 In plusculis Codd. *est* legitur, quod defendit Rivius. *West.* et sic Br. *dixti* pro *dictitasti* Guelf. 2. 'Ex extrema syllaba dictionis *dictitasti*, et particula *st*, cui sonum vocalis aspiro, facio spondeum, ut octonarius constet.' *Fa.* 'Pro *St* Nostri omnes *Est*. Sed Velius citat *St:* et ex *S* et *T* syllabam fieri notat; quare salvus est spondeus.' *Bent.*—17 Bem. primo habuit *istuc*, quod postea mutatum est in *istoc*, quemadmodum omnes alii libri habent: sed lectio Vict. mihi vehementissime placet, *istoc me nomine*, ut sit ordo, verum dixi me istoc nomine. *Fa. Istoc de nomine* nostri omnes; sed vera est Vict. lectio, *Istoc me nomine*, et in textum recipienda. Sic paulo ante, *Ne me istoc nomine appellassis:* et supra II. 3. 45. 'Neque mi cognatus fuit quisquam istoc nomine.' *Bent.* et sic Both. Perl. 'Non assentior Faërno, Heinsio, Guyeto, Dacieriæ, Hoogstratano, unius Victoriani libri auctoritate legentibus: *Verum istoc me nomine eo perperam olim dixi.* Scilicet, duo rogaverat Sophrona Chremetem, primum, Essetne is quem semper se dictitasset, nimirum Stilpho? dein, Quid metueret has fores? Ad postremum prius respondet, 'Conclusam hic habeo uxorem sævam.' quod quum dixisset, pergit, 'Verum istoc de nomine.' Si aliter legas, vocula 'Verum' omnem vim perdit: dicendum enim fuerat, 'Tum, porro autem,' vel simile. Elegans autem usus est particulæ *De*, pro, 'quod attinet ad.' Plaut. Rud. IV. 7. 2. 'de illo vidulo, Si sapias, sapias.' Cicero passim. Firmant lectionem meam Mss. Leidenses quinque, cum Tr. Lips. Bœnd. G. Witt. sed et editionibus vetustissimis et optimis, Anon. Junt. Ste. Ald. Tarvis. Venet. Argent. aliis: neque aliter Gambarellus et Fabrini.' *West.*—18 *Fortes* Guelf. 2. Auctoribus Bem. et Vat. *hem* Faërnus delet; quem sequuntur Delph. Bip. Z. Perl. Both. *nusquam;* quo judice *nunquam* est minus commodum.—21 Tres antiquissimi libri, et Bas. ita collocant, *quid rei tibi est:* versus est tetram. Iamb. catalect. ut sequentes. *Fa.* Sic et nostri plerique. *Bent.*—22 Muretus et Heinsius, *Aut ubi illæ sunt?* quomodo et Mss. plerique cum impressis veteribus. Witt. *Aut ubi illæ?* omisso *sunt*. West. Ex ratione versus, et fide omnium fere librorum, et in his Bembini, deleto *aut*, et in dimetiendo versu corripito priorem syllabam in *illæ*. Fa. Duo ex

Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est.
CHRE. Male factum! SO. Ego autem, quæ essem anus
deserta, egens, ignota,
Ut potui, nuptum virginem locavi huic adolescenti,
Harum qui est dominus ædium. CHRE. Antiphonine?
SO. Hem! illi ipsi.
CHRE. Quid! duasne is uxores habet? SO. Au! obsecro:
unam ille quidem hanc solam.
CHRE. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? SO. Hæc
ergo est. CHRE. Quid ais?
SO. Composito factum 'st, quomodo hanc amans habere
posset
Sine dote. CHRE. Di vostram fidem! quam sæpe forte
temere

ejus tristitia et animi anxietate oppressam nuper mors rapuit. CH. *O casum gravem, et infaustum mihi!* SO. *Ego autem vetula, omni auxilio destituta, inops, ignota, filiam tuam, ut potui, uxorem dedi huic adolescenti, qui dominus est hujus domus.* CH. *Antiphonine?* SO. *Hem, isti ipsi.* CH. *Quid? duasne uxores habet Antipho?* SO. *Au, obsecro, ut Dii non sinant. Habet quidem ille unam hanc solam.* CH. *Quid? illam alteram, quam nobis dicunt esse cognatam, nonne ille habet uxorem?* SO. *Hæc, inquam, eadem est.* CH. *Quid ais?* SO. *Ex industria id inter nos eo pacto convenit, ut Antipho ejus amore captus illam posset habere uxorem, etsi dotem nullam afferret.* CH. *Dii vestram fidem! quam crebro multa casu*

---

nostris *ubi illæ?* nec *Aut*, neque *sunt* agnoscunt. Recte. Si cui tamen *sunt* arrideat, is legat *Ubi illæc sunt?* quo accentus in posteriore syllaba rite fiat. *Bent.* —23 O. fere l. s. et in iis Bem. ita habent, *ex ægritudine hac.* Fa. Ne unus quidem ex tot nostris, nec Edd. vett. habent *hac.* Corrector, credo, Bembinus, versus gratia addidit *hac*, quo tamen versus æque commode carere potest, sententia commodius caret. *Bent. Hac mors miseram* Both. quo teste '*hac* exstat in Hel. quod perbene convenit.' *o miseram* abest a Guelf. 3.—24 Abest *egens* a Guelf. 1.—25 Omnes fere libri, præter Bem. *nuptum virginem:* ita est Iambus in quarta. *Fa.* Nostri omnes *nuptum virginem*, quod et versus postulat. *Bent. Collocari* Guelf. 2.—26. 27 *Harum qui est dominus ædium. Antiphonin? Em, isti ipsi*] Versus hic claudicat; *em* enim sine synalœpha stare nequit. Duo ex nostris post *Antiphonine* addunt *inquam:* tertius, qui ex Academicis est, sic recte, *Antiphonine? Isti inquam ipsi.* Bent. et sic Both. Perl. ' Plusculi Codd. *Antiphonine, inquam?* So. *isti inquam ipsi.*' West. *Em isti ipsi* G. Br. *Hem isti ipsi.* CH. *quid?* | *Duasne* Delph. Bip. ' *Duas uxoresne is habet* Mss. quidam et impressi.' *West.* Mox Bent. delet *habet* ex interpretatione inter lineas natum. Both. *is habet uxores?* So. *obsecro, illic hanc quidem unam:* dein ' *unam quidem ille* Mss. quidam et impressi.' *West. at unam ille quidem* o. l. s. apud Fa. et Bent. *haud obsecro* Guelf. 1. 3.—28 Bem. *quid illam alteram*, et subaudiendum est, nonne habet uxorem? vel aliquid tale. *Fa.* Etiam noster veterrimus, *Quid illam alteram.* Recte: non tamen subaudiendum, ' Habet uxorem:' sed ut supra III. 1. 15. *Quid eum?* et Heaut. v. 1. 77. *Bent.* et sic Both. Perl.—29 Delph. *est factum.*—30 *Temere*

Eveniunt, quæ non audeas optare! offendi adveniens,
Quicum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam.
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut fieret,
Sine nostra cura, maxuma sua cura, hæc sola fecit.
So. Nunc quid opus facto sit, vide. Pater adolescentis venit;
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. CHRE. Nihil pericli 'st.
Sed per Deos atque homines! meam esse hanc, cave resciscat quisquam.
So. Nemo ex me scibit. CHRE. Sequere me: intus cetera audies.

insperata eveniunt, quæ ne votis quidem petere audeamus! peregre reversus, fortuito inveni cum eo, cum quo cupiebam, et quomodo volebam filiam meam matrimonio conjunctam. Quod nos ambo, ego, et frater Demipho, summopere, et enixe conabamur facere, hæc anus sola sine labore nostro, ut illa summa labore suo perfecit. So. *Nunc prospice quid fieri oportet; nam pater Antiphonis advenit, eumque, hoc propter matrimonium, vehementer iratum esse dicunt.* CH. *Nihil hinc ab illo periculi metuendum est: sed per Deos atque homines te obtestor, cave ne quisquam cognoscat a te puellam hanc esse meam filiam.* So. *Nemo ex me id accipiet.* CH. *Sequere me, intus in ædibus cetera tibi declarabo.*

abest ab EP.—32 *Atque ut volebam* absunt a Witt. mox Bem. in hac parte mendosus, habet *conlocatam amari:* nos legendum putamus, *conlocatam gnatam*, ut versus sit Iamb. tetram. catalect. ut ceteri, non tamen mutamus: ceterum pro *quicum*, idem liber, et Vict. et multi alii habent *quocum*. Fa. *Quocum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam.* Sic dedit Faërnus, et versu indignante, et ipso, qui *gnatam* ex conjectura maluit. *Quicum* nostri, et Pr. p. 934. Hoc recte. Ceterum illud in Bembino notandum, pro *filiam* poni *amari*, nulla literarum similitudine. Id mihi videtur a correctore metrico ortum, ut versus suppleretur: cui rei fidem facit unus ex nostris, a quo *filiam* abest, nec ejus vice quicquam substituitur. Ex his indiciis sic repono, *Quicum volebam atque ut volebam filiam locatam.* Apud Priscianum tamen, *Collocatam filiam.* Bent. et sic Perl. At *conciliatam amore* Bip. quo judice ' poscit illud *ut volebam*, ne frustra dictum sit, *amore.* Dixerat scil. Sophrona, *ut amans habere posset sine dote. Conlocatam* vero *cum aliquo* quis ferat? Rectius *conciliari*, ut *reconciliari, cum quo.* Et eo verbo usus est Plaut. in honestis nuptiis Trin. II. 104. et ap. Nep. XXV. 12. 2. dicitur *conciliator nuptiarum.*' *Collatam* superscript. *collocatam* Guelf. 3.—33 Ita o. l. s. apud Fa. et Bent. ' Al. ord. *dab. ut fier. oper.*' Perl.—34 Duo ex nostris *maxume*. Nimirum hic versus a mala manu est. Corrector aliquis illud ' Quod nos,' quod ad priora refertur, post se aliquid quo referatur requirere putabat, et hunc benigne versiculum de suo donabat. Ceterum distinctione mutata nihil hoc emblemate erit opus. *Bent.* A quo dissentiunt Bip. Zeun. ' distinguo post *maxuma* cum Par. Be. Mu. non cum We. post *cura.*' Perl. ' Ms. R. *maxime sua cura.*' Lind.—35 *Opus quid sit facto* Both. *est* M. G. EP. at Bem. et Vict. *sit* apposite ad rationem versus. *Fa.* Ex Meadianis alter *sit;* ceteri perperam *est.* Bent.—37 *Cave* abest a Witt. *cave esse hanc meam resciscat.* Both. tacite.—38 Ita Bas. versus impeditus, et ut puto in omnibus libris mendo-

sus: Bem. et multi alii ita collocant, *intus cetera audies:* ita esset Iamb. tetram. brachycat. vel forte trochaicus, non faciendo synalœpham, in *nemo ex.* sane Bem. habet *nemo ex me s.* Fa. Plerique nostri cum Bas. faciunt, *cetera intus audies:* tres cum Bem. *intus cetera audies.* Repone, So. *Nemo ex me scibit.* Ch. *sequere me: intus cetera audiemus. Audiemus;* tam quæ tu ex me, quam quæ ex te ego audire cupimus. *Bent. Scibit* delet Both. quo judice *scibit* est glossatoris, intelligendumque ex antecedentibus *resciscet:* ' Hic lacuna est in Bod. usque ad finem Sc. 3. tegit autem *cætera intus.*' West.

ACTUS V. SCENA II.

DEMIPHO. GETA.

De. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.
Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. Nonne id sat erat,
Accipere ab illo injuriam? etiam argentum 'st ultro objectum,

De. *Per nostram culpam efficitur, ut dum largi, et munifici prædicari vehementius cupimus, nobis satius fuerit malignos esse, et difficiliores in dando: sic fugiamus ne longius domicilium nostrum præterferamur; ut dici vulgo solet. Nonne id satis erat, ab hoc homine Phormione contumelia affectos fuisse? ecquid etiam oportuit nos*

Hinc cum Don. ordimur Act. v. quod jam Dacieria auctoritate Ms. Reg. fecerat. Ita certe jubet ratio scenica. Scena enim deserta erat, quum abiisset Chr. cum nutrice ad filiam in ædibus Demiphonis visendam. *Bip.* quocum consentit Zeun.—1 Bona Mss. et impressorum vett. pars *malis.* West. Tres nostri veterrimi *malis.* Recte. Vide ad Heaut. II. 4. 8. Notum illud Martialis: ' Nobis non licet esse tam disertis.' *Bent.*—3 *Nec* pro *ne* Guelf. 2. *Causam* Br. EP. Heidelb. G. Lips. duo e Bœclerianis, uti conjecit Tanaquill. Faber, improbante Westerhovio, quo teste Bœnd. *casam,* sed a 2da m. additur *u;* at *cum* Witt. verum in Ms. Lips. suprascriptum *ne excedas mtē tuam:* et sic gl. in Br. *ne excedes mentem tuam.* ' Hujus proverbii rationem et sensum unus vidit Gronov. Observ. III. 9. p .511. Servi fugitivi vitabant domini casam aut villam, ubi facile comprehendi et in servitutem retrahi potuissent. Proverbio ita dictum est *itane fugias præter casam* pro: cave ne dum levius malum vitas, in gravius præcipites. J. Clericus ad Liv. VI. 29. corrigi volebat *ne præter castra,* quod jure explosit Drakenb. ad illum locum.' *R. D.* Vice *nonne id sat* Bœnd. ET. *de nomine id satis.*—4 *Abs illo* Guelf. 3. *argentum* sine *est* Br. mox Erasm. *objectum ei:* at *ei* o. l. s. apud

NOTÆ

3 *Ne præter casam*] Id est; sic vitium aliquod, aut culpam evitare studeas ne in gravius incidas: a mediocritate ne discedas; excessus enim a medio remoti tuti non sunt: quemadmodum cum fugimus longius a domicilio evagari non expedit, ut commodus illuc sit receptus.

Ut sit, qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
Ge. Planissume. De. His nunc præmium est, qui recta prava faciunt.
Ge. Verissume. De. Ut stultissime quidem illi rem gesserimus.
Ge. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.
De. Etiamne id dubium 'st? Ge. Haud scio hercle, ut homo 'st, an mutet animum.
De. Hem! mutet autem? Ge. Nescio: verum, si forte, dico.
De. Ita faciam, ut frater censuit: uxorem ejus huc adducam,
Cum ista ut loquatur: tu, Geta, abi præ; nuntia hanc venturam.

sponte argentum ei suppeditare, ut habeat unde vivat, et alatur ad alia flagitia committenda? Ge. *Omnino sic est.* De. *Hi nunc præmia accipiunt, qui recta in prava detorquent.* Ge. *Verissime hæc dicta sunt.* De. *Quam imprudenter, et inepte huic lucrum paraverimus.* Ge. *Bene cesserit nobis consilium huic dandi argenti, dummodo istam accipiat uxorem.* De. *Etiamne hoc incertum est?* Ge. *Per Herculem dubito, ut homo levi, et perfido est ingenio, an verbis stet, et maneat in fide data.* De. *Hem! an mutet voluntatem?* Ge. *Nescio, verum dico, si forte mutaverit consilium de accipienda uxore.* De. *Ita mihi faciendum puto, ut frater suasit, ut uxorem ejus adducam Nausistratam, quæ cum ista Phanio colloquatur. Tu, Geta, abi, et certiorem fac virginem, Nausistratam fratris uxorem*

Fa. et Bent. nesciunt.—5. 7 Hos tres versus expungit Guy. *West.*—5 Et Donatus, et libri Bembinus et Victorianus, *aliud aliquid.* Fa. Nostri omnes uno excepto *aliquid aliud.* Nec versus, nec sententiæ interest. *Bent.* et Br. *aliquid aliud.* Witt. *confingat.*—7 Dubitat Guyetus, an Latine satis dicatur, *gerere alicui rem.* Quid si igitur *Illi* adverbialiter dicatur, pro, *Illic*, seu, in ea re? quod usitatum Comicis. Sane Horatio Epist. I. 8. 1. 'Celso gaudere, et bene rem gerere Albinovano.' *West.*—8 *Modo hoc* omisso *ut* G. Guelf. 1. *possiet* e Bem. edidit Fa. *possit* omnes l. s. apud Bent. et sic Br.—9 Ex uno Regio *idne* legit Bent. quem sequitur Both.—10 Bœnd. *mutet animum*, quod edidit Perl. 'ex more Terent. repetendi prius; et. Eun. II. 3. 57. Heaut. I. 2. 18. et sic al.'—11 Mss. et impressi plusculi *ut uxorem:* mox Witt. G. *huc ejus.* West. Recentiores fere libri non habent particulam *ut;* qua demta, itaque collocatis verbis, ut in Bem. et nonnullis aliis est, *uxorem ejus huc adducam*, numerosior versus est, qui est Iamb. tetram. catalect. ut ceteri. *Fa.* Omnes nostri, duobus exceptis, *ut uxorem.* Quod autem Faërnus putat, *Ut* dempto, numerosiorem fore versum, tota via erravit. Nec ineptum hic, nec inutile *Ut* est, quod quidam putat. Hec. II. 2. 2. 'Patrio animo victus faciam, ut tibi concedam.' Porro duo ex nostris *ejus huc;* ceteri *huc ejus:* quod placet. *Bent.* et sic Both. Br. Perl. *ut uxorem ejus huc.* Bip. Zeun. *ducam* Guelf. 3.—12 *Tu* deest in G. Bœnd. EP. Br. O. fere l. s. et in iis Bem. et Vict. *tu Geta abi.* Fa. Sic et nostri plerique *tu:* sed distinctio mutanda est; non *Abi, prænuntia*, sed *Abi præ, nuntia.* Bent. et sic distinguere vult West. et sequitur Perl. quibus præivit Gulielmus in

GE. Argentum inventum 'st Phædriæ: de jurgio siletur.
Provisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuram solves,
Geta. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt,
Nisi prospicis. Nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.

illam conventuram esse. GE. *Factum est ut pecuniam haberes, Phædria: e lite cum Phormione transactum est: præcavimus ne Phanium in præsentia domo nostra dimittatur: quid nunc vero? quid fiet rebus meis? in eodem cœno, Geta, immersus es; versuram solves; debitas tandem dabis pœnas tanto graviores quanto præsens, quod erat malum, diutius fuerit dilatum; video plagas, ictus verberum, qui te manent in dies augeri, nisi tibi consulis. Nunc domum me conferam, et Phanium præmonebo, ne ullo modo credat Phormionem ipsam uxorem ducturum, nec terreatur sermone Demiphonis, et Sostratæ.*

Quæstion. Plaut. p. 83. probatus a Ruhnk. *o Geta* Witt. *ibi* Guelf. 3. *prænuncia* Guelf. 1.—15 Mss. varie, *Vorsuram* et *Vorsura*. Hoc ad sensum aptius videtur hominibus etiam eruditis. Est autem 'Vorsura solvere,' debitori dissolvere pecunia aliunde fœnori accepta, ita ut creditor quidem mutetur, sed debitum maneat. Cic. Att. v. 15. 'Ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit.' Sed 'versuram facere' est pecuniam fœnori accipere, mutuum accipere sub usuris. Cic. Att. v. 21. 'Salaminii cum Romæ versuram facere vellent, non poterant.' *West.* *Vorsura* potius legendum septimo casu, quam *vorsuram*, etsi Budæo aliter videtur. *Gov.* Aliqui maluerunt *vorsura solvis*: quod nescio qua ratione fecerint, cum o. l. s. et Donatus habeant, *vorsuram solves*. Fa. Immo certa ratione faciunt, qui malunt *Vorsura solvis*. Res jam nota est, Salmasii industria et Frederici Gronovii. Ceterum duo ex codicibus nostris non habent *Geta*. Repono, *Quid fiet? in eodem hæsitas luto: versura solves: Præsens quod fuerat, in diem malum abiit: plagæ crescunt*. Bent. quem sequitur Both. *Vorsura solvis* Bip. '*Vorsuram solvis* citat Lactant. II. 9.' *Lind.* 'In quibusdam edd. male legitur *versuram*.' R. D.—16 Br. *abit* cum gl. *crescit*.—18 Guyetus hunc versum expungens, Scenam commodo exitu mutilat. Palmerius, quod Phormio non sit metuendus Phanio, legit, *Ne quid vereatur Phormionem, aut senis orationem*; per *senem* intelligens *Demiphonem*. Videtur autem *Ejus* referendum ad Nausistratam. *West.* Hic versus jam a sæculo crucem interpretibus fixit. Quid enim Phanium vereretur *Phormionem*, qui ei et marito amicissimus erat, et nuptiarum inventor, inceptor, perfector? Quid *ejus*

NOTÆ

16 *Vorsuram solves*] Id est, in simili conditione es, atque ii, qui ut unam syngraphan dissolvant, pecuniam mutuam majori fœnore iterum accipiunt: in dies enim deteriorem conditionem suam faciunt. Vorsuram facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno solvit, quod nihil aliud est, quam vertere creditorem, et mutare.

orationem; qui postea ad eam non aditurus erat, sed domi cum Phædria potaturus? Sola Nausistrata erat, quæ id nuntium de repudio ad Phanium portatura erat; idque Geta præsente constitutum est. His ergo rebus offensus Guyetus, versum, ut solet, in morboniam mittit. Tu repone, *Nequid veretur Naustratam neque ejus orationem. Naustrata* eadem est, quæ postea *Nausistrata* dicitur. Brevius dicebant, qui familiarius. Id enim animadvertes, cum de absente hic loquitur Geta, *Naustratam* vocat; postea qui præsentem alloquuntur, *Nausistratam;* hoc enim majoris dignitatis, et magis ad primariæ fœminæ fastum ac supercilium. Sic in Hecyra I. 2. eadem mulier et *Philotis* et *Philotium* appellatur: in Cistell. II. 3. idem servus *Lampadiscus* et *Lampadio.* Ceterum qui hoc nesciebant Librarii, etiam hic, ut postea, *Nausistratam* scripserunt. quod cum metri ratio non admitteret, correctores *Phormionem* ejus loco substituerunt. *Bent.* Suspecta lectio est *Phormionem.* Si quid audendum sit, rectius substituas *Demiphonem,* a quo omnino timere potuit Phanium. *Bip. Hujus,* scil. Nausistratæ, edidit Both.

ACTUS V. SCENA III.

DEMIPHO. NAUSISTRATA. CHREMES.

DE. AGEDUM, ut soles, Nausistrata, fac illa ut placetur nobis;
Ut sua voluntate id quod est faciundum faciat. NAU. Faciam.
DE. Pariter nunc opera me adjuves, ac re dudum opitulata es.
NAU. Factum volo; at pol minus queo viri culpa, quam me dignum 'st.

DE. *Agedum, Nausistrata, cum solita tua industria, effice nobis placabilem illam fœminam, ut sponte volens faciat, quod illam facere necesse est.* NAU. *Id curabo.* DE. *Nunc æque me opera tua subleves, ac pridem re ipsa, pecunia mutua juvisti.* NAU. *Id libenter facere volo; et per Pollucem minus officiosum me præbere possum, ma-*

Guyetus Scenam hanc integram expungit; sed et Scenas sequentes quatuor, quas is quintam, septimam, octavam, et nonam vocat; sed quæ nobis sunt quinta, sextæ versus posteriores undecim, septima et octava. Finit autem Fabulam cum Sc. 6. vs. 43. delens *Gaudeo,* et substituens, *Plaudite.* Hæc vero vis est, et inclementia mera. Ne de reliquis dicam, tolle Scenam ultimam, facetam illam et oppido elegantem, et cum Phormione omnes Gratias exstinxeris. Merito igitur refutarunt nimis morosum Criticum Tanaq. Faber, Dacieria filia, et Bœclerus. *West.*—1 Ita o. l. s. apud Fa. et Bent. *'ut illa* lib. antiq.' *Perl. Placeat* Guelf. 2.—3 In aliis Mss. est *adjuvas,* aliis *adjuvas.* West. *Adjuvas* Bent. Both. Br. mox Nostri, excepto uno, *dudum re.* Et, duobus exceptis, omnes cum Edd. vett. *adjuvas,* non. ut Faërnus dedit, *adjuves.* Recte: Dixerat enim illa, *Faciam.* Non igitur ultra rogat Demipho, sed gratias agit, agnoscendo beneficium. *Bent. Dudum re* Zeun. Br. Perl.—4 Præstat lectio *at* præ Codicum quorundam *ac.* West. Pro *at*

DE. Quid autem? NAU. Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur; nam ex his prædiis talenta argenti bina
Statim capiebat: hem, vir viro quid præstat! DE. Binan'? quæso!
NAU. Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina. DE. Hui!
NAU. Quid hæc videntur? DE. Scilicet! NAU. Virum me natam vellem:
Ego ostenderem. DE. Certo scio. NAU. Quo pacto? DE. Parce, sodes,

riti culpa, quam me decet. DE. *Quid causæ est?* NAU. *Quia per Pollucem bona mihi bene parta et relicta a patre negligenter curat, et administrat: nam ex his fundis pater quotannis talenta argenti bina æqualiter capiebat: hem! quam vir alius alii præcellit!* DE. *Binane quæso?* NAU. *Ac etiam tunc temporis, cum res viliores erant, quam nunc sunt, tamen talenta bina capiebat ex reditibus horum prædiorum.* DE. *Hui, id mirum est.* NAU. *Quid de his tibi videtur? an non hæc magna videntur?* DE. *Mihi videntur ita esse.* NAU. *Utinam vir nota essem; ego certe mea industria, et arte omnibus notum facerem.* DE. *Minime dubito.* NAU.

Faërnus *ac*, quod minus elegans esse videtur. *Z.*—6 Quæ prædia dicat mulier, id probe scimus; utrum patrem an virum dicat, id nescimus: quare reponendum erat *nam iste ex prædiis.* Both. *His* deest in Br. ' *Ex suis prædiis* Ms. R. et vett. codd.' *Lind.*—7 *Hem* non habebat Bem. congruenter ad rationem versus: postea superadditum est, pro *bina* autem, habet *binam.* Fa. *Hem* nostri omnes habent: quod cum versum strangularet, corrector ille metricus e textu ejecit. Atqui tantum sententiæ confert, quantum versui officit. Reponendum erat, *Capiebat statim. hem vir viro quid præstat? Bina quæso?* Invertebat aliquis verba, qui *Statim* putabat prima correpta esse. Atqui cum constanter, perpetuo, singulis annis, ut hic, significat, primam producit. Nonius Marcellus: ' *Statim* producta prima syllaba, a stando, perseveranter et æqualiter significat;' Terentius; *Bina talenta capiebat statim.* Idem tamen v. *Capere* habet, *Statim capiebat.* Ceterum *bina* nostri omnes, non *binan.* Bent. quem sequitur Both. *Bina* Bip. Br. Perl.—8 Potest hic versus sustentari, ut sit Iamb. tetram. catalect. ut ceteri, hoc modo; ut eliso ex *vilioribus s*, ex *tamen n*, in quarta sede sit anapæstus, in quinta dactylus. *Fa.* Quicquid agat Faërnus, vitiosus manet versus: nam ex metri lege *oribu'* tribrachus esse debuit, non dactylus. Nostri universi cum Edd. vett. *duo talenta*, non *talenta bina.* Repone, *Ac rebus vilioribus tamen duo talenta. Hui.* Satis est ad sententiam, si res viliores erant: ut *multo* essent viliores, nihil opus. *Bent.* Elegantius multo repetuntur *talenta bina*, quam, quod Mss. quidam et edd. post EP. *tamen duo talenta.* West. *Tamen duo bina* Both. cui ' satius videtur expungi *talenta:* sponte id intelligendum, quasi dixeris par talentorum:' *duo talenta* A, B, Hel. Br. ' minus Latine.' *Perl.*—9 *Hæc tibi videntur* Guelf. 1. Bem. *natum*, quod non displicet. *Fa.* Recte habet Bem. *natum;* et sic a prima manu noster ille 900. annorum. *Virum natam* soloecon est, et sibi ipsum repugnat. In textum ergo, quod veritus est Fa. *natum* recipio. *Bent.* quem sequitur Both. quo judice a *natam* sententia abhorret, et teste quo, *natum* exhibet B. *natum* quoque Bipont. at *natam*

Ut possis cum illa ; ne te adolescens mulier defatiget.
NAU. Faciam, ut jubes : sed meum virum abs te exire video. CHRE. Hem ! Demipho,
Jam illi datum est argentum ? DE. Curavi illico. CHRE. Nollem datum.
Hei ! video uxorem : pæne plus quam sat erat. DE. Cur nolles, Chreme ?
CHRE. Jam recte. DE. Quid tu ? ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus ? 15
CHRE. Transegi. DE. Quid ait tandem ? CHRE. Abduci non potest. DE. Qui, non potest ?

Quanam ratione ? DE. *Parce tibi, quæso, et consule viribus tuis, ut cum hac Phanio valeas loqui, ne vincaris defessa a juvene muliere.* NAU. *Faciam ut mones : sed meum virum Chremetem video egredi ædibus tuis.* CH. *Hem, Demipho, jam argentum numeratum est Phormioni ?* DE. *Curavi confestim illi numerandum.* CH. *Nollem hoc factum. Hei, conspicio uxorem. Pene plura, quam quæ opus erant locutus sum.* DE. *Cur nolles datum argentum, Chreme ?* CH. *Minime : jam recte factum.* DE. *Quid tu egisti apud istam fœminam ? ecquid dixisti causam, propter quam, hanc domo nostra ejectam ad Phormionem ducimus ?* CH. *Hoc perfeci.* DE. *Quid dicit tandem ?* CH. *Abduci ab Antiphone non potest.* DE. *Quare non po-*

Perl. cum Ruhnk. ad Rutil. Lup. II. p. 94.—10 *Ostenderem ego* Both. *Parce, sodes*] Nescio quid nuperos quosdam editores moverit, ut hæc verba Chremeti tribuerent ; quæ in Mss. Leidd. quinque, M. Lips. Tr. G. Wit. Bœnd. sed et in editionibus Juntarum, Aldi, Rob. Stephani, Frobenii, et his multo antiquioribus, Anon. Venet. Tarv. aliis Demiphoni recte tribuuntur ; et quæ nec Interpretum quisquam, quod sciam, aliter se reperisse dicit. *West.*—11 Et hic versus vitio laborat ; nisi *adulescens* tertiam corripere possit. Repone, *Ut possis cum illa ; ne adulescens mulier te fatiget.* Bent. quem sequitur Bip. ' Bona pars Mss. et edd. post EP. *defetiget*, pauci *adfatiget*.' West. *Defetiget* Zeun. Both. ' vett. libb. *adfetiget*.' Lind.—12 ' *Faciam*] Hic novæ Scenæ initium est in Wit.' *West.* at Bip. ad *Hem*, ' Hinc novæ scenæ initium facimus :' et sic Both. *Ex te* Guelf. 3.—13 *Num* pro *jam* Guelf. 1. *Illico curavi* Guelf. 3.—13. 14 Br. *datum ei | Video.*—15 *Quin tu*] Alias *Quid*. Er.—16 *Abduci*] Ita edidi ex Mss. Leidd. quinque, Tr. M. Wit. Bœnd. G. Lips. sed et editis præstantissimis. In aliis est, *Adduci*. Quomodo scripsisse Terentium probabile erat, si Antipho cordi tantum fuisset Phanio. Nunc quia uterque utrique cordi erat, Phanium *Abduci* non potuit, sub. marito, vel, ex ædibus. *West. Qui, non potest*] Ita Mss. Leidd. quatuor, Wit. G. M. Lips. Bœnd. Sed et editi præstantissimi. In aliis est, *Quid ? non potest ?* prius laudat Rivius, utpote responso melius cohærens. *West. Qui non* Bem. Vict. Bas. et plerique apud Bent. ' *Quid ? non* V. C.' *Lind. Quid non potest* Guelf. 1.—

NOTÆ

10 *Ego ostenderem*] Connectendum *pacto ;* tum supplendum, *res meas administrare sciam.* istud est cum eo quod sequitur, *quo*

CHRE. Quia uterque utrique est cordi. DE. Quid istuc nostra? CHRE. Magni: præter hæc,
Cognatam comperi esse nobis. DE. Quid! deliras? CHRE. Sic erit.
Non temere dico: redi mecum in memoriam. DE. Satin' sanus es?
NAU. Au! obsecro, cave, ne in cognatam pecces. DE. Non est. CHRE. Ne nega.
Patris nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. DE. Non norat patrem?
CHRE. Norat. DE. Cur aliud dixit? CHRE. Nunquamne hodie concedes mihi,
Neque intelliges? DE. Si tu nihil narras. CHRE. Pergis? NAU. Miror, quid hoc siet.

test? CH. *Quia uterque utrumque amat ex animo.* DE. *Quid istud nostra interest?* CH. *Magni sane, Demipho. Præterea rescivi eam cognatione nobis esse junctam.* DE. *Quid? desipisne?* CH. *Sic verum esse reperietur. Non inconsiderate, nec frustra loquor. Revoca in memoriam.* DE. *Satisne mentis sanæ es?* NAU. *Au, Demipho, noli injuriam facere cognatæ tuæ.* DE. *Non est cognata.* CH. *Ne contradicas. Aliud patris nomen tibi relatum fuit: hoc caussæ fuit cur in hunc errorem induceris.* DE. *Nonne sciebat quis pater erat?* CH. *Sciebat.* DE. *Quare igitur alium nominavit?* CH. *Nunquamne hodie consenties mihi, neque mente capies?* DE. *Non equidem, si nihil quidquam mihi dicas.* CH. *Perseveras adhuc mihi adversari?* NAU. *Mirum mihi videtur, quid illud sit, de quo tantopere*

17 Codd. quidam *præterea*. West. *Præterhac* Both.—19 Bem. *satine:* ita octonarius impeditus procedit. *Fa.* Nostri omnes *Satin*. *Satine* a Bem. correctore est, quo laboranti, ut putabat, versui succurreret. Atque *redi*, ut alias non semel, positum erat pro *Redii*. Repone, *Non temere dico: redii mecum in memoriam. Satin sanus es?* Si *Redi* voluisset, dixisset utique, *Redi tecum in memoriam*, non *Mecum*. Plautus Capt. v. 4. 25. 'Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito.' *Bent.* quem sequitur Both.—20 *Au obsecro, vide ne in cognatam pecces*] Unde Faërnus illud *vide?* nihil enim annotavit. Nostri universi, *cave ne:* quod in textum revocamus. Unus ex Regiis et Ed. vet. *cave in cognatam pecces*. Utroque modo loqui solet Noster; illud versui acceptius est. *Bent.* In Codd. quibusdam est, *Obsecro, vide*. Pareus e Ms. Pal. laudat, *Demipho, vide*. quod mirum est mire placere Guyeto in scholiis Mss. integram Scenam expungenti. *West.* Bip. *vide*.—22. 23 *Concedes, neque | Intelleges? si tu nil narras.* CH. *perdis.* Bip. quo judice '*mihi* est gl. et redundantem facit versum.'—23 Pro *narres, narras* est in o. fere l. s. et Bem. pro *pergis* vero, is tantum liber, et Vict. habet *perdis*. Fa. Repone, *Neque intelleges? Si tu nil narras. Pergis? Miror, qui hoc siet. Narras* unus tantum ex nostris: omnes autem *Pergis?* quod alteri equidem præfero. *Bent. Si nil tu...hoc quid est.* Both. *Intelligis* G. Fabric. Br. *intelliges* Non. Marcellus in v. 'Concedere:' *si tu nil* Perl. *narres* Mss. et editi quidam post EP. *West.* et sic Guelf. 1. *si ita nihil narres* Guelf. 3. Codd. quidam *perdis:* A, B, C, G.

DE. Equidem hercle nescio. CHRE. Vin' scire? at ita me servet Jupiter,
Ut propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo 'st. DE. Di vostram fidem!
Eamus ad ipsam: una omnes nos aut scire, aut nescire hoc volo. CHRE. Ha!
DE. Quid est? CHRE. Itan' parvam mihi fidem esse apud te? DE. Vin' me hoc credere?
Vin' satis quæsitum mihi istuc esse? age, fiat: quid? illa filia
Amici nostri, quid futurum 'st? CHRE. Recte. DE. Hanc igitur mittimus?
CHRE. Quidni? DE. Illa maneat? CHRE. Sic. DE. Ire igitur tibi licet, Nausistrata.
NAU. Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam ut cœperas,
Manere hanc; nam perliberalis visa 'st, cum vidi, mihi.

ambigunt? DE. *Equidem per Herculem non intelligo quæ mihi significas.* CH. *Visne intelligere? Ita me Jupiter sospitem conservet, ut nullus illi propior est cognatus, quam tu atque ego sumus.* DE. *Dii vestram fidem! nos omnes una ad ipsam eamus: aut scire, aut nescire hoc volo.* CH. *Ha!* DE. *Quid est?* CH. *Itane mihi parvam fidem habes?* DE. *Visne me tibi dubitantem credere? Visne me nihil quicquam amplius inquirere? Age, fiat ut vis. Verum quid fiet de illa filia amici nostri, quam Antiphoni uxorem dare constitutum nobis fuerat?* CH. *Recte res se habebit.* DE. *Hanc igitur dimittimus?* CH. *Quidni hanc mittamus?* DE. *Illam vero domi retineamus.* CH. *Ita censeo.* DE. *Redire igitur domum hinc, si libet, potes, Nausistrata.* NA. *Sic per Pollucem nobis utilius est omnibus hanc retinere, quam, ut cœperas dicere, eandem remittere; nam ingenui, et liberalis*

Hel. Vet. Cod. et R. apud Lind. cum Br. EP. *quid hoc est.*—25 *Homo est* Wit. *homo nemo est* G. probante Rivio. Augere asseverationem videtur dictio *homo*, quæ in o. fere l. s. est, etiam antiquis, præter Bem. hoc modo, *homo nemo est.* Fa. Tres ex nostris ignorant illud *homo:* ceteri habent, versu etiam gaudente. *Bent.* et sic Bip. Both. Br. Perl.—26 *Adeamus* Guelf. 3. Absunt *aut scire aut nescire hoc volo* a Guelf. 3.—27 *Itan' parvam mihi fidem esse apud te*] Plaut. Pseud. 1. 5. 52. 'Parvam esse apud te mihi fidem ipse intelligo.' Nisi forte legendum, *Parum fidem.* Quomodo Mss. Leidd. quinque, G. Lips. cum EP. paucisque aliis. In reliquis fere, *Parvam.* Sed et *esse* abest a plurimis libris. quod laudat Rivius. Vide Eun. 1. 2. 117. *West.* 'Ms. R. *itane parum.*' Lind. et sic Bip. Br. *Vin me credere*] Hic quoque omnes libri scripti, præter Bem. habent, *vin me hoc credere.* Bas. *vis.* Fa. Omnes nostri *hoc;* quod ideo minus placet, quod sequatur *Istuc.* Bent. *Hoc* omittunt Zeun. Both. Perl. et Ms. R. apud Lind. *Vin mihi* Both.—28 'Mallem, si per Codd. liceret, CH. *age, fiat.* DE. *quid?*' Perl. '*Quid? de illa* V. C.' *Lind.*—30 Absunt omnia post *sic* in Guelf. 1.—31 Ms. Par. *eicere* pro *cœperas,* Glossam sapit. *Perl.*—32 *Liberalis* Perl. tacite.—33 *Aperuit* EP.—

DE. Quid istuc negotî 'st? CHRE. Jamne operuit ostium?
DE. Jam. CHRE. O Jupiter!
Di nos respiciunt! gnatam inveni nuptam cum tuo filio.
DE. Hem!
Quo pacto id potuit? CHRE. Non satis tutus est ad narrandum hic locus.
DE. At tu abi intro. CHRE. Heus! ne filii quidem nostri hoc resciscant, volo.

animi mihi visa est, ut illam vidi. DE. *Quid ista res sibi vult?* CH. *Jamne ostium occlusit Nausistrata?* DE. *Jam occlusit.* CH. *O Jupiter! Jam Dii nobis propitii sunt. Filiam reperi cum tuo filio nuptiis junctam uxorem esse.* DE. *Hem! quo modo id potuit fieri?* CH. *Non satis tuto istud in hoc loco recensere possum.* DE. *At tu intra domum.* CH. *Hem, nolo ut ipsi quidem filii nostri id inaudiant.*

35 Cod. Regius *tutus hic est:* a tribus abest *hic:* malim *id pote? non satis est tutus hic ad narrandum locus.* Bent. *Non sat* Both. *Hic* abest a Mss. et editis quibusdam post EP. *West.* Abest a Br. Perl.—36 *Intro abi* Bent. Bip. Both. Br. Perl. *Heus* Demiphoni tribuit Both. 'Hæc verba ita ordinata sunt in Bem. et Vict. *ne filii quidem hoc nostri:* in omnibus aliis, *ne filii quidem nostri hoc;* quam collocationem probo; et in dimetiendo versu, ex *quidem m* elido, quamvis sequente consonante; immo magis placet Bembina, utcumque versus procedat.' *Fa.* 'Unus ex nostris *hoc nostri;* ceteri *nostri hoc.* Parum, aut nihil interest.' *Bent.* EP. *hæc.*

ACTUS V. SCENA IV.

ANTIPHO.

LÆTUS sum, ut meæ res sese habent, fratri obtigisse quod volt.

Utcumque se habeant res meæ, ingenti lætitia perfundor, quod Phædriæ fratri

1 *Ut meæ res sese habent*] EP. *Habeant.* Tò *Ut* defendit Grævius ad Cic. Fam. XVI. 18. Atque ita est in Mss. G. Wit. laudatque Faërnus ex Cod. Bem. Seneca, Epist. XIX. 'Ut se res habet, ab Epicuro versura facienda est.' Adde Gronov. Observ. III. 6. etiam ex metro *Ut* tuentem. Sed Guyetus emendat, *Utut meæ res se habent,* laudante Bœclero: *Utut* autem vincit numero librorum. Sic Heaut. I. 2. 26. *West.* Ex ratione versus, et fide Bem. lego, *Lætus sum ut meæ,* detracto uno *ut;* immo lectio vulgata magis placet. *Fa.* Sic a Faërno editum, ipso tamen, ut ex nota videtur, nolente. Nostri omnes *sese,* quattuor *ut,* non *ut ut.* Bent. *Ut meæ res sese habent*] Sic recte legitur in codice Bembino quod defendit Gronov. Observ. III. 6. *Ut* ponitur pro *ut ut, quomodocunque.* Cic. ad Div. XVI. 18. 'sed ut est, indulge valetudini tuæ,'

Quam scitum 'st, ejusmodi parare in animo cupiditates,
Quas, cum res advorsæ sient, paulo mederi possis!
Hic simul argentum reperit, cura sese expedivit.
Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis,
Quin, si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probro siem.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa
Hujusce habendæ. Sed ubinam Getam invenire possum,

patrueli successerit ut optabat. Quam pulchrum et venustum est ejusmodi animo concipere cupiditates, quibus, si aliquid adversi interveniat, facile remedium afferre possis? Hic Phædria, ut primum argentum reperit quod daret pro amica, omni solicitudine se liberavit: ego nulla ratione ex his anxietatibus animi me eripere possum, ut non, si secretum hujus rei occultetur, in timore; sin manifestetur in dedecore et infamia verser: neque domum redire nunc auderem, nisi mihi spes præluceret, me posse Phanium illam possidere: verum ubinam Getam repe-

---

ubi v. Græv. Liv. XXII. 25. ‘ut vera omnia essent.’ ubi plura exempla congessit Drakenb. *R. D. Utut...se* Both. tacite. *utut* Br.—2 *Semper hujusmodi* Bœnd. *West.* at ‘Pal. quint. *hujusmodi parere.*’ Perl.—3 Mss. Wit. et Bœnd. *Quibus.* Ita et EP. Cic. Fam. XII. 10. ‘Sunt enim permulta, quibus erit medendum.’ Priscianus Instit. Grammat. VIII. *Quas, cum res advorsæ sint, minus mederi possis.* Sed lib. XVIII. *Paullo.* West. *Quas* et Bent. licet quatuor ex suis *quibus:* et sic quoque Pal. quint.—4 *Hic simul*] Quod in Commentariis Guyeti legitur, tres hosce versus spurios videri et ejiciendos, per errorem impressum est, non ex mente Guyeti, qui tres postremos hujus Scenæ versus delevit in suo Codice. Et mirum, Bœclerum ipsum, qui Guyetiana edidit, aliter censuisse. Et sane Terentius versu hoc quarto explicat id, quod in superioribus dixerat. *West.* Bœnd. *Argentum ut repperit.* Bœnd. et Wit. *Se expedivit.* Idem. *Me evolvere*] H. e. me expedire, me liberare. Guilielmus in Quæst. Plaut. p. 83. ex veteris codicis vestigiis legendum conjicit *eruere*, sed recepta lectio confirmatur ex Eun. IV. 4. 56. ‘te omni turba evolves.’ *R. D.*—5 *Me evolvere ex his turbis*] Ita legendum, non *Exsolvere*, quod est in quibusdam Codicibus, evincit locus, Eun. IV. 4. 56. Græv. et EP. *Ex istis turbis.* West. *Exsolvere* GM. ‘O. l. s. *me evolvere:* pro expedire, tracta metaphora a fili glomere.’ *Fa.* ‘*Ex istis turbis* Ms. R. et Vett. Codd.’ *Lind.* et sic Br. GM. *His ex turbis* Both.—6 Bœnd. *celetur patri.* G. *patefacit.* Fa. *sim* metri causa, ‘reclamantibus omnibus libris:’ *sim* Both. Perl. *probo siem* Br. *patri in metu siem* Guelf. 1.—7 Complures libri *ostentata.* Bem. Vict. et Bas. *ostenta* habent: ut in Eunucho, ‘An ego occasionem mihi ostentam.’ *Fa.* Ex melioribus nostris quattuor *Ostenta.* Apud Priscianum p. 1004. et Servium ad Georg. I. 248. *Ostentata.* Sed apud hunc, *Ostenta* legi oportere, ipsius verba indicant. ‘Veteres,’ inquit, ‘Ostentus participium, non Ostensus dicebant.’ *Bent.* Dicitur *spes ostendi.* Cic. Verr. I. 51. ‘Iste Rabonium quiescere jubet: et simul ei nonnullam spem societatis ostendit.’ Sed et ‘ostentari spes’ dicitur. Cicero pro A. Cluent. 7. ‘Mulier, amissis liberis, cum unius filii recuperandi spes esset ostentata.’ Codd. quidam, *Ostenta;* quod laudant Rivius, Faërnus, et Georg. Fabricius. Guyetus tres hosce versus delet, scribens in ἀνεκδότοις, ‘Quæ spes illa esse potest, cum dixerit, *Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis.* Scilicet non videtur cogitasse, *Habendæ* positum, pro, ‘Retinendæ,’ et ‘porro habendæ.’ *West.* *Nunc domum me...ostenta.* Both. *Ostenta* Bip. Br. Perl. *Mihi etiam esset* Guelf. 1.—8 Bent. *habendi*, citato v.

Ut rogem, quod tempus conveniundi patris me capere jubeat?

riam, ut petam ab eo, quod tempus commodum adeundi patris capere mihi suadeat?

6. 41. et sic Both. 'mire.' *Perl.* Mox *possim* o. fere l. s. apud Fa. et plerique Mss. et edd. vett. quædam apud West. et sic Both.—9 *Me capere jubeat*] Ita et Bas.: in aliis vero antiquissimis libris, item in multis aliis, legitur, *me capere suadeat:* quod si recipimus, versus erit Iamb. tetram. acatalect. qui in sequenti scæna; cum ii, qui in hac sunt, catalectici sint. *Fa. Jubeas* nostri fere omnes. Sed versus misere habitus est. Repone, *Rogem, quod conveniundi patris me tempus capere jubeat. Rogem* in pede primo concessa venia corripitur. *Bent. Quod tempus capere suadeat me patris conveniundi.* Both. *Persuadeat* A, Bœnd. Guelf. 1.

ACTUS V. SCENA V.

PHORMIO. ANTIPHO.

PHOR. ARGENTUM accepi; tradidi lenoni; abduxi mulierem;

Curavi, propria ea Phædria ut potiretur; nam emissa est manu.

Nunc una mihi res etiam restat, quæ est conficiunda, otium

PH. *Argentum accepi, numeravi Dorioni lenoni, abduxi puellam, ut eam propriam traderem Phædriæ possidendam: nam manumissa est, et libera facta: nunc mihi etiam una res superest peragenda, scilicet ut mihi otium ab his senibus, Demi-*

1 *Abduxi*] Ita edidi ex Mss. Leidd. quatuor, Bodl. G. et Bœnd. EP. Junt. Froben. Ald. Steph. Anon. aliis veteribus. In aliis quibusdam est, *Adduxi.* West.—2 *Curavi ea propria Phædria ut potiretur*] Aliqui libri, et in iis Vict. non habent *ea:* Bem. ita, *curavi propria ut Phædria poteretur.* Fa. Nostri *propria ea;* et duo primarii *poteretur.* Bent. *Ea* abest in B, Hel. Guelf. 2. 'G. et Fr. Fabricii *Poteretur* laudant. Quando erit in conjug. tert. promiscue enim usi Poëtæ. Ovid. Met. IX. 313. 'Potiturque puerpera voto.'' *West.* '*Poteretur* Bem. apposite ad rationem versus, ut et Catull. 'Liber ut innuptæ poteretur flore novercæ.'' *Fa.* Bip. Both. *poteretur.* '*Nam emissa est manu*] Proprie de servis et ancillis libertate donatis, atque e potestate herili dimissis. Plaut. Capt. II. 3. 48. 'Numquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu.' Cic. Fam. XIII. 77. 'Cum se a me manumissum esse diceret, crediderunt.' H. l. rationem reddit Phormio, quare Phædria possit propria potiri citharistria, nempe, quod ab lenone impurissimo emta, atque adeo emancipata sit. Quod non cepit Guyetus, scribens in glossis ineditis: 'Qui emissa est manu, si emta est a lenone? An Phædriæ emancipata est? Horat. 'Romanus (eheu posteri negabitis) Emancipatus feminæ,' &c. Nota phrasin. An legendum, *Nam ei emissa est manu*, vel, *Ei missa est manu.*'' West.—3 *Una* abest a Guelf. 2. 'Versus hic

Ab senibus ad potandum ut habeam; nam aliquot hos sumam dies.
AN. Sed Phormio 'st: quid ais? PHOR. Quid? AN. Quidnam nunc facturus Phædria? 5
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?
PHOR. Vicissim partes tuas acturus est. AN. Quas? PHOR. Ut fugitet patrem.
Te suam rogavit rursum ut ageres, causam ut pro se diceres;
Nam potaturus est apud me: ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emtum, quam dudum dixit Geta; 10

phone et Chremete, concedatur, quo possim poculis operam dare: nam aliquot hos dies sumam ad indulgendum voluptatibus. AN. *Sed Phormio adest. Quid ais?* PH. *Quid aio?* AN. *Quidnam in præsentia facturus est Phædria? quomodo ait se velle amori suo satisfacere.* PH. *In vicem suscepturus est partes tuas agendas.* AN. *Quas?* PH. *Ut patris conspectum fugiat. Te rogavit ut rursum suam ageres causam apud patrem, et pro se orares. Nam apud me compotaturus est. Ego dicam senibus nostris, Demiphoni et Chremeti, me proficisci Sunium ad mercatum, ancillulam ut emam de qua Geta locutus est illis jampridem, ne hic me non videntes*

varie collocatur in Mss. et editis antiquis. Exhibeo lectionem, quam laudat Faërnus.' *West. Etiam* abest a Guelf. 1.—4 *Potandum* Guelf. 2. abest *hos* a Guelf. 1.—5 Mss. et edd. quædam *adest.* West. *Facturus est* optimi aliquot nostri; lege *facturust.* Bent. et sic Bip. Perl. *facturus est* Br. Bod. GM. ' *Quidnam facturus est* Mss. quidam et impressi post EP.' *West.*—6 *Quonam* Codd. quidam. *West.* Mox *absumere* Bod. G. Ms. Lips. antiquissimi apud Fa. et plerique apud Bent. ' quod emphaticum magis est.' *West.* et sic Bip. Both. Br. Perl.—7 *Quas* omnino acui debet. Repone *uti.* Bent. quem sequitur Both.—8 Hæc plurimorum Codicum lectio est, cum Mss. tum impressorum. Faërnus tamen ex Bem. laudat, *Te suas rogavit rursum ut ageres.* quam lectionem veram dicit Tanaq. Faber, alteram vitiosam. Et possit videri *Suas* referendum ad *Partes.* Neque fieri propemodum potest, ut aliter legerit Donatus, quamquam nunc vulgo editur *Partem:* quod nec præcessit, nec Latinum satis videtur. Vide porro Rivium. *West. Suam* quidem legit Donatus, subaudiens, *partem,* mihi tamen magis placet *suas,* quod est in Bem. et subaudio *partes.* Fa. Nostri omnes perperam *suam.* Bent. *Suas* Bip. Perl. *suas ...gereres* Both. quia in Hel. est *geres:* at Br. *suam ... ageres causam, et,* omisso *te.*—9 *Sunium* abest a Guelf. 3.—10 *Quam dudum dixit Geta*] Unde hoc absonum, tacente Faërno? Nostri universi cum Edd. vett. *Dudum quam dixit Geta.* Bent. Mss. plurimi *dudum quam.* West. et sic Guelf. 3. Bip. Both. Br. at Guelf. 1. ita voces ordinat *Dicam e. ad m. ancillam illam du. q. di.*

NOTÆ

7 *Partes tuas acturus*] Translatum a scenicis Actoribus. Id est, te imitaturus est.

9 *Sunium*] Extremum est Atticæ Promontorium ortum spectans, vicum habens ejusdem nominis, nunc vocatum *Cabo delle colonne.*

Ne, cum hic non videant me, conficere credant argentum suum.

Sed ostium concrepuit abs te. AN. Vide, quis egrediatur. PHOR. Geta 'st.

credant me consumere argentum suum: sed ostium domus tuæ constrepuit. AN. *Vide quis exeat.* PH. *Geta est.*

Ge.—11 Wit. *expendere,* suprascripto *conficere:* at *conficere* Br. GM. suprascripto *expendere.* Citat Non. Marcell. explicans 'consumere.' *West.*—12 *Qui* e Bem. et ex ratione versus legimus. *Fa.* Nostri male *quis.* Bent. *Qui* Bip. *quis egreditur.* PH. *Geta* Both. *egreditur* Hel.

NOTÆ

12 *Ostium concrepuit abs te*] Id est, ostium domus tuæ: ut in And. act. III. sc. 1. 'crepuit a Glycerio ostium.' Sic 'fulgor ab auro,' pro, auri fulgor, Lucret. 'Cicero reus a Milone,' id est, accusatore Milone.

ACTUS V. SCENA VI.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

GE. O FORTUNA! o Fors fortuna! quantis commoditatibus,

Quam subito, hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem!

AN. Quidnam hic sibi volt? GE. Nosque amicos ejus exonerastis metu?

GE. *O Fortuna! o fors fortuna! quantis utilitatibus et bonis successibus, quam repente nec opinanti hero meo Antiphoni vestro auxilio hunc cumulastis diem!* AN. *Quidnam hic sibi vult?* GE. *Nosque ejus amantissimos exsolvistis metu? sed*

1 *Quamvis* Bœnd.—2 In Bem. est, *meo ero:* ita etiam exigente trochaico. *Fa.* Nostri, uno excepto, omnes *ero meo.* Illud *meo* insititium est. Repono, *Quam desubito ero Antiphoni.* Bent. quem sequitur Both. Mox *Antiphoni oppressum hunc* idem Both. quo judice 'si onerarunt, sua non aliena opera oneraverint Deæ. Hoc balbutire foret, non loqui.' Bœnd. *fortuna vestra.* Bœnd. *honorastis.* Guelf. 3. *oneratis.*—3 Bœnd. *nos quoque:* Guelf. 3. *exoneratis.*—4

NOTÆ

1 *O Fors fortuna*] Fortuna est incertus rei exitus: fors fortuna est bona fortuna. Hujus ædes trans Tyberim est.

Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio,
Atque hominem propero invenire, ut hæc, quæ contigerint, sciat?
AN. Num tu intelligis, hic quid narret? PHOR. Num tu? AN. Nihil. PHOR. Tantumdem ego.
GE. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. AN. Heus Geta! GE. Hem tibi!
Num mirum, aut novum est, revocari, cursum cum institueris? AN. Geta.
PHOR. Pergit hercle. GE. Nunquam tu odio tuo me vinces. AN. Non manes?
GE. Vapulabis. AN. Id quidem tibi jam fiet, nisi resistis, verbero!

quid ego cunctor et cesso in officio meo, qui non pallium colligo, et in humeros rejicio, (Antiphonem) festinanter quæro, ut hæc quæ acciderint resciat, noscat. AN. *Ecquid mente percipis, quæ Geta iste commemorat?* PH. *Ecquid tu?* AN. *Nihil.* PH. *Tantundem ego.* GE. *Ad lenonem hinc pergere volo. Ibi in ejus ædibus nunc sunt: scilicet Antipho, et Phædria.* AN. *Heus Geta, audi.* GE. *Hem tibi: non mirum, aut insolitum est, nos sisti et retineri, cum festinare instituimus.* AN. *Geta.* PH. *Per Herculem cursum continuat.* GE. *Pergit sane, nunquam tamen tua importunitate consequeris, ut cursum intermittam.* AN. *Non hic manes, Geta?* GE. *Quæris verbera. Proculdubio unus est ex curialibus istis servulis qui me vocat.* AN. *Idipsum quidem nisi sistis gradum, tute consequeris, flagrio.*

Wit. *quin nunc humerum onero.* 'Gu. 1. et Hel. *exonero* dilucide, ut dudum legit etiam Glar.' *Both.*—5 *Hic* Both.—6 *Narrat* Guelf. 3. Bœnd. EP. *non* in utroque loco pro *num:* mox *hic quid hic* Bem.—7 *Ire* delet Both.—8 Lege ordine inverso *novum aut mirum,* numero meliore. Recte etiam Guy. ex cod. scriptis *Institeris:* versu abnegante. *Bent.* 'Mss. et impressi quidam *Non mirum.*' West. Mox *institeris* Bod. Bip. *restiteris* Gu. 1.—9 Hic versus omnis in Codd. quibusdam tribuitur Antiphoni. In aliis aliter. *Numquam tu odio tuo me vinces*] Gifanius in Ind. Lucret. v. *Odiosa* verba hæc etiam Phormioni tribuit: quod et Mss. et impressi quidam faciunt. *West. Pergit hercle: numquam tu tuo odio vinces me*] Alii l. s. *pergin,* Bem. *pergit* habet: lego autem, *pergis hercle,* conjuncte: ut et in Heautontim. 'Quin mihi molestum est. Pergis hercle.' quæ vero sequuntur, omnes libri ita collocant, *nunquam tu odio tuo me vinces.* Fa. Nostri plerique *Pergit.* Unus *Pergin? hercle.* Recte: atque ita legendum, Heaut. III. 3. 21. non *Pergis hercle.* Porro pro *tu odio* codex Academicus *hodie* habet. Utrumque retine et sic repone, *Pergin? hercle numquam hodie odio tu me vinces. Non manes?* Bent. 'cujus rationes minime contemnendæ videntur.' *R. D. Tuo* delet Both.—10 *Vapulabis*] Ita diserte est in Mss. Leidd. quinque, Bodl. Tr. M. Bœnd. et Lips. sed *Vapulabo*

NOTÆ

10 * *Curialis vernula*] Servi curiales mitia celebratis ministrabant. ii erant qui in cœnis post curiata co-

Ge. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur malum.

Ge. *Ex familia nostra hunc esse oportet, qui verbera minis intentat tam familiari-*

habet G. *Vapulaberis* Wit. quod forte legendum, *Vapulaveris*. Faërnus *Vapula* tuetur ex Bem. et Vat. Et videtur sane hic locus exscriptus ex Plauti Asinaria, II. 4. 72. ' Le. Vapula. Me. Id quidem tibi hercle fiet, Ut vapules, Demænetum simul ac conspexero hodie.' Muretus ex Codice Veneto continuo post hanc vocem legit, *Curialis vernula est, qui me vocat*. Diserte etiam leguntur in Ms. Bœnd. et EA. ET. EV. 1. Arg. EV. 2. aliis Mureto antiquioribus; sed et Gambarello, quæ verba dein nuperi quidam editores revocarunt. Franciscus Fabricius ita: ' Carminis trochaici ratione hanc lectionem probari, equidem omnes videre confido.' Sed et Goveanus et Bergius retinent. Mihi in nullo alio Mss. inventa, sed nec in EP. *West*. In Bem. et Vat. est *vapula*, nec aliter versus potest stare: quod vero sequitur, ita in omnibus libris ordinatur, *id quidem tibi:* versus autem hoc modo sustentabitur, ut vel eliso *d* ex *id*, in secunda sede sit anapæstus; vel, *fiet* in unam syllabam contracto, sit in quarta spondeus. *Fa.* Nostri omnes *Vapulabis;* perperam. Festus olim legebat hic *Vapula*. Ceterum postquam in textum se intulerat *Vapulabis*, nebulo aliquis ad versum supplendum, hoc bellum emblema addidit, *Curialis vernula est, qui me vocat;* quod et in compluribus editionibus hodie visitur. Nos in duobus nostris, sed recentioribus invenimus: spurium tamen esse vel illud evincit, quod stare hic non potest, nisi legas *Vapulabis:* cum tamen compertum jam sit, legendum esse *Vapula*. Ut ne addam, nisi statim post *Vapula* inseras, *Id tibi jam fiet*, hoc est *Vapulare*, sententiam in responso nullam fore. *Bent.* Restitutos plane tres verss. damus, qui in omnibus edd. lacerati, et vulgo hodie sic leguntur: G. *Pergis hercle. nunquam tu odio tuo me vinces.* A. *Non manes?* G. *Vapulabis. curialis vernula est, qui me vocat.* A. *Id quidem jam tibi fiet, nisi resistis, verbero.* Sed v. 1. excedit pede trochaicum octon. catal. et Bem. habet *pergit;* et sic plerique ap. Bentl. et tamen Faërn. male edidit juncte *Pergis hercle?* Tum v. 2. Bem. et Vat. cum Festo, in nott. jam laudato, legunt *vapula*, quod verius est. Hinc Bentl. novissime adhibito remedio verss. instruxit: G. *Pergin? hercle nunquam hodie odio tu me vinces.* A. *Non manes?* G. *Vapula.* A. *Id quidem tibi jam fiet, nisi resistis verbero.* In primo suo versu id boni habet, ut vocem *hodie* absumptam *odio* restituerit, alterum ad optimos Codd. in quibus est Bem. et Vat. multasque edd. vet. exegerit; sed verba *curialis ... vocat*, ut a nebulone aliquo illata, expungit, (quæ eadem verba jam olim omisit Erasm. in ed. sua princ.) Tantum vero abest, ut insititia sint verba, ut potius loco mota suo haberi debeant. Atque ea invenit Mur. in Cod. Ven. post versum *Vapula ... verbero;* quomodo et aliæ priscæ edd. in iisque Tarv. 1481. Ven. 1492. et nostra Arg. 1499. habent. Neque iis omnino sublatis est, quo referas *familiariorem* v. 12. Itaque ea in locum suum revocamus; unde male exciderant. Scil. in primo versu librarius a voce secunda *hercle*, desciscens ad alterum *hercle*, quod decimo versu redibat, verba *curialis ... vocat* omisit; quæ visa cum corrector in margine adscripsisset, dein alieno loco in textum ingesta sunt. Repetimus vero vocem *hercle*, jungimusque sqq. *nunquam hodie*, quæ et alias conjuncta leguntur, ut ap. nostrum Ad. IV. 2. 12. ' Nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.' Alias præterea rationes ordinis versuum nostri facile colligent periti. *Bip.* ubi legitur sic: G. *Pergit: hercle curialis vernula est, qui me vocat:* | *Hercle nunquam hodie odio tuo me vinces.* | A. *Non manes?* G. *Vapula.* Both. *odio me vinces hodie.* Perl. *vapula.* Br. GM. *vapulabis.* Guelf. 3. *ni restiteris.*—11 Mss. et editi nonnulli *Familiarem.* West. Mox *qui* non est in ullo ex antiquis libris: neque id versus admittit. *Fa.* Etiam nostri plerique nesciunt illud *qui.* Bent. Wit. *Minatur.* A G. et impressis qui-

Sed isne est, quem quæro, an non? ipsus est. PHOR. Congredere actutum. AN. Quid est?

GE. O omnium, quantum est, qui vivant, homo hominum ornatissime!

Nam sine controversia ab Dis solus diligere, Antipho.

AN. Ita velim: sed, qui istuc credam ita esse, mihi dici velim.

GE. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? AN. Enicas.

PHOR. Quin tu hinc pollicitationes aufer, et, quod fers, cedo. GE. Oh!

Tu quoque hic aderas, Phormio? PHOR. Aderam: sed cessas? GE. Accipe, hem!

Ut modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum

ter. Sed isne est Antipho, quem quæro, an non? ipse est. PH. *Antipho, confestim hunc conveni.* AN. *Quid est?* GE. *O homo omnium quotquot in terra degunt hominum omnibus bonis et fortunis ornatissime: nam procul omni dubio Dii te elegerunt quem solum amarent, Antipho.* AN. *Utinam ita sit, sed cupio mihi referri causam qua possim adduci ad hoc credendum.* GE. *Ecquid tibi sufficit, si te gaudio totum perfundo?* PH. *Quin tu cessas polliceri, et quod nuntiaturus es dicis?* GE. *Nonne hic præsens quoque fuisti?* PH. *Fui, sed nos nimis moraris.* GE. *Audi igitur, hem; ut modo argentum tibi solvimus apud forum recta via domum*

busdam abest *qui*, quod et Faërnus et G. Fabricius rejiciunt. Fr. Fabricius, *Qui minitat malum.* Et sane 'minitas' et 'minitabis' Nævium et Plautum dixisse Nonius VII. 51. observat. Minitatur autem plagas et verbera. Plaut. Pers. v. 2. 35. *West.* Delent *qui* Bip. Both. Br. Perl.—12 *Ipse est* Guelf. 3. Dele nomen Phormionis, et cum Codd. aliquot nostris Getæ totum attribue. *Ipsust: congredere actutum.* Bent. Male. Nam primum Phormio non ad Getam illa verba dicit, sed ad Antiphonem. Deinde leges scenicæ postulant, ut quoque Phormionis oratio interseratur. Denique durum est, Getæ talem orationem tribuere. *Zeun.* Bentleianum improbat Perl. *Quid est* Antiphoni continuat Both.—13 Mss. Lips. G. Wit. Bœnd. cum edd. Junt. Ald. Rob. Stephani, aliis, *Omnium, quantum est, qui vivant, hominum homo honoratissime.* Sed *Homo hominum* Faërnus laudat ob metrum. Dixit autem, *Ornatissime*, pro, beatissime. Plaut. Aul. IV. 9. 10. 'Heu me miserum, miserum! perii male perditus! pessume ornatus eo.' *West.* Accipimus a Bem. *ornatissume:* retinemus tamen, quod ceteri omnes habent, *Hominum homo.* Eun. II. 2. 1. 'Homini homo quid præstat?' Adel. II. 2. 10. 'Hominum homo stultissume.' *Bent. O* delet Zeun. *vivont* Bem.—14 *Nam tu sine* Both. tacite.—15 *Vellem* Gu. 3. *Quid istuc* Gu. 3.—16 *Enecas* Br. GM.—18 O. fere l. inter quos Bem. neque habent *hic*, et post *sed*, habent *tu*, numero meliore trochaici. *Fa.* Nostri hic mendose *hic* sine *tu*. Bent. *Hic* omittunt Zeun. Both. Perl. *O tu quoque hic* Br. '*Sed tu quid cessas* Bœnd. quæ Antiphonis potius verba videntur, quam Phormionis.' *West.* Guelf. 2. *quid cessas.*—19 *Ut* abest a Guelf. 1. 3.—19 Repone emendatione certissima, *Recta ad Chremem Sumus profecti. Ad Chremem*, hoc est, *ad domum Chremetis;* ubi uxor ejus Nausistrata convenienda erat. Sic And. II. 2. 24. 'Ego me continuo ad Chremem.' *Bent.* Pessime Bent. mutavit. *Bip.* at Both. *Ibi me intro mittit:* quia 'fieri non po-

Sumus profecti: interea mittit herus me ad uxorem tuam.
An. Quamobrem? Ge. Omitto proloqui; nam nihil ad hanc rem est, Antipho.
Ubi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida;
Pone apprehendit pallio; resupinat: respicio; rogo,
Quamobrem retineat me: ait, esse vetitum intro ad heram accedere.
Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,
Eumque nunc esse intus cum illis. Hoc ubi ego audivi, ad fores
Suspenso gradu placide ire perrexi; accessi; astiti;
Animam compressi; aurem admovi: ita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. An. Eu Geta! Ge. Hic pulcherrimum
Facinus audivi: itaque pæne hercle exclamavi gaudio.
An. Quod? Ge. Quodnam arbitrare? An. Nescio. Ge Atqui mirificissimum:

nos recepimus. Interea herus Demipho me misit ad tuam uxorem, Antipho. An. *Quapropter?* Ge. *Mitto causam dicere, nihil enim ad rem pertinet, de qua agitur, Antipho. Postquam in gynæceum ire cœpi, servulus Mida nomine properans ad me venit, a tergo pallium apprehendit, et me retro trahit, ab incœpta via revocans: hunc intueor, interrogo quam ob causam me retrahat, dicit prohibitum esse intro ire ad heram. Sophrona nutrix Phanii modo, inquit, fratrem Demiphonis Chremem in gynæceum intro admisit, eumque nunc intus versari cum illis. Hoc postquam audivi, ad ostium placido ac silenti gradu ire perseveravi, accessi, propius steti, spiritum continui, aurem adhibui: ita attente audire cœpi, explorans eorum collocutiones.* An. *Euge, Geta.* Ge. *Hic loci auribus percepi rem insignem; itaque propius fuit, ut lætitia gestiens exclamarem.* An. *Quid audivisti?* Ge. *Quodnam opinaris?* An. *Nescio quid esse possit.* Ge. *At certe istud supra omnia ad-*

---

terant, ut domum rediret servus, intereaque ad uxorem Antiphonis mitteretur.'—21 *Omitte proloqui* Both. et sic Br. pro var. lect. ut videtur: 'reliqui rectius *omitte*.'—22 *Occurrit* Guelf. 1.—23 *Pone me adprehendit* EP. Br. GM. mox Christoph. Colerus, Epist. VI. *Respicor* laudat ex Ms. Sebast. Miegii. nec minus Latine dictum existimat, quam *Conspicor*. West.—24 Ms. Witt. *Ad eam.* quod forte natum ex *Ad eram.* quomodo est in Mss. plusculis. *West.*—26 GM. *intro...hæc.* Guelf. 2. *ego* omittit.—29 Ph. *Hoc modo sermones captas?* Both. quo judice frigidiusculum est vulgatum: mox *heu* Bas. teste Fa.—31 *Quid?* Ge. *Quidnam* EP. at Br. sic Ph. *Quod?* Ge. *Quod-*

NOTÆ

22 *Gynæceum*] Est secretum conclave, quo non datur viris ingressus.

Patruus tuus pater est inventus Phanio uxori tuæ. An. Hem!
Quid ais? Ge. Cum ejus consuevit olim matre in Lemno clanculum.
Phor. Somnium! utin' hæc ignoraret suum patrem? Ge. Aliquid credito,
Phormio, esse causæ: sed me censen' potuisse omnia
Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?
Phor. Atque hercle ego quoque illam inaudivi fabulam. Ge. Immo etiam dabo,
Quo magis credas: patruus interea inde huc egreditur foras:
Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo:
Ait uterque tibi potestatem ejus habendæ se dare.

miratione dignissimum: patruus tuus Chremes compertus est pater Phanio uxori tuæ. An. *Hem! quid ais?* Ge. *Ille (Chremes) consuetudinem secretam habuit aliquam in Lemno cum Phanii matre.* Ph. *Hoc somnii figmentum est. Illane Phanium potuit non cognoscere patrem suum?* Ge. *Crede, Phormio, aliquam esse causam cur non cognoverit: sed an arbitraris me potuisse omnia percipere, quæ inter se ipsi intus egerint, cum extra ostium starem?* Ph. *Et per Herculem hæc quoque fabula mihi narrata fuit.* Ge. *Quin etiam, quo magis id verum esse credas hoc insuper dicam; patruus interea e gynæceo egressus, et paulo post illuc cum patre intro rursus reversus est, et uterque dixit tibi se permittere eam habere uxorem: denique*

---

nam, et sic GM. improbante Perl. *mirificum* Guelf. 3.—32 Priscian. Instit. Gr. III. citat *pater tuus*. Aliqui libri, in quibus Bem. ita habent, *est pater inventus:* ita et Donatus; quæ collocatio verborum adjuvat versum. *Fa.* Nostri plerique, *Patruus tuus pater est:* male, quia *Pater* in Thesi delitescit. *Bent.* quem sequitur Bip.—34 Duo ex nostris veteres, *Ut hæc.* Lege, *Utn' hæc.* Horat. 'Utne tegam spurco Damæ latus?' *Bent.*—36 *Agebant* Guelf. 3.—37 *Inaudivi*] Ita plerique omnes Mss. Et videtur *In* ob præcedens *m* in voce *Illam*, quasi abundans, neglectum a nonnullis Librariis. Tum 'inaudire' maxime de rebus occultis dicitur, qualis erat consuetudo inter Chremetem et uxorem Lemniam. *West.* P. *Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam*] Ita libri nostri; sed Donatus legebat; *Illam inaudivi; Plautus*, inquit, *in Milite glorioso: Nam hoc cognomentum poëtæ esse inaudivi.* Sic editiones nuperæ: sed vetus, *Nam hoc columnatim.* Repone, *Nam os columnatum poëtæ esse inaudivi Barbaro.* Extat in Mil. Glor. II. 2. 56. Ceterum hoc noli Phormioni attribuere, sed cum codice Academico Antiphoni. Id ex responso constabit, ubi *Patruus, Tibi potestatem, Te requirerem* ad Antiphonem referuntur. Præterea, jam modo dixerat Phormio, *Somnium, utne illa ignoraret patrem?* non convenit ergo, ut continuo addat, *se rem prius inaudivisse.* Repone igitur, An. *Atque hercle ego quoque illam inaudivi fabulam.* Recte: Antipho inaudivit, qui cognatus et familiaris; non Phormio, qui alienus et ignotus. Sine dubio igitur vera hæc lectio est. *Bent.* quem sequuntur Bip. Both. Perl. et probat Zeun. *Audivi* Br.—38 *Mage quo* Both. tacite. Codd. quidam, *Intus.* quod tuetur G. Fabricius: quando *Intus* valebit, ἔνδοθεν: nihil familiarius Plauto. Sic Pseud. II. 2. 10. 'Ostium pultabo, atque intus evocabo aliquem foras.' *West.*—39 *Post haud multo* Both. tacite.—40 In nullo omnino libro invenio

Denique ego missus sum, te ut requirerem, atque adducerem.

AN. Quin ergo rape me: quid cessas? GE. Fecero. AN. O mi Phormio,

Vale. PHOR. Vale, Antipho: bene, ita me Di ament! factum: gaudeo,

Tantam fortunam de improviso esse his datam.

Summa eludendi occasio 'st mihi nunc senes,

Et Phædriæ curam adimere argentariam,

hi me miserunt te ut inventum ad se adducerem. AN. *Immo aufer me tecum: quid moraris?* GE. *Festinemus.* AN. *O mi Phormio, vale.* PH. *Vale, Antipho: bene factum, ita me Dii ament, gaudeo tantam felicitatem repente eis fortunam immisisse. Præclara nunc se mihi dat occasio per lusum decipiendi senes, et ne Phædria*

pronomen *se*; omnes vero habent *dari*, pro *dare*: sed versus non constat, nisi legas pro *habendæ, adhibendæ*, quod in Bem. est: qua lectione admissa, licebit, opinor, exponere *adhibendæ*, pro *habendæ*: sicut dicimus 'adamare' pro 'amare;' 'adhærere,' pro 'hærere,' et similia: aut *adhibendæ*, asciscendæ, adjungendæ in matrimonium: ad has non sane vulgatas hujus verbi expositiones cogit me auctoritas tam vetusti libri, cum versus necessitate conjuncta. *Fa.* Illud *adhibendæ*, quod Bem. exhibet, commentum est correctoris, qui versum ruentem sic fulcire voluit. Rectius, qui *se* addiderunt; nam nostri, tribus recentioribus exceptis, omnes *dare* habent. Repone, *Ait uterque tibi potestatem ejus habendi se dare.* Ex *habendise*, natum est *habendæ*. Bent. quem sequitur Both. at Faërnum Bip. *se* abest a G. Witt. EP. Br. *dari* omisso *se* Bœnd. et editi quidam.—41 Vides, ut prave acuatur in ultima *Missús*. Deinde nostri universi addunt *Em*. Repone, *Denique ego sum missus, te ut requirerem atque adducerem.* AN. *Em.* Bent.—42 *Hem quin ergo rape me* G. Bœnd. Witt. EP. quod nec versus nec sensus desiderat. *West. Rape me rape* omisso *fecero* Both. *Hem* Bem. non habet; quod nec versui nec sensui est necessarium. *Fa.* Non hujus initio convenit *Em;* sed, ut fere semper, prioris fini est apponendum. Ceterum versu sequente, pro *Gaudeo* Guy. *Plaudite:* et scenas sequentes spurias esse pronuntiat; neminemque, *Siquidem sanus fuerit*, a se dissensurum putat. Credasne hunc hominem sanæ tum mentis fuisse, cum hæc effutiret? certe ad Anticyras relegandus tum erat; non nunc argumentis refutandus. Nihil in toto Terentio sequentibus scenis pulchrius, venustius, urbanius, moratius; sine quibus reliqua fabula, quæ nulli cedit, ex fulgore in fumum exiret. *Bent.*—43 *Factum gaudeo*] Hic quidam faciunt finem hujus Scenæ; sed parum accurate, observante Rivio. Varie autem hæc leguntur et distinguuntur: *Bene, ita me Di ament, factum. gaudeo, tantam fortunam de improviso esse his datam.* Et, *Bene, ita me Di ament. factum gaudeo, tantam.* Et, *Vale, Antipho, bene. ita me Di ament, factum gaudeo, tantam.* Quomodo et Christoph. Colerus, Epist. VI. Denique, *Bene, ita me Di ament! factum gaudeo. tantam fortunam de improviso esse his datam!* Ms. Bœnd. *Bene, ita me Di ament, factum. et gaudeo.* West. Ad vocem *Antipho* scenam claudit Bip. ad *gaudeo* Bent. Perl. at scenam continuant Zeun. Both. Br.—45 Codd. quidam *ludendi*. West. *Nunc* delet Br. at voces ita ordinat Guelf. 3. *Su. occ. est m. n. el. sen.*—48 *Nam item h. a. mi ut* Both. et sane *mihi* pro gl. exhibent Br. GM. *Argentum* deest in Br. O. l. s. *ita ut datum est ingratis:*

Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet:
Nam idem hoc argentum, ita ut datum 'st, ingratiis
Ei datum erit: hoc qui cogam, re ipsa reperi.
Nunc gestus mihi, voltusque est capiundus novus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum:
Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras.
Quo me assimularam ire ad mercatum, non eo.

laboret de mutuanda pecunia ab amicis, et æqualibus, cum multis precibus: nam ut hoc argentum ab invitis senibus datum est, ita Phædriæ datum erit. Hoc argentum ut colligam, modum inveni. Nunc gestus corporis, et vultus de novo componendus est mihi, atque immutandus. Sed hinc me conferam in angiportum hunc proximum, postea inde hisce prodibo obvius, ubi exibunt domo, ut eis dicam me non profecturum esse Sunium, quo me simularam velle proficisci.

solus Bem. *datum'st ingratiis*, ut postulat versus. *Fa.*—49 *His datum erit*] Quomodo *his*, cum de Phædria solo sit sermo, cui adimenda erat cura argentaria? itaque vera lectio mihi videtur, quam idem antiquissimus liber continet, *ei datum erit:* in Vict. est *his*, sed in litura: ut conjiciam ibi quoque scriptum prius fuisse *ei*. Fa. Nostri *ingratis:* et aliquot addunt *His* vel *Iis*, aliquot nihil. *Bent.* Ms. Lips. *Iis datum erit.* sed suprascriptum, *senibus.* Plerique Codd. *His datum erit.* Eodem sensu. Videtur autem sermo de solo esse Phædria. Malim, si per Codices liceret, *Sic datum erit.* ut sensus sit, 'Uti semel ingratiis datum est argentum, sic porro erit, neque reddetur umquam.' Nam *Ei* tantum est in Bem. Nisi forte *His* legas, h. e. *senibus*, vel *a senibus.* Fabrini *His ingratis* legit. *West. his* Zeun. Br. *eis* Bip. *ego ipsa* Guelf. 3. *ego repperi* ex Gu. 1. Both.—50 *Vultus* Br.—51 Mss. M. et Bœnd. *Hic.* Priscianus Instit. Grammat. lib. VI. *Sed hinc concedam. transite vos in angiportum hunc proximum.* West. *hunc* duo Mss. apud Bent. et sic Bip. Both.

ACTUS V. SCENA VII.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

DE. Dis magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando evenere hæc nobis, frater, prospere.
Quantum potest, nunc conveniundus Phormio est,

DE. *Diis meritas verbis gratias ago, atque animo habeo, frater, pro rerum nostrarum prospero eventu. Nunc quam cito possumus, ad Phormionem nobis prope-*

1 Versum revocamus hunc primi in locum suum; quem alii omnes et scripti et editi versibus 12. et 13. vel orationi Phormionis male, certe ita ut frustra adhuc in eo exponendo desudaverint interpp. collocatum habent. At h. l. ita aptus est, ut nulla amplius interpretatione opus sit. *Bip.* mox *magnas*

Priusquam dilapidet nostras triginta minas,
Ut auferamus. PHOR. Demiphonem, si domi est,
Visam: ut, quod—— DE. At nos ad te ibamus, Phormio.
PHOR. De eadem hac fortasse causa. DE. Ita hercle. PHOR. Credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum! verebamini,
Ne non id facerem, quod recepissem semel?
Heus! quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.
CHRE. Estne ita, ut dixi, liberalis? DE. Oppido.

randum est, priusquam disperdat nostras triginta minas, ut eas ab ipso recipiamus. PH. *Visam, si domi est, Demiphonem, ut dicam.* DE. *At nos ad te ibamus, Phormio.* PH. *Ob eandem fortasse causam.* DE. *Ita per Herculem.* PH. *Risu digna res est. Num dubitabatis an id facerem, necne, quod promisissem semel? Heus, quantumvis pauperculus sim, et in tenui re; tamen huc usque unum hoc quidem præcipue studui, ut servarem fidem.* CH. *Numquid tibi virgo visa fuit ingenii liberalis, et verecundi vultus, et honesti?* DE. *Admodum.* PH. *Itaque*

Bod. Bœnd. Witt.—4 *Dilapidet*] Ita Mss. Leidd. quinque, Tr. M. Lips. Bodl. G. Witt. Bœnd. præter Cod. Bem. et Mss. aliis laudatos, etiam Donati utrumque, editionesque præstantissimas. Neque aliter etiam Gambarellus. Unde mirum, esse qui paucorum Codd. *Dilapidat* tueantur. *West.* Nostri *dilapidet*. Utrumque probe. *Bent.*—7 Abest *hac* a Guelf. 3. Tolle nomen Demiphonis; et totum da Phormioni, hoc modo: PH. *De eadem hac fortasse causa. ita hercle credidi.* Bent. At vero nobis hæc ratio non idonea esse videtur. Nam primum si *de eadem hac causa* interpreteris *de Phanio;* verissime senex dicit *ita hercle.* Deinde non video, cur non possimus recte *simulationem* quandam admittere, præsertim cum paulo post talis sit concedenda necessario. *Zeun.* Vulgat. præfero. *Perl.*—8 *Quid ad me ibatis*] Guyeto in ἀνεκδότοις versus hic *subdititius, inutilis, et* ἀδιόρθωτος dicitur. Mox *Verebamini*] Mss. Lips. et G. cum EP. *An veremini.* Mss. Bœnd. Witt. *An verebamini.* Impressi itidem varie. *West.* Τὸ *an* non habet Bem. arbitror autem in scansione hujus versus primum *e* elidi, sicut in *senex;* posset tamen elidi *u*, sicut in *invidia.* Fa. *Quid ad me ibatis? ridiculum: verebamini Ne non id facerem.* Sic a Faërno est: sed versu abhorrente. Lege cum plurimis nostris, vetustioribus certe universis: *Quid ad me ibatis? ridiculum: an veremini.* Bent. quem sequitur Both. Perl. Br.—9 *Faciam quod receperim semel.* Both. —10 Hæc varie leguntur in Mss. In Leidensibus quinque, G. Tr. Lips. Witt. Bodl. *Heus heus quanta hæc paupertas mea 'st.* Mss. M. et Bœnd. *Heus heus quantacunque:* quam lectionem Glareanus defendit. Impressi itidem in omnia alia abeunt. Expressi autem quod usitatum magis et metro magis conveniens. *West.* *Heus heus quanta hæc* Br. *Heus heus quantacunque* GM. Huic versui, una syllaba deficienti, succurrit lectio, *heus quanta quanta hæc.* Fa. Nostri *quanta hæc;* nisi quod unus *quantacumque hæc.* Bentleius. —12 Codd. quidam Mss. et editi, *Estne ea, ita ut dixi, liberalis?* de hoc autem versu laborant Interpretes. Sunt, qui de Phormione intelligunt, omisso *Ea:*

NOTÆ

4 *Dilapidet*] Dilapidare est 'bona et substantiam dissipare.'

PHOR. Itaque ad vos venio nuntiatum, Demipho,
Paratum me esse: ubi voltis, uxorem date;
Nam omnes posthabui mihi res, ita uti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animadvorteram.
DE. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem;
Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris?
Olim cum honeste potuit, tum non est data:
Nunc viduam extrudi, turpe 'st: ferme eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaveras.
PHOR. Satis superbe illuditis me. DE. Qui? PHOR. Rogas?

ad vos venio nuntiatum, Demipho, me paratum esse ad illam accipiendam. Si vobis videtur, eam mihi uxorem tradite: nam huic rei omnes res meas postposui, et neglexi, uti conveniens fuit, postquam tam vehementer id vos cupere perspexi. DE. *At exinde hic Chremes frater meus dissuasit mihi, ne illam tibi darem: nam qui sermones vulgi ferentur per urbem, inquit, si id feceris? olim cum honeste virgo potuit dari in uxorem, non data fuit: nunc postquam nupsit filio tuo Antiphoni, eam privatam suo viro, ut viduam ejici invitam turpe est. Denique pene omnia me monuit, quæ tute jampridem coram me præsente redargueras.* PH. *Satisne arroganter vos me ludificatis?* DE. *Quo modo?* PH. *Quæritisne istud? quia ne alteram quidem*

---

sunt, qui de Phanio. Posterius magis placet. *West.* Sine *ea*, et præterea mutatis personis, hunc versum continet Bem. in hunc modum: D. *Estne ita ut dixi liberalis?* CH. *oppido.* Forte est ironia senum in Phormionem. cum pronomine vero *ea*, fateor me hunc locum non intelligere. *Fa.* DE. *Estne ita ut dixi liberalis?* CH. *oppido.* Sic dedit Faërnus; qui, si *ea* hic legatur, fatetur se hunc locum non intelligere. Nimirum Bembino serviliter addictus personas prave distinxit; quæ sic ex omnibus aliis libris sunt disponendæ; et leviter emendandum est: CH. *Estne ita uti dixi liberalis?* DE. *oppido.* Bent. Mire se torquent hic interpretes, pervertuntque loci sensum et pulchritudinem. Alii enim omisso illo *ea*, intelligunt *liberalis* de Phormione. Mihi ob ipsum Phormionem illa verba dicta esse videntur, ut homini probabile efficeretur, quod mox Demipho dicturus est, *at hic dehortatus est me, &c.* Igitur sensus est, nonne tu puellam liberalem, uti tibi expertus ipse dixi, reperisti, adeoque dignam filio tuo? Sin vero cum Bembino, personis mutatis, quæstionem Demiphonis, et responsionem Chremetis esse statuas; sensus quidem idem efficitur, sed pro *dixi* legi debet *dixti.* Zeun. Phormioni voces *Estne... liberalis* tribuit Both.—13 Multi libri scripti, et in his Vi. pro *itaque, idque* habent: Bembinus, *idque adeo.* quo etiam modo staret versus, attributa prima ejus syllaba versui præcedenti. *Fa.* Duo ex nostris, *Idque:* omnes *ad vos.* Repone, *Idque adeo advenio.* Bent. quem sequuntur Bip. Both. Perl. *Ha ad vos* Br.—14 Bona Mss. pars omittunt *me.* West. et sic Br. Guelf. 3.—16 Mss. plusculi *tanto opere.* West. *Vos id...adverteram* Both. *adverteram* Br. Hel. *animum adverteram* Guelf. 2.—19 *Poterat* Guelf. 2.—20 Quomodo *viduam*, quæ sine viro remansura non erat? an forte *viduam* exponendum est, a priore viro separatam? in eo libro antiquissimo sine ea dictione *viduam*, in hunc modum legitur, *Eam nunc extrudi turpe'st.* Fa. Et hinc scies indolem correctoris Bembini. Nostri omnes *Nunc viduam. Viduus* hoc sensu non semel apud Plautum est. *Bent.*—22 Aliqui libri, et in iis Bem. affirmative habent *satis.*

Quia ne alteram quidem illam potero ducere :
Nam quo redibo ore ad eam, quam contemserim ?
CHRE. Tum autem, Antiphonem video ab sese amittere
Invitum eam ; inque. DE. Tum autem video filium
Invitum sane mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum rursum jube rescribi, Phormio.
PHOR. Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui ?

illam virginem, quæ mihi sponsa erat, potero uxorem habere : nam quomodo potero, nisi sim insigniter impudens, eam iterum petere, quam respuerim. CH. *Tu etiam dic ; video præterea Antiphonem impatienter ferre, et non nisi coactum pati, eam a se abstrahi.* DE. *Tum autem filium video impatienter et non nisi coactum ferre, mulierem a se abstrahi : sed transeamus, quæso, ad forum, Phormio, et triginta illas minas, quas tibi dedi, jube mihi ab argentariis renumerari.* PH. *An illud petis argentum tibi reddi quod creditoribus meis per scripturam argentariorum reddidi.*

Fa. Alter ex Meadianis *Satis :* reliqui *Satin.* Lego : *Satis pol superbe :* ut Heaut. IV. 4. 1. 'Satis pol proterve.' *Bent.* quem sequitur Both. *Satis superbe illuditis me*] Ita lego, quod in plerisque Codd. est. Alii cum Donato, *Satin' superbe illuditis me?* nullus autem interrogationi locus est. *West.*—24 *Quo ore ad eam redibo* Both.—25 Abest *video* a Guelf. 2.—28 Hic in Wit. incipit lacuna, usque ad v. 63. *West.*—30 Donatum aliter legisse censent viri eruditi ; quod Virgilii Æn. VII. 422. *diditur* nihil faciat ad intelligendum Terentii *Perscripsi.* Faërnus testatur, in o. fere l. s. esse *Descripsi ;* sed Bembinum legere *Discripsi,* quod probat, et Pareus edidit, et citat Bentl. ad Horat. S. II. 3. 76. et Epist. II. 1. 105. Palmerius existimabat, Terentium scripsisse, *Quodne ego perscripsi porro aliis, ac didici?* Idem ex Ms. laudat Christoph. Colerus ad h. l. Janus Gulielmius in Mercat. Quæst. cap. 1. *Quodne ego perscripsi porro iis, quibus didici ?* In Hulst. diserte bis legitur, *Quodne ego*

NOTÆ

29 *Rursum jube rescribi*] Scribere nummos dicuntur creditores pecuniarum, quibus moris erat, ut in argentariorum, apud quos pecunias suas collocarant, tabulis expensum alicui ferrent, et argentario id nomen dictarent. Horatius : 'Scribe decem a Nerio : non est satis : adde cicutæ Nodosi tabulas centum.' Rescribere, dicebatur debitor ; qui mutuam pecuniam reddebat vel per se, vel per argentarii scripturam, qui in codicem suum referebat æs alienum a debitore creditori esse dissolutum. Rescribi, ait Donatus est reddi, seu per mensæ scripturam dari. Horatius ; ' Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis.' Rescribere est mutuum per scripturam mensæ reddere, cum mandato debitoris, qui pecuniam suam apud mensam deposuerat, mensarius, sive argentarius ferebat acceptum creditori. Sciendum est, veteres apud mensam, magnam pecuniæ partem deposuisse. Cum per argentarium debitor solvebat, dicebatur ex mensæ scriptura id fieri. Sin ipse debitor satisfaciebat, dicebatur de domo, vel ex arca numerari.

DE. Quid igitur fiet? PHOR. Si vis mihi uxorem dare,
Quam despondisti, ducam: sin est, ut velis
Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho.
Nam non est æquom, me propter vos decipi,
Cum ego vostri honoris causa repudium alteræ
Remiserim, quæ dotis tantundem dabat.
DE. I in malam rem hinc cum istac magnificentia,
Fugitive! etiam nunc credis, te ignorarier,
Aut tua facta adeo? PHOR. Irritor. DE. Tun' hanc duceres,
Si tibi data esset? PHOR. Fac periculum. DE. Ut filius
Cum illa habitet apud te; hoc vostrum consilium fuit.
PHOR. Quæso, quid narras? DE. Quin tu mihi argentum cedo.
PHOR. Immo vero uxorem tu cedo. DE. In jus ambula.

DE. *Quid igitur hac re fiet?* PH. *Si vis uxorem mihi dare, quam spopondisti, eam ducam, sed si statuis ut sponsa illa apud te maneat, dos illa triginta minarum, quam pro illa mihi dedistis, apud me manebit, Demipho. Nam iniquum est propter vos me damnum pati; et vestri honoris causa mihi fraudem esse, si alteram repudiaverim, quæ tantidem dotem mihi afferebat.* DE. *Abi in malam crucem cum ista magnificentia verborum qua ais nostro honori consuluisse, fugitive: etiamne credis nos latere qui sis, et quæ facere consueveris?* PH. *Ringor indignatione.* DE. *Auderesne eam uxorem ducere, si tibi traderetur?* PH. *Experire.* DE. *Hoc solum convenerat inter vos, ut in tuis ædibus filius meus habitet cum illa, non ut ipsam pro uxore haberes.* PH. *Quæso, vide quam stulta memoras.* DE. *Quin tu argentum mihi redde.* PH. *Immo vero tu redde uxorem.* DE. *In jus te voco.* PH.

---

rescripsi. Quomodo fere crediderim fuisse scriptum a Terentio. Et sane *ἐμφατικώτερον* erit, si Demiphonem dixisse statuas, *Argentum rursum jube rescribi;* Phormionem vero, *Quodne ego rescripsi?* Omnis igitur vis est in iteratione *τοῦ Rescripsi.* J. Fr. Gronovius legit *Descripsi*, ad Cic. Fam. XII. 1. 'Pecuniæ maximæ describuntur.' Bœnd. *Quod ego ne perscripsi.* Fr. Fabricius minus apposite citat And. IV. 4. 29. 'Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?' *West.* qui *discripsi* edidit, et sic Bip. Both. Perl. O. fere l. s. *descripsi:* Bem. *discripsi:* et ita etiam videtur legisse Donatus. *Fa.* Nostri omnes *perscripsi.* Bent.—33 Ms. Lips. Bod. G. Bœnd. EP. V. C. apud Lind. Zeun. Br. *hic omnis maneat.*—35 M. Bœnd. Guelf. 2. *Præsertim cum ego.* Multis in libris, et inter hos Bem. et Vict. scriptum est *alteræ:* ut et in Heaut. 'Id ipsa alteræ dum narrat.' *Fa.* Nostri *alteri.* Bent. et sic 'in pluribus libris.' *West.*—37 Meliorem compositionem continet Bem. hoc modo *I in malam rem hinc:* et sic quoque stat versus. *Fa.* Nostri omnes *I hinc in malam rem.* Puto legendum, *In hinc malam rem:* adverbialiter vel absolute. *Bent.* quem sequitur Both. *I hinc in* Zeun. Br. GM. *In malam* Perl.—39 Bem. *si tibi daretur?* quod magis convenit, et cum *duceres*, et cum eo quod sequitur, *fac periculum:* ubi ex ratione versus *periclum* legimus. *Fa.* Nostri universi *data esset.* Quod recipio. *Bent.*—40 Omittit Guelf. 1. *ut filius.*—41 Guelf. 3. *erat.*—42 GM. *cede* superscripto *da.* At Br. pro gl. *redde*, in textu *cedo.*—43

PHOR. In jus! enimvero si porro esse odiosi pergitis.
DE. Quid facies? PHOR. Egone? vos me indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini:
Etiam dotatis soleo. CHRE. Quid id nostra? PHOR. Nihil.
Hic quandam noram, cujus vir uxorem—— CHRE. Hem!
DE. Quid est?
PHOR. Lemni habuit aliam. CHRE. Nullus sum. PHOR. Ex qua filiam
Suscepit; et eam clam educat. CHRE. Sepultus sum.
PHOR. Hæc adeo ego illi jam denarrabo. CHRE. Obsecro,
Ne facias. PHOR. Ho! tune is eras? DE. Ut ludos facit!
CHRE. Missum te facimus. PHOR. Fabulæ! CHRE. Quid vis tibi?

In jus? Si equidem ulterius mihi molesti estis. DE. *Quid facies?* PH. *Egone? vos me patrocinium et defensionem solum fortasse virginum quæ sine dote sunt, qualis Phanium est, suscipere opinamini; etiam soleo mulieribus dotatis opem præbere.* CH. *Quid hoc nostra refert?* PH. *Nihil? hic noveram olim quandam, cujus vir uxorem—* CH. *Hem!* DE. *Quid est?* PH. *Lemni habuit aliam.* CH. *Perii.* PH. *Ex qua filiam genuit, et eam secreto educat.* CH. *Interii.* PH. *Hæc prolixe illi renuntiabo.* CH. *Per Deos te obtestor ne facias.* PH. *Ho! an tute is eras?* DE. *Quam nos ludibrio habes!* CH. *Missum te facimus.* PH. *Fabulæ et mendacia sunt vestræ pollicitationes.* CH. *Quid petis amplius? argentum quod*

Bem. numerosiore ordine hæc verba habet, *uxorem tu cedo:* sane utroque modo hujus versus prima syllaba ad præcedentem pertinet versum. *Faërn.* Unus tantum ex nostris, *tu cedo.* Ceterum prima versus syllaba non pertinet ad præcedentem. *Immo vero* numquam non primam corripit. *Bent. Imo tu vero uxorem* omisso *cedo* Both.—44 Hic versus septem pedum est; nec ex l. s. ullum remedium. Donatus dicit *enimvero* principium esse aliquid per iracundiam dicturi: sicut apud M. Tullium, 'Enimvero hoc ferendum non est:' quod si hoc Terentianum principium tale sit, quale illud Tullianum, ubi nihil omnino præcedat, potest dici, ea duo verba *in jus* esse delenda et absolute incipiendum, *Enimvero si porro;* nos tamen ea verba retinebimus, versum sustentantes applicando primam hujus versus syllabam versui præcedenti, et ex *jus s* elidendo. *Fa.* In prima sententia perstitisse debuit, delendum illud *In jus?* quod huc ex v. 88. traductum est; *In jus eamus. In jus? huc si quid lubet.* Et ibi quidem recte venit; hic vero et versus repudiat, neque sententia desiderat. *Bent.* quem sequitur Bip. Both. 'Non sufficiunt, cur omiserit Bent., causæ adlatæ.' *Perl.* '*In jus*] Muretus, Var. Lect. III. 3. existumat, Histrionis esse verba, non Poëtæ; quod nimirum versus per has voces pede abundet. Et Guyetus in *ἀνεκδότοις* glossema vocat.' *West. Odiosi esse* Both.—47 *Dotatis etiam* Both.—48 *Hic* abest a Guelf. 3. *viri* GM. *Quid id hem* Guelf. 3.—50 Abest *clam* a Guelf. 2. *educavit* M. *educit* Mur. quia 'veteres *educere* dixerunt, quos nos *educare.*' Guelf. 1. *educabat.*—53 *Fabulæ*

Argentum, quod habes, condonamus te. PHOR. Audio.
Quid vos, malum! ergo me sic ludificamini,
Inepti, vostra puerili sententia?
Nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, cape.
Quod dictum, indictum 'st; quod modo erat ratum, irritum est.
CHRE. Quo pacto, aut unde hæc hic rescivit? DE. Nescio;
Nisi, me dixisse nemini, id certo scio.
CHRE. Monstri, ita me Di ament! simile. PHOR. Injeci scrupulum. DE. Hem!
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle satius est.
Animo virili præsentique ut sis para:
Vides tuum peccatum esse elatum foras;

a nobis habes, tibi remittimus, et concedimus liberationem jus obligationis. PH. *Audio: acquiesco vestræ sententiæ: quid ergo, malum! me sic per lasciviam luditis, stulti, levibus, instar puerorum, promissis? nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, cape: quod modo probatum et fixum erat, statim improbatum est.* CH. *Quo modo, aut a quibus istud inaudivit, et scire potuit?* DE. *Ignoro: unum scio, nulli hominum me hoc secreti detexisse.* CH. *Istud, ita Dii mihi faveant, prodigii instar est.* PH. *Injeci scrupulum hominibus.* DE. *Hoccine fiet, ut a nobis hunc ingentem summam pecuniæ extorqueat? mori, per Herculem, omnino, potius est: ostende ergo te animosum, et fortem, sicut virum decet. Cernis culpam tuam in vulgus de-*

Guelf. 2.—54 *Argento* Guelf. 1. *tibi* Guelf. 2. 3.—55 *Sic me* Both. tacite.—56 *Ut pueruli* Both.—57 O. fere l. et in iis Bem. *cape, cedo.* Fa. Duo tantum ex nostris *Cape, cedo.* Placet tamen, quia rei gestæ ordinem servat. Quippe prius dederant minas triginta, nunc repetunt. *Bent.* quem sequitur Bipont. Both. *Cede, cape* GM.—58 *Ratum* omnino acui debebat. Repone igitur, *Quod dictum, indictumst; quod modo ratum erat, inritumst.* Bent. *Modo quod erat ratum* Both. tacite; *id irritum* Bod. EP. Br.—59 *Hic hæc* Both. tacite, et sic Br. GM. 'invenuste.' *Perl.* Guelf. *hic hoc.*—60 Alii libri scripti habent, *id nemini:* solus Bem. non habet *id*, quod et placet, ut ex superioribus subaudiatur *hæc.* Fa. Duo ex nostris cum Bem. consentiunt, placet tamen, *id certo scio;* ut in *Nemini* ultima liquescat; neque eo minus subaudietur *Hæc.* Bent. *Id nemini* GM. Br.—61 *Simile est* Br.—62 Videsne *Tantum* quod in primis acuere auctor debuit, in Thesi conticescere. Lege ex nostris fere omnibus: *Hicine ut a nobis tantum hoc argenti auferat.* Bent. quem sequitur Both. Br. Perl. *argentum* omisso *hoc* Guelf. 3. *hoc* omittit Guelf. 1.—65 Alii, *Esse delatum.* M. *Jam esse latum.* Guyetus in Scholiis Mss. *Essed elatum:* uti *Mederga*, aliaque. *West.* Omnes l. s. hoc ordine collocant, *peccatum tuum:* ita non oporteret ex *tuum*, quicquam elidere: aliqui libri recentiores habent, *jam esse elatum:* Bem. *esse delatum;* quod ita recipiendum est, ut *d* sit medium duarum vocalium, ut in *med erga.* Fa. *Vides peccatum tuum esse delatum foras: D* addi ad hiatum supplendum, præsertim post vocalem brevem, et Terentio et Faërno indignum est. Nostri universi *esse elatum;* ut Adel. IV. 4. 15. 'Quod minume est opus usquam efferri;' hoc est, *Divulgari.* Lucilius

Neque jam id celare posse te uxorem tuam.
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nosmet ipsos indicare, placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Ulcisci. PHOR. Atat! nisi mihi prospicio, hæreo.
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
CHRE. At vereor, ut placari possit. DE. Bono animo es.
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum e medio excessit, unde hæc suscepta 'st tibi.
PHOR. Itane agitis mecum? satis astute aggredimini.
Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.
Ain' tu? ubi peregre, tibi quod libitum fuit, feceris,
Neque hujus sis veritus, fœminæ primariæ,

latam esse, et manifestatam; neque te eam uxori tuæ occultare jam posse: nunc illud commodius et validius erit ad placandam Nausistratam, si illi referamus nosmet ipsi, quod alii ei nuntiaturi sunt: hoc pacto etiam de hoc flagitioso, et omni scelere contaminato, nostro arbitrio ultionem sumere poterimus. PH. *At, at, nisi saluti meæ caveo, in ea difficultate involvendus et implicandus sum, ut inde ægre me expediam. Hi tanquam Gladiatores adversi in me tendunt, auduci et pertinaci ad exitium meum animo.* CH. *At metuo ut Nausistrata mitigari et sedari possit.* DE. *Securus esto; ego vos in concordiam reducam, et in gratiam reconciliabo, hoc confisus quod hæc mulier e vivis abiit, ex qua hanc virginem suscepisti.* PH. *Itane vos igitur erga me geritis? Satis me callide adorimini scilicet. Per Herculem, Demipho, non est utile isti Chremeti nec commodum, quod me irritasti. An tu vero, Chreme, postquam peregre in Lemno agens libidini tuæ satisfeceris, nec te*

---

apud Nonium v. Committere; *Nec mysteria eeferres foras.* Sic alii passim. At Bem. corrector, de versu magis quam de sententia sollicitus, *delatum* de suo dedit. Quantilla opera utrique melius consulitur? *Vides peccatum tuum hoc esse elatum foras.* Bent. *Esse latum* Br.—66 'Nostri plerique *Neque id jam:* lege *Neque jam celare id.*' Bent. et sic Both. Perl.—67 Bem. *auditurast;* sed versus laborat, nisi vel duæ primæ dictiones, facta dialysi in *quod,* constituant dactylum, vel ejus dictionis postrema littera elisa, deinde vocali per synalœphen abjecta, in prima sede sit spondeus, in secunda vero, non facta vicissim synalœpha in sequentium dictionum vocalium concursu, Iambus. *Fa.* Nostri *auditura sit,* versu ipso jubente. *Bent. Quod ea* Both. *auditurast* Zeun. —68 Tacite *ipsos* Bent. Zeun. Both. omittunt.—70 Hiat versus contra artem et Nostri morem. Repone *atattat nisi.* Bent. *Ulciscier* Both.—74 Witt. Guelf. 2. *excesserit:* mox distinguit Bent. sic, *satis astute: adgredimini:* 'ubi *satis astute* Ironia est.' *adgredimini me* M.—77 Palmerius cum Bod. Witt. M. EP. *Ain tu tandem:* et sic Br. et Ms. R. et V. C. apud Lind. 'In Bem. ita legitur: *Ain tu? ubi quæ libitum fuerit peregre feceris.* quod et numerosius, et sermoni cotidiano accommodatius est. *Fa.* Bem. hic recte: nostri mendose: *Ain tu tandem, ubi peregre tibi quod lubitum fuerit feceris.* Cave vero pro *Ain tu,* cum quodam substituas *An tu.* Cur hoc? Quia nihil præcessit, inquit, ad quod referatur.' *Bent.* 'Lectionem Bem. quidam editi exhibent.' *West.* et sic Bip. Zeun. *ubi, quæ fuerit lubitum, peregre feceris* Both.—78 Novum tamen videtur, *Veritus* jungi genitivo. Guyeto in Scholiis Mss. *Hujus* glosse-

Quin novo modo ei faceres contumeliam;
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Ut ne restinguas lacrymis si exstillaveris.
De. Malum, quod isti Di Deæque omnes duint!
Tantane affectum quenquam esse hominem audacia?
Non hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? Chre. In id redactus sum loci,
Ut quid agam cum illo, nesciam prorsum. De. Ego scio:
In jus eamus. Phor. In jus! huc, si quid lubet.

quicquam puduerit fœminæ uni ex primariis novo modo facere injuriam, nunc venias purgatum precibus flagitia tua? Talibus ego illam dictis ita inflammatam ira in te reddam, ut ne restinguas, etiam si totus lacrymis liquefactus stillatim fluas. De. *Malum, quod Dii Deæque omnes a nobis avertant, et in istum vertant! An quisquam tanta audacia præditus inveniri potest? Nonne hæc pestis, hic scelestus dignus est, qui publico decreto in extremas et desertas terras amandetur?* Ch. *In eo statu situs sum, ut ignorem omnino quomodo mihi agendum sit cum illo.* De. *At ego non ignoro. In jus, ad Prætorem eamus.* Ph. *In jus? in hanc Chremetis*

ma videtur, putanti, Nonio Marcello posterius esse, quod is, si apud Terentium legisset, omissurus non fuisset. *West.* *Huic* Both. *sit* Guelf. 2.—79 Bem. habet *contumeliam:* quod et usitatius est cum verbo *facere.* omnes vero quotquot sunt libri scripti verba sic ordinant, *quin novo modo ei:* qua lectione admissa, versum ita sustentamus, ut in *novo* subtracta littera *u*, quemadmodum in *invidia*, duo *o* in unam syllabam coëant: *ei* vero sit spondeus, ut sæpe apud antiquos poëtas. *Fa.* Nostri *contumelias:* cetera recte. *Bent.* *Novo modo quin faceres* Both. *Contumeliam*] Ita præstat legere, quam quod est in quibusdam Codicibus, *Contumelias.* Eun. v. 2. 27. Plaut. Asin. II. 4. 82. 'Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?' *West.* Guelf. *hujus* pro gl.—80 *Veneas* pro var. lect. cum gl. *vendas* GM. et sane Br. *Veneas* cum gl. *vendas:* mox 'nostri plerique, *nunc mihi precibus:* unus, *mihi nunc precibus:* alter, *mihi precibus nunc:* tolle illud *nunc*, quod et sedis incertæ est; et nihil sententiæ confert; et lege, quod Comicum et ex medio sumptum est, *Venias mihi precibus lautum peccatum tuum.*' Bent. Sequitur Perl. *nunc mihi precibus* V. C. apud Lind. Guelf. 2. Br. *nunc lautum precibus* Both. tacite.—81 *Hic ego* Guelf. 1. 'Palmerio et Pareo *Hisce* verbum est, ab *Hisco.* Ut sensus sit, *Hisce*, h. e. *mutire incipe, si quid audes.* Mihi hæc acutiora videntur, quam par est.' *West.* —82 *Distillaveris* V. C. apud Lind.—83 H. v. e Plauto interpolatum delet Both.—85 *Nonne hoc publicitus*] *Τὸ ne* non est in Bem. ita restat nuda negatio, quæ per interrogationem prolata expressionem habet indignitatis, ut, 'Non hæc o Palla dederas promissa parenti.' *Fa.* Nostri omnes *Nonne.* Nihil interest. *Bent.* *Nonne* Br.—86 Guyeto in glossis Mss. *In id* glossema videntur, substituenti, *Eo redactus sum loci.* West.—87 Quinque nostri *ex illo*, non *cum illo.* Deinde illud nota, quod Faërnus ex Bem. dedit, *Nesciam prorsum. Ego scio.* ubi *Prorsum*, quod semper apud Nostrum alias, et suo jure debet acui, in Thesi deprimitur. Unus ex nostris, *Prorsus nesciam.* Repone, *Ut quid agam ex illo prorsus nesciam. Ego scio.* Bent. quem sequitur Both. *ex illo* GM. *prorsus* Br.—88 *In jus eas.* Ph. *In jus?* Both.—89 *At sequere* Guelf. 3.

DE. Assequere, ac retine, dum ego huc servos evoco.
CHRE. Etenim solus nequeo: accurre huc. PHOR. Una injuria'st
Tecum. CHRE. Lege agito ergo. PHOR. Altera est tecum, Chreme.
DE. Rape hunc. PHOR. Itane agitis? enimvero voce 'st opus.
Nausistrata! exi. CHRE. Os opprime. DE. Impurum vide,
Quantum valet. PHOR. Nausistrata! inquam. CHRE. Non taces?
PHOR. Taceam? DE. Nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.
PHOR. Vel oculum exclude: est, ubi vos ulciscar probe.

domum, si libet istud. DE. *Chreme, hunc assequere, et contendentem ad domum tuam retrahe, atque inhibe, dum ego huc servos accieo.* CH. *Huc accurre, nam solus ego hunc retinere non possum.* PH. *Una mihi tecum injuriæ actio est, pro contumelia quam mihi facis, Demipho.* CH. *Lege age igitur.* PH. *Altera est tecum, Chreme.* DE. *Rape hunc in jus renitentem.* PH. *Itane male mecum agitis? certe opus est ut clamitem: Nausistrata, foras egredere.* CH. *Occlude os illi.* DE. *Vide quantum roboris et virium flagitiosus habet.* PH. *Nausistrata, inquam, te voco.* CH. *Non taces?* PH. *Cur taceam?* DE. *Nisi sequitur, pugnis huic ventrem tunde, vel oculum exsculpe. Est mihi occasio et facultas vos ulciscendi probe.*

'Bem. asyndeton profert: et pro *hinc*, et is liber, et Vict. habet *huc*: hoc modo: *Adsequere ac retine dum ego huc servos evoco.*' Fa. 'Nostri omnes, *ac retine*: duo *huc*, non *hinc*.' Bent. '*Hinc servos* Ms. R. et vett. Codd.' *Lind. Assequere, retine dum huc ego* Bip. *Ads. ret. d. ego huc* Both. 'Magna pars Mss. et impress. post EP. *voco*. Bod. *invoco*.' West. *Voco* Br. *advoco* Guelf. 1.—90 *Hem solus* Guelf. 3. 'Bem. Bas. et Vict. et aliqui alii, ac Donatus, pro *etenim, enim* habent: soli vero ii duo antiquissimi libri, id est Bem. et Vict. *huc* non habent: ita stat versus, transeunte tamen hujus prima syllaba in ultimam præcedentis.' *Fa.* 'Nostri omnes cum Edd. vett. *Enim solus nequeo: accurre huc. Una injuriast.* Utrumque versui satisfacit: placet tamen posterius.' *Bent.* et sic 'Popma ad Plaut. Epid. v. 2. 36. quod 'enim' veteribus etiam initio sententiæ adhibitum. estque in Mss. plusculis, et editis nonnullis veteribus. Sic Hec. II. 1. 41.' *West.* et sic Bip. Both. Br. mox *huc* omittit Bip. *est mihi* Guelf. 3.—91 Recte vidit Daceria, verba, *lege agito ergo*, esse Demiphoni tribuenda. Etenim Phormio verba *una injuriast tecum* dixerat ad Demiphonem accurrentem et retinentem. Ergo probabile est, eundem Demiphonem respondere *lege agito*. Z. sic quoque cum Codd. quibusdam voluit West. 'DE. *Agito lege ergo*' Both. tacite.—92 Bem. *sic agitis*, ut et versus exposcit. *Faërn.* Nostri omnes *Itane*, versu patiente. *Bent. Sic agitis* Bip. *voce enimvero est* Both.—95 'Guy. in *ἀνεκδότοις ni sequitur*.' West.—96 GM. *oculos*, mox Rivius laudat Codd. qui Demiphoni hæc verba tribuunt. Magna Codicum pars, *Vel oculum exsculpe*. West. Omnes l. s. præter Bem. *exclude* habent; quam et veram arbitror lectionem; est enim antiqua locutio, *excludere oculum*. Plautus in Pœnulo: 'Excludito mihi her-

cle oculum, si dedero.' *Fa.* *Exsculpe* Par. Bip. quo teste ed. Arg. *excute*: mox ' plusculi Codices, *Est, ubi vos ulciscar, locus.* Et ita citat Prisciarus lib. XVI. Ms. Witt. *Est, ubi vos ulciscar, mihi modo locus.*' West. ' In Bem. legitur *ulciscar probe.* non enim de loco, quem non erat mutaturus, est sermo; sed de facultate, quam habebat ulciscendi senes.' *Fa.* ' Nostri *exclude;* et pro *probe, locus,* et sic Priscianus p. 1029. Placet Bem.' *Bent.* *Locus* Br. Perl.

ACTUS V. SCENA VIII.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

NAU. QUIS nominat me? CHRE. Hem! NAU. Quid istuc turbæ 'st, obsecro,
Mi vir? PHOR. Hem! quid nunc obticuisti? NAU. Quis hic homo 'st?
Non mihi respondes? PHOR. Hiccine ut tibi respondeat,
Qui hercle, ubi sit, nescit? CHRE. Cave isti quicquam creduas.
PHOR. Abi: tange: si non totus friget, me enica.
CHRE. Nihil est. NAU. Quid ergo est? quid istic narrat?
PHOR. Jam scies:

NA. *Quis me vocat?* CH. *Hem!* NA. *Quis iste tumultus? quæ rixa? quæso, mi vir, dicito.* PH. *Hem, quid nunc obmutuisti?* NA. *Quis hic homo est? nihil respondes?* PH. *Quomodo tibi respondeat iste, qui per Herculem ita attonitus est, ut in quo loco stat, non cognoscat?* CH. *Vide ne isti quicquam credas.* PH. *Accede ad illum, tange: si non totus frigore riget, nihil causæ dico, quin me occidas.* CH. *Nihil est.* NA. *Quid ergo est? quid iste recitat?* PH. *Jam disces,*

Qui Bent. tacite.—2 Plures l. s. *obstupuisti,* ita et Vict. et Bem. sed hic per *i* in secunda syllaba hoc modo *obstipuisti.* sane hoc non ' Admiratus es ' exponemus, sed ' Stupidus, et quasi saxeus effectus es præ timore.' ceterum in versu dimetiendo, vel ex vir *r* elidendum, vel ex *hem m:* quamvis consonans consequatur: vel legendum, ut in Vict. et Bas. *chem.* Fa. Nostri *Ehem,* et ex illis duo *obstupuisti.* Porro lege *Qui hic,* non *Quis hic.* Bent. *Qui* Both. Perl. *obstipuisti* Bip. Both. Perl. *hic nunc* Guelf. 2.—3 *Hiccine queris* Guelf. 1." ' Guy. in Scholiis ineditis delet *tibi.*' West.—4 Legendum *creduas,* nisi quis Iamb. trimetr. catalect. facere velit: quod non placet: in *isti* autem haud dubie *s* elidendum. *Fa.* Libri quidam *credas;* sed versus ipse jubet *creduas.* Bent. *Credas* Zeun. Br.—6 *Quid ergo est*] Bem. non habet *est,* quod nec necessarium videtur: a superiore enim repetitur. *Fa.* *Quid ergo? quid istic narras?* Nostri omnes *est;* et nonnulli *quod istic.* Lege et distingue: *Nihil est. Quid ergo est quod istic narrat?* Bent. *Quod istic* Both. *quod narret* Bruns, probante Perl. quo judice *quod narrat* est ' minus

Ausculta. CHRE. Pergin' credere? NAU. Quid ego, obsecro,
Huic credam, qui nihil dixit? PHOR. Delirat miser
Timore. NAU. Non pol temere 'st, quod tu tam times.
CHRE. Ego timeo? PHOR. Recte sane: quando nihil times,
Et hoc nihil est, quod ego dico, tu narra. DE. Scelus!
Tibi narret? PHOR. Eho tu! factum 'st abs te sedulo
Pro fratre. NAU. Mi vir, non mihi narras? CHRE. At——
NAU. Quid, at?
CHRE. Non opus est dicto. PHOR. Tibi quidem: at scito huic opus est.
In Lemno. CHRE. Hem! quid ais? DE. Non taces? PHOR. Clam te. CHRE. Hei mihi!
PHOR. Uxorem duxit. NAU. Mi homo, Di melius duint!
PHOR. Sic factum est. NAU. Perii misera! PHOR. Et inde filiam
Suscepit jam unam, dum tu dormis. CHRE. Quid agimus?

attente me audi. CH. *Persistisne, uxor, isti credere?* NA. *Quid ego, credo, huic credam, qui nondum ullum verbum loquutus est?* PH. *Mente errat et insanit præ metu.* NA. *Per Pollucem non sine causa est quod tantum metuis.* CH. *Egone metuo?* PH. *Recte sane: quando ergo nihil metuis, nihilque esse dicis, quod metuere debeas, quæ ego illi mox dicturus sum, tu ipsemet illi recense.* DE. *Sceleste, ex tua voluntate ille recensent?* PH. *Eho tu, egregie et strenue te gessisti in defendendo fratre, dum me offendis.* NA. *Mi vir, ecquid mihi recitas, quod hic ait?* CH. *At.* NA. *Quid, at?* CH. *Non opus est hoc referre.* PH. *Tibi quidem non opus est ut referatur; sed opus est ut illa resciat. In Lemno cum esset.* CH. *Hem, quid ais?* DE. *An non taces?* PH. *Te ignara et inscia.* CH. *Hei mihi!* PH. *Uxorem duxit.* NA. *Mi homo, non ita est, ut ait: Dii melius esse velint.* PH. *Sic factum est.* NA. *Perii misera.* PH. *Et ex ea genuit jam unam filiam, dum tu secura es, et sola dormis.* CH. *Heu quid agam?* NA. *Proh*

Latine.'—7 In textu *Pergin'? Credes ei*, at in notis sic Both. ' V. satis inepte *Pergin' credere?* ' Pergin' Phormioni dicitur, ' Crederes ' Mulieri.'—9 Perl. *Tu jam.*—11 Bent. *Ego quod*, et sic Both. *narro* pro *dico* Guelf. 2.—12 Bem. *Ohe tu.* Fa. Nostri omnes *Eho;* quod placet. Sic enim passim, *Eho, Ekodum.* Bent.—13 Bem. *non mihi dicis.* Fa. Nostri omnes *narras.* Placet *dicis*, quia sequitur *Dicto.* Bent. et sic Bip. Both. Perl.—15 Codd. quidam Mss. et impressi, *Quid agis?* Quæ sæpius inter se permutantur in Codd. veteribus. *West. Quid agis* Bent. ex tribus suis: *agis* Both. Perl. Br.—18 *Suscepit etiam hanc* Both. quo judice ' *jam* nullam vim habet.' ' CH. *Quid agi-*

NOTÆ

11 *Scelus*] Id est, scelestus. 16 *Duint*] Id est, dent.

NAU. Pro Di immortales! facinus indignum, et malum!
PHOR. Hoc actum 'st. NAU. An quicquam hodie est factum indignius? 20
Qui mihi, ubi ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.
Demipho, te appello; nam me cum hoc ipso distædet loqui.
Hæccine erant itiones crebræ, et mansiones diutinæ
Lemni? hæccine erat ea, quæ nostros fructus minuebat, vilitas?

Dii immortales, facinus flagitiosum et perniciosum! PH. *Tamen hoc factum est.* NA. *An quicquam hoc tempore factum est turpius, magis ignominiosum ac probrosum, ab homine ullo? Nempe cum ad uxores accedunt, tum mihi fiunt debiles et infirmi senes. Demipho, te alloquor: nam me cum isto sermonem conferre nimium tædet, et fastidiosum est. Hæne erant ideo frequentes profectiones, et diuturnæ Lemni commorationes? hæcne erat vilitas annonæ, quam dictitabat minuere pretia*

mus] Malim hæc tribuere Demiphoni; neque enim quidquam ad ea respondetur. Sed non tam Demipho, quam Chremes tacebat. Est autem formula hominis, qui incertus est consilii. Eun. IV. 7. 41. et v. 9. 51.' *West.*—19 Vict. Vat. et Bas. *miserandum*, at ceteri apud Fa. et Bent. *indignum*. sed et 'B, Hel. *facinus miserandum*, quod minime malum, dummodo secundum id reponas *miserum facinus*.' Both.—20 Sic a Faërno est, qui quod in vett. Edd. invenerat, vel non ausus est mutare, vel non curavit. Atqui omnes nostri codices alias his personas assignant; hoc modo: DE. *Hoc actumst.* PH. *an quicquam hodie est factum indignius? Qui mi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.* NA. *Demipho, te appello.* Bent. PH. *Hoc actum 'st*] Hæc a Chremete dicta videntur; sunt enim verba animum despondentis. Mss. Leidd. tres cum Tr. tribuunt diserte Chremeti, sed sine interrogandi nota. *West.* quem sequitur Both. Alii id male tribuunt Demiphoni, quos sequitur Bentl. putans esse formulam alias sollennem, *perii, actum est;* cui quis credat præponi *hoc:* et sic melius ea conveniret in ipsum Chremetem: dein *an quidq. . . . senes* Bentl. suos quosdam Codd. secutus perturbate adscribit Phormioni, honestius putans v. 12. dici ab homine, quam a femina. Neque nos id honestius ab illo coram femina dici censemus, quam ab ipsa irata. *Bip.* Demiphoni *Hoc actum est* tribuit A: mox Phormioni Both. tribuit *An quidquam . . . senes*, scripto *Quine* pro *Qui mi*.—22 Guy. in Not. in edit. *med hoc cum.* O. l. s. *nam me cum hoc ipso distædet loqui.* Hoc modo versus, qui ut senarius stare non potest, cujusmodi sunt præcedentes, stat ut trochaic. tetram. catalect. cujusmodi sunt sequentes. *Fa.* Sic et plerique Nostri *cum hoc ipso;* versu tamen respuente. Codex Petrensis *cum hoc isto:* Regius *cum isto.* Repone, *Demipho, te appello: nam me cum isto distædet loqui.* Charisius p. 178. *Dis, valde: Ter. Phorm. Cum hac pol distædet loqui.* Unde hic reponere possis, *Cum hoc pol.* Sed *Isto* potius est: nam, ut Donatus alicubi, *Iste* de eo dicimus, quem contemnimus aut aversamur. *Bent.* quem sequitur Both. *hoc pol* Bip. *nam cum isto* Perl.—23 *Hiccine* Guelf. 2. Donatus Eun. III. 5. 34. *Hæc pro Hæ, ut in Phormione: Hæc illæ erant itiones crebræ.* Ita certe hic legendum: *Illæ itiones;* ut versu sequente *Ea vilitas.* Sic And. I. 1. 100. 'Hæc illæ lacrimæ, hæc illa est misericordia.' *Illæ* sine sententiæ damno abesse hinc non potest. *Bent.* Plusculi Codd. Mss. et editi, *Hæcine.* Sed Donatus ad Eun. III. 5. 34. *Hæccine* etiam legit. *West.*—24 Aliqui libri, inter quos Bem. Vict. et Bas. post *erat*, habent pronomen *ea;* ceterum Bem. Vict. pro *minuebat*, quod respuit versus, habent *minuit*: quod si reci-

DE. Ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritam non nego;
Sed eam, quæ sit ignoscenda. PHOR. Verba fiunt mortuo.
DE. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo.
Vinolentus, fere abhinc annos quindecim, mulierculam
Eam compressit, unde hæc nata 'st: neque postilla unquam attigit.
Ea mortem obiit; e medio abiit, qui fuit in re hac scrupulus.
Quamobrem te oro, ut alia facta tua sunt, æquo animo hoc feras.

fructuum nostrorum? DE. *Ego Nausistrata non inficior culpam in hac re a Chremete merito ejus admissam esse, sed talem, quæ sit condonanda ex omnium sententia.* PH. *Hæc verba in gratiam Chremetis, ad placandam Nausistratam facere, est mortuo verba facere.* DE. *Nam neque id fecit, quod te negligeret, et odio haberet, sed vino captus fere sunt anni quindecim, cum mulierculam gravidam fecit; unde hæc virgo genita est, neque postea unquam cum illa rem habuit; eadem e vita decessit, morte sublata est, quæ si viveret, difficultates et dissidia afferre posset. Quapropter te obsecro, quæ tua est solita benignitas et facilitas, ut hoc etiam patienter feras.*

pimus, præteriti temporis erit: sane in Bem. ita collocantur verba, *Ea quæ nostros minuit fructus vilitas.* Fa. *Ea* Nostri fere omnes, et *minuebat.* Unus tantum *fructus minuit:* alius *minuebat fructus.* Repone cum Bem. *Ea quæ nostros minuit fructus vilitas.* Ea suavior collocatio est, et magis de more Terentiano. *Bent. Minuit* Ms. R. apud Lind. Bod. Br. *Hæc erat ea, quæ minuebat nostros fructus vilitas* Both. quo judice *Lemni* est glossema. Mox 'Al. *utilitas* mire. Nisi forte ironice.' *Perl.*—25 *Meritum* habent aliqui libri, inter quos Bem. *Fa.* Nostri omnes *meritam;* et sic in textu reliquerat Fa. Nos *meritum,* ut par est, reponimus. Plautus Aul. IV. 10. 8. 'Fateor peccavisse me, et me culpam commeritum scio.' *Bent.* quem sequuntur Bip. Both. '*Meritam* Mss. plerorumque et in editis præstantissimorum est lectio. Alii, in quibus Mss. Leidd. duo, *Meritum,* ut ad Chremetem referatur. Et tuetur Guyetus in *ἀνεκδότοις* ex Bem. Sic Plaut. Merc. IV. 6. 12. 'Ut illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent.'' *West.*—26 Bem. et omnes fere alii *Sed ea:* quod vero sequitur, Bem. ita habet, *quin sit ignoscenda:* et subaudiendum est, negare non poteris: vel, nemo negaverit. atque hanc esse germanam Terentii lectionem, etiam Donatus ostendit, exponens cum locum, *Verba fiunt mortuo:* ubi dicit non esse passum parasitum, ut totam sententiam senex explicaret. *Fa.* Nostri mendose *quæ.* Bent. qui edidit *ea quin,* probante Bip. Both. Perl. *eam quin* Zeun. *ea quæ* EP.—27 *Negligentia neque odio is id* Both. Bem. et Vict. et Donatus, *neque odio id fecit tuo.* numero et compositione meliore. *Fa.* Sic et Nostri *id fecit.* Bent.—28 'V. C. *virolenter.* Lind.—29 *Post illam* EP. Br. GM. *posthac* Guelf. 2.—30 O. l. s. *qui fuit,* et pronuntiative legendum, ut sit sensus, ea sublata est, cujus vita huic rei scrupulum afferret: jure enim posses viro irasci, a quo superducta tibi uxor adhuc viveret. *Fa. Fit* Bip.—31 Bem. Bas. et Vict. *facta tua sunt.* quæ collocatio etiam trochaicum sanat, aliter laborantem. *Fa.* Nostri *Facta tua sunt: Tua facta sunt: Facta sunt tua:* Petrensis *Tua sunt facta.* Repono, *ut alia tua sunt facta, æquo animo et hoc feras. Tua sunt facta,* ut supra v. 8. 39.

NAU. Quid ego, æquo animo? cupio misera in hac re jam defungier.
Sed quid sperem? ætate porro minus peccaturum putem?
Jam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma atque ætas nunc magis expetenda 'st, Demipho?
Quid mihi nunc affers, quamobrem expectem, aut sperem, porro non fore?
PHOR. Exequias Chremeti, quibus est commodum, ire, hem! tempus est.
Sic dabo! age, age nunc, Phormionem, qui volet, lacessito.
Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.

NA. *Quid? me patienter id ferre? utinam in hac tam atroci injuria, omnibus defuncta essem, et libera in posterum; ut desineret, et finem faceret Chremes mihi molestias exhibere; sed quid melius expectem ab illo? An propter ætatem minus eum libidini deditum iri opiner? At jam tum erat senex; si quidem senectus homines a peccando absterrere per verecundiam debet. An mea pulchritudo atque ætas præsens magis quam antea eum alliciet in amorem, Demipho? quid mihi proponis, quamobrem expectem eum ulterius ad libidinem non rediturum?* PH. *Exequias funeris Chremetis prosequi si quibus vacat, jam tempus est celebrare. Sic dabo exercitum, et opprobriis expositum. Age, age nunc, si cui libeat, Phormionem irritato; faciam ut tali, atque hic, augeatur ærumna, et calamitate: reconciliemur sane*

'Aut tua facta adeo.' Porro illud nota, in Faërni lectione *æ'quo animo* pronuntiari; in nostra, alio accentu, *æquo ánimo:* atque hunc verum esse repetitio ipsa probat, *Quid ego æquo ánimo?* Nam, ut sæpe ante dixi, verba repetita eodem semper accentu iterantur. *Bent.* et sic Perl. *Animo hoc æquo* Both. tacite; *animo feras* Br. *animo hæc* GM.—33 Ms. R. apud Lind. *qui sperem;* probant Bent. Bip. Both. Perl. Mox *ætate hac* Bodl.—34 Bent. legit *Non jam tum . . . senex?*—35 Bent. legit *ætas magis nunc;* quem sequitur Both.—36 Iidem duo antiquissimi Bem. et Vict. et Donatus, *quid mihi hic affers,* nec sane aliter stat versus; *mihi* autem una syllaba est. *Fa.* quocum consentit Riv. *adfert* EP. *nunc mi* Both. *nunc id* C. Mox *porro id non* Both. —37 Sunt, qui *Chremetis* legunt, sed præter phrasin Latinam, qua dicebant, *Exsequias ire alicui.* Erat autem hæc formula funerum indictivorum: L. TITIUS. VIXIT. L. TITIO. EXSEQUIAS. IRE. QUOI. COMODUM. EST. JAM. TEMPUS. EST. OLLUS. ECFERTOR. *West.* Multi l. s. inter quos Bem. et Bas. pro *jam* habent *hem,* ita etiam metrica ratione exigente: sed Bem. sine aspiratione. *Fa.*—38 Multi plures libri scripti, et in iis Bem. et Vict. item Donatus non habent posterius *age,* quod et respuit versus, qui debet esse trochaicus, ut ceteri. *Fa.* Et *age* posterius delent Bip. Zeun. Both. Br.—39 In Bem. ita sunt hæc verba, *Faxo tali sit mactatus:* quæ locutio ut usitatior est; Virg. 'Haud sibi

NOTÆ

37 *Exequias ire*] Quemadmodum dicimus Ire inficias, pro Inficiari, sic Ire exequias Antiqui dicebant. 39 *Mactatum infortunio*] Macto,

Redeat sane in gratiam : jam supplicii satis est mihi :
Habet hæc, ei quod, dum vivat, usque ad aurem obganniat.
Nau. An meo merito, credo : quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singillatim, qualis ego in hunc fuerim ? De. Novi æque omnia
Tecum. Nau. Meriton' hoc meo videtur factum ? De. Minime gentium ;
Verum, quando jam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce : orat ; confitetur ; purgat : quid vis amplius ?
Phor. Enimvero prius quam hæc dat veniam, mihi prospiciam et Phædriæ.

nunc in gratiam : jam satis hæc ultio mihi sufficit. Habet a me hæc Nausistrata quod ei, dum stabit in vita, ad aurem occinat et obmurmuret. Na. *An ita fortasse de eo merueram, ut sic mecum ageret ! credo vero. Quid nunc ego minutatim tibi narrem, qualem ego erga eum me gesserim ?* De. *Probe id scio tecum pariter.* Na. *An tibi videor digna fuisse hac contumelia ?* De. *Minime omnium : verum cum hæc illius culpa, criminationibus et increpationibus infecta, reddi non potest, condona illi. Obsecrat, confitetur se deliquisse, postulat ut suam purgationem, et satisfactionem accipias. Quid exigis amplius ?* Ph. *Equidem, priusquam hæc se ignoscere marito culpam pronuntiet, mihi præcavendum et Phædriæ. Heus,*

cum Danais rem faxo, et pube Pelasga, Esse putet ;' ita rationi versus incommoda : nam nisi ex *mactatus s* elidatur, stare non potest : nos ergo vulgatam sequemur, ut Donatus. *Fa.* Unus quoque ex Nostris cum Ed. vet. *Faxo tali sit mactatus.* Ceteri fere, *Faxo tali eum mactatum.* Lege ex codice Regio, *Faxo eum tali mactatum atque hic est infortunio.* Heaut. II. 3. 100. ' Ademptum tibi jam faxo omnem metum.' *Bent. Sit mactatus* Bip. ' Fortasse rectius *hic infortunio est.*' West. *Hic Chremes est* EP. et sane Br. *Chremes* e gl.—41 *Hæc habet* Both. tacite : *ejus* Guelf. 2.—42 *At meo* Bent. Bip. Z. Both. Perl. Bem. et Bas. *nunc ea:* ita emendatum est et in Vict. *Fa.* Dele *ea* cum tribus Nostris, et versu volente et sententia. *Bent.* At *ea* retinet Bip. Br. *commemorem tibi* omisso *Demipho* Guelf. 2.—43 *Singillatim* Bas. et Vict. at Bem. et aliqui alii *singulatim:* omnes vero illi ; *qualis ego in hunc fuerim :* et *singulatim* quidem versus admittit, sicut et *singillatim*, pronomen vero *ego* etiam exigit. *Fa. Singulatim* duo Nostri ; *ego in hunc* omnes. *Bent.* At *in istunc* Both. tacite. *qualis in istum hunc* Guelf.—44 Ita Bas. et Vict. at aliqui libri, et in iis Bem. *merito hoc meo,* nec aliter stat versus : in quo etiam *meo* monosyllabon est. *Fa.* Etiam Nostri aliquot *merito.* Bent. *Merito* Bip. Both.—46 *Ignosce oranti* Witt. Mox *vis* omittit EP.—47

NOTÆ

verbum est sumtum a sacris. Dictum putant, quasi, magis aucto, id est, augeo ; nam priusquam victimam immolarent, thus aut vinum super eam fundebant ; unde mactam illam dicebant, quasi magis auctam. Mactare morte, supplicio, damno, infortunio, dicitur per metaphoram.

Heus! Nausistrata, prius quam huic respondes temere, audi. NAU. Quid est?
PHOR. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli;
Eas dedi tuo gnato; is pro sua amica lenoni dedit.
CHRE. Hem! quid ais? NAU. Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adolescens si habet unam amicam, tu uxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum objurgabis? responde mihi.
DE. Faciet, ut voles. NAU. Immo, ut meam jam scias sententiam,
Neque ego ignosco, neque promitto quicquam; neque respondeo,
Prius quam gnatum video: ejus judicio permitto omnia;
Quod is jubebit, faciam. PHOR. Mulier sapiens es, Nausistrata.
NAU. Satin' id est? PHOR. Immo vero pulchre discedo, et probe,

Nausistrata, priusquam huic subito incogitans respondeas, audi me. NA. *Quid est?* PH. *Ego minas triginta per dolum a marito tuo per dolum expiscatus sum: eas dedi tuo filio; is pro sua amica lenoni dedit.* CH. *Hem, quid ais?* NA. *Adeone hoc malefactum, et grave delictum putas, si filius adolescens habet unam amicam, cum tu uxores duas habeas? nihil te pudet? qua fronte, nisi ferrea, illum culpæ argues? Responde mihi.* DE. *Faciet ut tibi libuerit.* NA. *Immo jam ut non ignores quid constituerim facere; neque ego veniam do, neque ullo promisso me obligo, neque responso quicquam assevero, priusquam filium meum videro; eum arbitrum omnium controversiarum facio: quod judicabit ratum habebo et confirmabo.* PH. *Sapis, Nausistrata, et recte censes.* NA. *Satisne id tibi hoc est, atque ex æquitate constitutum?* PH. *Immo vero egregie et abunde, supraque omnem spem*

GM. *det.*—48 GM. *respondeas.*—49 Unus ex Nostris *fallacias*, tres *ab isto*. Repone, versu exigente: *fallacias ab isto abstuli*. Sic supra IV. 3. 67. 'Occidisti me tuis fallaciis.' De una techna et fabrica dictum pluraliter. Plautus Mil. III. 3. 2. *Bent.* At *ab illo* delent Bip. Both.—51 Nostri plerique *adeo hoc*. Repone *adeon indignum hoc*. Bent. quem sequitur Both. *adeon indignum tibi* Bip. Br. GM. et Ms. R. apud Lind.—52 *Nam* pro *Homo* GC. —53 Ita optimi Codd. alii *pudet te*. West.—54 *Faciat* Guelf. 1. 2. et Br. *volet*. Mox 'Varie, *Ut jam meam scias* vel *Ut jam meam sciat*.' West. Alii aliter, sed Bem. ita, *immo ut meam jam scias sententiam*. Fa. Nostri *jam meam*. Bent. *Jam meam* Both. Br.—56 O. l. s. *videro:* in dimetiendo autem versu, *ejus* monosyllabum est. *Fa.* Sic Nostri fere omnes *videro*. Bent. *Videro* Bip. Both. Br. GM.—57 Guelf. 2. delet *is*. EP. omittit *es*.—58 *Satis tibi est*] Bem. et omnes alii fere l. s. *satin*. ego puto sic stare versum, ut eliso *n* ex *satin*, et in *tibi est* non facta synalœpha, in prima sede sit tribrachus, in secunda Iambus. *Fa.* Frustra laborat Faërnus de versu constituendo: *Satin ti—bi est*, ut secundus sit Iambus, stare non potest: ne addam, in secunda sede non Iambum, ut ille aliud agens dicit, sed trochæum aut spondeum requiri. Tu repone, personis quoque mutatis; *Quod is jubebit, faciam.* DE.

Et præter spem. NAU. Tu tuum nomen dic quod est. PHOR. Mihin'?
Phormio; vestræ familiæ hercle amicus, et tuo summus Phædriæ.
NAU. Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, et quæ voles,
Faciamque, et dicam. PHOR. Benigne dicis. NAU. Pol meritum 'st tuum.
PHOR. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? NAU. Cupio. PHOR. Me ad cœnam voca.
NAU. Pol vero voco. DE. Eamus intro hinc. CHRE. Fiat: sed ubi est Phædria,
Judex noster? PHOR. Jam hic, faxo, aderit. Ω Vos valete et plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

satis factum est; itaque lætus et contentus hinc abeo. NA. *Tu vero dic mihi, quod tibi nomen est?* PH. *Mihine? Phormio nomen est: familiæ vestræ quidem amicus, et tuo filio Phædriæ amicissimus.* NA. *At ego, Phormio, per Castorem posthac, tui causa, quoad ejus potero, et quæ petes, faciamque et dicam.* PH. *Prolixe et liberaliter loqueris.* NA. *Per Pollucem ad hoc meritum tuum me adducit.* PH. *Visne primum hodie facere, quod mihi pergratum erit, et oculis mariti tui molestum atque ægrum?* NA. *Cupio.* PH. *Ad cœnam me invita.* NA. *Per Pollucem sane te invito.* DE. *Hinc intro eamus.* CH. *Ita fiat: sed ubi est Phædria arbiter, et judex noster?* PH. *Mox efficiam ut præsto sit. Vos valete, et plaudite.*

Calliopius recensui.

****

Mulier sapiens es, Nausistrata. | NA. *Satin tibi est, Chreme?* CH. *Immo vero pulchre discedo et probe,* | *Et præter spem.* Bent. quem sequitur Both. Bip. Plusculi Codd. *Satis id est?* Alii, *Satin' tibi est?* Malim cum edit. Bergii: *Satin' id est tibi?* West. *Satis tibi est?* Z. Br. *Satin tibi est?* Perl. *Satis* Guelf. 1. 3.—59 Si *Tuum nomen;* tum intulisset *Meumne*, non *Mihin.* Lege ergo cum codice Regio, *Et præter spem.* NA. *Tu tibi nomen dic quod est?* PH. *Min? Phormio.* Bent. quem sequuntur Bip. Both. Perl. *Tu* abest a Guelf. 2. *mihi nomen* Guelf. 2. 3.—60 Abest *hercle* a quibusdam Mss. et impress. post EP. *West.* et sic Guelf. 3.—62 GM. *Faciam et*, GC. *Faciam atque.*—63 *Audiam* Guelf. 2.—64 Guelf. 3. *tui viri.*—65 CH. *Fiat: set ubi est Phædria Judex noster*] Donatus, Ed. vet. et unus ex Regiis Nausistratæ hoc tribuunt: ceteri libri Chremeti. Utrumvis satis commode: malim tamen Chremetis hoc esse; et senem cura ac miseria liberum non sine joco ex Scena exire. *Bent.*

FINIS PHORMIONIS.

LIBRARY
JAN
13
1981
UNIVERSITY OF TORONTO

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY